BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

SIEBENTER BAND.

ERSTES HEFT.

DE ORACULIS CHALDAICIS.

SCRIPSIT

GUILELMUS KROLL.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS.)
1894.

DE ORACULIS CHALDAICIS.

SCRIPSIT

GUILELMUS KROLL.

VRATISLAVIAE.
APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS.)
1894.

PARENTIBUS CARISSIMIS

SACRUM.

Praefatio.

Oracula quae vocant Chaldaica omnia primus edidit ex editionibus codicibusque corrasa Franciscus Patricius Zoroastris nomine imposito [1]) (Zoroaster et eius CCCXX oracula chaldaica, Ferrariae 1591); quam collectionem repetiverunt recentiores ad unum omnes (Fabricius bibl. I 310 s.), donec denuo laborem suscepit Taylorus non minus quam Patricius arcanam reconditamque sapientiam eis contineri opinatus (classical journal XVI. XVII. 1818). Huius stultitiam ita irrisit Lobeckius (Aglaoph. 93 ss.), ut quicquam adicere non iam oporteat, et multis egregie adnotatis nova reliquiarum editione opus esse dixit (p. 107 t); cuius prodromum dedit Thilo multis de rebus non sine acumine

[1]) Hunc errorem primum deprehendo apud Plethonem; antiqui magorum archegeten cum his oraculis nunquam coniunxerunt, quamvis multa ferrentur Zoroastrea: Hermipp. ap. Plin. 30,4. Colotes ap. Procl. in remp. 59,31 S. Porph. vit. Plot. 16. pap. Leid. W 202,29 D. Nicomachi fr. in theol. ar. 42s. mihi monstrat Freudenthalius: ἢ μᾶλλον (᾿Αγελεία dicitur Minerva), ὃ καὶ Πυθαγορικώτερον, ἐπειδὴ καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ ᾿Οστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας· ἤτοι παρ̕ ὅσον τελείως (scr. λείως) ἄγονται περὶ τὸ κέντρον μόναι (κινούμεναι?) <ἢ> παρὰ τὰ σωματικὰ μεγέθη ἢ ἀπὸ τοῦ σύνδεσμοί πως καὶ συναγωγαὶ χρηματίζειν δογματίζεσθαι (?) παρ᾿ αὐτῶν τῶν φυσικῶν λόγων, ἃς ἀγέλους κατὰ τὰ αὐτὰ καλοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, κατὰ παρέμπτωσιν δὲ τοῦ γ ἐφθαρμένως ἀγγέλους. διὸ καὶ τοὺς καθ᾿ ἑκάστην τούτων τῶν ἀγγέλων (scr. ἀγελῶν) ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν, ὥστε ἀγγελία (scr. ᾿Αγελεία) κατὰ τοῦτο ἐτυμότατα ἡ ἑβδομάς. Cf. p. 9 s. Picum qui in libris chaldaicis haec se invenisse gloriatus esset (opp. I 367 Bas.): „Zoroastris et Melchiar magorum oracula, in quibus et illa quoque quae apud Graecos mendosa et mutila circumferuntur, leguntur integra et absoluta,“ integra ea oracula habuisse credebant posteri (Patric. f. 4va), „enarrationes in eloquia sacra“ eum reliquisse imperfectas, sic tamen conscriptas „ut vix ab eo legi possent“ narrat Ficinus (Pici opp. I 406). Mentione dignum est Patricio Zoroastrem visum esse „catholicae fidei omnium primum etiamsi rudia fere iecisse fundamenta.“

iudicans, sed nimiam Platonicorum interpretationibus fidem habens (de coelo empyreo I. II. III, Halis 1839/40. comm. ad Synes. hymn. II 1—24 et II 22 – 24, Halis 1843). Iacuit deinde ut Platonicorum sic oraculorum studium. Quae cum accurata disquisitione digna esse viderem, in praecepta, originem, aetatem eorum inquirere institui. Novam reliquiarum subnectere editionem volebam; sed magis magisque intellexi me infirmo niti fundamento, neglegentibus librorum Platonicorum plerorumque editionibus.[1]) Omnia tamen fragmenta, sive iure sive iniuria huc relata sunt, argumentationi inserturus sum addito apparatu critico, qui quidem necessarius esse videretur. Sed antea de fontibus paucis exponendum videtur.

Caput primum.

De oraculorum Chaldaicorum fontibus.

Praeter vastos Platonicorum libros discerpta carminis membra passim exhibentes quinque, quod sciam, supersunt aetatis Byzantinae libelli ad Chaldaeorum praecepta pertinentes.

Πρόκλου ἐκ τῆς Χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας capita quinque e codice Vatic. 1026 bomb. saec. XIV qui unus extare videtur primus edidit Pitra anal. sacra et class. V 2 (1888) 192 ss., post eum anecdoton se publicare ratus A. Iahn Halis 1891 (cf. neue phil. Rundschau 1892, 100 s.). Procli orationem aut nihil aut non multum mutilavit excerptor; ad commentarios oraculorum haec redire verisimillimum est (p. 7 s.). Versus integri nusquam afferuntur, sed ad quos spectet interpretatio, plerumque manifestum est.

Pselli tria habemus πονήματα ad oracula pertinentia. Quorum primum, quod post Opsopoeum[2]) et Gallaeum edidit

[1]) Maxime dolendum est Procli in Timaeum commentarios diligenti carere recensione. A. Iordan Herm. XIV 263 recentes tantum sibi innotuisse codices dicit, at librorum I. II codex est saec. XI/XII, ut mihi scribit Heibergius, Coislin. 322.

[2]) Vidi hanc editionem: Oracula magica Zoroastris cum scholiis Plethonis et Pselli nunc primum editi. E bibl. regia studio Io. Opsopoei, Paris 1599. Hinc Gallaeus in appendice oraculorum Sibyllinorum Amstelod. 1689, ex hoc Mignius quo utor. Plethonem Pselli scholia exscribentem neglexi.

Mignius t. 122, 1123 ss., in codice Paris. 1182 (= P) bomb. saec. XIII f. 160^{r} inscribitur: τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις τῶν χαλδαϊκῶν ῥητῶν.[1]) Singula oracula proponit et explanationem subicit; quam unde hauserit facile perspicitur. Proclus citatur 1145^{c}; nonnulla ad verbum congruunt cum Procli excerptis Vaticanis.

[1]) Versuum lectiones summa comitate mihi excerpsit E. Patzig. Is est codex ex quo Pselli librorum catalogum confecit Sathas μεσαιων. βιβλ. V ξ' ss. (qui saec. XII esse librum dicere non debebat p. νη'. Cf. Omont inv. I 251.) Cf. Heimbach anecd. II p. LXIII. -- De Romanis horum librorum codicibus quae comperi, omnia fere accepta refero insigni in me J. Tschiedelii et R. Wuenschii amicitiae. Extat enim in

1. Vatic. gr. 1026 (= V) bomb. s. XIV (p. 2) in f. 224^{r} ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ (non περὶ) χαλδαίοις λογιμωτάτων λογίων (sic Mau ap. Iahn VI, paulo aliter Wuensch) (m^{2} in mg. τοῦ ψελλοῦ) usque ad verba καὶ Πλάτων ἐδέξατο (p. 1154^{b} M. m^{2} ut vid. suprascr. οἱ δὲ περὶ πλωτῖνον). — f. 224^{v} ἐξήγησις λογίων τινων τῆς τῶν χαλδαίων φιλοσοφίας in fine mutila; ultimum enim f. 229^{v} explicatur oraculum μὴ πνεῦμα etc. (p. 1137^{c}). Sed versus πατὴρ οὐ φόβον (1141^{d}) usque ad οὐ γὰρ ἀπαὶ (1145^{b}) inter μηδὲ τὸ τῆς (1125^{a}) et μὴ ἐξάξῃς (1125^{c}) inserti sunt. Deest igitur 1138^{c}—1141^{c} et 1148^{a}—1149^{b}.

2. Vatic. gr. 573 (= v) s. XV f. 94^{r}—102^{v} τοῦ ψελλοῦ ἐξήγησις τῶν χαλδαικῶν ῥητῶν. In mg. sup. m^{1}: ἀλλαχοῦ εὗρον πρόκλου τοῦ λυδοῦ ὑποτύπωσις. — f. 102^{v}—103^{v} τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc. (ut in P).

Ex utroque codice oraculorum et totius ἐκθέσεως lectiones diligentissime enotavit Wuenschius; neque tamen affero nisi graviora.

3. Vatic. gr. 951 chart. s. XVI f. 125^{v} τοῦ ψελλοῦ ἐξήγησις τ. χ. ῥ., des. f. 156^{v} in verbis τουτέστιν, ἔχει δυνάμεις ὑποδεκτικὰς τῆς ὅλης διακοσμήσεως. δύναται (1141^{d}). Sequitur f. 157^{r} ab al. m. in novo quaternione: οὗ ψελλοῦ ἐξήγησις τ. χ. ῥ., des. f. 167^{r} in αὐτίκα δέξασθαι (1148^{a}?). — f. 167^{r} τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc., des. f. 169^{v} in ὑφεστηκότα ἀγνώστοις (1149^{b}). Ergo aliquid turbatum est.

4. Vatic. gr. 1011 chart. s. XV f. 12^{v} μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ ζωροάστρου μάγων ἐξηγηθέντα παρὰ πλήθωνος. — f. 18^{r}—28^{r} τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτὰ λόγια. — 28^{r}—29^{v} τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc.

5. Vatic. gr. 1378 chart. s. XV vel XVI f. 138^{r}—138^{v} ζωροαστρίων δόξαι: τοῦ ψελλοῦ (nil est nisi ἔκθεσις).

6. Vatic. gr. 1411 membr. s. XV f. 26^{r}—32^{r} τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λεγόμενα χαλδαικὰ λόγια. — f. 32^{r}—33^{r} τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc.

7. Vatic. gr. 1416 f. 92^{r}—116^{r} τοῦ σοφωτάτου ψέλλου ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια τοῦ ζωροάστρου. — f. 116^{v}—119^{r} sine inscr. ἔκθεσις.

8. Ottob. 153 chart. s. XV post folia nonnulla vacua f. 260^{r} inc. in modio Pselli(?) de Ch. or. tractatu. — f. 268^{r} τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτὰ λόγια. — f. 272^{v} τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc.

9. Urbin. gr. 78 chart. s. XV inter alia Pselli opuscula f. 81^{v}—82^{v} libellus quem infra editurus sum.

Psell. 1137[c]: ψυχῆς βάθος αἱ τριπλαῖ αὐτῆς δυνάμεις εἰσίν, αἱ νοεραί, αἱ διανοητικαί, αἱ δοξαστικαί· ὄμματα δὲ αἱ τριπλαῖ αὐτῶν γνωστικαὶ ἐνέργειαι· τὸ μὲν γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον, ἡ δὲ ζωὴ ὀρέξεως.

exc. Vatic. 193,1: ψυχῆς βάθος τὰς τριπλᾶς αὐτῆς γνωστικὰς δυνάμεις φησί, νοεράς, νοητάς (διανοητικάς Iahn recte), δοξαστικάς· ὄμματα δὲ πάντα τὰς τριπλᾶς αὐτῶν (αὐτῆς Iahn) γνωστικὰς ἐνεργείας. τὸ γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον, ἡ δὲ ζωὴ ὀρέξεως.

Psell. 1144[b] ἡ ψυχὴ ἑκάστῳ νοουμένῳ πράγματι κατάλληλον ἔχει καὶ δύναμιν, τοῖς μὲν αἰσθητοῖς αἴσθησιν, τοῖς δὲ διανοητοῖς διάνοιαν, τοῖς δὲ νοητοῖς νοῦν.

exc. Vat. 194,10 πᾶσα γνῶσις δι' ὁμοιότητα (-τητος?) συνδεῖ τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν, τῷ μὲν αἰσθητῷ τὸ αἰσθητικόν, τῷ δὲ διανοητῷ τὸ διανοητικόν, τῷ δὲ νοητῷ τὸ νοητικόν.

Psell. 1148[b] συνέστη γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν ἱερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων· ὧν οἱ μέν εἰσιν ἀπὸ τῶν ἱερῶν εἰδῶν, οἱ (scr. τὰ) δὲ ἀπὸ τῶν θείων ἐνάδων. καὶ ἐσμὲν εἰκόνες μὲν τῶν ἱερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης ψυχῆς κατ' εἶδος διέστηκε καὶ ὅσαι ψυχαί, τοσαῦτα καὶ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστιν.

exc. Vat. 195,18 συνέστηκε γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν νοερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων, ὧν οἱ μέν εἰσιν ἀπὸ τῶν νοερῶν εἰδῶν, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν θείων ἐνάδων. καὶ ἐσμὲν εἰκόνες μὲν τῶν νοερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων ... 24 δεῖ γὰρ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης κατ' εἶδος διέστηκε καὶ ὅσαι ψυχαί, τοσαῦτα καὶ τὰ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστιν.

Verum etiam alia multa Procli philosophiam atque adeo verba redolent, velut ea quae de tribus iyngibus exponit 1149[b]. Nonnulla tam exilia sunt, ut ipsi Psello deberi videantur; idem valet de eis, quae de dogmate Christiano interdum adnectuntur. Suspicari igitur licebit eum epitome usum esse commentarii Procliani eadem, ex qua etiam excerpta Vaticana derivata sunt (cf. Thilo II 11 s.); in qua cum versus non semper integri afferrentur, ex interpretatione reliquias hexametricas utcunque expiscatus esse videtur, nonnunquam ipse oracula decurtasse, ut plena enuntiata efficeret. Velut μάθε τὸ νοητόν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει 1148[d] nihil aliud est nisi ὄφρα μάθῃς τὸ ... ὑπάρχει Damasc. I 154,26. Interdum falsas secutus est lectiones, ut

λέοντα 1133 b, 1138 ab. Quin etiam admiscuit sententiam, quae nunquam in oraculis infuit: μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι 1125 c. Nam haec ex hexametro depravata non esse docet Plotinus I 9: οὐκ ἐξάξεις, ἵνα μὴ ἐξίῃ.[1]) ἐξελεύσεται γὰρ ἔχουσά τι, ἵνα καὶ ἐξέλθῃ. Vereor igitur ne Proclus, utpote qui digressionibus mirum quantum indulgeat, hanc sententiam — ut opinor, Pythagoream (Zeller I 5 451 1. Rohde Psyche 202 1) — loci alicuius oraculorum explicandi causa attulerit. — Ex hoc Pselli opusculo hausit Nicephorus Gregoras quae profert in commentario ad Synesii περὶ ἐνυπνίων librum (Synesius ed. Petavius, Lutet. 1633 p. 351 ss.).

Alter Pselli libellus in codice Paris. 1182 hanc habet inscriptionem: τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων; edidit Patricius f. 6v, deinde Opsopoeus et Gallaeus 110 ss., ex hoc Mignius 1149c ss. Tertius quem in epimetro ex codice Laur. 58,29 editurus sum, hanc in eo habet inscriptionem: τοῦ αὐτοῦ Ψελλοῦ ὑποτύπωσις κεφαλαιώδης τῶν παρὰ Χαλδαίοις ἀρχαίων δογμάτων. Ex eodem utrumque fonte manare et verbis et dogmatum serie congruentibus demonstratur; qualis fuerit, ipse prodit 1154b: τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Ἰάμβλιχον Πορφύριόν τε καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο. Quam enim Chaldaicam perhibet theologiam, ea revera Procliana est, id quod mox apparebit. — Tractatum brevem quem Patricius edidit f. 6r neglexi, quippe qui novi nihil praebeat.

Psellum excipiat epistolographus, qui Alexio Comneno regnante fuit,[2]) cuius epistulas e codice Barocc. 131 saec. XIV edidit Cramer anecd. Oxon. III. Epistula septima decima (p. 180 ss.) adhuc a viris doctis neglecta continetur expositio dogmatum Chaldaicorum Psellianis simillima et ex eodem ducta fonte. Cf. 181,3 τὸ ἓν ἐστιν αὐτοῖς πρώτιστον, ὥσπερ καὶ παρ' Ἕλλησιν εὕρηται θεολογούμενον καὶ μᾶλλον τοῖς ἀπὸ Πλάτωνος et imprimis

[1]) Hoc loco ἔχουσά τι „e Zoroastris oraculis" addere non debebat Bouilletum secutus R. Volkmann. Ruellium collectioni Patricianae aliquid tribuere pro reliqua hominis inscitia non miraberis.

[2]) Vel ideo a Psello diversus est, id quod ob Iahnium (p. 33) moneo.

183,23 δεῖ δὲ μὴ θαυμάζειν, φησὶν ὁ τῶν τοιούτων λήρων ἐξηγητής. Et quod in fine ambigitur, utrum Orpheum Chaldaei an Chaldaeos Orpheus expilaverit, Proclo plane dignum videtur.

Sed maxima pars fragmentorum Platonicis debetur. Quorum primus adhibuisse videtur oracula Porphyrius[1]), nondum is quidem in libris περὶ τῆς ἐκ τῶν λογίων φιλοσοφίας (Lobeck 103 s. Wolff praef. 29), sed in libris de regressu animae, ut testatur Augustinus de civ. dei X 29. 32 *cum autem dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu animae libro nondum receptum in unam quandam sectam, quod uniuersalem contineat uiam animae liberandae, uel a philosophia uerissima aliqua uel ab Indorum moribus ac disciplina aut inductione Chaldaeorum .... et utique se a Chaldaeis oracula diuina sumpsisse quorum adsiduam commemorationem facit tacere non potuit.* ibid. 23: *dicit etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse responsum nos non purgari lunae teletis atque solis ... denique eodem dicit oraculo expressum principia* (τὰς ἀρχάς) *posse purgare ... quae autem dicat esse principia tamquam Platonicus nouimus; dicit enim deum patrem et deum filium, quem graece appellat paternum intellectum uel paternam mentem* (i. e. πατρικὸν νοῦν: ibid. p. 436,27 D.). At πατρικὸς νοῦς non Platonicorum est proprius, sed Chaldaeorum. Quae autem de tertio deo inter hos medio dicit Augustinus, cuius naturam non plane perspexit, quaeque de anima mundana paternum intellectum sequente (Zeller V³ 648¹ ex.), ea egregie conveniunt cum obscuris de secunda mente praeceptis et de mundi animae sede (p. 14 s.). Neque igitur de meris Porphyrii opinionibus agitur, ut existimat Zeller l. c., sed de Chaldaicis utcunque cum Porphyrianis consociatis. Lunae et solis mysteria in reliquiis non apparent, sed simillimum est quod ultimum exhibeo fragmentum. Nec non *aetherias uel empyrias mundi sublimitates et firmamenta caelestia* (στερεώματα) ex his hausit oraculis (Aug. X 27. 9 cf. p. 31 s.), ex his etiam angelos ad theurgos descendentes daemonumque malignitatem. — Corruptus est Aeneae Gazaei locus p. 51 Boiss.: τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι καὶ ὁ Πορφύριος· ἐπιγράφει δὲ καθόλου τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται, a cuius emendatione satius est sese

[1]) Nihil demonstratur eis quae e Plotino enotavi p. 25¹. Errat Iahnius 41.

continere; genita esse materia traditur p. 20. Cf. Damasc. I 288,13 ὡς καὶ αὐτοὶ βούλονται λέγειν καὶ τὰ λόγια μαρτύρονται, οὐχ οἱ νεώτεροι μόνοι, ἀλλὰ καὶ Ἰάμβλιχος καὶ Πορφύριος. Sed in libris qui ad nos pervenerunt ne unum quidem oraculum commemoratur. Idem cadit in Iamblichum, quem tamen non sprevisse oracula modo accepimus; cf. Marin. vit. Procli 26: τοῖς τε εἰς Ὀρφέα αὐτοῦ (Syriani) ὑπομνήμασιν ἐπιμελῶς ἐντυγχάνων καὶ τοῖς Πορφυρίου καὶ Ἰαμβλίχου μυρίοις ὅσοις εἰς τὰ λόγια καὶ τὰ σύστοιχα τῶν Χαλδαίων συγγράμματα. Plura dat Dam. I 86,5: καθάπερ ἠξίωσεν ὁ μέγας Ἰάμβλιχος ἐν τῷ κη$^{\omega}$ βιβλίῳ τῆς Χαλδαϊκῆς τελειοτάτης θεολογίας et 154,13 ὡς ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς ὁμολογουμένως ὁ Ἰάμβλιχος· μαρτύρονται δὲ οὖν καὶ [οἱ] αὐτοὶ τοὺς θεούς, ἐν οἷς ἔπεσι λέγουσι πρὸς τὸν θεουργόν (p. 11). Ergo in amplissimo de Chaldaeorum theologia opere oraculis usus est; cum quibus alteram eum miscuisse traditionem Chaldaicam ex Iuliani vel alterius vel utriusque libris pedestribus desumptam probabile est. In libro de mysteriis oracula saepius respiciuntur nec tamen citantur. Syrianus, ut Suidas testatur, conscripsit συμφωνίαν Ὀρφέως Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος πρὸς τὰ λόγια [1]), quam significat Proclus th. pl. $215,_{41}$ ἐν τοῖς τῆς συμφωνίας γράμμασι (nempe συγγρ.?). Itidem Hierocles in quarto de providentia libro conatus est τὰ λεγόμενα λόγια καὶ τοὺς ἱερατικοὺς θεσμοὺς (theurgorum praecepta) εἰς συμφωνίαν συνάγειν οἷς Πλάτων ἐδογμάτισε (Phot. cod. 214 p. 173^{a} 13). De studiis a Proclo in oracula collatis loquitur Marinus c. 26: καὶ τὰς τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων ἐξηγήσεις συνελὼν μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπικρίσεως ἐξεπόνησε τῆς τε ἄλλας Χαλδαϊκὰς ὑποθέσεις καὶ τὰ μέγιστα τῶν ὑπομνημάτων εἰς τὰ θεοπαράδοτα λόγια κατεβάλετο ἐν πέντε ὅλοις ἔτεσιν αὐτὰ συμπληρώσας. ἐφ᾽ οἷς καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἐνύπνιον ἐθεάσατο. ἐδόκει γάρ οἱ προαγορεύειν ὄναρ ὁ μέγας Πλούταρχος, ὡς τοσοῦτον ἀριθμὸν ἐτῶν ζήσεται, ὁπόσος τίς ἐστι καὶ ὁ τῶν τετράδων (quaternionum) τῶν εἰς τὰ λόγια αὐτῷ συγκειμένων. ἀριθμήσας δὲ αὐτὰς ηὕρισκεν ἑβδομήκοντα οὔσας. Horum librorum ipse mentionem facit in remp. 359,39 B: τίς δὲ ἡ ἀνεπιτηδειότης . . . εἴρηται

[1]) πρὸς scripsi pro περί cf. Dam. I 324,14 τῇ ἀρξαμένῃ γράφεσθαι συμφωνίᾳ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου τῶν Αἰγυπτίων πρὸς τοὺς ἄλλους θεολόγους; sic omnes tolluntur difficultates (Iahn VIII. Schoell praef. Procl. in remp. 5 adn.). Talem auctorum delectum fieri etiam ideo, ut canoni Christianorum aliquid opponatur, verisimile est. Cf. Procl. in Parm. 801,22: καὶ οἱ σοφοὶ περὶ αὐτῶν συνηνέχθησαν, Πλάτων Πυθαγόρας Ὀρφεύς, καὶ οἱ θεοὶ τούτοις ἐναργῶς ἐμαρτύρησαν.

διὰ πλειόνων ἐν τοῖς εἰς τὰ λόγια γεγραμμένοις. Tanti eum haec effata fecisse, ut diceret: κύριος εἰ ἦν, μόνα ἂν τῶν ἀρχαίων ἁπάντων βιβλίων ἐποίουν φέρεσθαι τὰ λόγια καὶ τὸν Τίμαιον tradit Marinus c. 38; cf. Damasc. vit. Isid. ap. Suid. s. v. Ἡγίας: τοιγαροῦν ὁ Πρόκλος ἠξίωσεν αὐτὸν ἔτι νέον ὄντα τῆς τῶν Χαλδαϊκῶν λογίων ἀκροάσεως.

Idem sensit Damascius, qui Asclepiodotum, ut solet omnes, vituperans ait: πρὸς δὲ τὴν Ὀρφικήν τε καὶ Χαλδαϊκὴν τὴν ὑψηλοτέραν σοφίαν καὶ τὸν κοινὸν φιλοσοφίας νοῦν ὑπεραίρουσαν ἔτι μᾶλλον ἐλείπετο (vit. Isid. 126). Scholas de Chaldaicis habitas post Parmenidis explanationem, quas edidisse non videtur, commemorat II 9,21 ταῦτα μὲν τοίνυν ἀκριβέστερον ἐξεταστέον ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς. 11,11. 132,9 ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν εἰς τὰς Χαλδαϊκὰς ἀναβάλλομαι συνουσίας.[1]) Sed de his multis exponit Thilo II 1 ss.; tantum addo longe plurima fragmenta nos Proclo et Damascio debere[2]).

At quaeret quispiam, quomodo oraculorum versus ab alienis discernantur. Nam sophistarum more, quorum artificiis nimis imbuti sunt, Platonici occultant auctores suos; σκώπτων τις Procl. in Parm. 929,22 est Aristoteles (met. I 9. 990ᵇ 2), ὥς τίς φησι 1047,22 Plotinus (cf. 1090,23. Olymp. in Phaed. 20,26. 28,8), Theodorus appellatur ὁ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος th. pl. 215,18, Aristocles (sic enim restituit Usener) ὁ ἐκ Ῥόδου φιλόσοφος in Parm. 1057,6; non Homerum nominant, sed τὴν ἔνθεον ποίησιν, non Orpheum, sed τὸν θεολόγον etc. Eodem modo

[1]) At Timaeum ante Parmenidem tractavit (II 216.16 etc.): ille physiologiam, hic theologiam continebat (Procl in Tim. 5ᵃ). Rectissime iudicavit Schoellius l. c. (e. g. cf. Procl. in Tim. 193ᵈ πρῶτον γυμνάσωμεν τὴν τῶν ἀκουόντων διάνοιαν). De scholis publicatis cf. Freudenthalium, hellenist. Stud. III 303.

[2]) Pauca adiungo de editionibus. Procli libros quorum versio tantum extat Morbekiana, commentarios in Alcib. et Parm. affero secundum editionem Cousinianam alteram Paris. 1864; commentationum ad rem publicam spectantium partem Florentinam secundum B(asileensem) anni 1534, Vaticanam secundum P(itram) anal. V 2, S(choellium) Berol. 1886 et R(eitzensteinium) Bresl. phil. Abh. IV 3; utriusque partis (Laur. 80,9 + Vatic. gr. 2197) mea utor collatione. Damascium edidit Ruellius Paris. 1889, dubitationes in Parmenidem primus; qui nihil fere intellexit codicemque praestantem (Marc. 246) neglegenter contulit (Goett. Gel. Anz. 1892,111 ss.). Nec pluris est Heitzii apographum, nunc cod. Berol. gr. Qu. 70. Contuli particulas Marciani. Occasione oblata adnoto Allenio non credendum esse a diversis librariis Marc. 246 et Vatic. 2197 + Laur. 80,9 exaratum esse (Journ. of Philol. XXI 52 s.).

raro apparent τὰ Χαλδαϊκὰ λόγια, sed οἱ Χαλδαῖοι, οἱ Ἀσσύριοι, οἱ βάρβαροι, ἡ θεοπαράδοτος σοφία vel μυσταγωγία, plerumque τὰ λόγια, τὸ λόγιον, οἱ θεοί, φησί τις θεῶν. Dicet aliquis multa id aetatis Apollinis, Hecatae, aliorum deorum oracula circumlata esse (cf. theosophiam ap. Buresch Klaros 89 ss., Porphyrii de oraculorum philosophia libros), facile horum aliquod sic citari posse. At ex tot versibus apud Porphyrium et theosophum extantibus ne unus quidem apud Platonicos; quos unum corpus oraculorum chaldaicorum tractasse idque λογίων nomine appellasse vel ex librorum inscriptionibus quas supra enumeravi efficitur. Quodsi quis ipsa fragmenta perlustraverit, tantam deprehendet in plerisque similitudinem generis dicendi (cf. ἄνθος, θρώσκειν, ὀχετός, δρέπτεσθαι, ἔργα, πρηστῆρες, στροφάλιγξ) et opinionum (ignis, numerus ternarius), ut magnum numerum eicere difficillimum sit. Idem fere ei respondendum est, qui interpolatores similiter grassatos esse statuet atque in libris Orphicis et Sibyllinis; nam ei in quos maxime cadit interpolandi suspicio, Platonici, qui soli hoc carmen curasse videntur, certe perpauca inseruerunt; pleraque enim ab horum praeceptis aliena sunt.

Nolo tamen praeterire unum fragmentum, quod ex oraculis haustum esse videri possit, aliunde potius desumptum esse, Procl. in remp. 380,17 B: οὐ φέρει με τοῦ δοχέως ἡ τάλαινα καρδία, φησί τις θεῶν; nam sane verisimile est δοχέως cum Wolffio in δοχῆος mutato (Porph. p. 163[1]) tetrametrum trochaicum restituendum esse. Ex hymno haurire videtur Procl. in Tim. 279[f] (οἱ θεολόγοι) τὸν ἐκεῖ Διόνυσον ὑμνοῦντες·

Ἠελίοιο πάρεδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνόν.

Alia quoque oracula aliosque Chaldaeos se nosse dicit Io. Lydus de mens. 14,9: οἱ περὶ Ζωροάστρην καὶ Ὑστάσπην Χαλδαῖοι fortasse non diversos ab eis quos legit theosophus, cuius libro undecimo afferebantur χρήσεις Ὑστάσπου τινὸς βασιλέως Περσῶν ἢ Χαλδαίων (p. 95 Bur.). Oracula Chaldaica praeter Graeca, Persica, alia habuit anonymus qui post Heraclium scripsit haec omnia cum dogmate Christiano concinere probans: Phot. cod 170.[1]) Nec tamen in suspicionem vocarem versus quos affert Lydus de mens. 29,19 ὅτι ἡ σελήνη προσεχῶς ἐπιβέβηκε τῶν γεννη-

[1]) Quos Marinus praeter oracula novit Chaldaeorum libros (p. 7), a Iuliani scriptis fortasse non sunt diversi, quae explanavit Porphyrius.

τῶν (scr. τῷ γεννητῷ) παντὶ καὶ πάντα κυβερνᾶται τὰ τῇδε ἐναργῶς ὑπ' αὐτῆς, ὡς τὰ λόγιά φησι·

Νύμφαι πηγαῖαι καὶ ἐνύδρια πνεύματα πάντα
καὶ χθόνιοι κόλποι τε καὶ ἠέριοι καὶ ὕπαυγοι
μηναῖοι πάσης ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται (?)
ὕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας καὶ ἀβύσσων,[1])

nisi Olympiodorus in Alc. p. 19 scriberet: φησὶ γὰρ καὶ Ὀρφεύς·

ὕλης οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου.

Diiudicari res non potest. — De theurgis alio loco dicturus sum; nil igitur impedit quominus fragmenta contemplari incipiamus.

Caput alterum.

Fragmenta.

Proclo et Damascio si credimus, oraculorum dogmata non differunt a Platone, qualem quidem ipsi intellegant, Orpheo, Homero, Pythagora, id quod nemini probabitur, qui aliquatenus Procli[2]) artificia perspexerit. Mirum enim quantum exercet ingenium, ut ea consona demonstret, quae ne minimam quidem habent similitudinem. Theologiam vero oraculorum cum Procliana congruere ab ipso demum perfecta vel ideo omni fide caret, quod illa a Porphyrio primo adhibita propter eaque multo vetustiora sunt.

Unum igitur, summum Platonicorum deum, etiam oraculis celebratum esse testantur Psell. 1149^{c}: μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀπογυμνοῦσιν (scr. ἀνυμνοῦσιν cum V) hypotyp. 1 anon. Oxon. 181,3 Dam. I 100,20: οἱ δὲ θεοὶ μετὰ τὸν ἕνα θεὸν πατέρα καὶ δύναμιν ὡς δυάδα μόνον ἐκφαίνουσι. Quibus cave ullam habeas fidem; neque enim in reliquiis fit Unius mentio neque ullum oraculorum testimonium philosophi

---

[1]) In v. 1 νάματα proponas, sed cf. Orph. fr. 67. hymn. 58,6. orac. ap. theos. 104,19 Bur. Inscr. Graec. Sic. 872,4, v. 4 ἀβύσσου praeferendum est. Cf. 23,11 Ἀφροδίτην δὲ ἄν τις εἴποι... τὴν πρωτογενῆ ὕλην, ἣν καὶ ἀστερίαν καὶ οὐρανίαν καλεῖ τὰ λόγια.

[2]) Cum hoc plerumque res est; nam Damascius, etsi in multis Procli dogmatis eum offendisse dicit Simpl. in phys. 795,15, nihil fere novi attulit qua est ingenii sterilitate.

de Uno disserentes proferunt, id quod quodammodo fatetur anonymus Taurinensis (quem edidi Rh. Mus. 47,599 ss.) Proclo vetustior col. IX 5, quo loco oraculorum respici praecepta et olim dixi l. l. p. 625 et infra demonstrabo: καὶ τῆς τριάδος αὐτὸν οὐκ ἐξελόντες ἀναιρεῖν ἀριθμὸν ἀξιοῦσιν, ὡς καὶ τὸ ἓν λέγειν αὐτὸν εἶναι παντελῶς παραιτεῖσθαι. — Iam licet ad summum Chaldaeorum deum fragmentum referre traditum a Damasc. I 154,16:

ἔστιν γάρ τι νοητόν, ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει·
ἢν γὰρ ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν κἀκεῖνο νοήσῃς
ὥς τι νοῶν, οὐ κεῖνο νοήσεις· ἔστι γὰρ ἀλκῆς
ἀμφιφαοῦς δύναμις νοεραῖς στράπτουσα τομαῖσιν.
οὐ δὴ χρὴ σφοδρότητι νοεῖν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο
οὐδὲ νόου ταναοῦ ταναῇ φλογὶ πάντα μετρούσῃ
πλὴν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο· χρεὼ δὴ τοῦτο νοῆσαι
(ἢν γὰρ ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν, κἀκεῖνο νοήσεις)
οὐκ ἀτενῶς, ἀλλ' ἁγνὸν ἀπόστροφον ὄμμα φέροντα
σῆς ψυχῆς τεῖναι κενεὸν νόον ἐς τὸ νοητόν,
ὄφρα μάθῃς τὸ νοητόν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.[1])

Perperam ad totum νοητόν refert Dam. Iamblichi secutus interpretationem[2]), cum de quodam agatur ceteris νοητοῖς praestantiore, quod singulari mentis facultate cognoscitur ideoque extra mentem situm est. Nec contraria est sententia versuum:

οὐ γὰρ ἄνευ νόος ἐστὶ νοητοῦ καὶ τὸ νοητόν
οὐ νοῦ χωρὶς ὑπάρχει

---

[1]) Huc spectat Procl. exc. Vat. 194,6 ss. V. 1 affert Psell. 1144[b]. νοῦ ἄνθος (cf. Rohde 478[1]) saepissime usurpatur: Procl. th. pl. 6,35. in Crat. 51,13. 70,26. de prov. 172,15. in Alc. 519,37. in Parm. 1044,28. Dam. I 44.2, ubi scr. αὐτό. II 98,22. Et ut versificator saepius metaphoram adhibuit, sic Platonici quoque ad alia transtulerunt: Iulian. or. IV 134[a]. Procl. th. pl. 237,2. 318 ex. in Parm. 855,10. Philopon. de mundi cr. p. 5 τὸ τῆς φιλοσοφίας ἄνθος ὁ Πλάτων. — v. 2 ἐπεγκλίνῃ ὡς ἂν νοῦν κ. νοήσῃ M? v. 3 „est enim (mens tua) vis aciei (ἀκμῆς?) utrimque lucentis micans ictibus intellectualibus" cf. Ps. Phocyl. 124. ep. ad Hebr. 4,12 etc. V. 6 οὐδὲ pro ἀλλὰ Thilo I 23. v. 8 del. idem, parenthesi potius includendus est. V. 9 ὄμμα ψυχῆς cf. Plat. pol. VII 519[b] τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν. 533[b] τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. inc. ap. Didym. de trin. III 21 p. 396. Herm. tr. 70,6. V. 10 vacua esto mens ceteris omnibus cogitationibus, cf. Plotin. V 5,6 ὁ θεάσασθαι θέλων τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοητοῦ τὸ νοητὸν πᾶν ἀφεὶς θεάσεται. VI 7,34 ἐπεὶ καὶ ψυχή, ὅταν αὐτοῦ ἔρωτα σύντονον λάβῃ, ἀποτίθεται πᾶσαν ἣν ἔχει μορφὴν καὶ ἥτις ἂν καὶ νοητοῦ ᾖ ἐν αὐτῇ. Herm. tr. 70,10. V. 11 corrumpit Psell. 1148[d].

[2]) 155,7 interpunge: ὄντα μηδὲ ἐπιζητοῦσα· γνῶσις κτέ.

Procl. in Tim. 267[d]. Dam. II 16,20. 57,26; haec enim de divina, non de humana mente dicta sunt.[1]) Quamobrem Proclus dicit th. pl. 172,39: καὶ οὕτως ἅμα μὲν ἐξῄρηται τοῦ νοῦ τὸ νοητὸν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὑπάρχον, ἅμα δὲ οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὸ νοητόν.

Id quod rerum intelligibilium principatum obtinet a ceteris quaecunque cognoscuntur diversum, summum principium esse consentaneum est; ad hoc quae alia revocanda sint fragmenta si circumspicimus, primum id offertur quod sic tradit Psell. 1144[a]:

ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν (fuitne ἥρπασσεν ἑαυτόν?)
οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Pater se eripit propriumque ignem, quo natura sua continetur, penes se retinens ne menti quidem suae tradit. — Huc spectare videtur anon. Taurin. IX 1: οἱ δὲ ἁρπάσαι ἑαυτὸν ἐκ πάντων τῶν ἑαυτοῦ εἰπόντες δύναμίν τε αὐτῷ διδόασι καὶ νοῦν ἐν τῇ ἁπλότητι αὐτοῦ συνηνῶσθαι καὶ ἄλλον πάλιν νοῦν, καὶ τῆς τριάδος αὐτὸν οὐκ ἐξελόντες ἀναιρεῖν ἀριθμὸν ἀξιοῦσιν, ὡς καὶ τὸ ἓν λέγειν αὐτὸν εἶναι παντελῶς παραιτεῖσθαι. ταῦτα δέ πως μὲν λέγεται ὀρθῶς τε καὶ ἀληθῶς, εἴ γε θεοί, ὥς φασιν οἱ παραδεδωκότες ταῦτα, ἐξήγγειλαν. Hic igitur de summo agi deo fatetur, id quod negat Procl. in Parm. 1070,15. exc. Vat. 194,29[2]). Is igitur pater nominatur, cogitandi habet potestatem, ignem proprium. Sed antequam ab his profecti ad alia procedamus, necesse est insistamus.

Trans potestatem mentalem situm esse patrem dicit oraculum; sed Platonici haec seiungunt potestatem et mentem[3]) inducentes. Cur hoc fecerint, non est obscurum. Solent enim affirmare regnasse in singulis theologiae Chaldaicae ordinibus

---

[1]) Cf. Plotin. V 5 (ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ καὶ περὶ τἀγαθοῦ) et 6,2 νοῦν γὰρ δεῖ γενέσθαι ἵνα νοῇ, ὄντα δὲ νοῦν καὶ νοητὸν ἔχειν καὶ πρώτως νοοῦντα ἔχειν τὸ νοητὸν ἐν αὐτῷ. 3,5 ἓν ἄρα οὕτω νοῦς καὶ τὸ νοητόν. Porph. vit. Plot. 18.

[2]) εἰ γὰρ ὁ πρῶτος πατὴρ (sc. intelligibilis infra Unum collocatus) ἁρπάζειν ἑαυτὸν λέγεται τοῦ νοῦ καὶ (!) τῆς δυνάμεως, τίς ὁ μηδὲ οὕτως ἁρπάσαι δεηθεὶς ἑαυτόν; Hinc saepe ἁρπάζειν ἑαυτόν adhibetur: th. pl. 270,8. in Crat. 62,22. in Parm. 628,11. 1067,3.

[3]) Cur de duabus mentibus praeter potestatem loquatur anonymus, statim videbimus. Ante Proclum eum scripsisse etiam inde concludi potest, quod simpliciorem oraculorum sequitur interpretationem.

trinitatem πατρός (= ὑπάρξεως), δυνάμεως, νοῦ. Procl. th. pl. 365,1: τὸ μὲν <γὰρ> πατρικὸν ἀρχηγικόν ἐστι πανταχοῦ, τοῦ μέσου δὲ ἡ δύναμις, ὁ δὲ νοῦς τὸ τέλος συμπεραίνει τῆς τριάδος·

ἡ μὲν γὰρ δύναμις σὺν ἐκείνῳ, νοῦς δ' ἀπ' ἐκείνου

κατὰ τὸ λόγιον (ἐκείνοις et δὲ ed.) = in Alcib. 392,7: ergo potestas ipsius patris est neque ut alter deus ab eo separanda. Dam. I 108,17: ἀλλ' ὡς οἱ θεοὶ καὶ αὐτοὶ μέντοι ἀνθρώποις διαλεγόμενοι οὕτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλας ἀπεφήναντο τὰς τρεῖς ἀρχάς, ὡς ἂν ἔχοι νοῦς καὶ δύναμις καὶ πατὴρ ἢ ὕπαρξις καὶ δύναμις τῆς ὑπάρξεως καὶ νόησις τῆς δυνάμεως. In mundo intelligibili trinitatem secundum oracula fuisse docet Dam. I 196,1. 221,13. II 36,13 idemque ante eum Porphyrius et Iamblichus fecisse videntur (I 288,12), in omnibus mundis Procl. in Tim. 118e. Dam. I 88,10. 97,26. 133,20. 193,26. Olymp. in Phaed. 99,13. 204,24 etc. Artificia manifesta: ab uno illo versu profecti quem perperam accipiunt ad omnes mundos suos hanc triadem transtulerunt.[1]) Proclo enim ubique schema tripertitum venanti haec obversabatur series: 1) οὐσία, ὕπαρξις, πατήρ 2) ζωή, δύναμις 3) νοῦς, ἐνέργεια. Cf. in Parm. 1106,28. th. pl. 157,28. 217,16. Dam. I 309,24.

Ut ad patrem redeamus, ignem eum habere accepimus; sed etiam ipse ignis esse dicitur; anon. Oxon. 181,12 αὐτὸς δὲ ὁ πατὴρ ἱερὸν πῦρ ὑμνούμενος παρ' αὐτοῖς. Plura praebent hi versus:

οὐ γὰρ ἐς ὕλην
πῦρ ἐπέκεινα τὸ πρῶτον ἑὴν δύναμιν κατακλείει
ἔργοις ἀλλὰ νόῳ· νοῦ γὰρ νοῦς ἐστιν ὁ κόσμου
τεχνίτης πυρίου[2]).

Primus ignis transmundanus vocatur pater, quod alter ignis globus extat (cf. infra); materia eum vim suam non includere

---

[1]) Potestas invenitur etiam in fragmento obscuro Procl. exc. Vat. 194,31 εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ πρωτίστου πατρὸς ἐν ἄλλοις εἴρηται· καὶ πρώτην δύναμιν ἱεροῦ λόγου; iynges vocantur πατρικαὶ δυνάμεις: cf. infra. Quod de medio ordine intelligibili dicit Dam. I 228,21 διὸ πατρικὴ δύναμις ἀποκαλεῖται καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν αὕτη ἡ ἀρχή (cf. 78,17), solo nititur illo δύναμις σὺν ἐκείνῳ.

[2]) Procl. in Tim. 157a. th. pl. 333,29. Dam. II 136,10 (l. 2 scr. πυρίου). 218,4. Cf. Philo de vict. off. 13. 261 M. ἐξ ἐκείνης γὰρ πάντ' ἐγέννησεν ὁ θεὸς οὐκ ἐφαπτόμενος αὐτός· οὐ γὰρ ἦν θέμις ἀπείρου καὶ πεφυρμένης ὕλης ψαύειν τὸν ἴδμονα καὶ μακάριον, ἀλλὰ ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν, ὧν ἔτυμον ὄνομα αἱ ἰδέαι, κατεχρήσατο πρὸς τὸ γένος ἕκαστον τὴν ἁρμόττουσαν λαβεῖν μορφήν.

haud mirum, siquidem ne potestate quidem mentali includit. Patrem mentem esse alteramque mentem (mentis mentem) ab eo secerni altero fragmento confirmatur:

πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ καὶ νῷ παρέδωκε
δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κληΐζετε πᾶν γένος ἀνδρῶν [1]).

Psell. 1140c (κληΐζεται Pv, πᾶν om. v). Pater igitur vel primus νοῦς cogitando omnia perficit, deinde alteri menti tradit quae materiam administrat. Ad hanc igitur pertinent versus:

δυὰς παρὰ τῷδε κάθηται·
ἀμφότερον γὰρ ἔχει, νῷ μὲν κατέχειν τὰ νοητά,
αἴσθησιν δ' ἐπάγειν κόσμοις [2]).

Haec per se non obscura; sed difficile iudicare de νῷ πατρικῷ qui interdum commemoratur. Quaeritur enim, quae ratio intercedat inter patrem, mentem paternam, secundam mentem. Pro tribus dis eos habuit Porphyrius (p. 6) et anonymus Taurinensis, plures ex eis fecerunt recentiores. Re vera duo sunt: p a t e r qui tamen etiam mens est et ideo mens paterna dicitur: „mens patris“ si appellatur, de altera persona cogitandum non est; s e c u n d a m e n s. Mentem enim paternam ut a patre non disiungam maxime eo commoveor, quod in compluribus fragmentis sine dubio summi dei partes agit. Est enim αὐτογένεθλος, quod de altero deo dici nequit (p. 25), aeoni et animis puris tamquam praestans aliquid tribuitur, ut mentem paternam conspiciant (cf. p. 27); dyas secundae mentis opponitur patris monadi: nihil potest intercalari. Quod vero anima mundana post patris διανοίας habitare dicitur (p. 28) id iam Porphyrio summas peperisse videtur difficultates (p. 6), quas ne nos quidem tollemus;

---

[1]) Cf. Numen. fr. 31 Th ὦ ἄνθρωποι, ὃν τοπάζετε ὑμεῖς νοῦν (sc. ὁ δημιουργός) οὐκ ἔστι πρῶτος, ἀλλὰ ἕτερος πρὸ τούτου νοῦς πρεσβύτερος καὶ θειότερος. Lobeck Agl. 439 d.

[2]) Syrian. in met. 883b 16 ἀλλὰ γὰρ καὶ δημιουργικήν τινα παρὰ τοῖς θεολόγοις αἴσθησιν ὑμνουμένην πεπιστεύκαμεν εἶναι, ἧς καὶ οἱ κατ' οὐρανὸν εἴδωλον ἔχουσιν α ἴ σ θ η σ ι ν καὶ αὐτοὶ τοῖς κ ό σ μ ο ι ς ἐ π ά γ ο ν τ ε ς κατὰ τὸ λόγιον. Procl. in Crat. 56,5. in remp. 376,34. 387,16 B. in Tim. 164c Dam. II 177,20. 205,20 etc., qui ad τὸν Δίς referunt, de hac re cf. p. 16 ss. Dyadem cum nomine Δίς perperam coniungit Procl. in Crat. 56. th. pl. 332,26, νοερὰν αἴσθησιν extare ex his concludit in Parm. 964,9. Cf. Numen. fr. 25 ὁ γὰρ δεύτερος διττὸς ὢν αὐτοποιεῖ τήν τε ἰδέαν ἑαυτοῦ καὶ τὸν κόσμον δημιουργὸς ὤν, ἔπειτα θεωρητικὸς ὅλως (?). fr. 30 ὁ μὲν οὖν πρῶτος περὶ τὰ νοητά, ὁ δὲ δεύτερος περὶ τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητά. Plotinus V 1,4.5 ideo bipertitam dicit mentem, quod in ea cogitans differat a cogitato.

insunt enim aut in perversa Chaldaei cogitandi ratione, de quo iniquius nos iudicare cave existimes, siquidem eosdem deos et mentes et globos igneos nominavit, aut in peregrina huius fragmenti origine.

Omnia ex patre orta sunt:

εἰσὶ πάντα ἑνὸς πυρὸς ἐκγεγαῶτα.

Psell. 1145ᵃ (sic codd., ἑνὸς om. v.) Neque vero solum ignis et mens est, sed etiam monas. Procl. in Alc. 356,20 τριῶν τοίνυν ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ κρυφίοις θεοῖς ὑποστάσεων οὐσῶν καὶ τῆς μὲν πρώτης τῷ ἀγαθῷ χαρακτηριζομένης τἀγαθὸν αὐτὸ νοούσης,

ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι,

τὸ λόγιόν φησι; cf. in Eucl. 98,17. Obscura sunt quae tradunt Procl. in Eucl. 98,23 διὰ ταῦτα τοίνυν τὴν ὁλότητα μιμεῖται καὶ τὴν τάξιν ἐκείνην, ᾗ καὶ ταναὴ μονάς ἐστιν καὶ δύο γεννᾷ et Damascius II 29,16 ταναὴ γάρ ἐστι μονὰς κατὰ τὸ λόγιον ἡ (ᾗ M ?) δύο γεννᾷ ad alterum ordinem νοητόν i. e. Aeonem revocantes; nec planiores versus:

ἐξ ἀμφοῖν δὴ τῶνδε ῥέει τριάδος δέμα πρώτης
οὔσης οὐ πρώτης, ἀλλ' οὗ τὰ νοητὰ μετρεῖται[1]).

Haec ad tertiam triadem νοητήν e praecedentibus oriundam referunt Proclus et Damascius; nos certe id lucramur, esse aliquam in mundo intelligibili trinitatem, quam tamen metiri vetat oraculum (cf. p. 11 v. 6 Dam. I 109,16. 306,12), mireque hoc concinere videmus cum Iamblichi dogmate, qui e monade, dyade, triade efficit trinitatem intelligibilem (Dam. I 86,20).

Deum perfectum et benignum esse ex his discimus laciniis:

οὐ γὰρ ἀπαὶ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει

Psell. 1145 ᵈ (ἀπὸ v).

πατὴρ οὐ †φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ'ἐπιχεύει

Psell. 1145 ᵈ (ἐπιχέει V [πειθοῖ δ'ἐπιχαίρει V²] et v) quae refingere conetur qui fragmentorum crisin fructuosam putat; his adiungo Procl. in remp. 355,50 B.:

οὐδ' ὅτι πᾶς ἀγαθὸς θεὸς εἰδότες· ἃ ταλαεργοί,
νήψατε[2]).

[1]) Dam. II 63,21; δὴ pro τῇ Ruellius, πρὸ τῆς M. V 2 οὐσίας Ruellius, οὔσης Heitzius. Haec respicit Procl. th. pl. 167,30 κατ' ἀμφοτέρας ἄρα τὰς προϋπαρχούσας τριάδας αὕτη προελήλυθε ῥέουσα κατὰ τὸ λόγιον.

[2]) Cf. homiliam Hermeticam 16,5 P.: ὦ λαοί, ἄνδρες γηγενεῖς, οἱ μέθῃ καὶ

Ea quoque quae de silentio dicta sunt hic colloco, etsi non constat utrum ad patrem solum referenda sint an ad totum mundum superiorem. Procl. in Crat. 68,8 δηλαδὴ τὸν ὑπερουράνιον τόπον καὶ ὅσα τῇ θεοθρέμμονι σιγῇ περιείληπται τῶν πατέρων (cf. in Alc. 364,2. in Tim. 167c); ibid. 63,15 de Saturno: καὶ ἱδρύσας ἑαυτὸν ἐν τῇ πατρικῇ σιγῇ καὶ πατὴρ πατέρων ἀνυμνούμενος. in Parm. 1171,4 εἴτε οὖν γαλήνη τίς ἐστιν ὑμνουμένη νοερὰ παρὰ τοῖς σοφοῖς εἴτε ὅρμος μυστικὸς εἴτε σιγὴ πατρική. Dam. I 56,9. Valde dolendum quod tenebris obvolutus est Procli locus th. pl. 320 ex. ἀνυπέρβλητος γάρ ἐστιν ἡ ἕνωσις τοῦ τε πρώτου πατρὸς (Saturni) καὶ τοῦ πρώτου τῶν ἀχράντων θεῶν· καὶ διὰ τοῦτο σιγώμενος καλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν καὶ τῷ νῷ συνῳδεῖν λέγεται καὶ κατὰ νοῦν μόνον ὑπὸ τῶν ψυχῶν γνωρίζεσθαι: quae fortasse accipienda sunt de potestate illa mentali, quae cum patre est[1]).

Antequam fragmenta agentem patrem inducentia enumeremus, opus est profligare quaestionem quam haud scio an iniuria tamdiu distulerim. Versus enim ad patrem (mentem paternam) et secundam mentem spectantes inter complures deos distribuunt Platonici: patrem et mentem intelligibilem, patrem et mentem intellectualem. Nam cum demiurgum Platonis mundo νοερῷ tribuant, eodem saepe deferre coguntur Chaldaeorum deos secundum illius imaginem formatos. Mundus enim proprie intellectualis Proclo constat ex hebdomade duas trinitates et monadem comprehendente[2]). Et prior quidem trinitas, quam solam nunc contemplamur, complectitur Saturnum, Rheam, Iovem; his in oraculis nomina esse dicunt Ἅπαξ ἐπέκεινα, Ἑκάτην, Δὶς ἐπέκεινα. Cf. anon. Oxon. 182,8 ὧν (τῶν νοερῶν πηγῶν) πρῶτοι μέν εἰσιν οἱ τρεῖς κοσμαγοὶ κατά τινα τάξιν προεληλυθότες ὁ Ἅπαξ ἐπέκεινα, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Δὶς ἐπέκεινα, καὶ μεσότης (μέση τις B) ἀμφοῖν ἡ Ἑκάτη ... ἔστι δὲ ὁ Ἅπαξ ἐπέκεινα νοῦς πατρικὸς καὶ πατὴρ τῶν νοερῶν ἁπάντων, ἄρρητον δέ τινα δύναμιν τὴν Ἑκάτην ὑμνοῦσι

ὕπνῳ ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες καὶ τῇ ἀγνωσίᾳ τοῦ θεοῦ, νήψατε, παύσασθε κραιπαλῶντες, θελγόμενοι ὕπνῳ ἀλόγῳ.

[1]) Cf. anon. Taurin. II 20 ἐπὶ τὴν ἄρρητον τοῦ πατρὸς ἔννοιαν τὴν ἐνεικονιζομένην αὐτὸν διὰ σιγῆς οὐδὲ ὅτι σιγῇ γιγνώσκουσαν. Valentinianorum Σιγῆς omnibus in mentem veniet.

[2]) Iamblicheam esse hanc hebdomadem ex Procl. in Tim. 94c non recte conclusit Zeller V[3] 691 falso hunc locum interpretatus (cf. 694[1]). Nam μετὰ non est ἐν; suam terminologiam et theologiam perperam sequitur Pr.; nil certius Taylori coniectura.

τῶν κοσμαγῶν ἁπάντων θεῶν (θεόν B) καὶ νοεροῦ φωτὸς τὰ πάντα πληροῦν αὐτὴν τερατεύονται· καλοῦσι δὲ τούτους κοσμαγοὺς ἅπαντας ὡς προσεχῶς ἐπιβαίνοντας τοῖς κόσμοις ὅλοις· ὁ δὲ δὶς παρ' αὐτοῖς ἐπέκεινα μεταδίδωσιν ἑαυτοῦ τοῖς κόσμοις καὶ κατασπείρει εὔλυτα φέγγη[1]), ἵνα καὶ τοῖς ἐκείνων χρήσωμαι ῥήμασι. Cf. Psell. 1152ᵃ hyp. 6.7 Procl. in Crat. 64,3 αἱ δὲ θεοπαράδοτοι φῆμαι τὴν θεότητα ταύτην τῷ ἅπαξ χαρακτηρίζουσι λέγουσαι ἅπαξ ἐπέκεινα. 56,8 etc. At quotquot afferunt oracula quibus de his dis aliquid narrari aiunt — neque exiguus est numerus — nusquam in eis Ἅπαξ et Δίς commemorantur. Casui hoc tribuent homines cautiores; sed alia aperta est via. Dicit enim Damascius I 240,22: ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Διΐῳ νῷ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ πάντες εἰσὶ καθ' ὕπαρξιν, οἱ μὲν ὁλοτελῶς προϊόντες καὶ τῷ ὅλῳ συνωνυμοῦντες, ὡς οἱ ἑπτὰ δὶς ἐπέκεινα δημιουργοὶ παρὰ τοῖς θεουργοῖς· 237,11: ὡς ὁ ἑπταχῇ προϊὼν ὅλος δημιουργὸς παρὰ τοῖς Χαλδαίοις· Δὶς γὰρ ἕκαστος ἐπέκεινα ἀνυμνεῖται. Veri aliquid subesse manifestum est; in oraculis neque Δίς neque eius progenies apparet; num nimiae erit audaciae, si deprehendere mihi videor alterius systematis vestigia cum Chaldaico commixti, quae etiam alia via indagavi (p. 7)? Ad Iulianum theurgum dudum revocarunt Iuliani imperatoris locum or. V 172ᵈ εἰ δὲ καὶ τῆς ἀρρήτου μυσταγωγίας ἁψαίμην, ἣν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὸν ἑπτάκτινα θεὸν ἐβάκχευσεν ἀνάγων δι' αὐτοῦ τὰς ψυχάς, ἄγνωστα ἐρῶ καὶ μάλα γε ἄγνωστα τῷ συρφετῷ, θεουργοῖς δὲ τοῖς μακαρίοις γνώριμα (cf. Procl. in Tim. 11ᵉ Lobeck Agl. 101); ex his septem radiis nullo negotio septemplicem illam generationem elicere poterant Platonici. Iuliani autem aut quisquis fuit si proprius est Δίς, etiam Ἅπαξ; quem ideo in oracula illatum esse censeas, quod πῦρ ἐπέκεινα τὸ πρῶτον eis celebrabatur.[2]) Sed ex quibus filis commenta sua contexuerint Platonici, nunquam prorsus enucleabimus.

---

[1]) Quaecunque a deo exeunt, fulminum radiorum lucis naturam habent. Etiam serendi imago frequentissima.

[2]) Hominibus cognominibus in titulis addi δίς, τρίς, τετράκις satis constat: Franz CIG III 1163s. K. Keil Philol. V 663 ss. Papers of the Amer. school II n. 38–50 etc. III 414. 534. – Ceterum mentione dignum est Proclum et Saturnum, qui pater mentium est, et cuiuslibet trinitatis infimum deum νοῦν πατρικόν appellare potuisse. Cf. Dam. II 16,12 (de primo loquitur): μᾶλλον δὲ ὡς αὐτοὶ οἱ θεοὶ λέγουσι θεὸν καὶ αὐτόν, ὥσπερ τοὺς ἄλλους καλοῦντες πατρικοὺς νόας ἐφεξῆς. I 289,29. 302,20. Procl. th. pl. 326 ex.

His explosis fragmenta tractare pergamus. Non omni difficultate carent haec:

εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε πατρὸς τέμνεσθαι ἅπαντα,
οὗ τὸ θέλειν κατένευσε καὶ ἤδη πάντ' ἐτέτμητο.

Procl. in Parm. 1091,6. Dam. I 253,25. II 60,28. 62,28, contra quorum consensum οὗ in ᾧ mutare nolui.[1]) Qui adnuit, pater est; ergo mens eius quodammodo ab eo disiungitur. Simile quid alibi dictum erat, cf. Dam. II 58,20 ἐροῦμεν τὴν νοητὴν τομὴν πάσης τμήσιος ἄρχειν κατὰ τὸ λόγιον. Cf. 56,29. Trinitas e monade exorta totum mundum pervadit:

παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριάς, ἧς μονὰς ἄρχει

Dam I 87,3. II 87,14. cf. Procl. th. pl. 271,14. — Ibid. 386,27 κατὰ τὸ παντελὲς τῆς τριάδος μέτρον ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πρωτίστων νοητῶν καὶ μέχρι (an μέχρι καὶ?) τῶν ἐσχάτων προεληλυθὸς καὶ τὰ πάντα μετροῦν καὶ ἀφορίζον, ὡς τὰ λόγιά φησι. Solus Lydus de mens. 20,7 exhibet haec: πάντα γὰρ τὰ νοητὰ ἐν τῇ τριάδι περιέχεται καὶ πᾶς ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἐν τῇ τάξει ταύτῃ προελήλυθεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χαλδαῖος ἐν τοῖς λογίοις

τῆσδε γὰρ ἐν τριάδος κόλποισιν ἐπάρχεθ' (?) ἅπαντα

καὶ πάλιν·

τῆσδε γὰρ ἐκ τριάδος πᾶν πνεῦμα πατὴρ ἐκέρασσε (-ρασε ed.),

sed quem Chaldaeum qualemque triadem dicat nescimus. Quod autem τριγλώχινα vocari mentem paternam affirmat Damascius (I 254,1. II 62,29. 95,23), fortasse ex uno illo versu deductum est:

ἀλκῇ τριγλώχινι νόον ψυχήν θ' ὁπλίσαντα (cf. infra).

Quod vero ob hanc omnium rerum divisionem νοεραῖς ἀστράπτειν τομαῖς eum volunt (Procl. in Tim. 216ᵇ 219ᵇ. th. pl. 270,32. 326,6 etc. Dam. I 315,22), aperta est fraus: nam ad singulorum hominum mentes hoc pertinere scimus (p. 11 v. 4). Vides quantopere ab argutiis inde a Porphyrio propagatis atque auctis cavendum sit.

Intelligibilia trans hunc mundum sita esse consentaneum est:

οἱ τὸν ὑπέρκοσμον πατρικὸν βυθὸν ἴστε νοοῦντες.[2])

---

[1]) Apud Procl. in Tim. 313 f sic edendum est: εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε πατρὸς <τέμνεσθαι ἅπαντα> * * * <πατρὸς> ἀϊδίου νῷ πάντα κυβερνῶν. Cf. Dam. II 84,21. Simpl. in phys. 617,20 D. De triade Lobeck Agl. 385 ss.

[2]) Procl. in Crat. 62,9. Dam. II 16,6; cf. I 291,22. Simpl. in phys. 614,5 etc. Recte Dam. I 284,7: τὸν κρύφιον διάκοσμον . . . ὃν ὡς (sic. leg.) ἀδιάκριτον καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κοσμικὴν εὐταξίαν τεταγμένον ὑπέρκοσμον οἱ θεοὶ ἀνυμνήκασιν. Valentiniani

Ad deos intellectuales (p. 30 s.) haec dici fortasse propterea affirmant Platonici, quod de νοοῦσιν agitur; sic autem omnes homines quicunque mentis erant capaces vocari poterant. [1]) Hic mundus transmundanus, utpote qui ideas complecteretur, omnium rerum quasi semina continebat:

πάντ' ἐστὶ γάρ, ἀλλὰ νοητῶς.

Dam. I 147,27. 153,20 etc. De hoc igitur dicuntur, quae ad τὸν Ἅπαξ aiunt pertinere: ἔστι γὰρ ὥς φησι τὸ λόγιον ἀμιστύλλευτος καὶ ἑνοειδὴς καὶ ἀδιαίρετος καὶ πασῶν συνοχεὺς τῶν πηγῶν Procl. in Crat. 63,10. cf. Dam. II 148,10 etc. [2]) Idem valet de versu:

πηγὴ τῶν πηγῶν, μήτρα συνέχουσα τὰ πάντα,

quem ad tertium ordinem intelligibilem (Orphei Phanetem, Platonis αὐτοζῷον) spectare dicunt Platonici. [3]) Dubium est ad utram mentem pertineant quae congerit Procl. in Tim. 128ᵇ ἡ τρίτη τοίνυν τριὰς ἡ νοητὴ τὸ αὐτοζῷον, περὶ ἧς καὶ τὰ λόγιά φησιν, ὅτι ἐργάτις (cf. th. pl. 166 ex. Dam. II 51,27. 60,23), ὅτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωηφόρου, ὅτι καὶ τὸν ζῳογόνον πληροῖ τῆς Ἑκάτης κόλπον καὶ ἐπιρρεῖ τοῖς συνοχεῦσιν

ἀλκὴν ζείδωρον πυρὸς μέγα δυναμένοιο.

Quamquam alteram dici verisimilius, ad quam etiam ἐργοτεχνίτης nomen rettulerim (Procl. in Tim. 4ᵉ, ubi ἔργον τεχνίτου perperam traditur; 166ᵉ cf. 44ᵃ; ex oraculis forsitan Iambl. de myst. 9, 2 τῶν περὶ τὴν φύσιν ἐργοτεχνιτῶν). De Hecate et συνοχεῦσιν, quos deos minores esse apertum est, infra expositurus

---

summum deum βυθόν nominarunt (Iren. I 1,1. 11,1. Hippol. 274.6 etc.), sed hic βυθός eorum pleromati respondet.

[1]) Haud aliter accipio τόνδε (patrem) νοεῖ πᾶς νοῦς θεόν Dam. II 16,16; τροφὴ τῷ νοοῦντι τὸ νοητόν (Procl. in Tim. 6 ᵈ. in Crat. 97,23. in remp. 396,14 B. th. pl. 261 ex. etc. Dam. I 146,15; ideo fortasse omnes deos μεθεκτούς e mente paterna originem ducere ait Dam. II 96,7) alicubi dictum erat secundum Plat. Phaedr. 146ᵉ τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστά γε τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα. cf. Philo leg. all. III 61 τρέφεται δὲ τῶν μὲν τελειοτέρων ἡ ψυχὴ ὅλῳ τῷ λόγῳ.

[2]) Cf. Archyt. ap. Stob. I 316,13 ἔτι ὁ μὲν νόος ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετος καθάπερ μονὰς καὶ στιγμή.

[3]) Dam. I 242,18. 274,7. II 67,1 etc. De fontibus cf. Usener RU I 34,18, infra passim. Philo de opif. 65,20 C. αἱ ἀέναοι πηγαὶ τῶν τοῦ θεοῦ χαρίτων et Cohnii indicem. Iren. I 12,2 de deo πηγὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Herm. ap. Stob. I 467,15 πάντων γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς, ὦ τέκνον, διὰ λόγου καὶ ἔργου πραγμάτων ἄνω εἰσὶν αἱ πηγαί 14,9 P.

sum; ignem tantam habere vim non mirabimur, quoniam summos deos igneos esse vidimus. Iam adiungere licet versus:

ἔνθεν ἀποθρώσκει γένεσις πολυποικίλου ὕλης,
ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῖ πυρὸς ἄνθος
κόσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι· πάντα γὰρ ἔνθεν
ἄρχεται εἰς τὸ κάτω τείνειν ἀκτῖνας ἀγητάς¹).

Hinc fortasse Aen. Gaz. 51 (p. 6), cf. Procl. in Tim. 142ᵃ ἐπεὶ μαθησόμεθα διὰ παντὸς τοῦ κόσμου τὴν ὕλην διήκειν, ὥσπερ καὶ οἱ θεοί φασι. Psell. hyp. 27 καὶ ἡ μὲν ὕλη πατρογενής ἐστι. Praeceptum est quorundam Pythagoreorum materiam e monade deducentium (Zeller I⁵363¹ V³114⁴. Möller Gesch. d. Kosmol. 33 ss.) et omnium fere Platonicorum. Fulmen descendens non transmundani ignis vim hebetat, sed ipsum quanto longius procedit tanto magis evanescit; fulmine κατευθύνειν κοινὸν λόγον Iovem dicit Cleanthes hymn. 11 (cf. Thilo III 14 adn.). De multitudine mundorum cogitandum non est, sed mundi sunt sidera, cf. Aet. 343ᵇ 15 Diels: Ἡρακλείδης καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν γῆν περιέχοντα καὶ ἀέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι. ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεσθαι. κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων Orph. fr. 1. 81. Ex Orphicis autem hunc dicendi usum in oracula devenisse admodum est notabile. Cum extremis cf. Herm. trism. 82,10 P. τοῦ μὲν θεοῦ καθάπερ ἀκτῖνες αἱ ἐνέργειαι. — Ex eadem fere carminis parte sumpti sunt hi versus:

τοῦδε γὰρ ἐκθρώσκουσιν ἀμείλικτοί τε κεραυνοί
καὶ πρηστηροδόχοι κόλποι παμφεγγέος αὐγῆς
πατρογενοῦς Ἑκάτης καὶ ὑπεζωκὸς πυρὸς ἄνθος
ἠδὲ κραταιὸν πνεῦμα πόλων πυρίων ἐπέκεινα²).

Hecate hic lunae dea esse videtur; extrema falso vertit Thilo I 7 „succinctus ignis flore fortisque spiritus, igneis polis superior" sc. Amor. Immo vertendum est: subiectus ignis (cf. infra) et validus spiritus, qui est trans polos igneos. Namque πνεῦμα ἄπειρον trans ignem extremum posuerunt Pythagorei (Zeller I⁵ 436¹). Amor ab hoc loco alienus.

¹) Procl. in Tim. 137ᶜ; mutato ordine (3ᵇ 4.1) Dam. I 251,15, v. 1 Procl. in Tim. 118ᶜ, v. 2.3ᵃ th. pl. 172,6 v. 3ᵇ. 4 ib. 171,9. In v. 1 ἔνθεν ἅδην θρώσκει legisse videtur Proclus.

²) Procl. in Crat. 63,4. 85,22. Dam. II 89,31. 133,3, qui ad Saturnum solito consensu referunt.

In his novarum dubitationum insunt semina, quarum prima est 'de ἀ μ ε ι λ ί κ τ ο ι ς. Adiungunt enim philosophi unicuique deorum intellectualium ἀμείλικτον suum oracula se sequi affirmantes. Dam. II 131,22 ἀλλ' ἐπεὶ ἡ φύσις ἤδη πρόσυλος ἦν, προεβλήθησαν καὶ οἱ τὴν ἀκλινῆ παρεχόμενοι τοῖς νοεροῖς (νοητοῖς M?) πρὸς τὰ δεύτερα δύναμιν ἀμείλικτοι, τριῶν ὄντων καὶ αὐτοὶ <τρεῖς> γενόμενοι. Cf. 150,23. anon. Oxon. 182,11. Quodsi quaerimus unde hoc hauserint, nihil proferunt nisi hos ipsos versus. Dam. II 133,1 ἤδη δὲ καὶ (fort. παρ' add.) αὐτοῖς τοῖς θεοῖς πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα τὴν ἑβδομάδα προβάλλεται, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπὸ τούτου κατὰ μέθεξιν τ ο ῦ δ ε γ ά ρ κτλ. At hebdomadem frustra quaeris, quam ex dogmate Procliano intulit; inexorabiles non sunt di quos cum Curetibus confundas (Procl. th. pl. 253), sed fulmina divinae potentiae nuntia. Neque aliud quicquam spectat Dam. II 134,28: ἔτι δὲ καὶ οἱ θεοὶ ἐν τοῖς πατράσι φασὶν οἷον συνειλῆφθαι τοὺς ἀμειλίκτους (nam quod ex aliquo emittitur, antea in eo insit necesse est, ut ipse ait II 90,6 acutissime) aut Procl. th. pl. 265,3 τούτου δὲ αἴτιον ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Κρόνος ὑποστάτης ἐστὶ τῶν ἀκηλήτων θεῶν καὶ τῆς ἀμειλίκτου τριάδος. Nec magis Platonicorum commentis favent versus:

νοῦς πατρὸς †ἀραιοῖς ἐποχούμενος ἰθυντῆρσιν,
ἄγναμπτον στράπτουσιν ἀμειλίκτου πυρὸς ὁλκοῖς,[1])

quos ita affert Procl. in Crat. 62,27 de Saturno loquens: διὸ καὶ ἐν τοῖς λογίοις τὴν πρωτίστην πηγὴν τῶν ἀμειλίκτων λέγεται περιέχειν, ἐποχεῖσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ν ο ῦ ς κ τ έ. At fons nullus; quem aliunde huc transtulisse Proclum manifestum est.

Ultimum deum intellectualem esse τὸν ὑπεζωκότα omnes testes consentiunt: Procl. in remp. 71,38 P. μιμούμενος τὴν νοερὰν πηγὴν τῆς τῶν ὄντων ἀπ' ἀλλήλων διακρίσεως, ἣν ὑπεζωκότα καλεῖν ἐστιν ἔθος τοῖς ἐκ τῆς βαρβάρου θεοσοφίας, et hanc monadem seiungentem cum duabus triadibus κοσμαγῶν et ἀμειλίκτων complere numerum septenarium deorum intellectualium proprium affirmant (th. pl. 249 s. 254). At non habent quo hoc comprobent praeter subiectum illum ignem et versum:

[1]) In ἀραιοῖς lateat forsitan ἀλκαίοις, ἄγναμπτον scripsi pro ἄκναπτον. Sulcos similiter adhibet Apoll. Rh. III 141 ἀστὴρ ὣς φλεγέθοντα δι' ἠέρος ὁλκὸν ἵησιν. 1377 οἷος δ' οὐρανόθεν πυρόεις ἀποπάλλεται ἀστήρ | ὁλκὸν ὑπαυγάζων. — Deos in-

ὡς γὰρ ὑπεζωκώς τις ὑμὴν νοερὸς διακρίνει.[1])

Videntur igitur hac tunica ab igni illo subiecto fortasse non diversa transmundana dirimi a mundanis; intellectualis vocatur, quod ex „igni intellectuali“ constat.

Quoniam deos inexorabiles et subiectum explosimus, iam omne de septenario numero decretum aboleamus. Quem in oraculis nusquam deprehendimus[2]), immo usquequaque ternarium regnare vidimus et videbimus. Quodsi Proclus ubi ad deos intellectuales pervenit, ad septenarium transit, non sine auctore eum hoc ausum esse putabimus; nam ante eum Iamblichum idem docuisse ei non credo (p. 16,2). Aut igitur Orpheum secutus est septem filios septemque filias Caelum et Terram gignentes facientem aut — id quod praeferendum — septem illos Iuliani Δὶς ἐπέκεινα (p. 17); ab his igitur profectus unumquemque horum deorum rursus hebdomadem procreare dixit; th. pl. 255,21 ἀπὸ τῆς θείας ἄρα νοερᾶς ἑβδομάδος εἰς ἑαυτὴν εἰσιούσης ὑπέστη τὸ τῶν ἑβδομάδων τῶν ἑπτὰ πλῆθος et saepius[3]). Quod autem toties a demiurgo μερικαί deorum σειραί initium capere dicuntur, duobus maxime innititur locis, versibus Homericis quibus deos adloquitur Iuppiter (Θ 19 ss.):

σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες
πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.

Noctisque Orphicae ad Iovem pronepotem consilio (fr. 122):

αὐτὰρ ἐπὴν δεσμὸν κρατερὸν περὶ πᾶσι τανύσσῃς
σειρὴν χρυσείην ἐξ αἰθέρος ἀρτήσαντα[4]).

---

exorabiles ante Proclum statuerat Iamblichus, si fides Damascio I 241,26. Ex Proclo Maximus Confessor ad Dionys. Areop. I 115 Cord.

[1]) Dam. II 131,27 ἀλλ' ἐπεὶ καὶ διάστασις ἐν τούτοις, ἐχρῆν καὶ τὴν διακρίνουσαν ἐκφανῆναι αἰτίαν, ὃν ὑπεζωκότα δι' αὐτὸ τοῦτο κεκλήκασιν οἱ θεοί· ὡ ς κ τ ἑ. Psell. epit. in Xiphil. IV 453 Sathas. Triadicam esse hanc monadem vult Dam. II 132,4. Similia sunt Epicureorum *flammantia moenia mundi*: Zeller IV[3] 411[2] et Valentinianorum ὅρος Hippol. 276,46 καλεῖται δὲ ὅρος μὲν οὗτος, ὅτι ἀφορίζει ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἔξω τὸ ὑστέρημα. Clem. exc. Theod. 42 p. 246 Bunsen. Herm. trism. 74,12 P.

[2]) Mentitur Dam. II 128,19 ἀπὸ τῆς τάξεως ταύτης ἄρχεται ἡ νοερὰ διαίρεσις . . . . ἑβδομαδικῶς γοῦν καὶ αὐτὴν οἱ θεοὶ παράγουσιν. 131,11. 133,1 (p. 21).

[3]) Procl. in remp. 79,11 P. οὕτω καὶ τῶν θεολόγων πολλαχοῦ τὰς οὐρανίας ζώνας διπλασιαζόντων ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην et Dam. II 232,15 ὥσπερ καὶ οἱ Χαλδαῖοι τὰ ὑπουράνια γένη τῶν οὐρανίων διπλασίω παραδιδόασιν Iuliani dogmata spectare videntur.

[4]) Dam. II 87,2. -- 59,20 ὁ δὲ μερισμὸς ἐμφανὴς ἀπὸ τῆς πηγαίας Ἑκάτης

In oraculis catenis locus non fuit; fontibus fuisse constat; nec tamen fides talibus commentis qualia profert anon. Oxon. 182,7: καὶ τῶν νοερῶν πηγῶν τὰς διακοσμήσεις, ἃς καί φασιν ἑπτὰ κεραυνούς; quod unde ortum sit iam perspicis. 183,12 οὕτω καὶ (δὲ B) ὁ δὶς ἐπέκεινα ἔχει πλῆθος πηγῶν τὰς μὲν περὶ αὐτόν (αὐτοῦ B), τὰς δὲ ἐν αὐτῷ· τήν τε τῶν ἰδεῶν πηγήν, τὴν κεραύνιον, τὴν τῶν διοπτρῶν: idearum et fulminum fontem alterum extare alterum confictum esse scimus; δίοπτραι obscurae sunt, nisi cum speculo Orphico (fr. 195 ss.) coniunctas esse quis statuat. Praeter hos etiam ἡλίου αἰσθήσεως (cf. Procl. in Tim. 164 c) καθαρτηρίων τελετῶν χαρακτήρων (quam ἐπιβατεύειν dicit τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι 1152 a) Εὐμενίδων τελεταρχῶν fontes e demiurgo emanantes novit Psell. hyp. 12 s. Solis fons inde quod solem cum reliquo mundo creat; de perceptione supra diximus p. 14,2; symbola et synthemata a mente paterna in mundum dispergi constat (cf. infra): hinc characterum fons (cf. Porph. ad Marc. 14. hymn. Orph. 1,25. Wessely ind. papyr.); teletarchae cur a demiurgo effluere dicantur mireris, sunt enim ante eum secundum Proclum: sed hoc inde explicandum quod mentem oraculorum in complures deos discerpsit, nisi ad Pselli errorem confugere mavis. De ceteris ingenium non torquebimus; nam cum fons fontium dictus esset mundus intelligibilis, quotquot volebant fontes in eo reponere poterant boni Platonici.

Longa fuit, sed ut spero haud infructuosa digressio. Sed nunc ad ea fragmenta revertamur, quibus mentis actiones describuntur. Quorum facile gravissimum est hoc:

νοῦς πατρὸς ἐρροίζησε νοήσας ἀκμάδι βουλῇ
παμμόρφους ἰδέας, πηγῆς δὲ μιᾶς ἀποπτᾶσαι
ἐξέθορον· πατρόθεν γὰρ ἔην βουλή τε τέλος τε.
ἀλλ᾽ ἐμερίσθησαν νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
εἰς ἄλλας νοεράς· κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ
προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὗ κατ᾽ ἄκοσμον
ἴχνος ἐπειγόμενος μορφῆς μέτα κόσμος ἐφάνθη
παντοίαις ἰδέαις κεχαρημένος· ὧν μία πηγή,
ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι ἄπλατοι

ἄρχεται καὶ μάλιστα ἀπὸ τοῦ δὶς ἐπέκεινα. 89,20. 177,23. Procl. th. pl. 247,17. Fontibus particularibus qui opponantur universales non sunt; tamen hos quoque comminiscitur Dam. II 87,16. 88,8: quem locum cur inter „nova“ fragmenta Orphica ediderit Kern Herm. 23,484 s. nescio.

ῥηγνύμεναι κόσμου περὶ σώμασιν, αἱ περὶ κόλπους
σμερδαλέους σμήνεσσιν ἐοικυῖαι φορέονται
στράπτουσαι περί τ' ἀμφὶ παρασχεδὸν ἄλλυδις ἄλλη,
ἔννοιαι νοεραὶ πηγῆς πατρικῆς ἄπο πουλύ
δρεπτόμεναι πυρὸς ἄνθος ἀκοιμήτου χρόνου ἀκμῇ.
ἀρχεγόνους ἰδέας πρώτη πατρὸς ἔβλυσε τάσδε
αὐτοτελὴς πηγή.[1])

Mentem patris a patre diversam non esse vides ex vv. 3. 15. Igneae sunt ideae ut omnia, quae e transmundanis egrediuntur; Stoica et Platonica coniuncta ita fere ut coniunxit Philo (Zeller V^3 360 ss.). Ideas mundanis corporibus illidi et frangi quomodo animo finxerit poetaster nescio. Ceterum mundus igneus in versu illo: νοῦ γὰρ νοῦς ἐστιν ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου (p. 13 s.) ab idearum mundo vel ideo diversus, quod hic a primo deo cogitatur (v. 1), ille ab altero fabricatur; ibi igitur extremam huius mundi partem sidera continentem dici puto, quorum ignis a transmundano diversus est. Praeterea memorabile est obscurum et incompositum dicendi genus; saepius eadem res narratur. — Ad ideas pertinet etiam versus valde corruptus in A:

ἔννοιαι πατρὸς αἰδεύμεθα σε μον εἰλιμένον πῦρ·

Procl. in Parm. 895,7 τὰς γοῦν ἐν ἐκείνῳ πρώτως ὑφεστώσας ἰδέας ἡμῖν ἐφερμηνεύοντα τὰ λόγια κέκληκεν αὐτὰς ἐννοίας πατρικὰς ὡς οὔσας δημιουργικὰς νοήσεις διὰ τὴν τῶν νοήσεων πρὸς τὰ νοούμενα μίαν ὑπόστασιν· λέγει γοῦν· ἔννοιαι κτέ. Sciens hariolor:

ἔννοιαι πατρός, αἰθόμενον σέλας, εἰλικρινὲς πῦρ.

ἐννοιῶν nomen (etiam supra v. 13) Stoicum.

[1]) Omnia affert Procl. in Parm. 800,11 cf. 801,27. V. 1. 2. ibid. 935,10 cf. in Tim. 97^b. Dam. II 178,1; ad v. 5. 6. cf. Procl. in Tim. 103^e, ad. v. 10. 11 ibid. 267 f. De idearum fonte Dam. II 176,22. anon. Oxon. 183,13. Psell. hyp. 12. Codicis A lectiones (Paris. 1810 bomb. saec. XIII) eximiae Heibergi debeo benignitati: v. 2 ἀποπτεῦσαι (positionis ante πτ neglectae praeter Homericum Αἰγύπτιος nullum novi exemplum nisi Plat. Phaedr. 252^c quod ipse haud emmetrum vocat; or. Sib. VII 144?) — 3 ἐξέθορε, ον ss. m. rec. — 5 εἰς ἄλλας εἰς νοερά, corr. Patricius — 6 κατὰ κόσμον, correxi — 8 πάντ' ἐν ἰδέαις ut vid., corr. Patr. — κεχαρισμένος, correxi — 12 τραποῦσαι, corr. Thilo I 27 (qui ad περί τ' ἀμφί confert Synes. hymn. 1,49 περί τ' ἀμφί με ποτᾶται) — 13 πολύ — 14 δραττόμεναι,

Inter deos, quos in mundum emittit mens, praecipuum locum tenet Amor:

ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος
πᾶσιν ἐνέσπειρεν δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπέραντον ἐρῶντα,
μηδὲ πέσῃ τὰ πατρὸς νοερῷ ὑφασμένα φέγγει·
ᾧ σὺν ἔρωτι μένει κόσμου στοιχεῖα θέοντα.[1])

Opera a patre excogitata sunt ideae, quas etiam intelligibilia patris opera nominari videbimus (p. 37). Amori tantum tribui ne mireris, confer Hesiod. theog. 116. Parmenid. p. 800 St. πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων, Aristoph. av. 696, Herm. trism. ap. Stob. I 397,6 in demiurgi oratione: Ἔρως ὑμῶν, ψυχαί, δεσπόσει καὶ Ἀνάγκη· οἶδε γὰρ μετ' ἐμὲ πάντων δεσπόται τε καὶ ταξίαρχοι. In rhapsodiis Orphicis cum Phanete confundebatur eximioque loco ponebatur (fr. 68 ss. 123,11. hymn. 52,10. 58). — Ad v. 5 an alio pertineat nescio quae Proclus dicit in remp. 95,19 S. ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν θείων ἀκούω τῶν λογίων λεγόντων ὅτι ἐθίσαντα τὰ στοιχεῖα τοιῶσδε ζῆν οὐ παραλλάττει τὸ ἔθος. Quae dicat elementa, docebit Iambl. de myst. 31,17: ὅπερ δὴ καὶ ὁ σύμπας μιμούμενος οὐρανὸς καὶ κόσμος τὴν ἐγκύκλιον περιφορὰν περιπολεῖ συνήνωταί τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ στοιχεῖα κατὰ κύκλον περιδινούμενα ποδηγεῖ. pap. Paris. 1126 (Denkschr. d. Wien. Ak. 36) χαῖρε στοιχείων ἀκοπιάτου λειτουργίας δίνησις: sunt sidera caeli. Cf. Menag. ad DL VI 102. Dieterich, Abraxas 61.

Haud longo intervallo remoti fuerunt hi versus:

δεσμῷ Ἔρωτος ἀγητοῦ, ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος
ἑσσάμενος πέρι πῦρ συνδέσμιον, ὄφρα κεράσσῃ
πηγαίους κρατῆρας ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ἐπισχών.[2])

Vinculo hoc ideas contineri dicit Proclus, recte fortasse;

corr. Thilo, cf. p. 27 v. 2 etc. — Stoicus est ignis cogitans, cf. p. 42. Zeller IV³ 141² Plotin. IV 7,4. Clem. exc. Theod. 12 p. 219. Herm. ap Stob. I 389,10 ap. Cyrill. c. Iul. I 35 c.

[1]) Omnia Procl. in Tim. 155 e, v. 1 ib. 166 e, v. 2 ibid. 219 b. in Alc. 317,36, ad. v. 4 cf. in Tim. 106 a et Plotin. VI 7,15 καὶ νοῦν τὸν πάντα ἐπ' ἄκραις αὐταῖς ἱδρυμένον ὡς φέγγει νοερῷ καταλάμπεσθαι τὸν τόπον. Synes. hymn. 3,531. Carere possumus Lobeckii coniecturis (Agl. 220): ἰόντα pro ἐρῶντα v. 3, κάμῃ pro πέσῃ et συνυφασμένα v. 4, ὡς ἐν ἔρωτι μένῃ v. 5.

[2]) Procl. in Parm. 769,7 ἀλλὰ καὶ διακέκριται ἅμα καὶ συγκέκριται (τὰ νοητὰ εἴδη) δεσμῷ κτλ. in Alc. 373,13. 376,7 th. pl. 318,27: πηγαίους γοῦν κρατῆρας καὶ οἱ θεοὶ προσειρήκασι τὰς πρωτουργοὺς τῶν μερικῶν αἰτίας. in Parm. 777,9. — In v. 2 πέρι scripsi pro πυρὶ et κεράσσῃ pro κεράσῃ.

crateres eos esse putabimus, in quibus animae miscentur, quamquam alibi non apparent. Quos haud scio an ita miscere dicatur Amor, ut aliquam sui partem admisceat. Namque ad Mentem pertinet fragmentum:

ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κράσας ὁμονοίαις,
νῷ καὶ πνεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἁγνὸν Ἔρωτα,
συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνὸν ἔθηκεν.[1])

De animae mixtione Plat. Tim. 35[a]; cf. Herm. trism. ap. Stob. I 389,9: πνεῦμα γὰρ ὅσον ἀρκετὸν ἀπὸ τοῦ ἰδίου λαβὼν καὶ νοερῷ τοῦτο πυρὶ μίξας ἀγνώστοις τισὶν ἑτέραις ὕλαις ἐκέρασε, ubi eandem habes mentis et spiritus divini distinctionem inde ortam, quod Platonica et Stoica confunduntur. De Amore pap. Paris. 1748 ἐπικαλοῦμαί σε τὸν ἀρχηγέτην πάσης γενέσεως, τὸν διατείναντα τὰς ἑαυτοῦ πτέρυγας εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον, σὲ τὸν ἄπλατον καὶ ἀμέτρητον εἰς τὰς ψυχὰς πάσας ζῳογόνον ἐμπνέοντα λογισμόν, τὸν συναρμοσάμενον τὰ πάντα τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει. 1762: ὁ κρύφιμος καὶ λάθρᾳ ἐπινεμόμενος πάσαις ψυχαῖς πῦρ ἀθεώρητον. — Ab hoc Amore divino Platonem secuti (symp. 180[c] ss. cf. Lobeck Agl. 1097 ss.) discreverunt vulgarem, quem πνιγμὸν ἔρωτος ἀληθοῦς vocatum esse testatur Proclus in Alc. 417,10. in remp. 399,6 B., cf. ib. 121,32 S. διὸ καὶ τὰ λόγια παρακελεύεται πλατύνειν (de μηδὲ βαθύνῃς τοὐπίπεδον cf. infra) ἡμῖν διὰ τῆς ἀπολύτου ζωῆς ἑαυτούς, ἀλλὰ μὴ ἀποστενοῦν πνιγμὸν ἔρωτος ἀληθοῦς ἐφελκομένους ἀντὶ τῆς εἰς τὰ ὅλα ἀνατάσεως. — Ad divinum Amorem revocandus est Procli locus th. pl. 4,25: ἔρωτι μὲν βαθεῖ κατὰ τὸ λόγιον ἀναπλήσας τὴν ψυχήν.

Cum amore aliquo loco πίστις et ἀλήθεια coniunctae fuerunt. Procl. in Alc. 365,27: καὶ τρεῖς κατὰ ταύτας τὰς νοητὰς αἰτίας (ἀγαθόν, σοφόν, καλόν) ὑφίστανται μονάδες, κατ' αἰτίαν μὲν ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσαι καὶ ἑνοειδῶς, ἐκφαινόμεναι δὲ πρώτως ἐν τῇ ἀφθέγκτῳ τάξει τῶν θεῶν (p. 40), πίστις καὶ ἀλήθεια καὶ ἔρως: et 357,12 de eadem trinitate dicit:

πάντα γὰρ ἐν τρισὶ τοῖσδε (φησὶ τὸ λόγιον) κυβερνᾶταί τε καὶ ἔστιν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς θεουργοῖς οἱ θεοὶ παρακελεύονται διὰ τῆς τριάδος ταύτης ἑαυτοὺς τῷ θεῷ συνάπτειν, ubi num eosdem dicat theurgos quibus oracula data sunt obscurum est.[2])

[1]) Lyd. de mens. 4,20 κἂν εἰ τὸ λόγιον ὅλην τὴν ψυχὴν τριάδα θείαν παραδίδωσι· φησὶ γὰρ οὕτως· (ὁ αὐτός ed.) ψυχαῖον κτλ. In v. 2 scripsi πνεύματι pro νεύματι. Ad v. 3 cf. Procl. in Alc. 372,28.

[2]) πηγαίαν τριάδα i. e. gignentem vocat Psell. 1152[a] hyp. 11; idem aliis verbis dicit Procl. in Alc. 356,36; cf. th. pl. 62,33. 193 ex. Spem addit in Tim.

Denotandus est numerus ternarius, qui redit in simili copulatione Dam. II 45,10: διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ ἐφάνησαν ἐν αὐτῇ ἥ τε ἀρετὴ καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ πολύφρων ἀτρέκεια κατὰ τὸ λόγιον de medio ordine intellectuali; virtutem et sapientiam cum εὐνομίῃ coniunctas postea inveniemus.

Et difficilis est et laceratus locus quo de aeone loquitur Procl. in Tim 242[d]: διὸ καὶ ὑπὸ τῶν λογίων πατρογενὲς φάος εἴρηται, διότι δὴ τὸ ἑνοποιὸν φῶς πᾶσιν ἐπιλάμπει·

πολὺ γὰρ μόνος ἐκ πατρὸς ἀλκῆς
δρεψάμενος νόου ἄνθος ἔχει τὸ νοεῖν πατρικὸν νοῦν
<καὶ νόον> ἐνδιδόναι πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς
καὶ δινεῖν αἰεί τε μένειν ἀόκνῳ στροφάλιγγι.

πατρικῆς γὰρ θεότητος διακορὴς ὢν ἣν καλεῖ νοῦ ἄνθος νοῦν ἐπιλάμπει τοῖς πᾶσι καὶ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως νοεῖν καὶ ἐρωτικῶς περὶ τὴν πάντων ἀρχὴν στρέφεσθαι καὶ ἐνεργεῖν [1]). Ex Platonis Timaeo haec sumpta; nam huius quoque aeon ipse quidem penes summum deum est et in uno manet (37[d]), sed exemplar est temporis rerum mundanarum motionem regentis. De fontium et ἀρχῶν coniunctione infra dicturus sum.

Omnino adhuc negleximus Hecaten, quam inter duos mundi rectores ita interserunt Platonici, ut modo cum hoc modo cum illo eam coniungi perhibeant. Cum enim dicatur:

μέσσον τῶν πατέρων Ἑκάτης κέντρον πεφορῆσθαι[2]),

patres hos τὸν Ἅπαξ et τὸν Δίς esse volunt philosophi (anon. Oxon. 182,8. 183,1. Psell. 1152[a]. hyp. 6. 7), nos illis exterminatis mentes substituemus, nisi in his tenebris iudicium cohibere

---

65[d], quae commemoratur versu: ἐλπὶς δὲ τρεφέτω σε πυρήοχος Olymp. in Phaed. 31,21. 34,3. Cf. Philo de praem. 2 p. 409 s. Gfrörer Urchristent. I 445 s. Porph. ad Marc. 24 τέσσαρα στοιχεῖα μάλιστα κεκρατύνθω περὶ θεοῦ· πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, ἐλπίς. pap. Paris. 1013: περιβεβλημένος τῷ τῆς ἀληθείας καὶ πίστεως κύκλῳ.

1) Cf. th. pl. 149,17 καὶ τῆς ἀόκνου κατὰ τὸ λόγιον ἐνεργείας ὁ αἰὼν <αἴτιος>. 219 ex. in Parm. 1161,28 τὰ δὲ λόγια πάσας πηγὰς ἀποφαίνεται (τὸν αἰῶνα) καὶ ἀρχὰς δινεῖν ἀεί τε μένειν ἀόκνῳ στροφάλιγγι. Dam. II 21,15. 29,17. In v. 1 μένος conicias mentisque florem ipsam patris cognitionem esse existimes. v. 3 καὶ νοῦν add. Schneider, v. 4 καὶ δινεῖν dubitanter scripsi pro καὶ τὸ νοεῖν. Ad initium cf. p. 24 v. 13 s., ad στροφάλιγγι cf. hymn. Orph. 10,22 fr. 235. Didym. de trin. III 1. 324. — Gnosticos respicit Dam. II 33,24: ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς οἱ θεολόγοι τοὺς πολυμόρφους θεοὺς αἰῶνας καλοῦσι διὰ τήνδε τὴν φύσιν τοῦ πρώτου αἰῶνος.

2) Dam. II 164,18; cf. 154,17. Procl. th. pl. 265 ex. etc. Sed non ideo ἀμφιφαής appellata est, ut significat Dam. I 315,20. II 152,22 (cf. Procl. in Tim. 179[e]), sed quod utraque manu faces gestat.

praestat. Certe proxime summum deum habitet necesse est, quae animam mundanam continet. Dicit enim Proclus in remp. 59,30 P. τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ τὰ λόγια λέγειν τὸ φῶς, ἡνίκα ἂν διδάσκοντα περὶ τῆς ψυχώσεως, ἣν ἡ πηγὴ τῶν ψυχῶν τὰ πάντα ψυχοῖ, λέγῃ·

δεξιτερῆς μὲν γὰρ λαγόνος περὶ χήραμα χόνδρων
πολλὴ ἄδην βλύζει ψυχῆς λιβὰς ἀρχιγενέθλου
ἄρδην ἐμψυχοῦσα φάος πῦρ αἰθέρα κόσμους.[1])

Multa in his obscura. Ut de mira Hecates forma taceam, quomodo anima a deo mixta in Hecaten pervenit? Utile erit in memoriam revocare locum illum, quo alterutra mens deae sinum complere dicitur (p. 19). At nonne de eadem anima dicitur:

μετὰ δὴ πατρικὰς διανοίας
ψυχὴ ἐγὼ ναίω θέρμῃ ψυχοῦσα τὰ πάντα?[2])

Conicias animam mundanam (Hecaten?) theurgo apparuisse summaque mysteria prodidisse ut Marco gnostico Σιγήν (Iren. I 14,1 ss.). Sed summam interpolationis suspicionem movet hoc fragmentum, quae augetur patris mentis animae oppositione prorsus Plotiniana (cf. maxime V 1. Plotiniana etiam in pap. Leid. 183,46. 184,81). Ad illos autem versus ut redeamus, mundi hic quoque ponuntur pro sideribus; lux et ignis multarum dubitationum ansam dederunt Proclo nec nobis in promptu est explanatio. Nam ut igni mundi moenia significentur, restat lux.

Huic fragmento respondet alterum:

λαιῆς ἐν λαγόσιν Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή
ἔνδον ὅλη μίμνουσα τὸ παρθένον οὐ προιεῖσα.[3])

[1]) V. 3 ter affert Simpl. in phys. 612. 615. 617 D. disputans contra Procli libros περὶ τόπου (schol. 58,25 Pitra; recte igitur Diels ad 611,11, sine causa dubitat Zellor V^{3} 780^{1}), ad v. 2 cf. Procl. in Tim. 318^{a}. Animae fontem in Hecate esse haud raro tradunt: Procl. de prov. 179,22 *qui autem a deo traditi sermones* (τὰ δὲ θεοπαράδοτα λόγια) *fontem per se* (?) *laudant* (ὑμνεῖ) *omnis animae* ἐμπυρίας <αἰθερίας ὑλαίας> . . . *et hunc seiungunt* (ἐξάπτει) *ex tota* ζῳογόνῳ θεᾷ. th. pl. 372,5. 373 ex. Dam. II 235,8. Psell. 1136^{b} 1152^{c} etc. Hinc Theodorus Asinaeus pendet (Procl. in Tim. 225^{b}).

[2]) Procl. in Tim. 158^{a} οὕτω δὴ καὶ τὰ λόγια τὰς μεριστὰς τοῦ δημιουργοῦ νοήσεις διανοίας προσείρηκε· μετὰ κτέ. 124^{d} in Parm. 925,16. in Crat. 110,29. Hermias 161. Cf. Iambl. ap. Stob. I 365,27: ἴδιον δὲ αὐτῇ τῆς οὐσίας ὅρον ἀπονέμει ἤτοι . . . ἢ τὴν μετὰ τὰς ἰδέας ὑπηρεσίαν (an ἀπεργασίαν?) τῆς δημιουργίας. Arnob. II 25 *haecine est anima docta illa quam dicitis immortalis perfecta diuina post deum principem rerum et post mentes geminas* (in *daemones et genios* inepte corrupit Klussm. eumque secutus Reiff.) *locum optinens quartum et affluens ex crateribus uiuis*. Cf. d. 14 s. Procl. in Tim. 187^{b}.

[3]) Psell. 1136^{a} ubi λαγόσι κοίτης (corr. Opsop.) et μένουσα codd., nisi quod

Simillimum est tertium:

νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος ἠώρηται.[1])

Dea enim est vivifica (e. g. cf. Plut. de Is. 367[d]) generantia patris fulmina sinu recipiens (p. 20) et ζῳογόνον ῥοῖζημα mittens (Dam. II 154,18. 156,15). — Animam et naturam coniungi non mirum, eo magis vero tertiam accedere virtutem.

Praeter hos fontes — sed notandum solum virtutis fontem diserte dici πηγήν — multos noverunt Byzantini partimque Platonici. Anon. Oxon. 183,8 (cf. 182,21) distinguit inter eos qui ipsius sunt: χαῖται, κρόταφοι, κορυφή, λαγόνες, et qui circum eam: περικράνιοι et ζωστήρ. Fraus aperta: cum e quibusdam deae membris fontes effluerent, ex omnibus quaecumque commemorabantur aliquid emanare fingebant philosophi. De crinibus his verbis loquitur Chaldaeus:

χαῖται μὲν γὰρ ἐς ὀξὺ πεφρικότι φωτὶ βλέπονται,

quem ad matrem deorum (i. e. Rheam-Hecaten) pertinere dicit Procl. in remp. 387,43 B., ad theophaniam rettulit Lobeck Agl. 107[tt]: ex quo solo vereor ne elicuerint crinium fontem. Tempora et frontem celebrata esse ait Dam. I 242,14, στέφανον idem 241,24 (hinc περικράνιοι πηγαί: cogites de corona murali quam deorum mater gestat), cinctum utroque loco Damascius, Procl. in remp. 387,44 B. Psell. 1136[b]. Nec minus fraudulentum, quod a cingulo animam et virtutem ἀρχικήν, a corona Hecaten ἀρχικήν prodire dicunt; pleraque enim de ἀρχαῖς praecepta mera esse commenta pro certo habeo (p. 36 ss). Etiam plures fontes enumerat anon. Oxon. 182,24: λέγω δὴ τὴν πυριπλῆτιν καὶ τὴν μετ' ἐκείνην †δρακνάκαν καὶ δρακοντόζωνον, ἣν καὶ σπειροδρακοντόζωνον ἄλλοι παρασυνθέτως προσαγορεύουσι (Proclus forsitan scripserit ἐν ἄλλοις „alio loco") καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς (αὐτοῖς B)

γόσι (?) erasit et κοῖλης habet V, παρθένιον v; Plethonis κοινῆς praeferre non debebat Lobeck Agl. 225[k]. Cf. Olymp. in Phaed. 91,23. Procl. in Crat. 111,23. 97,11, qui animae et virtutis fontem ut Iunonem et Vestam a Cerere-Hecate seiungit.

[1]) Procl. in Parm. 821,5: θεολόγοι δὲ καὶ πηγὴν αὐτῆς ἐν τῇ ζῳογόνῳ ὑπέστησαν θεῷ· νώτοις κτλ. in remp. 22,17 R. (ubi perperam Orpheo versum adscripsit Reitz. Quid ex φύσις φυσικῶν faciendum sit, nescio, ipse nil certi dispexi; illud certo scio scribendum esse φησὶ καὶ τὰ λόγια περὶ τῆς τῶν φύσεων πηγῆς) in Tim. 4[c]. 322[c d]. Dam. II 235,14. 150,6. 157,15. Psell. hyp. 8 τῶν δὲ κατὰ τὸν ζωστῆρα πηγῶν ἡ μὲν φύσις τὸ τέλος συμπεραίνει τῶν τῆς Ἑκάτης νώτων ἀπαιωρουμένη.

λεοντοῦχον (cf. Psell. 1133[b]), quos ex cognominibus deae effictos esse censebimus. Cf. hymn. ad Artemin-Lunam-Hecaten pap. Paris. 2863 (p. 294 v. 52 Abel):

κυανέα ὀφιοπλόκαμος καὶ ζωνοδρακόντι;

ibid. 1403 παρθένε | κλειδοῦχε Περσεφάσσα Ταρτάρου κόρη | γοργῶπι δεινὴ πυριδρακοντόζωνε παῖ. Leones autem matris magnae currum vehunt.[1])

Hecaten oraculorum eandem esse quam Rheam theologiae Graecae volunt Platonici; num ipsis oraculis confusae sint nescimus. Nam eo quod corona et leones cum deorum matre conveniunt, nihil probatur. Commemoratur Rhea Procli loco in Crat. 85,23: περὶ δὲ τῆς ζῳογόνου πηγῆς Ῥέας, ἐξ ἧς πᾶσα ζωὴ θεία τε καὶ νοερὰ καὶ ψυχικὴ καὶ ἐγκόσμιος ἀπογεννᾶται, οὕτως φασὶ τὰ λόγια·

Ῥείη τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε ῥοή τε·
πάντων γὰρ πρώτη δυνάμεις κόλποισιν ἀφράστοις
δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶν προχέει τροχάουσαν,

ubi δυνάμεις ex δυνάμει correxit Taylor, πάντων fortasse in πατρὸς mutandum est. Hinc pendet Iulian. or. V 166[a] τίς οὖν ἡ Μήτηρ τῶν θεῶν; ἡ τῶν κυβερνώντων τοὺς ἐμφανεῖς νοερῶν καὶ δημιουργικῶν θεῶν πηγή . . . τῶν γὰρ νοητῶν <καὶ> ὑπερκοσμίων θεῶν δεξαμένη πάντων αἰτίας (τὰς αἰτ. Hertlein, fort. αἰτίας ex ἐκροίας vel simili verbo corr.) ἐν ἑαυτῇ πηγὴ τοῖς νοεροῖς ἐγένετο cf. 179[d]. Cf. Dam. II 8,26 μήτι οὗτοί εἰσιν οἱ παρὰ τοῖς θεολόγοις[2]) οὕτως ἰδίως καλούμενοι (sc. νοεροί), ὧν καὶ πηγὴν ἴδιον μερικὴν Ἰάμβλιχος

---

[1]) Oraculis deberi videntur quae Proclus congerit in Tim. 179[e] ἀμφιφαὴς (p. 27[2]) καὶ ἀμφιπρόσωπος οὖσα καὶ τοῦ μὲν παντὸς ἔχουσα τοὺς οἴακας (cf. hymn. Orph. 58,8) ὑποδεχομένη δὲ τοῖς ἑαυτῆς κόλποις τὰς ἀπὸ τῶν νοητῶν προόδους εἰς αὐτήν. Plane obscura est somniorum zona Psell. hyp. 14 ἔστι δὲ καὶ ὀνείρου ζώνη ἀπὸ τῆς πηγαίας ψυχῆς τὴν ἀρχὴν ἔχουσα. 1152[a]. Ad oracula revocare nolo quae Lydus tradit de mens. 29,9 ὅθεν καὶ τετρακέφαλον τὴν Ἑκάτην ὁ μυστικὸς παραδίδωσι λόγος διὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· καὶ ἡ μὲν πυρίπνους τοῦ ἵππου κεφαλὴ δῆλον ὡς εἰς τὴν τοῦ πυρὸς σφαῖραν ἀναφέρεται, ἡ δὲ τοῦ ταύρου μυκωμένη δαιμόνιόν τινα μυκηθμὸν εἰς τὴν τοῦ ἀέρος, ἡ δὲ τοῦ † ἀνδρὸς (ὕδρου Hase) πικρὰ καὶ ἄστατος φύσις εἰς τὴν τοῦ ὕδατος, ἡ δὲ τοῦ κυνὸς κολαστικὴ καὶ τιμωρὸς εἰς τὴν γῆν. Psell. 1152[b] εἰσὶ δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ἄζωνοι Ἑκάται, ὡς ἡ τριοδῖτις (τριεκδότις V τριεκδότης v, corr. Thilo) ἡ χαλδαικὴ (?) καὶ ἡ κωμὰς (cf. Nauck fr. trag.[2] p. 910. hymn. Paris. 2794 v. 5.) καὶ ἡ ἐκκλυστική (sic ed., ἐκκληστὴ V ἐκκλυστὴ v. Quid lateat nescio): eiusdem sunt deae cognomina.

[2]) λόγοις M, λογίοις Ruelle, quod graecum non est pro ἐν τοῖς λογίοις.

ἀφορίζεται ἐν τῷ Διὸς καὶ ταύτην ἱδρυμένην. Deorum intellectualium numero comprehendi putaveris omnes illos deos minores, quos postea recensebo; at in hos versus magna cadit interpolationis suspicio et ob Rheam et ob deos intellectuales diserte a ceteris segregatos, id quod Iamblicheam redolet doctrinam (cf. p. 19). Etymologiam inesse quivis videt. — δεινὴν καὶ φοβερὰν θεόν vocatam esse Hecaten-Rheam narrat Procl. th. pl. 373,28, quod ad utram revocandum incertum.

Absoluta fere de dis transmundanis disputatione ad mundi fabricationem convertamur. Supra versum tetigi conclamatum:

ἄρδην ἐμψυχοῦσα φάος πῦρ αἰθέρα κόσμους.

Ex hoc derivasse videntur aliis adsumptis triadem illam qua in mediis mundis dirimendis maxime utuntur, triadem ἐμπυρίου, αἰθερίου, ὑλαίου. Procl. ap. Simpl. in phys. 613,4: τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ φῶς τὸ ὑπὲρ τὸ ἐμπύριον, μονάδα ὂν πρὸ τριάδος τῆς τοῦ ἐμπυρίου καὶ αἰθερίου καὶ ὑλαίου.[1]) in Tim. 156ᵉ τί οὖν; φαίη τις ἂν τῶν ἐκ τῆς ὑπερορίου θεοσοφίας ὡρμημένων καὶ τὰ πάντα διαιρουμένων εἰς ἐμπύριον, αἰθέριον, ὑλαῖον καὶ μόνον τὸ ἐμφανὲς ὑλαῖον καλούντων. Nam quaecunque afferunt ad hanc trinitatem stabiliendam, revera eam nusquam commemoratam fuisse nullo negotio perspicimus, sed Proclianos triadici schematis avidos ad illum versum confugisse. Lucem abiecerunt, e mundis fecerunt τὸ ὑλαῖον e quattuor elementis compositum eo quoque nisi, quod ὑλαῖοι συνοχεῖς praedicabantur (p. 41). At vera ratio ea fuit, ut mundo materiali, cuius praestantissima pars est aether, opponeretur igneus mundus intelligibilis, cuius tamen ignis ab hoc prorsus differret (Simpl. l. c. 615). Confusionem igitur habemus satis magnam, quam auxerunt homines omni simplicitati inimicissimi hanc trinitatem cum septem firmamentis mirum in modum copulantes. Namque cum versum invenirent:

ἑπτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμων[2]),

---

[1]) Cf. 615,35. 643,27: ἐπεὶ οὖν ἡ Ἀσσύριος θεολογία καὶ ὑπὲρ τόνδε τὸν κόσμον ἄλλο σῶμα θειότερον τὸ αἰθέριον παραδέδωκεν, quasi vero hoc Chaldaeorum proprium sit. — Luce illa locum significari absurde statuerat Proclus; omnem trinitatem procreari unitate dogma est Proclianum confirmatum versu illo: παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς ἧς μονὰς ἄρχει (p. 18). — Lyd. de mens. 19,2: τρεῖς δὲ σωμάτων διαφοραί· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὑλικά, τὰ δὲ ἀέρια, τὰ δὲ ἐμπύρια, ὡς ὁ Χαλδαῖος παραδίδωσιν. Deos aethereos, igneos, caelestes distinguit Hermes ap. Iambl. de myst. 262,9.

[2]) Simpl. 616,33 οὐδὲ στερεώματα ἔτι ἔσονται οἱ κόσμοι (at dicitur „mundorum

septem planetarum sphaeras dici non intellegentes, unum esse igneum (scilicet monadem ante triadem extantem), tria aetherea, tria terrena esse posuerunt. Dam. II 88,21: ὥστε εἰ ἔστι τῶν στερεωμάτων σειρὰ τὸ ἐμπύριον καὶ αἰθέριον καὶ ὑλαῖον ἀπὸ μονάδος τοῦ ἁπλῶς στερεώματος ὑποβᾶσα. 87,10. Psell. 1149ᶜ: ἑπτά φασι σωματικοὺς κόσμους, ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους: aut error subest aut κόσμοι dicuntur mundi partes (cf. p. 24). Cf. Procl. in Tim. 157ᵃ. 184ᶜ ubi animis transmundanis corpora aetherea et ignea tribuuntur.

De Sole Proclus in remp. 69,27 P.: εἰ δὲ δὴ κρατοίη τὸν μὲν ἥλιον ἐν τῷ μέσῳ τάττειν τῶν ἑπτά, καθάπερ οἱ θεουργικοὶ λόγοι καὶ <οἱ> θεοί φασιν, ubi libros theurgicos dicit Iuliani hyphegetica, quorum ipsa de hac re verba servata sunt (cf. p. 38 s.). Idem deos tradidisse in opinione vulgari (Dieterich Abr. 41. Cleomed. 30,26 Z. pap. Paris 262) non est quod miremur; nam incertum est quid obversetur Iuliano or. IV 148ᵃ λέγεται γοῦν, εἰ καὶ μὴ πάντες ἑτοίμως ἀποδέχονται, ὁ δίσκος ἐπὶ τῆς ἀνάστρου φέρεσθαι πολὺ τῆς ἀπλανοῦς ὑψηλότερος· καὶ οὕτω δὲ τῶν μὲν πλανωμένων οὐχ ἕξει, τὸ μέσον, τριῶν δὲ τῶν κόσμων κατὰ τὰς τελεστικὰς ὑποθέσεις, εἰ χρὴ τὰ τοιαῦτα καλεῖν ὑποθέσεις, ἀλλὰ μὴ ταῦτα μὲν δόγμαται τὰ δὲ τῶν σφαιρικῶν ὑποθέσεις· οἱ μὲν γὰρ θεῶν ἢ δαιμόνων μεγάλων δή τινων ἀκούσαντές φασιν. Nam etiamsi haec ex oraculis sumpta esse statuamus — Iulianum theurgum exscribi dutat Thilo III 20 — non mera horum praecepta, sed Iamblichi interpretationem proponi verisimile est, quem in illa oratione secutus est Iulianus; tres igitur mundi fortasse dicuntur igneus, aethereus, materialis. — In transmundanis ideam esse solis docet Procl. in Tim. 264ᶜ: κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ ἥλιος ὑπερκόσμιος ὢν τὰς πηγὰς ἀφίησι τοῦ φωτὸς καὶ οἵ γε μυστικώτατοι

---

firmamenta") ἀλλὰ καμαρώματα. πῶς οὖν τὰ λόγιά φησιν· ἑ π τ ὰ κ τ λ. Dam. II 178,8. σωματικὰ στ. dicit Dam. I 225.27, ἄϋλα II 282,16.23. Simpl. 623,33; sunt enim corporea sed e levissimo aethere constant. Simpl. 615,4 κἂν γὰρ κατά τινα τρόπον ἔνυλα καὶ ἐκεῖνά (sc. τὰ ἄυλα στ.) φησιν αὐτὸς (Proclus) ἐν τῇ πρὸς Ἀριστοκλέα ἐπιστολῇ . . . πρῶτον μὲν παρακινδυνευτικὸν ἂν εἴη τὸ τοῖς λογίοις ἀντιφθέγγεσθαι τοῦτον μόνον ὑλαῖον λέγουσι τὸν κόσμον: at firmamenta quoque huius mundi sunt. — Platonicis fidem habet Thilo III 4 ss. Impeditior est Lydi locus de mens. 6,9: διὰ τὸ τοσούτους (septem) εἶναι τοὺς τῶν πλανήτων πόλους, οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ διὰ τὸ μέχρις αὐτοῦ διήκειν τὸ τοῦ παντὸς ὑλικοῦ σκύβαλον (cf. infra). Cf. Thilo III 6 adn.

τῶν λόγων καὶ τὴν ὁλότητα αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις παραδεδώκασιν· ἐκεῖ γὰρ ὁ ἡλιακὸς κόσμος καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὡς αἵ τε Χαλδαίων φῆμαι λέγουσι καὶ ἐγὼ πείθομαι. in Parm. 1044,8: τὴν φαινομένην ταύτην τοῦ ἡλίου περιφοράν· αὕτη γὰρ ἄνωθέν ποθεν ἐκ τοῦ κρυφίου, φασί, προελθοῦσα καὶ ὑπερουρανίου διακόσμου πᾶσιν ἐνέσπειρε τοῖς ἐγκοσμίοις τὸ σύμμετρον ἑκάστου φῶς. th. pl. 375 ex. 380 ex.[1]) Ex his omnibus locis non multum lucramur, quoniam quid in oraculis fuerit non traditur; fortasse nihil dictum fuit nisi illud, solem ut cetera ab altera mente procreari. χρόνου χρόνον eum vocatum esse testatur Proclus in Tim. 249 f. 256 a, id quod propterea factum esse existimo, quod temporis mensuram praebebat (Plat. Tim. 38 c). — Ex oraculis hausit idem ib. 141 f: καὶ τῶν θεολόγων ἀκούων πῦρ πυρὸς ἐξοχέτευμα τὸν ἥλιον καλούντων καὶ πυρὸς ταμίαν καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις ὀνόμασι; unde discimus solis ignem effluere ex igni divino, id quod per se manifestum esset. Quae Psellus fabulatur 1152 a: φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον ἀπὸ τῆς ἡλιακῆς (sic Vv, ὁλικῆς ed.) πηγῆς καὶ ἀρχαγγελικόν, ea cum ceteris de ἀρχαῖς somniis corruunt (p. 36 ss.).

Tellurem medium totius mundi locum tenuisse indicare videtur Proclus ap. Simpl. 614,2: εἰ γὰρ τὰ λόγιά φησι τὰ κέντρα τοῦ ὑλαίου κόσμου ἐν τῷ ὑπὲρ αὐτὸν αἰθέρι πεπηγέναι. In aetheris aerisque confinio lunam sitam esse tecte significatur his versibus:

αἰθέριός τε δρόμος καὶ μήνης ἄπλετος ὁρμὴ
ἠέριοί τε ῥοαί.
αἰθὴρ ἥλιε πνεῦμα σελήνης ἠέρος ἀγοί.
ἡλιακῶν τε κύκλων καὶ μηναίων καναχισμῶν
κόλπων τ' ἠερίων.[2])

αἴθρης μέρος ἠελίου τε (an μένος?)

[1]) Eandem distinctionem spectare videtur Psellus 1152 c, cum mundum solarem discernit a sole (?) zonaeo. Cf. Thilo III 18. Fortasse hic quoque latent theurgica: p. 46.

[2]) Cf. Procl. in Tim. 273 b: οὕτω δὲ καὶ ὁ ἱερὸς λόγος ὁ παρὰ Χαλδαίων συνάπτει τοῖς μηναίοις καναχισμοῖς τὰ ἀέρια τῷ πυρὶ τὸ (τὸν ed.) οὐράνιον ἀπονέμων; ad sequentia 311 a. — De opinione post Aristotelem vulgari (R. Heinze Xenokrates 75) cf. Ocell. II 22 s., Philol. ap. Stob. I 173,2: καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχοίσας ψυχᾶς μέχρι σελάνας περαιοῦται, τὸ δὲ μεταβάλλον ἀπὸ τᾶς σελάνας μέχρι τᾶς γᾶς. Herm. trism. ib. 461,18: τὸ ἀπ' οὐρανοῦ κορυφῆς μέχρι σελήνης θεοῖς καὶ ἄστροις καὶ τῇ ἄλλῃ προνοίᾳ σχολάζει. Philo de opif. 9 p. 9,15 Cohn et adnot.

καὶ μήνης ὀχετῶν ἠδ' ἠέρος.

καὶ πλατὺς ἀήρ

μηναῖός τε δρόμος καὶ ἀείπολος ἠελίοιο,

de quibus Procl. in Tim. 257[e] ubi omnes affert recte dicit: τάχα καὶ τῶν λογίων ἡμᾶς τοῦτο διδασκόντων πανταχοῦ μετὰ τὸν ἥλιον τὴν σελήνην ταττόντων καὶ μετὰ τὴν σελήνην τὸν ἀέρα. — Summus aer levissimus aetherique simillimus, Olymp. in Phaed. 203,8: ὅτι τὰ ἐπ' ἄκρων τῆς γῆς καὶ σὺν ἐκείνῃ στοιχεῖα ὕδωρ τὸ ὡς ἀτμὶς καὶ οἷον ὑγρὸς ἀήρ, ἀὴρ δὲ ὁ αἰθήρ, αἰθὴρ δὲ τὸ ἀκρότατον τοῦ αἰθέρος . . . ἁπλῶς δ' οὖν οἱ τῶν στοιχείων αἰθέρες, ὥς φησι τὰ λόγια, ἐκεῖ. Cf. de Philolao (?) Aet. 337[b] 11: τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρίνειαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὄλυμπον καλεῖ; de Posidonio Sext. adv. math. IX 71, Sen. qu. nat. III 10. Plut. de facie 6,8. Herm. ap. Stob. I 462,17.[1])

Verba quae tradit Dam. II 128,3: τί δεῖ πολλὰ λέγειν; ὅτε καὶ οἱ θεοὶ ἐν τοῖς λογίοις κυρτῷ σχήματι συρομένην παραδεδώκασι μίαν γραμμὴν καὶ πολλὴ τοῦ γραμμιαίου σχήματος παρ' αὐτοῖς ἡ χρῆσις ad formam caeli pertinent, si huc spectat Procl. in Tim. 97[a]: δοκεῖ . . . δημιουργεῖν μὲν τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας; sin aliter, de characteribus magicis agi verisimile est. — Ad stellarum non errantium motum hos versus refert Procl. in Tim. 277[d]:

μηναῖόν τε δρόμημα καὶ ἀστέριον προπόρευμα·

ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.[2])

Ex compage soluta intellectuque difficillima sunt quae affert Procl. in Tim. 172[bc]: μέχρι γὰρ τοῦ κέντρου (mundi, i. e. tellus) πρόεισιν ὁ τῆς ζῳογονίας ὀχετός, ὡς καὶ τὰ λόγιά φησι, διαλεγόμενα

[1]) Ad haec omnia illustranda utile erit Stoicorum apponere dogma DL VII 137: ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ (ab igni mundano diversum), ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι(?), εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων· μεθ' ἣν τὸν ἀέρα, εἶτα τὸ ὕδωρ, ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν μέσην ἁπάντων οὖσαν.

[2]) Cf. infra. Minus gravia haec: καὶ τί δεῖ Χαλδαίους καὶ Αἰγυπτίους λέγειν; ἀλλὰ πρὸ τούτων αἱ τῶν θεῶν φῆμαι σαφῶς τὰ αὑτῶν εἰδότων καὶ οἱ χρησμοὶ τήν τε ἀπλανῆ κινεῖσθαί φασιν . . . περιάγουσαν τὸν ὅλον οὐρανὸν ἐπὶ δυσμάς, καὶ πρὸς (πρὸ V) τούτοις ἑπτὰ μόνας εἶναι τὰς λοιπὰς περιόδους Procl. in remp. 77,29 P. Ibid. 67,39: ταῦτα δὲ ὅπως ἔχει τῆς ἀληθείας (sic supplendum), ἴσασιν οἱ τῆς θεοπαραδότου μετασχόντες μυσταγωγίας, οὓς ἀρκεῖ καὶ ταῦτα ἀναμνῆσαι τῶν νοερωτέρων ἐπιβολῶν περὶ τῆς εἰς τὰς ὀκτὼ σφαίρας τοῦ παντὸς διαιρέσεως.

περὶ τοῦ μέσου τῶν πέντε κέντρων ἄνωθεν διήκοντος διαμπὰξ ἐπὶ τὸ καταντικρὺ διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς·

καὶ πέμπτον μέσον ἄλλο πυρήοχον ἔνθα κάτεισι
†μέχρι ὀλαίων ὀχετῶν ζωηφόριον πῦρ (an μέχρι καί?).

Quid lateat, nescio; an quinque telluris zonae? Cf. e. g. Cleomed. 22,2. DL VII 156. ὀχετοί viae esse videntur ignem alentem et sustinentem (p. 19) a deo ad mundum deducentes (cf. infra).

Alia quae miremur narrat ibid. 154e: καὶ μὴν καὶ ἡ τῶν Ἀσσυρίων θεολογία τὰ αὐτὰ παραδίδωσι θεόθεν ἐκφανθέντα· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῃ ὁ δημιουργὸς τὸν ὅλον κόσμον λέγεται ποιεῖν

ἐκ πυρὸς ἐξ ὕδατος καὶ γῆς καὶ παντρόφου αἴθρης

(ubi aether pro aere positus) καὶ ὁ ποιητὴς ὡς αὐτουργῶν τεκταίνεσθαι τὸν κόσμον.[1])

καὶ γάρ τις πυρὸς ὄγκος ἔην ἕτερος τάδε πάντα
αὐτουργῶν, ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτολυπευθῇ,
κόσμος ἵν' ἔκδηλος καὶ μὴ φαίνηθ' ὑμενώδης.

Summum deum ad materiam non descendentem vocari didicimus primum ignem, huic opponi puto alterum ignis globum totum mundum corporeum aedificantem, a secunda mente non diversum (p. 14). Ultimi versus artificiosam profert Proclus interpretationem, meliorem suggeret Plato Tim. 31b: σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι· χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο.

Mentis ectypum corporeum esse mundum et supra vidimus (p. 23 v. 5 ss.) et ex his discimus:

νοῦ μὲν γὰρ μίμημα πέλει, τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τι
σώματος (Procl. in Tim. 87e).

Nec magis singulare quod profert Simplicius contra Proclum disputans l. c. 615,6: τί οὖν; ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔνυλος ὡμολόγηται

---

[1]) Quattuor di a Proclo discernuntur: πατήρ, πατὴρ καὶ ποιητής, ποιητὴς καὶ πατήρ, ποιητής. Quorum primus est πατὴρ νοητός, alter νοῦς νοητός (Phanes), tertius Iuppiter (Plat. Tim. 28a), quartus deorum ἀρχικῶν tertius (Vulcanus in Tim. 160e in remp. 384,34 B.): in Parm. 844,14. in Tim. 95c 303b. — Cum insequentibus cf. Orig. c. Cels. VI 317 Sp. λέγοντες τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον καὶ ὡσπερεὶ αὐτουργὸν τοῦ κόσμου, τὸν δὲ πατέρα τοῦ λόγου τῷ προστεταχέναι τῷ υἱῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ποιῆσαι τὸν κόσμον εἶναι πρώτως δημιουργόν. Herm. trism. 93,12 P. cf. p. 13 ss.

καὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑπὸ Πλάτωνος καὶ ὑπὸ τῶν λογίων ὡς ἔνυλος παραδέδοται.

Naturam ex Hecate gigni accepimus (p. 29); cuius actiones his describuntur versibus:

ἄρχει γὰρ φύσις ἀκαμάτη κόσμων τε καὶ ἔργων,
οὐρανὸς ὄφρα θέῃ δρόμον ἀΐδιον κατασύρων
καὶ ταχὺς ἠέλιος περὶ κέντρον ὅπως ἐθὰς ἔλθῃ.[1])

Mundi sunt sidera, opera quaecumque a mentibus creantur, centrum tellus. Naturam a fato non discrepare et ut mundanam et materiae gubernatricem despici infra videbimus.

De dis mundum administrantibus si quaerimus, mirum est deorum Graecorum nomina rarissime apparere. Nam quod de Apolline dicitur a Proclo in Crat. 104,2: τὸν τῶν Μουσῶν χορὸν περὶ ἑαυτὸν ὑποστησάμενος

ἁρμονίᾳ φωτὸς γαυρουμένου, (an -μενος?)

ὥς φησί τις τῶν θεουργῶν, et unde petitum sit et utrum Solem an Apollinem dixerit dubium. Nec pluris alter locus ib. 102,4: ὁ δὲ (Apollo) τὰς ἡλιακὰς ἀρχὰς εἰς μίαν ἕνωσιν ἐπιστρέφει κατέχων τὴν τρίπτερον ἀρχήν, ὡς τὸ λόγιόν φησι.[2]) De versu autem quem ad Minervam pertinere dicit Procl. th. pl. 324,3: καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων πάλιν ὁ Πλάτων τὰ αὐτὰ λέγειν ὕστερον τοῖς ὑπὸ τῶν θεῶν πεφασμένοις, καὶ ἣν ἐκεῖνοι πάντευχον προσειρήκασι, ταύτην πανοπλίᾳ παντελεῖ κεκοσμημένην εὐφημεῖν (-μεῖ ed.)·

καὶ γὰρ δὴ πάντευχος ἐνόπλιος †εἶκα θεῇ,[3])

quid statuendum sit incertum, illud ex Procli verbis certum Minervam commemoratam non fuisse: multo enim confidentius locutus esset. Versus in quibus Iovis mentio fit (cf. infra), fortasse aliunde petiti sunt.

Haud exigua, si Platonicis fides, provincia fuit ταῖς ἀρχαῖς; has enim in mundo fontibus transmundanis respondere docent.

---

[1]) Dam. II. 157,15 τὰ δὲ λόγια ἁπλῶς φύσιν λέγει τὴν διὰ πάντων χωροῦσαν ἀπῃωρῆσθαι τῆς μεγάλης Ἑκάτης, ἢ καὶ τῆς σωματικῆς ἁπάσης κινήσεως προκατάρχειν εἴρηται τῆς Ἑκάτῃ πρεπούσης· ἄρχει κτέ. Ad v. 1. 2 cf. Procl. in Tim. 4 d, ad. v. 3 in remp. 95,21 S. — Cf. th. pl. 285 ex.

[2]) Serv. ad Verg. Ecl. 5.66 *sed constat secundum Porphyrii librum quem Solem appellavit triplicem esse Apollinis potestatem et eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos.*

[3]) Sic ed., εἶκα θεεὶ Meerm. 1505 chart. s. XVI, εἶκε θεῇφι male Portus. ἥκω Ἀθήνῃ male Lobeck Agl. 224 b; εἴκαθε latere videtur.

Psell. 1152[b]: μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι ἀρχάς· αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. Procl. th. pl. 340,19: καὶ ὥσπερ αἱ πηγαὶ πᾶσαι τοῦ νοητοῦ πατρός εἰσιν ἔκγονοι καὶ πληροῦνται παρ' ἐκείνου τῆς νοητῆς ἑνώσεως, οὕτω δὴ καὶ αἱ τῶν ἀρχῶν πᾶσαι διακοσμήσεις τοῦ δημιουργοῦ κατὰ φύσιν ἐξήρτηνται καὶ μεταλαγχάνουσιν ἐκεῖθεν τῆς νοερᾶς ζωῆς. in Crat. 85,14. Excipiunt igitur deos intellectuales di ἀρχικοί — ἡγεμονικούς vocavit Iamblichus, ἀφομοιωτικούς quoque Proclus — in quattuor triades divisi: th. pl. 354. Prima Saturno respondens continet Iovem (a demiurgo diversum: in Tim. 96[f] 97[c]), Neptunum, Plutonem (Plat. Gorg. 523[a]); altera Hecaten, animam, virtutem a fontibus cognominibus diversas,[1]) tertia est Apollinis vel Solis (p. 36), Proserpinae trinitas deorum ἀχράντων a Corybantibus Orphicis non diversorum et ἀμειλίκτοις mundi intellectualis (p. 21 s.) respondentium adiungitur.[2]) Ut Phanes est fons fontium (p. 19), ita Iuppiter principium principiorum: Dam. II 66,7: μάλιστα δὲ ἡ ἀρχὴ τῶν ἀρχῶν τοιαύτην προβέβληται φύσιν, οἷον παντοφυῆ καὶ πάμφορον, ἀφ' ἧς αἱ ἰδιότητες ἀπομερίζονται κατὰ τὴν πρόοδον, cf. Procl. th. plat. 268,30. 349 ex.

Unde profectus haec confinxerit Proclus — nam conficta esse vel e nimia fontium similitudine efficitur — partim enucleare possumus. Dam. II 200,23 hos servavit versus:

ἀρχὰς αἳ πατρὸς ἔργα νοήσασαι τὰ νοητὰ
αἰσθητοῖς ἔργοις καὶ σώμασιν ἀμφεκάλυψαν.

Platonis deos recentes facile agnoscimus; Tim 42[d]: τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά... καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς διάταξιν ἐπείθοντο αὐτῇ. Cf. Herm. ap. Stob. I 391,7, supra p. 25. Impeditior est locus Dam. II 217,5: εἰ δὲ ἐν οὐρανῷ λέγεται οὗτος ὁ Ζεύς, ἔστι καὶ ἀρχικοὺς ὄντας εἰς οὐράνιον διῃρῆσθαι καὶ χθόνιον καὶ τὸν μέσον τοὺς τρεῖς πατέρας, ὡς μαρτυρεῖ καὶ τὰ λόγια·

ἐν τούτοις ἱερὸς πρῶτος δρόμος, ἐν δ' ἄρα μέσσῳ

1) Procl. in Crat. ρϛ' nomina eis imponit Cereris, Iunonis, Proserpinae (p. 28[3]), hanc iterum tripertitam esse dicit; cf. 111,27. 118,2. th. pl. 373 ex. in Tim. 136[a] 179[d]. Dam. I 241,23. Psell. 1152[b]. hyp. 16. Ceterum tenendum me in eis quae supra exposui solam fere theologiam Platonicam sequi.

2) Cf. Iulian. or. V 168[b]: αἱ Κορύβαντες αἱ τρεῖς ἀρχικαὶ τῶν μετὰ θεοὺς κρειττόνων γενῶν ὑποστάσεις.

ἠέριος, τρίτος ἄλλος ὃς ἐν πυρὶ τὴν χθόνα θάλπει.
ἀρχαῖς γὰρ τρισὶ ταῖσδε λάβροις δουλεύει ἅπαντα.[1])

Recte haec tradi non credo; A. Iahn Procli ecl. p. 35 ἐν τούτοις cum antecedentibus conectit probabiliter; sed a v. ἱερὸς Damascium afferre coepisse non verisimile neque ἱερὸς verum esse videtur. Equidem ita refinxerim: ἔστι γὰρ αἰθέριος πρ. κτέ. Ad sidera haec revocaremus, si essent in aere sidera; tantum igitur concludimus tres celebrari deos singularum mundi partium praesides, qui ab eis quos modo cognovimus diversi esse videntur. Nec mirum: nam principiorum nomen late patet. Eadem de causa ambiguum, quid faciendum his Damascii locis: II 88,7 ὅτε γοῦν περὶ τοῦ ἀρχικοῦ πλήθους διαλέγεται, ὑποκέκλιται αὐταῖς (iyngibus) ἔφη ἄρχιος αὐλών. 95,20 πολὺς μὲν αὐτῶν ὁ πηγαῖος ... πολὺς δὲ καὶ ὁ ὑποκεκλιμένος αὐταῖς ἄρχιος αὐλών. Extitisse igitur videntur ἀρχαί, quae sub iyngum erant ditione. Sed his omnibus non explicatur, cur principia fontibus opposuerint; quod eos fecisse arbitror nisos uno illo versu <καὶ νόον> ἐνδιδόναι πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς (p. 27). Haec duo vocabula coniunxerat Plato Phaedr. 245[c]: καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως aliique multi eius exemplum secuti scriptores et poetae.[2]) Hunc Platonis locum si quis in causa esse dicet, cur illo loco fontes et principia copulentur, non adversabor; origo nominis ἀρχῶν non magis certa quam verbi causa συνοχέων. Confusionem auxerunt Platonici admixtis theurgi patribus magicis. Procl. in Tim. 97[a]: δοκεῖ μὲν οὖν ὅσα τῷ τρίτῳ τῶν ἀρχικῶν

---

[1]) Hinc 212,17 ἔστι δὲ καὶ οὕτω διελεῖν· αἱ μέν εἰσι πρῶται ἀρχαί, αἱ δὲ μέσαι, αἱ δὲ ἔσχαται κατὰ τὴν Χαλδαϊκὴν θεοσοφίαν. 219,11: ἐπεὶ καὶ τῶν ἀρχικῶν οἱ μὲν οὐράνιοι καλοῦνται, οἱ δὲ χθόνιοι, οἱ δὲ μέσοι· ἢ χαλδαϊκῶς εἰπεῖν, οἱ μὲν ἐμπύριοι, οἱ δὲ ἀέριοι, οἱ δὲ χθόνιοι. Quot verba, tot mendacia; ignis, aeris, terrae oppositio inepta (cf. p. 31 s.).

[2]) Philo de migr. Abr. 8. de sept. 1. Plut. de Herod. mal. 856[e]. de adul. 56[b]. Himer. 14,21. Iren. I 14,3. Plotin. I 6,9. 7,1 VI 6,15. Hierocl. 436[b] 1. Procl. th. pl. 38,18. 65,27. Versus ap. Didym. de trin. III 21,402 ἀρχὴ πηγή τε ζωῆς de summo deo; hymn. Orph. 37,4 de Titanibus: ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων θνητῶν πολυμόχθων. theosoph. 98,21 Bur. ἔσθ' ὑπὲρ οὐρανίου πυρὸς ἄφθιτος αἰθομένη φλὸξ ζωογόνος, πάντων πηγή, πάντων δὲ καὶ ἀρχή; ib. 105,21. — Quis credet Proclum th. pl. 360,9 huc revocare Plat. Gorg. 523[a]: διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων? — Suo modo interpretatur versum illum Dam. II 9,16: διὸ καὶ συνάπτουσι τοὺς μεριστοὺς νόας ταῖς οἰκείαις πηγαῖς· οὓς πηγάς τε δὴ (τέλη M) ἅμα καὶ ἀρχὰς οἱ Χαλδαῖοι καλοῦσι novum deorum genus fingens. — Christianorum ἀρχαί ex NT sumptae sunt.

ὁ θεουργὸς ἀνατίθησι, ταῦτα καὶ οὗτος (demiurgus) τῷ κόσμῳ διδόναι καὶ δημιουργεῖν μὲν τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας, πηγνύναι δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν, ζωνῶν δὲ πλανωμένων ὑφιστάνειν ἑπτάδα; sed si acrius spectes, demiurgum supra tres patres ἀρχικούς positum esse. Quae theurgo adscribit, ex Iuliani hyphegeticis excerpta esse ex loco 277[d] cognoscitur; hunc vero nullos novisse deos ἀρχικούς neque quattuor triades, sed tres magicos patres evincitur loco Damascii II 203,27: οἱ θεοὶ καὶ αὐτὸς ὁ θεουργὸς τὴν αἰσθητὴν τοῖς μαγικοῖς πατράσιν ὑποτίθεται δημιουργίαν· σαφῶς γοῦν τὸν τρίτον τά τε ἄλλα διακρῖναί φησιν ἐν τοῖς ὑφηγηματικοῖς[1]) καὶ τὸν ἥλιον μεσεμβολῆσαι τοῖς ἑπτὰ κοσμοκράτορσι. Hos ἐπὶ μαγειῶν πατέρας alibi vocatos invenimus (Dam. I 241,29. 237,23. II 201,2. 204,4. Psell. hyp. 14: καὶ ἐπὶ μαγειῶν δὲ τρεῖς πατέρες ἀρχικὴν ἔχουσι τάξιν); deos autem rerum magicarum praesides a theurgo aptissime celebrari in promptu est.[2]) — Dubium est, de quibus dis dictum fuerit id quod tradit Dam. II 206,9: πρὸς δὲ τούτοις ἐκ τρίτων ἀρχικοί εἰσιν ὡς πρῶτοι ἄρξαντες τοῦ ἀπορρεῖν τῶν οἰκείων πηγῶν· διὸ καὶ κρηνήϊος ἀρχὴ ὁ διάκοσμος ὑμνεῖται. Eundem locum praeter alios Proclus secutus esse videtur, cum haec confingebat: ἑκάστης δὲ σειρᾶς ἡ ἀκρότης πηγὴ ὀνομάζεται, τὰ δὲ προσεχῆ κρῆναι, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ὀχετοί, τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα ῥεῖθρα (cf. infra σκολιὰ ῥεῖθρα) Psell. hyp. 28. cf. anon. Oxon. 183,25. Haec illo digna, ab oraculis aliena sunt.

Similes principiis alii fuerunt di minores, similiter a philosophis in certum numerum et ordinem redacti. Ponunt igitur post intelligibilem mundum in agmine deorum νοητῶν καὶ νοερῶν primo loco iynges. Anon. Oxon. 181,17: αὐτὸ δὴ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶμα, λέγω δὴ νοερόν τε καὶ νοητόν, πρῶτον ἀποβλυστάνει τὴν ἴυγγα· μεθ' ἣν τὰς τρεῖς ἴυγγας, ἃς καὶ πατρικὰς ὀνομάζουσι καὶ ἀφθέγκτους· καὶ ὅπερ (ὥσπερ B) ἐστὶ τὸ < ἓν > ἐν τοῖς μετ' αὐτὸ βυθοῖς, τοῦτο ἡ πρώτη ἴυγξ ἐν ταῖς μετ' αὐτὴν ἴυγξι (ipsum Proclum legere tibi videris) . . . αἱ δὲ πηγαὶ τῶν ἀφθέγκτων διαιροῦσι τοὺς

---

1) ὑφηγητικοῖς restituendum esse probabile; similiter 54,13. 55,5. 75,4. 105,13 μαθητικός et 69,3 μαθητικεύεται traditur pro μαθηματικός et μαθηματικεύεται.

2) Procl. th. pl. 355 s. de patribus loquitur omisso cognomine; Platonicam enim conscribens theologiam satius ducit theurgicam huius nominis originem obtegere. Cf. in Crat. 54,20. Quod hi patres cum Δίς coniuncti esse saepius dicuntur, haud paullum nostram de huius nominis ortu coniecturam confirmat (p. 17).

κόσμους τριχῶς, τὸν ἐμπύριον, τὸν αἰθέριον, τὸν ὑλαῖον· Dam. I 286,8: καίτοι τί ποιήσομεν, ὅταν ὁ πατρικὸς νοῦς παράγειν λέγηται τὰς τριαδικὰς διακοσμήσεις, ἴυγγας, συνοχέας, τελετάρχας; Ab ipso igitur summo deo gignuntur. Versibus commemorantur aut commemorari dicuntur hisce:

πολλαὶ μὲν δὴ αἵδε ἐπεμβαίνουσι φαεινοῖς
κόσμοις ἐνθρῴσκουσαι· ἐν αἷς ἀκρότητες ἔασιν
τρεῖς·

Dam. II 88,3 et 59,23 ubi πᾶσαι pro αἵδε; fuitne πτᾶσαι? Nihil nisi haec secuti Dam. II 79,9. 92,4 et Procl. in Eucl. 91,3 dicere videntur et συναγωγόν esse et προοδικήν hanc τάξιν, nempe quod eius multitudo trinitate comprehenditur.

†αἱ ἴυγγες νοούμεναι πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταί
βουλαῖς ἀφθέγκτοις κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

Psell. 1149ª (αὗται et βουλῶν ἀφθέγκτων P v; audacius Patricius νοούμεναι ἴυγγες π.). Hinc igitur profectus Proclus iynges in numero deorum νοητῶν καὶ νοερῶν collocavit (th. pl. 179,7: ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν νοερῶν τὰ μέν ἐστι νοητὰ καὶ νοερά, ὅσα νοοῦντα νοεῖται κατὰ τὸ λόγιον, ubi νοεῖσθαι idem valere videtur quod saepe: cogitando procreari, cf. p. 25), hinc ineffabilem hunc ordinem nominavit; cf. in Crat. 72,6: καὶ γὰρ τὰ λόγια περὶ ἐκείνων (quae ante caelum sunt) ὡς ἀφθέγκτων ἐνεδείξατο· 79,15, anon. l. c. — Praeterea his locis de eis agitur. Procl. in Crat. 79,17: θοὰς γὰρ αὐτὰς καὶ τὰ λόγια καλεῖ καὶ προϊούσας ἀπὸ τοῦ πατρὸς θύειν ἐπ' αὐτόν. Dam. II 78,13: ἔχουσι γοῦν καὶ τὸ πατρικὸν αἱ ἴυγγες, ὡς τὰ λόγια μαρτυρεῖ, εἰ καὶ μᾶλλον δυνάμεις (δύναμις M) λέγονται τοῦ πατρός (cf. 79,22. 92,23. 103,11. Procl. in remp. 65,25 P. th. pl. 43 ex.). Procl. th. pl. 205 ex. οὐ γὰρ μόνον αἱ τρεῖς αὗται θεότητες ἐκφαίνουσι τὰ πάντα καὶ συνάγουσιν, ἀλλὰ καὶ φρουροὶ τῶν ἔργων εἰσὶ τοῦ πατρὸς κατὰ τὸ λόγιον καὶ τοῦ ἑνὸς νοῦ τοῦ νοητοῦ i. e. mentis paternae. in Crat. 37,4: τοιοῦτον δή τι νοεῖν ἔμοιγε δοκεῖ καὶ τὸ διαπόρθμιον ὄνομα τῶν ἰύγγων, ὃ πάσας ἀνέχειν λέγεται τὰς πηγάς (de ipso patre cf. p. 19), quod forsitan pertineat ad versum:

πᾶς <γὰρ> ἔχει κόσμος νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.

Psell. 1132ᶜ (πῶς codd., cf. p. 77¹); cf. in Parm. 1199,36 de iyngum ordine: ἥτις ἔχει διαπόρθμιον δύναμιν, ὡς οἱ θεολόγοι λέγουσι πάντων ἀπ' ἐκείνης (ab ordine intelligibili) μέχρι τῆς ὕλης καὶ πάλιν

ἐπ' ἐκείνην τῶν πάντων. Quodsi credimus ex his ea in oraculis infuisse, quae diserte eis tribuuntur, efficitur iynges deos fuisse a patre prodeuntes eiusque iussa toti mundo reddentes; numerus definitus non fuit, sed duces habuerunt tres.[1]) Iyngum nomen non ex oraculis sumptum esse, sed ab eis qui patres magicos praedicarunt contendere nolo; nam in carmine rebus mirabilibus referto, in quo praesertim tantas ageret partes dea omnis magiae custos, fieri potuit ut rota quoque magica ad divinum honorem extolleretur[2]); de hoc autem instrumento qui cogitare nolet, ei altera patet via; ἴυγξ enim iamdudum quodlibet animae delenimentum vocabatur.[3])

Igneam, aethercam, terrenam iyngem a Platonicis demum distingui potuisse demonstravimus (p. 31 s.); difficilius est de altera re diiudicare. Nam synthemata deorum in hoc ordine apparere deos theurgis enuntiasse dicit Dam. II 86,7. 94,18 (cf. Procl. th. pl. 191,30. 193,33), hanc deam primam theurgis cerni (sc. iyngem) 102,17; idem sequi videtur Procl. in Crat. 70,9: καὶ ἡ θεουργία μέχρι ταύτης ἄνεισι τῆς τάξεως de extremo ordine intelligibili. Etenim cum mens paterna emittat symbola et synthemata (p. 23. 50), cernuntur in ordine insequenti. Sed latere potest etiam Iuliani placitum nobis ignotum.

Iynges in hierarchia Procliana sequuntur συνοχεῖς, de quorum partitione loquitur Dam. II 87,21: ὅτι γὰρ καὶ τὰς ἴυγγας οἱ θεοὶ πολλὰς ἡμῖν παραδιδόασι καὶ οὐ τρεῖς μόνας καὶ τοὺς συνοχέας πολλούς, δηλοῖ ἐκεῖνα τὰ λόγια·

ἀλλὰ καὶ ὑλαίοις ὅσα δουλεύει συνοχεῦσιν

οὐχ εἷς ἄρα ὁ ὑλαῖος συνοχεύς, ἀλλὰ πολλοί· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἐμπύριος·

---

[1]) Hos qui haud diversos esse dicet a tribus illis principiis, quibus omnia serviunt (p. 38), refutari non poterit.

[2]) Similia multa apud gnosticos, maxime in libris Ieû quos edidit C. Schmidt, Texte und Unters. VIII. De rota magica O. Iahn, Ber. d. sächs. Ges. 1854 p. 257 s. Bury Journ. of hell. st. VII 157 ss. Cf. orac. ap. Porph. p. 157 W.: τοὺς μὲν ἀπορρήτοις ἐρύων ἴυγξιν ἀπ' αἴθρης. Oraculis mandatum esse: ἐνέργει περὶ τὸν Ἑκατικὸν (sic codd.) στρόφαλον dicit Psell. 1133[a].

[3]) Aristoph. Lys. 1110: οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων τῇ σῇ ληφθέντες ἴυγγι. DL. VI 76: τοιαύτη τις προσῆν ἴυγξ τοῖς Διογένους λόγοις. Ioseph. bell. Iud. II 8,11: Essenos putare animas συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος ὥσπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν ἴυγγί τινι φυσικῇ κατασπωμένας (quod spectat Plotinus IV 3,13).

τοῖς δὲ πυρὸς νοεροῦ νοεροῖς πρηστῆρσιν ἅπαντα
εἴκαθε δουλεύοντα πατρὸς πειθηνίδι βουλῇ.[1])

καὶ ὅτι τοὺς ἄκρους, δῆλον ὡς καὶ τὸν μέσον (τῶν μέσων M; sc. aethereum) πολλοὺς εἶναι νοητέον. Cf. Procl. th. pl. 240,17. Macte impudentia! Quos igneos appellat, ei re vera nil sunt nisi fulmina a patre missa (p. 20), aethereum nusquam commemorari ipse concedit, terreni exstant, sed primi eorum capitis nullum vestigium. Ipsa fulmina hoc nomen gessisse videmus ex Dam. II 125,22:

φρουρεῖν αὖ πρηστῆρσιν ἑοῖς ἀκρότητας ἔδωκεν
ἐγκεράσας ἀλκῆς ἴδιον μένος ἐν συνοχεῦσιν.

Tres iyngum duces ἀκρότητας vocari modo cognovimus; eosdem similesve hic quoque dici existimabimus. Verba simillima ad deos inexorabiles refert Procl. th. pl. 320,32: ὡς γὰρ τὰ λόγια πρηστηρίδι φρουρᾷ περιέχεσθαί φησιν τὴν δημιουργικὴν τάξιν. Scilicet ad hos a συνοχεῦσιν custodiendi potestatem transferri fingit 321,34: τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν συνεκτικῶν θεῶν εἰς τοὺς νοεροὺς ἐφῆκον βασιλέας τῆς φρουρᾶς ἀγαθόν, cf. Psell. hyp. 10. Vides quantis machinis Chaldaeorum theologiam multo simpliciorem ad suam adaptaverint. Quid quod accepimus patrem πασῶν συνοχέα τῶν πηγῶν dictum esse? (p. 19). Tale quid praeter ipsum nomen secutus esse videtur Dam. II 43,20: διὸ καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν οἱ συνοχεῖς ὁλοποιοὶ παραδέδονται τῶν νοερῶν διακόσμων. Nonne etiam id summo patri aptissimum est, quod de primo i. e. igneo συνοχεῖ tradit Procl. th. pl. 212 ex. πάντα γὰρ συνέχων τῇ ἑαυτοῦ μιᾷ τῆς ὑπάρξεως ἀκρότητι κατὰ τὸ λόγιον αὐτὸς πᾶς ἔξω ὑπάρχει?[2])

Sequuntur teletarchae eandem exhibentes partitionem, de qua loquitur Procl. th. pl. 240,23: διὰ τί δὲ αὖ καὶ οἱ τελετάρχαι συνδιήρηνται τοῖς συνοχεῦσιν; ὅτι ὁ μὲν πρῶτος τὰ ἔσχατα ἔχων (Plat. Parm. 145a) ἡνιοχεῖ τὸν ταρσὸν τοῦ πυρός (hoc ex oraculis

[1]) Eidem tres versus 59,26, sed πατρὸς π. β. addidi ex Procl. in Parm. 941,28. 942,26. In versu quem ex Psell. 1132c modo attuli scribendum esse ὅππως κόσμος ἔχῃ νοεροὺς συνοχῆας ἀ. dixit Thilo III 13 adn.

[2]) Iamblicheae doctrinae frustulum servavit Iulian. or. V 165d: τοῦτον οὖν τὸν Γάλλον, τὸν νοερὸν θεόν, τὸν τῶν ἐνύλων καὶ ὑπὸ σελήνην εἰδῶν συνοχέα. — Sero vidi Thilonem III 11 adn. de his dis egisse, nec tamen multum doleo; nam et hic et alias philosophorum somniis tantam habet fidem, ut ad veram systematis Chaldaici cognitionem non perveniat.

petitum videtur), ὁ δὲ μέσος ἀρχὰς καὶ τέλη καὶ μέσα περιέχων τελειοῖ τὸν αἰθέρα τριπλοῦν ὄντα καὶ αὐτόν (p. 32), ὁ δὲ τρίτος . . . τὴν ἀσχημάτιστον ὕλην τελειοῖ καὶ ἄμορφον. Dam. II 87,10: ἀλλὰ τῶν τελεταρχῶν ἐστιν ὑπόβασις[1]) ἑβδομαδικὴ διὰ τῶν ἑπτὰ χωροῦσα στερεωμάτων, τοῦ μὲν ἐμπυρίου τελετάρχου τριάδα ἐμπύριον ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλλομένου, τοῦ δὲ αἰθερίου <τρεῖς> τριάδας αἰθερίους, τοῦ δὲ ὑλαίου τρεῖς ὁμοίως ὑλαίας; cf. 95,20. Sed infirmissimis niti fundamentis universam hanc divisionem a Platonicis demum excogitatam demonstravimus; praeterea de his quoque dis ea oraculis praedicata esse, quae multas in partes verti possent, ex Damascii de primis principiis libro cognoscimus. Ibi enim I 290,13 iynges mundum complere vult intelligibilem, συνοχεῖς et teletarchas medium i. e. νοητὸν καὶ νοερόν; cf. 15: λείπεται ἄρα τὸν συνοχικὸν διάκοσμον ἅμα τῷ τελεταρχικῷ ποιεῖν τὸν μέσον. καὶ τίς ἡ τοῦ μέσου τριάς; ἢ οἱ μὲν τελετάρχαι συνήρηνται τοῖς συνοχεῦσι κατὰ τὸ λόγιον, αὐτοὶ δὲ οἱ συνοχεῖς τρεῖς εἰσιν.[2]) Cf. 291,11: καὶ τίς ἡ μέση δυάς; (hic enim intelligibilem mundum simplicem esse vult, medium duplicem, intellectualem triplicem) ἡ συνοχικὴ φύσις καὶ ἡ τελεταρχική, αὕτη μὲν διορίζουσα τὴν συνοχὴν

εἰς ἀρχὴν καὶ τέρμα καὶ εἰς μέσα τάξει ἀνάγκης,

ubi αισμετα M pro εἰς μέσα. Eandem utrorumque comprehensionem tangit etiam II 147,4: ὥστε καὶ συνειλῆφθαι (-λῆσθαι M, an συνειλεῖσθαι?) τοῖς συνοχεῦσι τοὺς τελετάρχας. Videntur igitur συνοχεῖς vel teletarcharum vel simili nomine — nam illud in reliquiis non legitur, aliunde illatum esse neque affirmari neque negari debet — aliquo loco appellati esse. καὶ ψυχοκράτωρ ὁ τοῖς αἰθερίοις ἐπιβεβηκώς ἐστι τελετάρχης (Procl. in Tim. 157[a]) is qui affert ex oraculis sumptum esse non dicit; sed fieri potuit, ut mysteriorum custodes cum anima arctius conecterentur. De rebus longe aliis apertum est loqui versus:

ἀλλ' ὄνομα σεμνὸν καὶ ἀκοιμήτῳ στροφάλιγγι·
κόσμοις ἐνθρῴσκον κραιπνὴν διὰ πατρὸς ἐνιπήν.

---

[1]) ὑπόβασις nil nisi aliud nomen σειρᾶς (p. 22), σειρὰ autem est προποδισμὸς οὐσίας ἀπὸ ἑνὸς εἰς πλῆθος ἐκμηρυομένης 89,5, cf. I 116,23: ἀλλά τις οἷον σειρᾶς ἐστι πρόοδος καθ' ὑπόβασιν προποδίζουσα πρώτων καὶ μέσων καὶ τελευταίων.

[2]) συνείληπται (ειλ in ras.) M, συνδιήρηνται Lobeck Agl. 103 adn. et Thilo III 10 a. ex Procl. th. pl. 240,23 (cf. 218,8) perperam; neque enim pariter utrosque tripertitos esse, sed comprehendi ut unam efficiant triadem dicit Dam. συνήρηνται scripsi dubitanter; an συνείληνται?

Procl. in Crat. 23,20 qui ad teletarchas refert ib. 37,6. Quod autem dicit: καὶ γὰρ τὸ διαπόρθμιον (p. 40) ὄνομα τὸ ἐν ἀπείροις κόσμοις ἐνθρῴσκον (p. 20 v. 3.) in Alc. 441,30, utrum hos spectet an iynges incertum est.[1]) Nimis exilia tradit Dam. II 125,8: οἱ δὲ θεοὶ τοῖς Χαλδαίοις τὴν τελεστικὴν μάλιστα παραδιδόασι τῆσδε τῆς τάξεως ἰδιότητα καὶ ἄρχουσαν ἀποφαίνουσι τῶν τελετῶν; sed illud hinc concludo, perpauca de his dis in oraculis dicta fuisse; nam si plura invenissent philosophi vel maxime a suis praeceptis distantia, multo plura in his argute interpretandis et ad suam sententiam deflectendis verba consumpsissent. Fortasse teletarchae daemones fuerunt boni inimici eis, qui a mysteriis abducebant homines (p. 55).[2])

Inferiores potestates in angelos, daemones, heroes divisas esse testatur Olymp. im Alc. 22, testis haud idoneus. Heroes nusquam deprehendimus, angelos ubi de theurgis et divinatione agitur (p. 53 ss.), daemones saepius. Valde dolendum est quod non integrum habemus fragmentum ap. Psell. 1137[a]:

- ἡ φύσις πείθει †πιστεύειν εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς
καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά.[3])

In v. 1 si Pselli interpretationem sequimur, verbum quale προδραμεῖν requiritur; pravae materiae bonam esse progeniem mirum, ideoque Proclus simulare eos benignitatem coniecerat, idem φύσις sic explicaverat, ut „naturae nomen in teletis advocatum" esse diceret Haec si abicimus, omnia incorrupta putare possumus; v. 1 incipit a πείθει, ἡ φύσις Psellus e praecedentibus supplevit, ut saepe: natura fide indigna (p. 49 s.) persuadet nobis, ut daemones qui improbi sunt sanctos, materiae malae prosapiam bonam arbitremur. — Sed probos quoque daemones novit Psell. hyp. 23: οὗ (sc. τοῦ δαιμονίου) τὸ μὲν δύναμιν ἀγαθοειδῆ κέκτηται συλλαμβάνον ταῖς ἱερατικαῖς ἀνόδοις ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ταύταις (p. 55), τὸ δὲ καθέλκει τὰς ψυχάς· ὃ καὶ θηροπόλον καὶ ἀναιδὲς καλεῖται τὴν φύσιν ἐπιστρεφόμενον καὶ ταῖς μοιραίαις δόσεσιν ὑπηρετοῦν (p. 48) καὶ θέλγον τὰς ψυχάς (p. 55)· ἡ κολάζον τὰς ἐρήμας ἀπολειφθείσας

[1]) Idem magicis patribus tribuit Dam. II 201,2: οἱ γὰρ ἐπὶ μαγειῶν πατέρες εἴς τε τὸ ἐμφανὲς πάντα προάγουσι καὶ πάλιν εἰς τὸ ἀφανὲς περιάγουσιν ὡς ἂν διαπόρθμιοι ἑστῶτες κατὰ <τὸ> λόγιον φάναι τῷ πατρὶ καὶ τῇ ὕλῃ.

[2]) In hymnis Orphicis Bacchus trietericus et Silenus teletarchae appellantur (52,3. 54,4), quod mysteriorum praesides sunt.

[3]) τὰ τῆς κακῆς P, τῆς om. Vv.

τοῦ θείου φωτός, ὃ καὶ ἐν τῷ κοιλώματι φέρεται (Tartaro) εἰς ἄρρεν καὶ θῆλυ διῃρημένον. Daemones feminas oraculis tribuere dubito; noverunt eas Procl. in Tim. 15ᵈ 16ᶜ, Hermias 87, pap. Leid. ap. Dieterich Abr. 194,10. — Pravi sunt terrestres:

ἐκ δ' ἄρα κόλπων
γαίης θρῴσκουσιν χθόνιοι κύνες οὔποτ' ἀληθές
σῆμα βροτῷ δεικνύντες.

Psell. 1140 (sic Pv); convenienter dicitur veritatem in terra non esse (cf. infra) Ideo etiam caeci vocantur: Procl. in remp. 115,29 S.: εἰ μὴ πρὸς τῷ λογικῷ τι δαιμόνιον καὶ ἄλογον ἦν, ὃ δὴ καὶ τὰ λόγια κυσὶν[1]) ἀπεικάζειν εἴωθε καὶ πηρὸν ἀποκαλεῖν ὡς νοῦ καὶ διανοίας ἄμοιρον (cf. πηρὸν βάθος infra). Solis igitur eis qui trans lunam versabantur plena fides fuisse videtur, cf. Olymp. in Phaed. 195,21: ἀπὸ δὲ τῶν ἀερίων ἄρχονται συνυφίστασθαι οἱ ἄλογοι δαίμονες· διὸ καὶ τὸ λόγιόν φησιν·

ἠερίων ἐλάτειρα κυνῶν χθονίων τε καὶ ὑγρῶν[2]).

Quorum ultimi fortasse ὑδροβατῆρες dicti sunt, cf. Procl. in Tim. 270ᵇ: διὸ καὶ τὸ λόγιον ὑδροβατῆρας καλεῖ τοὺς θεοὺς τούτους. Bonos autem illos qui supra lunam habitabant angelos dictos esse et per se verisimile est et verisimilius fit eis quae de Porphyrio narrat Aug. de civ. d. X 9: *quamquam itaque discernat a daemonibus angelos aeria loca esse daemonum, aetheria uel empyrea disserens angelorum* et X 27: *tu autem hoc didicisti non a Platone, sed a Chaldaeis magistris, ut in aetherias uel empyrias mundi sublimitates et firmamenta caelestia extolleres uitia humana, ut possent di uestri theurgis pronuntiare diuina* i. e. angelos collocas trans lunam deorum vestrorum mendacium responsa hominibus reddentes et ideo ipsos quoque mentientes. Cf. X 26: *et angelos quippe alios esse dixit qui deorsum descendentes hominibus theurgicis diuina pronuntient, alios autem* . . . Sed has res iterum tangemus, ubi ad theophanias peruenerimus;

---

[1]) In canum appellatione contemptus per se non inest. Pythagorei planetas Περσεφόνης κύνας dixerunt (Clem. str. V 676); scintillae vocantur Ἡφαίστου κύνες (Alexis fr. 149,16). De Eumenidibus Aesch. Cho. 924. Eur. El. 1342 etc., de Harpyis μεγάλοιο Διὸς κύνας Ap. Rh. II 289; cf. Rohde Psyche 375[1]. Dieterich Nekyia 51[2]. — Cf. Procl. in remp. 51,11 P.: τὰ μὲν οὖν παντοδαπὰ δείματα δαιμόνων ὄψεις ἦσαν φοβεραὶ καὶ ὄφεσιν ἐοικότων καὶ κυσίν.

[2]) Cf. pap. Lond. 121 (Denkschr. d. Wien. Ak. 42) 322 φυλάξατε τὸν δεῖνα ὃν δεῖνα (sc. ἔτεκεν) ἀπὸ πάσης ἐπηρείας ὀνείρου τε φρικτοῦ καὶ πάντων ἀερίων.

nunc satis habeo indicasse angelos ab Iudaeis hellenizantibus sumptos videri. [1])

Deos zonaeos et azonos in eo quem Assyrii celebrarint numero ponit Procl. in Parm. 647,6: οἷα τὰ τοῖς Ἀσσυρίοις ὑμνημένα, ζῶναι καὶ ἄζωνοι καὶ πηγαὶ καὶ ἀμείλικτοι καὶ συνοχεῖς. Dam. II 214,15: διὸ καὶ ἄζωνοι κέκληνται πρὸς αὐτῶν τῶν θεῶν ὡς οὐ περιβάλλοντες ἑαυτοῖς τὸν κόσμον οὐδὲ ἐνδεθέντες αὐτοῦ ταῖς μοίραις οἷον ζώναις τισίν. cf. I 241,18. Psell. 1152ᵇ. hyp. 18 s. Serv. ad Aen. XII 118. Marc. Cap. I 61. At nullum habent quo id confirment oraculorum versum; scimus vero zonas (i. e. planetarum orbes) tractasse Iulianum, ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν Ζωνῶν dicit Procl. in Tim. 246ᶠ; ab hoc, cuius vestigia non primum scrutamur, illos deos in Platonicorum theologiam transisse arbitror. Confirmatur haec opinio Damascii loco II 235,22: εἰ καὶ ζωναῖός ἐστιν οἷος ὁ θεουργοῖς ἐκφανείς ποτε χρόνος et Procli in Tim. 252ᵇ: ἀλλ' οὐχ οἵ γε θεουργοὶ ταῦτα πεπόνθασιν ... ἀλλὰ τὸν χρόνον αὐτὸν ὑμνήκασιν ὡς θεὸν καὶ ἄλλον μὲν τὸν ζωναῖον ... ἄλλον δὲ ἄζωνον. Nam ab Iuliano hunc deum evocatum esse accepimus: Procl. in Tim. 244ᵉ 246ᵈᶠ 251ᵇ 263ᵈ. Simpl. in phys. 795,4: ἀλλὰ καὶ Πρόκλος ... περὶ μὲν τοῦ χωριστοῦ (i. e. ἀζώνου) χρόνου τὰ αὐτά πως τῷ Ἰαμβλίχῳ φιλοσοφεῖ καὶ οὐ μόνον νοῦν ἀλλὰ καὶ θεὸν αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρᾶται, ὡς καὶ εἰς αὐτοψίαν ὑπὸ τῶν θεουργῶν κληθῆναι; cf. 785,8. Dam. II 231,2. Cf. pag. 33 ¹.

Quoniam de dis maioribus et minoribus exposuimus, nunc ea nobis colligenda et expendenda sunt, quibus de animae humanae condicione agitur. Scintillam igitur animae constare e mente, spiritu divino, amore accepimus; singulorum animam e mundana, quae est in Hecate, effluere putabimus. Solo cogitando patrem homini animam indidisse discimus e versu:

ταῦτα πατὴρ ἐνόησε, βροτὸς δέ οἱ ἐψύχωτο [2])

Procl. in Tim. 336ᵃ. — Medium inter mentem divinam et corpus mortale tenet locum:

---

[1]) Haud scio an ad oracula redeat τὰ τῶν δαιμόνων πολυχεύμονα φῦλα Psell. de oper. daem. 30 B.

[2]) Simillimum est εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε etc. p. 18; vel e LXX vel e gnosi haec repetenda sunt. Cf. Dieterich Abraxas 21 ss.

νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ
δήσας ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.[1])

Quae expressa sunt ex Plat. Tim. 30^{b}: νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο et fortasse non ad singulos, sed ad mundum revocanda. — Vera animae natura divina est:

† ὅτι ψυχὴ πῦρ οὖσα φαεινὸν δυνάμει πατρός
ἀθάνατός τε μένει καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστίν
† καὶ ἔχει πολλῶν πληρώματα κόλπων

Psell 1141^{c} (v. 3 πολλὰ v).[2]) Ignea est anima ut omnia quae a patre prodeunt, vitae domina, quod vitam dat corpori. Extrema cum prioribus non antiquitus conexa fuisse persuasum habeo et pertinere ad animae ὄχημα — αὐγοειδές et πνευματικόν nominare solent Platonici — quod inter corpus et animam interponitur.[3]) Cf. Procl. in Tim. 311^{a}: καὶ δοκοῦσιν (οἱ περὶ Πορφύριον) ἕπεσθαι τοῖς λογίοις ἐν τῇ καθόδῳ τὴν ψυχὴν λέγουσι συλλέγειν αὐτὸ λαμβάνουσαν αἴθρης μέρος ἠελίου τε σελήνης τε καὶ ὅσα ἠέρι συνέχονται (cf. p. 33). Quod unde in descensu sumptum est, eo in regressu revertitur, Procl. in remp. 392,1 B.: ἵνα καὶ τὸ φαινόμενον ὄχημα (corpus mortale) διὰ τῆς ἐμφανοῦς αὐτῶν κινήσεως τύχῃ τῆς πρεπούσης θεραπείας καὶ τὸ τούτου θειότερον ἀφανῶς καθαρθῇ καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ἀποκατασταθῇ λῆξιν ὑπὸ τῶν ἀερίων καὶ τῶν σεληναίων καὶ τῶν ἡλιακῶν αὐγῶν ἀνελκόμενον, ὥς που φησί τις τῶν θεῶν.

---

[1]) Procl. in Tim. 124^{d} et valde corruptum 97^{b}. δήσας coniecei pro δὲ ἡμέας vel ἡμέας. — Ex oraculis hausisse videtur Procl. in remp. 17,20 R: τοῦτον <τὸν> χαρακτῆρα (Χῖ ex Pl. Tim. 36 b) τῇ οὐσίᾳ τῶν ψυχῶν ἐγκάρδιον ἐνθείς, cf. 23.

[2]) Haec praeter alia spectat Psell. 1152^{c} εἰ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρός ἐστι τοῦ θείου καὶ πῦρ φαεινὸν καὶ νόημα πατρικόν, εἶδός ἐστιν ἄϋλον καὶ αὐθυπόστατον. Cf. Plut. de occ. viv. 1130^{b} αὐτήν τε τὴν ψυχὴν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων φῶς εἶναι τῇ οὐσίᾳ νομίζουσιν. Cornut. 3,14.

[3]) Cf. Porph. sent. 32 (Stob. I 429,16): ἐξελθούσῃ γὰρ αὐτῇ τοῦ στερεοῦ σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ ὃ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνελέξατο. Iambl. ap. Stob. I 385,5, ubi pro ἀγγελιώδους scr. ἀγγειώδους „eius quae in vasculo est i. e. corpore." (374,2 scr. αὐγοειδέσι). Dubito eodem modo explicare Herm. trism. 75,8. 77,12. A Pythagoreis hanc opinionem repetendam esse pro certo habeo, cf. Lobeck Agl. 932 ss. et mythum a Plutarcho e Xenocrate (Heinze 123 ss.) desumptum de facie 28 ss.

Hanc divinam naturam purissimam conservabit, si humilem corporis servitutem quam minime subierit. Huc pertinent versus lacerati:

† ψυχὴ μερόπων θεὸν ἄγξει ἐς αὐτήν
οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα * * ὅλη μεμέθυσται
† ἁρμονίαν αὐχεῖ γὰρ ὑφ' ἧ πέλε σῶμα βρότειον.

Psell. 1137ᵃ (v. 1 δὲ pro ἐς v, v. 3 πέλω V, sed ει ss. V²), qui in v. 1 legisse videtur θεοῦ ἄγξει πῦρ ἐς ἑαυτήν, in v. 3 id quod traditur. Pythagoream subesse sententiam, secundum quam corporis harmonia est anima (cf. e. g. Plotin. IV 7,8), existimabit aliquis; cf. Herm. ap. Stob. I 460,3: ὅθεν δεῖ καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα αὐτῆς σύνοδον ἁρμονίαν θεοῦ ὑπὸ ἀνάγκης γενομένην εἶναι. Cum αὐχεῖ, si verum est, cf. Philo de opif. p. 24,15 et quae attulit Cohn. — Procl. in remp. 53,32 S.: <ἃς> καὶ οἱ θεοί φασι τὴν γένεσιν ἐπιστρεφομένας θητεύειν, ἀλλ' ἀ δ α μ ά σ τ ῳ τ ῷ α ὐ χ έ ν ι θ η τ ε υ ο ύ σ α ς ἀνάγεσθαι πάλιν ἐντεῦθεν καταλιπούσας τὴν γένεσιν (sic in V; perperam ἀδαμάτῳ Iahn Procl. ecl. 9). Cf. Procl. in Tim. 174ᵃ: ἐν ταῖς ἀχράντοις (-ταις ed.) ψυχαῖς αἳ καὶ τὰς καθόδους ἀπήμονας ποιοῦνται καὶ προβέβληνται ζωὴν ἀμείλικτον καὶ ἀδάμαστον. Ps. Apul. Asclep. 37,11 G.: *quare animam* (corpus) *obtorto ut aiunt detinet collo.* Corpus enim est fluxum et fragile (ῥευστόν p. 54, cf. Procl. in rp. 114,29 S.: διὰ τὴν ἐν τ ῷ σ ώ μ α τ ι τ ῷ σ κ ι δ ν α μ έ ν ῳ κατάταξιν αὐτῆς et ib. 51,15: πᾶσαν τὴν ῥύσιν τῶν ἐνύλων καὶ τὸ ῥ ό θ ι ο ν κ ύ τ ο ς), est terra qua levare oportet cor (γῆ ἀφ' ἧς δεῖ κ ο υ φ ί ζ ε ι ν τὴν κ α ρ δ ί α ν Procl. exc. Vat. 193,3), nequitiae radix (ῥ ί ζ α τ ῆ ς κ α κ ί α ς τὸ σῶμα ib. 17, cf. Iahn 22), materiae purgamentum (p. 31² et infra) quae foeda est (Procl. in remp. 26,20 R: τὴν δὲ ὕλην α ὐ χ μ η ρ ὰ ν ὡς ἄγονον καὶ τῶν λογίων λεγόντων ἀκούομεν, cf 121,27 S.) et subiecta necessitati quae a natura et fato diversa non est. Psell. hyp. 25: τὸ δὲ νοερὸν πῦρ (p. 47²) ἄνωθεν ἥκει καὶ μόνης δεῖται τῆς οἰκείας πηγῆς· εἰ δὲ συμπάθοι σώματι, θεραπεύειν ἀνάγκη καὶ ὑπὸ τῇ μοίρᾳ τετάχθαι καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως ἄγεσθαι[1]).

[1]) Orphica et Pythagorea haec quoque; cf. Rohde 415. Plat. Tim. 43ᵃ: τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον. Phaed. 62ᵇ. Crat. 400ᵇ. Onat. ap. Stob. I 50,3: ἁ δέ γα τῶ σώματος κρᾶσις μιαίνει τὸ καθαρὸν τᾶς ψυχᾶς· ἃ μὲν γὰρ ἀκήρατος καὶ θεῖόν ἐστι, τὸ δὲ θνατὸν καὶ θολομιγές. Cf. epigrammata a Rohdio 674³ allata. De fato Plotin. III 1,10. Iambl. ap. Stob. II 173,10: καθ' ὅσον μὲν δίδωσιν εἰς τὰ γιγνόμενα καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ παντὸς

Cuius regnum a luna incipit[1]) (cf. p. 20. 33 s.), Procl. in remp. 10,5 R.: εἰς τὴν σεληνιακὴν . . . σφαῖραν, ἐν ᾗ τῆς γενέσεως αἰτίαι πάσης καὶ ὥς φησί τις ἱερὸς λόγος, τὸ αὔτοπτον ἄγαλμα τῆς φύσεως προσλάμπει. Lunarem deam esse Hecaten, quae naturae fontem continet, non abs re erit adnotare. Hac de causa vetatur:

μὴ φύσεως καλέσῃς αὔτοπτον ἄγαλμα

Psell. 1136[c], quod ad theophanias referendum est (in fine explanationis scr.: ἐποίσει γάρ σοι μεθ' ἑαυτοῦ φυσικῶν τεράτων [τεττάρων ed.] μόνον πληθύν, cf. 1137[a] supra p. 45). Cui simillimum hoc:

μὴ φύσιν ἐμβλέψῃς· εἱμαρμένον οὔνομα τῆσδε.[2])

Iam igitur perspicuum est, quo iure haec confinxerit Proclus de oraculis verba faciens: *a qua* (Hecate) *et totum fatum suspendentes duas faciunt* σειράς, *hanc quidem animalem* (ψυχικήν), *hanc autem ut diximus* μοιραίαν; *et animam ex altera trahentes quandoque aiunt fato servire, quando irrationalis facta* (ἀλογωθεῖσα) *dominum permutauerit, pro prouidentia fatum* de prov. 179,26. Quoniam natura cum fato confundebatur, e naturae fonte fati fontem fecit, id quod etiam confitetur th. pl. 317,26: ἡ γὰρ τῆς φύσεως πηγὴ καὶ εἱμαρμένη πρωτίστη παρ' αὐτῶν ἀποκαλεῖται τῶν θεῶν· μὴ φύσιν κτέ. Fati et providentiae oppositio (cf. Psell. 1145[c]) Procli est, non oraculorum, etsi ille dicit dec. dubit. 76,9 *et oraculis efficacissime attestantibus Platonis demonstrationibus; etenim hanc ipsam oraculorum traditionem ad dignos dictorum auditores existimo esse apertissimam prouidentiae attestationem ad quaecunque multorum intelligentiis obsistunt ad susceptionem eius quod est omnia secundum prouidentiam esse phantasmata propul-*

φορὰν ἑαυτὴν ὑποτάττει, κατὰ τοσοῦτον καὶ ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην ἄγεται καὶ δουλεύει ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις. A Pythagoreis acceperunt Esseni (Zeller V[3] 297[1]) et Valentiniani (exc. Theodot. 69 ss.). Cf. pap. Leid. 183,58 D.

[1]) Simillime Basilidiani, cf. Hippol. 368,51: πάντα οὖν ἐστι προνοούμενα καὶ διοικούμενα ὑπὸ τῆς ἐντελεχείας τοῦ ἄρχοντος τοῦ μεγάλου τὰ αἰθέρια, ἅτινα μέχρι σελήνης ἐστίν. 62 τὸ δὲ ἐν τῷ διαστήματι τούτῳ ὁ σωρὸς αὐτός ἐστι, φησί, καὶ ἡ πανσπερμία καὶ γίνεται κατὰ φύσιν τὰ γινόμενα. Fatum quasi quandam imaginem providentiae esse vult Iambl. ap. Stob. II 174,4. Herm. trism. ib. I 74,4: ὁ μὲν λόγος κατὰ πρόνοιαν, τὸ δὲ ἄλογον κατ' ἀνάγκην, τὰ δὲ περὶ τὸ σῶμα συμβεβηκότα καθ' εἱμαρμένην.

[2]) Procl. th. pl. 317,29. de prov. 155,26. 164,7. in Tim. 322[d]. — Iambl. ap. Stob. I 81,8: τῆς δ' εἱμαρμένης ἡ οὐσία σύμπασά ἐστιν ἐν τῇ φύσει.

sandum. Quodsi dicitur: μὴ συναυξήσῃς τὴν εἱμαρμένην,[1]) ita hoc vertemus: noli augere corporis in te dominationem. (Cf. Clem. exc. Theodot. 52). Ergo qua corporeus, dignus est hac adlocutione homo:

ὦ τολμηρᾶς φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.

Psell. 1136ᵃ (τ. ἐκ φ. Opsop.).

Pater tamen animam cum corpore luctantem non deserit; indidit enim ei suae mentis particulam, tesseram quasi quandam hospitalem, et per totum mundum potentiae suae indicia dispersit. Facile igitur est animis, etiamsi, postquam in terram deciderunt, divinae originis parumper oblitae sint, deum patrem in memoriam revocare:

σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρεν κατὰ κόσμον,
† ὅς τὰ νοητὰ νοεῖ καὶ ἄφραστα κάλλη νοεῖται.[2])

Ubi symbola dici possunt quaecunque a deo prodeunt.

ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς,
μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης καὶ ῥῆμα λαλήσῃ
μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ.[3])

Animae enim secundum Orphicorum opinionem in genesin intrantes oblivionem patiuntur eorum quae apud deum conspexerunt: Plat. Phaedr. 248ᶜ ss. rp. X 621ᵃ. Verg. Aen. VI

[1]) Psell. 1145ᶜ. Procl. de prov. 164,8 *neque coaugeas fatum cuius finis* * * fort. μηδὲ σ. τὸ πεπρωμένον, οὗ τέλος <οὐδέν>. — Guilelmi de Moerbeka latina sic fere verterim: καὶ τῶν λογίων ἐναργέστατα μαρτυρούντων ταῖς τοῦ Πλάτωνος ἀποδείξεσιν· καὶ γὰρ αὐτὴν ταύτην τῶν λογίων τὴν παράδοσιν πρὸς ἀξίους τῶν εἰρημένων ἀκροατὰς εἶναι νομίζω τὴν φανερωτάτην τῆς προνοίας μαρτυρίαν ἐπὶ τὸ ὅσα ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις ἀνθίσταται πρὸς τὴν τοῦ πάντα κατὰ πρόνοιαν εἶναι παραδοχὴν ἀπελαύνειν φαντάσματα.

[2]) Procl. in Crat. 23,23. καλλῃεῖται cod. Vat. Ita fere restituo: οἷς τ. ν. ν. κ. ἀφράστῳ κάλλει ἑνοῦται. V. 1 sic exhibet Psell. 1141ᵃ: σύμβολα πατρικὸς νόος ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς.

[3]) Psell. 1148ᵃ. Procl. th. pl. 12,5. 104 ex. ἕκαστον οὖν εἰς τὸ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἄρρητον εἰσδυόμενον εὑρίσκει τὸ σύμβολον τοῦ πάντων πατρός. 207,2. in Tim. 2ᶜ. 65ᵃ ᵉ. in Crat. 33,20. 34,13. Recte exc. Vat. 195,16: ἡ φιλοσοφία τήν τε λήθην καὶ ἀνάμνησιν τῶν ἀϊδίων λόγων αἰτιᾶται . . . τὰ δὲ λόγια τῶν πατρικῶν συνθημάτων. 192,22. Cf. ῥῆμα laminae Orphicae (Kaibel IGS 641) quo anima in Orcum degressa utitur, ut ei concedatur ex memoriae fonte bibere et oblivionem excutere, symbola Ophitarum ap. Orig. c. Cels. VI 296, oraculum ap. theosophum p. 108,11 Bur.: θνητοῖς γὰρ χαλεπὸν φύσιν ἄμβροτον ὀφθαλμοῖσιν | εἰσιδέειν, ἢν μή τις ἔχῃ σύνθημα θέειον.

749. Dieterich Nekyia 90ss. — Qua autem via ad patrem redeant, id multis verbis oracula exsecuta esse docemur multitudine reliquiarum huc spectantium.

δίζηαι ψυχῆς ὀχετόν, ὅθεν ἢ τίνι τάξει
σώματι θητεύσασ' * * ἐπὶ τάξιν
αὖθις ἀναστήσεις ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.[1])

Ergo homini non solum quaerendum est, unde animam suam acceperit — verbis τίνι τάξει forsitan indicetur non eandem esse omnium originem (cf. p. 58)— sed etiam ἔργῳ opus est, ut reditum inveniat; ἱερὸν λόγον mundi intelligibilis patrisque cognitionem dici existimo. Hanc praeter fragmentum quod exhibui p. 11 describit hoc:

ἑσσάμενον πάντευχον ἀκμὴν φωτὸς κελάδοντος
ἀλκῇ τριγλώχινι νόον ψυχήν θ' ὁπλίσαντα
πᾶν τριάδος σύνθημα βαλεῖν φρενὶ μηδ' ἐπιφοιτᾶν
ἐμπυρίοις σποράδην ὀχετοῖς, ἀλλὰ στιβαρηδόν.

Dam. I 155,11 (v. 3 τοιαδος M, corr. Ruelle). Mystica est ignis et numerii ternarii vis ad id cognoscendum valida, quod ipsum quoque igneum et tripertitum est (p. 13, de ὀχετοῖς p. 35). Nec minus mysticus est versus:

κέντρῳ ἐπισπέρχων σαυτὸν φωτὸς κελάδοντος,

quem sic inducit Procl. in Tim. 236[d]: εὔτροχον δὲ τὸ νοερὸν ... τὸ περὶ τὸ νοητὸν ὡς κέντρον φερόμενον· κέντρῳ κτέ., φησί τις θεῶν; quamquam ad ipsum ignis cultum pertinere haec potuisse non nego. — Ex eadem fere carminis parte:

οἰγνύσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα [δὲ] πάντα
ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω.

Psell. 1137[b] (οἰγνύσθω V, ἡγεῖσθω v, ἡγνίσθω P. ἄρδην V[2] ex?), quae interpretatur Procl. exc. Vat. 193,1 [2]).

---

[1]) Psell. 1129[c]. θητεύσας codd., ἀναθήσεις V[1], corr. m[2]. Suppleas: θητεύσουσ' ὑπέβη καὶ πῶς? Cf. Synes. de insomn. 139[c]. Iambl. de myst. 272,7 ἀλλ' ἀπὸ τῆς πρώτης καθόδου ἐπὶ τούτῳ κατέπεμψεν ὁ θεὸς τὰς ψυχάς, ἵνα πάλιν εἰς αὐτὸν ἐπανέλθωσιν. De servitute cf. p. 48.

[2]) Errat Iahn 16 apud Procl. de prov. 171,33 *imum* verum esse ratus; fuit αὐτὸ τὸ ἓν τῆς ψυχῆς, cf. e. g. exc. Vat. 194,8. — Philo de praem. et poen. 6: καταμύσας γοῦν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα τὸν ἔμπροσθεν αἰῶνα τοῖς συνεχέσιν ἄθλοις μόγις ἤρξατο διοίγνυσθαι καὶ τὴν ἐπισκοτήσασαν διακρίνειν καὶ ἀποβάλλειν ἀχλύν.

Ad liberandam corporis servitio animam praeter ea quae attulimus spectant haud pauca:

χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητόν,
ὄφρα μὴ ἐγκύρσῃ χθονὶ δυσμόρῳ, ἀλλὰ σαωθῇ.

Lyd. de mens. 4,13; in terra enim plurimum valet materia; cf. sententiam Hermeticam ap. Stob. I 275,21: οὐδὲν ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν κακὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Eadem opinio subest ap. Procl. th. pl. 297,34: τὸν Προμηθέα . . . προνοοῦντα τῆς λογικῆς ἡμῶν ζωῆς, ἵνα μὴ βαπτισθεῖσα χθονὸς οἴστροις καὶ ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις (cf. p. 48 s.), ὥς φησί τις τῶν θεῶν, ἀπόληται [1]). Nam quod homini praecipitur:

χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ πρὸς πατρὸς αὐγάς,
ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν, [2]),

id nisi corpore liberata anima assequi non potest:

οὐ γὰρ ἐφικτὰ τὰ θεῖα βροτοῖς τοῖς σῶμα νοοῦσιν,
ἀλλ' ὅσσοι γυμνῆτες ἄνω σπεύδουσι πρὸς ὕψος. [3])

Anima enim quae indomita cervice corpori servit, sive post sive ante mortem corporis vel amorem vel desiderium non patitur et nuda ad patrem ascendit. Cf. Herm. trism. ap. Stob. I 194,14. 274,4, maxime 17: δεῖ γάρ σε, ὦ τέκνον, πρῶτον τὸ σῶμα πρὸ τοῦ τέλους ἐγκαταλεῖψαι καὶ νικῆσαι τὸν ἐναγώνιον βίον καὶ νικήσαντα οὕτως ἀνελθεῖν. — His omnibus observatis suapte vi ad salutem pervenit anima. Procl. in remp. 61,26 S.: ψυχὴν ἔχων σώματος ὑπερορῶσαν καὶ πρὸς τὸ ἄνω βλέπειν ἐπιτηδείαν καὶ δι' ἑῆς ἀλκῆς κατὰ τὸ λόγιον χωριζομένην τῶν ὑλικῶν ὀργάνων; ib. 20,5 P. in Alc. 463,7.

Sed accuratius definitum erat, qua potissimum via reditus ad patrem quaerendus esset animae. Nam etsi omnis hic mun-

---

[1]) Cf. in remp. 352,54 B.: τῶν τρικυμιῶν τῶν τὰς ψυχὰς βαπτιζουσῶν (Plat. pol. V 472a. Euthyd. 293a). in Tim. 36c. Herm. trism. 100,15: σώματος γὰρ συνθέτου ὥσπερ χυμοὶ ζέουσιν ἥ τε λύπη καὶ ἡ ἡδονή, εἰς ἃς ἐμβᾶσα ἡ ψυχὴ βαπτίζεται; ap. Stob. I 461,11: εἰ δὴ τοῦτο πάσχουσι σαρκὶ καὶ αἵματι βεβαπτισμέναι.

[2]) Psell. 1144d. φῶς et ἐνθ' codd., corruptelas in Vv obvias non affero. αὐλάς (cf. Kaibel ep. 288,4) ob exc. Vat. 192,13 scribere nolui (cf. IGS 940,4); ad ἑσσαμένη cf. p. 25 v. 2. 51 v. 1. Cf. Iambl. de myst. 82,12: τοὺς δ' ἐπὶ τὸ πῦρ σπεύδοντας κατέχει περὶ τὸν τῇδε τόπον (daemonum praesentia, cf. p. 44).

[3]) Procl. in Crat. 93,5 ubi v. 1 γάρ ἐστιν. In νοοῦσιν (= τὰ τοῦ σώματος φρονοῦσιν) offendere nolui. — Cf. in Alc. 433,16. 465,10 de mal. subs. 2225,3.

dus contemptus et perniciosus erat, tamen id elementum, quod divinae materiae imaginem exhibebat, magni aestimabatur et salubre habebatur [1]:

τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας θεόθεν φάος ἕξει

Procl. in Tim. 65^b; ib. 331^b: τὸ δὲ μέγιστον ... ἡ τελεστικὴ συμβάλλεται διὰ τοῦ θείου πυρὸς ἀφανίζουσα τὰς ἐκ τῆς γενέσεως ἁπάσας κηλῖδας, ὡς τὰ λόγια διδάσκει.[2] Qua in re angeli adiutores fuisse videntur, Procl. exc. Vat. 192,13: ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων μερὶς πῶς ἀνάγει ψυχήν; φέγγουσα, φησί, πυρὶ[3] τὴν ψυχήν, τουτέστι περιλάμπουσα αὐτὴν πανταχόθεν ... καὶ ἀμιγῆ ποιει πρὸς τὴν ὕλην τῷ θερμῷ πνεύματι κουφίζουσα. in remp. 89,8 S.: διὰ μέσων τῶν ἀποκοπτικῶν ἀγγέλων τῆς ὑλικῆς ζωῆς καὶ τοῦ ἡγεμόνος αὐτῶν τοῦ τῆς τμήσεως ἐξάρχοντος, ὡς τὸ λόγιον εἴρηκεν εἶναι γάρ τινα τμήσεως ἀγὸν τῶν ἐκτεμνόντων τὴν ὕλην ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἀγγέλων, ubi de veritate interpretationis dubito, in versu τμήσιος fuisse non est quod moneam. Procliana an Chaldaica tradat Psell. hyp. 22 nescio: καὶ ἔστι τοῖς μὲν θεοῖς οἰκειότερον τὸ ἀγγελικόν, ὃ δὴ καὶ πρὸς τὰς παρεδρείας σύστοιχον καὶ μέχρι τινὸς ἀνάγον τὰς ψυχάς, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸν κόσμον. Ad eosdem forsitan revocandum sit oraculum corruptum:

ψυχῆς ἐξωστῆρες † ἀνάπνοες εὔλυτοί εἰσιν.

Psell. 1144^c (ἀνάπνοοι V^1, corr. m^2), qui idem legisse videtur; probabilem emendationem non inveni; ad eosdem fortasse verba quae ex oraculis petita videntur ap. Procl. th. pl. 118,11: καὶ τὴν ὠδῖνα τῶν ψυχῶν ... τελεωσαμένη καὶ τὸν ἐν αὐταῖς ἀνάψασα πυρσόν; in Alc. 472,9: καὶ τοὺς πυρσοὺς ἀνάπτουσα τοὺς ἀναγωγούς. — Sed ut ad ignem revertamur, dicitur:

πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ πυρὸς ἡνία τεῖνον

Psell. 1133^c, ubi mentis vice fungitur ignis.[4] Similia sunt haec:

---

[1]) Haec omnia ad ipsam pertinent animam; ὄχημα luce aeris, lunae, solis purgari et attrahi vidimus p. 47. Iambl. ap. Stob. I 455,1: ὡς δ' οἱ ἀρχαιότεροι διατείνονται (animae κρίσις, δίκη, κάθαρσις perficitur) ὑπὸ τῶν ἐμφανῶν θεῶν καὶ μάλιστα δὴ πάντων ἡλίου. Iulian. or. V 172^a τὰς ἀναγωγοὺς ἀκτῖνας ἡλίου.

[2]) Procl. in Crat. 76,8: ὥσπερ ἐν τῷ παντὶ καθαίρουσι μὲν καὶ ἄγγελοι τὰς ψυχὰς ἀποτέμνοντες (ἀποπέμποντες ed.) τὰς ἐκ τῆς γενέσεως κηλῖδας. in Alc. 357,32. Purgandi vim in igni inesse vetusta est Graecorum opinio: Rohde 29^4. 393^1.

[3]) φερ' φησὶ περὶ V; φερομένη legit Pitra perperam, φαίνουσα Iahn. Sed ignis mentio necessaria. Cf. Procl. hymn. 5,2 ἀναγώγιον ἁψάμενοι πῦρ.

[4]) Pro ἀπλάστῳ malim εὐπλάγκτῳ. — Cf. Plat. Phaedr. 247^c ψυχῆς οὖσα

ἐκτείνας πύριον νοῦν
ἔργον ἐπ' εὐσεβίας ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις

Psell. 1140[b] (πυρινὸν v, εὐσεβείας P et ex — ης ut vid. v); de corpore servando p. 60 s.

Quae autem mundum intelligibilem cognovit anima, fati dominationem effugit et ita cum deo coniungitur, ut divinum ignem sorbeat. Procl. in Tim. 321[a] διὸ καὶ νοήσασαι τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς (p. 25. 37)

μοίρης †είμαρμένης τὸ πτερὸν φεύγουσιν ἀναιδές,

ὥς φησι τὸ λόγιον·

ἐν δὲ θεῷ κεῖνται πυρσοὺς ἕλκουσαι ἀκμαίους
ἐκ πατρόθεν κατιόντας, ἀφ' ὧν ψυχὴ κατιόντων
ἐμπυρίων δρέπεται καρπῶν ψυχοτρόφον ἄνθος.[1])

Simillimi loci, nisi res me fallit, paraphrasin dat suis admixtis Procl. exc. Vat. 193,12: ὕ μ ν ο ν οὖν τῷ θεῷ τοῦτον ἀναθῶμεν, τὴν εἰς αὐτὸν ἐξομοίωσιν· καταλίπωμεν τὴν (γῆν V) ῥέουσαν οὐσίαν, ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ σκοπόν· γνωρίσωμεν τὸν δεσπότην, ἀγαπήσωμεν τὸν πατέρα· καλοῦντι πεισθῶμεν, τῷ θερμῷ προσδράμωμεν τὸ ψυχρὸν ἐκφυγόντες· πῦρ γενώμεθα, δ ι ὰ π υ ρ ὸ ς ὁ δ ε ύ σ ω μ ε ν. ἔχομεν ε ὔ λ υ τ ο ν ὁ δ ὸ ν εἰς ἀνέλευσιν· π α τ ὴ ρ ὁ δ η γ ε ῖ π υ ρ ὸ ς ὁ δ ο ὺ ς ἀ ν α π τ ύ ξ α ς (-ξασθαι V edd.), μὴ τ α π ε ι ν ὸ ν ἐκ λήθης ῥεύσωμεν χ ε ῦ μ α. Cf. Iambl. de myst. 81,14; de hymno quem ascendentes cantant animae — solita haec beatorum delectatio: Dieterich Nekyia 36 s. — Olymp. in Phaed. 208,25: διὸ καὶ τὸ λόγιόν φησι τὰς ψυχὰς ἀναγομένας τὸν π α ι ᾶ ν α ᾄ δ ε ι ν. 171,14: μήποτε δὲ κατὰ τὸ λόγιον αὐτὸς τὸν π α ι ᾶ ν α ᾄ δ ω ν βούλεται ἀναδραμεῖν εἰς τὰς οἰκείας ἀρχάς. Cf. Procl. th. pl. 110,1.[2])

κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ. Philo leg. all. III 40 ἑκάτερον (θυμόν et ἐπιθυμίαν) ἐπιστομίζει ἡ ν ί ο χ ο ν καὶ κυβερνήτην ἐφιστὰς τὸν λόγον. Plut. de facie 28,9 etc.

[1]) De prov. 164,26: *„quicunque autem patris opera intelligentes reverendi fiunt, sortis fatalem alam effugiunt."* Aliam igitur lectionem habuisse videtur Guilelmus de Moerbeka; εἱμαρτὸν πτ. ἐκφεύγουσιν (at cf. p. 23 v. 2) facile occurrit. V. 2 citant Olymp. in Phaed. 96,14. Simpl. in categ. 85[v] 16 (cf. Plotin. IV 8,1: καὶ τῷ θεῷ εἰς ταὐτὸν γεγενημένος καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυθείς). Ad v. 4 cf. Procl. in Tim. 264[b] πληροῖ δὲ τὰς ψυχὰς τῶν ἐμπυρίων καρπῶν. Iahn 13. Hi versus obversari videntur Proclo exc. Vat. 192,20.

[2]) Obscurius loquitur Psell. 1153[a] ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον ἐν ὅλαις ταῖς τοῦ κόσμου μερίσι, τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι. Latere possunt multa, velut opinio de animis stellas habitantibus: Rohde 423[4],610[1] (p. 20).

Sed paululum subsistamus. Iam enim perspicuum est poetastrum non propterea sua alienave placita ad philosophiam religionemque pertinentia numeris inclusisse, ut legentium animos delectaret, sed ut ignis cultum commendaret. Quodsi diligentius rimamur, etiam plura cultus mysteriorumque vestigia deprehendimus. Procl. in Crat. 72,6: καὶ γὰρ τὰ λόγια περὶ ἐκείνων ὡς ἀφθέγκτων ἐνεδείξατο καὶ προσέθηκε τό· σῖγ' ἔχε, μύστα. Non sine causa igitur de mystagogia loquitur Procl. in remp. 380,5 B. scribitque in Tim. 322ᵈ: κατὰ τὴν θεῶν αὐτῶν φήμην, ἣν τοῖς ἑαυτῶν μύσταις παρέδοσαν. Sacerdoti praescribitur:

αὐτὸς δ' ἐν πρώτοις ἱερεὺς πυρὸς ἔργα κυβερνῶν
κύματι ῥαινέσθω παγερῷ βαρυηχέος ἅλμης.

Procl. in Crat. 102,26: διὸ καὶ ὁ θεουργὸς ὁ τῆς τελετῆς τούτου (Apollinis) προκαθηγούμενος ἀπὸ τῶν καθάρσεων ἄρχεται καὶ τῶν περιρράνσεων· αὐτὸς κτέ., ὥς φησι τὸ λόγιον περὶ αὐτοῦ. in Alc. 293,19. Cf. Lobeck Agl. 111, Rohde 362[1]. De Apolline quod loquitur Proclus, sic explico, ut eum ignis opera ad Solis cultum rettulisse existimem. Accedit quod ignis opera redeunt in fragmento, quod ob ὀχετούς huius carminis esse constat. Procl. in remp. 399,33: κατά τινα ἕνωσιν ἄρρητον εἰς ταὐτὸν ἄγουσα τῷ πληροῦντι τὸ πληρούμενον, καὶ τὸ μὲν αὔλως καὶ ἀναφῶς ὑποστρωννύουσα πρὸς τὴν ἔλλαμψιν, τὸ δὲ προκαλουμένη πρὸς τὴν μετάδοσιν τοῦ φωτός·

μιγνυμένων δ' ὀχετῶν πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα

κατὰ τὸ λόγιον. Viae igitur esse videntur ὀχετοί a deo ad mundum et a mundo ad deum ducentes, cf. p. 35. — De mysteriis agitur etiam eis versibus quos Proclus tradit in Alc. 340,6: διὸ καὶ οἱ θεοὶ παρακελεύονται μὴ πρότερον εἰς ἐκείνους βλέπειν, πρὶν ταῖς ἀπὸ τῶν τελετῶν φραχθῶμεν δυνάμεσιν·

οὐ γὰρ χρὴ κείνους σε βλέπειν, πρὶν σῶμα τελεσθῇς·

καὶ διὰ τοῦτο τὰ λόγια προστίθησιν, ὅτι

τὰς ψυχὰς θέλγοντες ἀεὶ τελετῶν ἀπάγουσιν.

Hoc autem de pravis daemonibus dictum esse ex eis colligitur, quae supra p. 44 exposuimus.

Siquidem de hac re dubitari iam non potest, ultra progredi audeo. His enim mysteriis non solum id effici credebatur, ut mortuorum animae, dum ab omni labe purae mansissent, redirent unde degressae erant et trans mundum divina aspicerent vel potius agnoscerent, sed etiam ut vivi videntesque homines,

si omnibus modis se parassent, deos minores [1]) — fortasse angelos tantum et daemones: cf. Aug. civ. dei X 26 (p. 45) — conspicerent formis corporeis indutos a vera eorum natura alienis. De praeparationibus ad theophanias necessariis loquitur Procl. in Parm. 990,27: καὶ γὰρ ἐπὶ θεωρίας καὶ ἐπὶ τελεστικῆς [καὶ] τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν ἀσφαλῆ καὶ ἄπταιστον ἡμῖν τὴν ἄνοδον, ἡ ἐν τάξει πρόοδος· ὡς γοῦν φησι καὶ τὸ λόγιον,

οὐδενὸς εἵνεκεν ἄλλου ἀποστρέφεται θεὸς ἄνδρα
καὶ ζώσῃ δυνάμει κενεὰς ἔπι πέμπει ἀταρπούς,

ὡς ὅταν ἀτάκτως καὶ πλημμελῶς ἐπὶ τὰ θειότατα τῶν θεωρημάτων ἢ τῶν ἔργων . . . ποιησώμεθα τὴν ἄνοδον i. e. nisi praescripta per varios gradus via incedimus. Cetera igitur omnia, quae qualia fuerint docent papyri magicae (Dieterich Abr. 157[*]), praecessit deorum recta cognitio. Procl. in Tim. 65^{b}: ad deos accedere non licet nisi natura eorum perspecta, διὸ καὶ τὸ λόγιον τὴν πυριθαλπῆ ἔννοιαν πρωτίστην ἔχειν τάξιν ἐν τῇ ἱερᾷ θρησκείᾳ παρεκελεύσατο. Praeterea intento et veloci ingenio opus erat theurgo:

δηθύνοντι βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσιν

Procl. in Tim. 65^{d}, a quo proxime abest hoc:

ἔκλυσίς ἐστι θεοῦ νωθρὸς βροτὸς † ἐς τάδ' ἔχων

Procl. in Parm. 1094,27: λύειν enim de deorum excitatorum dimissione proprium est, cf. Dam. II 95,15: ἐπεὶ καὶ τὸ ὄργανον (iynx) εἴσω μὲν στρεφόμενον προκαλεῖται θεούς, ἔξω δὲ ἀπολύει τοὺς κληθέντας. Porph. de orac. philos. p. 162 ss., ubi sollemne λύειν, ἐκλύειν, ἀπόλυσις, ind. pap. Wessely s. v. ἀπόλυσις pap. Londin. 121,445 ἵνα ὅτε θέλεις ἐκλύσῃς. Cf. 178. 341. 804. — Corpora hominum gratia induunt di. Procl. in remp. 81,8 P.: ταῦτα καὶ τῶν θεῶν εἰπόντων πρὸς τοὺς θεουργούς· ἀσωμάτων γὰρ ὄντων, φασίν, ἡμῶν

σώματα τοῖς αὐτόπτοις φάσμασιν ὑμῶν
εἵνεκεν ἐνδέδεται.[2])

[1]) De Carpocratis asseclis Hippol. 402,17: τέχνας οὖν μαγικὰς ἐξεργάζονται καὶ ἐπαοιδάς, φίλτρα τε καὶ χαριτήσια, παρέδρους τε καὶ ὀνειροπόμπους καὶ τὰ λοιπὰ κακουργήματα, φάσκοντες ἐξουσίαν ἔχειν πρὸς τὸ κυριεύειν ἤδη τῶν ἀρχόντων καὶ ποιητῶν τοῦδε τοῦ κόσμου.

[2]) Cf. 80,39 P. 359,23 B.: δηλοῖ δὲ καὶ τὰ λόγια πρὸς τὸν θεουργὸν λέγοντα σαφῶς. ὅτι ἀσώματα μέν ἐστι τὰ θεῖα πάντα, σώματα δὲ αὐτοῖς ὑμῶν ἕνεκεν ἐνδέδεται μὴ δυναμένων μετασχεῖν ἀσωμάτως τῶν ἀσωμάτων διὰ τὴν σωματικὴν εἰς ἣν

Fieri hoc contenderat Proclus in luce illa obscura oraculi (p. 31), cf. Simpl. in phys. 613,5: τοῦτο δὲ εἶναί φησι (τὸ φῶς) τὸ καὶ τὰς ἀϊδίους τῶν θεῶν λήξεις πρῶτον ὑποδεξάμενον καὶ τὰ αὐτοπτικὰ θεάματα ἐν ἑαυτῷ τοῖς ἀξίοις ἐκφαῖνον. ἐν τούτῳ γὰρ τὰ ἀτύπωτα τυποῦσθαί φησι κατὰ τὸ λόγιον. His adversatur Simpl. 616,18: τὸ δὲ τοὺς τύπους τῶν τε χαρακτήρων (p. 23) καὶ τῶν ἄλλων θείων φασμάτων ἐν τῷ τόπῳ φαίνεσθαι, μάλιστα μὲν οὐ πάνυ τι συμφωνεῖ τοῖς λογίοις ἐν τῷ αἰθέρι λέγουσιν αὐτὰ φαίνεσθαι ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ φωτί, quod ubi et quomodo traditum fuerit nescimus. Varias igitur personas eligunt di. Procl. in Crat. 34,28: διὸ καὶ παρακελεύονται οἱ θεοὶ νοεῖν μορφὴν φωτὸς προταθεῖσαν. Sed ignis dominatio hucusque patet, Procl. in remp. 380,5 B.: καὶ ταῦτα καὶ ἡ θεοπαράδοτος μυσταγωγία παραδίδωσι· ταῦτα γάρ (ad has formulas magicas cf. pap. Londin. 121,801 ταῦτα εἰπόντος ἐλεύσεται ὁ θεὸς 'Απόλλων) φησιν, ἐπιφωνήσας ἢ παιδὶ κατόψῃ

πῦρ ἴκελον σκιρτηδὸν ἐπ' ἠέρος οἶδμα τιταῖνον
ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον, ὅθεν φωνὴν προθέουσαν·
ἢ φῶς πλούσιον ἀμφὶ γύην ῥοιζαῖον ἑλιχθέν·
ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον ἀστράπτοντα
ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου
ἔμπυρον ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον ἢ πάλι γυμνόν,
ἢ καὶ τοξεύοντα καὶ ἑστηῶτ' ἐπὶ νώτοις,

καὶ ὅσα τούτοις ἐφεξῆς τὰ λόγια προστίθησιν.[1])

Simillimae indolis sunt quae Psellus affert 1133[b]:

πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις πάντ' ἀχλύοντα·
οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος,
ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται,
χθὼν οὐχ ἕστηκεν, φλέγεται δέ τε πάντα κεραυνοῖς·[2])

ἐνεκεντρίσθη τε φύσιν; cf. Dam. I 162,15. ad Rom. 11, 17ss. Clem. exc. Theod. 56. Synes. de ins. 138[c] φύσιν δὲ ἔχει (τὸ σῶμα) τὴν ἅπαξ ἐγκεκεντρισμένην εἰς αὐτὸ ψυχὴν ἢ ὁμορροθεῖν ἢ ἕλκειν ἢ ἕλκεσθαι.

[1]) Cf. in Crat. 40,12. Lobeck Agl. 106, cuius coniecturae haud necessariae. V. 1 ἴθμα Lob., at τιταίνειν intrans., ut Ψ 403. v. 3 πλησίον Gesner; ἀμφιχύδην Lob.

[2]) V. 1 ἀθροίσῃς (οι corr. in η m[1]) V. λεκτά Pv, λεόντι V λέοντα legit Ps., corr. Lobeck Agl. 104. — v. 2 οὐδὲ Lob. — v. 3 ἐκκεκάλ. Pv — 4 βλέπεται codd., corr. Lob. τε om. codd. — Non alienum videtur similem papyri Parisinae locum apponere, v. 692: ὅταν δὲ ἐνστῶσιν ἔνθα καὶ ἔνθα τῇ τάξει, ἀτένιζε τῷ ἀέρι καὶ ὄψῃ κατερχομένας ἀστραπὰς καὶ φῶτα μαρμαίροντα καὶ σειομένην τὴν γῆν καὶ κατερχόμενον θεὸν ὑπερμεγέθη φωτινὴν ἔχοντα τὴν ὄψιν. Ibid.

et paulo infra 1136[b]:

ἡνίκα <δὲ> βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐίερον πῦρ
λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου,
κλῦθι πυρὸς φωνήν.[1])

Naturam similem in modum invocare vetatur theurgus, nec magis gratus daemonis terreni aspectus, quippe qui mendax sit (p. 45):

ἡνίκα δαίμονα δ' ἐρχόμενον πρόσγειον ἀθρήσῃς,
θῦε λίθον μνούζιριν ἐπᾴδων.

Psell. 1148[b] (ἐπᾴδων scripsi pro ἐπαυδῶν; lapidem hunc cognitum non habeo neque incorruptam esse lectionem arbitror). Similiter pap. Londin. 121,700 πέμψον μοι τὸν ἀληθινὸν Ἀσκληπιὸν δίχα τινὸς ἀντιθέου πλανοδαίμονος. — In talibus evocationibus valuit: ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς Psell. 1132[c], quod quanti sit momenti intelleget qui papyros inspexerit (Londin. 122,20 οἶδά σου καὶ τὰ βαρβαρικὰ ὀνόματα). Ad figuras magicas (p. 23) pertinere videtur Procl. in Eucl. 129,6: διὸ καὶ τὰ λόγια τὰς γωνιακὰς συμβολὰς τῶν σχημάτων συνοχηΐδας ἀποκαλεῖ; detinebantur, ut opinor, quibusdam figuris di excitati.

Ut gnostici eis solis salutem plenam promiserunt, qui originis essent praestantissimae, hanc autem praestantiam eis potissimum tribuerunt, qui ipsorum in sectam recepti essent, ita Chaldaei et quarundam animarum singularem ortum et theurgorum sortem praecipuam celebrasse videntur. Quamquam dubium est num ex oraculis excerpti sint hi versus:

ἦ κάλα δὴ κεῖναί γε μακάρταται ἔξοχα πασῶν
ψυχάων ποτὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προχέονται·
κεῖναι δ' ὄλβισταί τε καὶ οὐ φατὰ νήματ' ἔχουσαι,
ὅσσαι ἀπ' αἰγλήεντος, ἄναξ, σέθεν ἠδὲ καὶ αὐτοῦ
ἐκ Διὸς ἐξεγένοντο μίτου κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.[2])

1106: μετὰ τὸ εἰπεῖν τρὶς καὶ ἀνοῖξαι (-ξας ed.) ἔψῃ πάντα ἀχανῆ καὶ μεγίστην αὐγὴν ἔσω, τὸν δὲ λύχνον οὐδαμοῦ φαινόμενον· τὸν δὲ θεὸν ἔψῃ κτλ. pap. Leid. W. p. 200,4 Diet.

[1]) ὅλου V ὅλον Pv. Hic commemorandum esset: ἃ νοῦς λέγει, τῷ νοεῖν δήπου λέγει Psell. 1145[b] (ἄνους v, ἀεὶ δὴ νοῦς V. — τῷ V, τὸ Pv), si vera esset quam addit interpretatio: deorum vox divina est, ab humana plane diversa et mentalis. Procli artificia agnoscis.

[2]) Synes. de ins. 151[c]; in v. 3 ὄλβιαι ed. Petav., in v. 4 malim τὲ καὶ. Non indignus est Synesius, qui accurate edatur. — Pythagorae anima est ἐξ Ἀπόλλωνος καταπταμένη, Lucian. gall. 16,

Nam unde sumpserit, non dicit Synesius; fortasse ea subest doctrina ut animae puriores post mortem in planetas perveniant — in v. 4 Sol dicitur — et aliquantum temporis ibi versatae rursus in genesin redeant (cf. p. 20. 54[3]). Animas descendentes per septem planetarum sphaeras migrantes facit Porphyrius (Zeller V[3] 657[4] cf. p. 63). — Alterum hominum discrimen cognoscimus ex eis quae Synesius affert de ins. 135[a]: ἀκουσάτω τῶν ἱερῶν λογίων ἃ λέγει περὶ διαφόρων ὁδῶν. μετὰ δὴ τὸν ὅλον κατάλογον τῶν οἴκοθεν εἰς ἀναγωγὴν ἀφορμῶν (cf. δι' ἑῆς ἀλκῆς p. 52), καθ' ὃν ἔξεστι τὸ ἔνδοθεν σπέρμα αὐξῆσαι

τοῖς δέ, φησί, διδακτὸν ἔδωκε φάους γνώρισμα λαβέσθαι,
τοὺς δὲ καὶ ὑπνώοντας ἑῆς ἐνεκάρπισεν ἀλκῆς.

Lucis nota optime respondet triadis synthemati (p. 51). Cf. Herm. trism. 115,16 τοῦτο τὸ γένος (pneumaticorum), ὦ τέκνον, οὐ διδάσκεται, ἀλλ' ὅταν θέλῃ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀναμιμνήσκεται. Clem. exc. Theod. 2: οἱ δ' ἀπὸ Οὐαλεντίνου πλασθέντος φασὶ τοῦ ψυχικοῦ σώματος τῇ ἐκλεκτῇ ψυχῇ οὔσῃ ἐν ὕπνῳ ἐντεθῆναι ὑπὸ τοῦ λόγου σπέρμα ἀρρενικόν. Sed longe gravissimus est Lydi locus de mens. 23,6: ταύτῃ (τῇ πεντάδι) τὰς ἀποκαθισταμένας ψυχὰς (e genesi ad deum redeuntes) ὑπερβαίνειν τὴν εἱμαρμένην φησὶ τὸ λόγιον·

οὐ γὰρ ὑφ' εἱμαρτὴν ἀγέλην πίπτουσι θεουργοί.[1])

Ubi quae de numeri quinarii vi dicit num vera sint quove modo explicanda, disceptare non possumus; de fato cf. p. 48 ss.; grex fato obnoxius omnes sunt, quicunque theurgorum mysteriis non initiantur. Iam melius intellegemus quae Proclus dicit in Alc. 517,36: φευκτέον τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀγεληδὸν ἰόντων, ὥς φησι τὸ λόγιον.[2]) Qui autem ad summum gradum

[1]) Cf. Iambl. de myst. 223,9 ἡ πολλὴ μὲν ἀγέλη τῶν ἀνθρώπων ὑποτέτακται ὑπὸ τὴν φύσιν . . . συμπληροῖ τε τῆς εἱμαρμένης τὴν διοίκησιν.

[2]) Vulgi contemptus antiquitus mysteriorum Orphicorum et Pythagoricorum proprius, a quibus ad gnosticos devenisse censendus est. Illud θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι primus affert Plato (Lobeck Agl. 450, adde Synes. de ins. 130[a] 145[b]). Pythagoras vetuit λεωφόρους βαδίζειν ὁδούς (Iambl. vit. P. 61,11 N.); talia saepe afferunt Platonici ipsi quoque non omnibus praecepta sua apta esse gloriantes (cf. e. g. Procl. th. pl. 3,1. 16,8. 325,13). Porphyrius libris de oraculorum philosophia haec praemisit p. 110 W.: σὺ δ' εἴπερ τι καὶ ταῦτα πειρῶ μὴ δημοσιεύειν μηδ' ἄχρι καὶ τῶν βεβήλων ῥίπτειν αὐτὰ δόξης ἕνεκα ἢ κέρδους ἤ τινος ἄλλης οὐκ εὐαγοῦς κολακείας. (Cf. Lobeck 740 ss.) Onat. ap. Stob. I 48,6. Herm. trism. ib. 63,1. 277,21 et 62,10. 94,6. 127,17 P. pap. Paris. 475. 2474 (Dieterich Abr. 162 s. qui falso interpunxit 187,16 ss.) Orph. fr. 76 (Rohde

perfectionis pervenerunt, rota fati eximi et angeli fieri videntur.[1]) Procl. in remp. 25,8 R.: θέει ἄγγελος ἐν δυνάμει ζῶν, φησὶ τὸ λόγιον, ὅστις ἐστὶν ὡς ἀληθῶς ἱερατικός. Olymp. in Phaed. 51[c]: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὰς τῶν θεουργῶν ψυχὰς βούλεται (Plato) μένειν ἀεὶ ἐν τῷ νοητῷ, ἀλλὰ καὶ κατιέναι εἰς γένεσιν· περὶ ὧν φησι τὸ λόγιον· ἀγγελικῷ ἐνὶ χώρῳ. Etiam Valentiniani credebant in συντελείᾳ sese cum angelis coniungi coniunctosque ad patrem ascendere: Clem. exc. Theod. 64, cf. 21. Theurgos si minus hos, at certe his similes vituperat Arnob. II 62: *quod ab sciolis nonnullis et plurimum sibi adrogantibus dicitur, deo esse se gnatos nec fati obnoxios legibus, si uitam restrictius egerint, aulam sibi eius patere ac post hominis functionem prohibente se nullo tamquam in sedem referri patritum.*

De grege vero illo dicitur:

ὁύσκαμπος καὶ ὀπισθοβαρὴς καὶ φωτὸς ἄμοιρος.

Quem hexametrum recte effecit Schoell ex Procli verbis in remp. 39,22: οἵα δὴ καὶ ἡ τῶν παθῶν ἐστι φύσις δυσνουθέτητος οὖσα καὶ λόγῳ δύσκαμπος καὶ ὀπισθοβαρὴς καὶ ἄμοιρος ὡς εἰπεῖν λόγου φωτὸς ὄντος.[2]) De his dicitur etiam illud:

οἵδε γὰρ οὐκ ἀπέχουσι κυνῶν ἀλόγων πολὺ μέτρον

οἱ ζῶντες πονηρὰν ζωήν, φησὶ τὸ λόγιον Procl. in remp. 97,28 S.

Ad homines pravos revocandum videtur etiam fragmentum:

σὸν ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν

quod exhibet Psell. 1140[a] (inde Greg. Palamas p. 20,4 Iahn) cum inepta interpretatione; vas enim non anima est, sed corpus (Herm. ap. Stob. I 464,8. M. Aurel. III 3. X 38. Dio Chrys.

417[2]). De Valentinianis Iren. I 6,1: τὴν δὲ συντέλειαν ἔσεσθαι, ὅταν μορφωθῇ καὶ τελειωθῇ γνώσει πᾶν τὸ πνευματικόν, τουτέστιν οἱ πνευματικοὶ ἄνθρωποι οἱ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες περὶ θεοῦ καὶ < οἱ ὑπὸ > τῆς Ἀχαμὼθ μεμυημένοι τὰ μυστήρια· εἶναι < δὲ > τούτους < ἑαυτοὺς > ὑποτίθενται. De Marcosiis ib. 13,6, de Basilide Hippol. 368,77: υἱοὶ δέ, φησίν, ἐσμὲν ἡμεῖς οἱ πνευματικοί; de Ophitis ib. 132,54: μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκάλεσαν ἑαυτοὺς γνωστικοὺς φάσκοντες μόνοι τὰ βάθη γινώσκειν. 164,86. 174,21. Cf. Harnack DG I[2] 221 s. Thilo comm. ad Synes. h. 2,22 p. 4 ss.

[1]) Arnob. II 62 *neque quod Etruria libris in Acheronticis pollicetur, certorum animalium sanguine numinibus certis dato diuinas animas fieri et ab legibus mortalitatis educi* Serv. Aen. III 168 *de quo dicit Labeo in libris qui appellantur de diis animalibus: in quibus ait esse quaedam sacra, quibus animae humanae vertantur in deos qui appellantur animales quod de animis fiant.*

[2]) Ad ὀπισθοβαρής cf. ib. 382,31 B. 54,22 P. in Crat. 65,27.

XII 404 cf. p. 47[3]. 48[1]), terrae bestiae non daemones, sed vermes et id id genus animalium (Dieterich Nekyia 54). Nam hominibus praestantioribus non animae tantum salus certa et explorata est, sed etiam corpus eorum aliquo modo conservari potest. Sane dubium est, quomodo interpretandi sint versus:

οὐδὲ τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψεις
ἀλλὰ καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.[1])

Nam etsi materiae purgamentum corpus aptissime diceretur, tamen umbrae appellatio suadet, ut Synesii probemus interpretationem ad πνεῦμα i. e. ὄχημα haec revocantem (propterea igitur praescribitur μὴ πνεῦμα μολύνῃς? p. 64). Fundus dicitur tellus, locus lucidus aether. At non iam ad ὄχημα pertinere potest versus:

ἐκτείνας πύριον νοῦν
ἔργον ἐπ' εὐσεβίας ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις·

(p. 54), quocum coniungo Iulian. or. V 178[c]: μαρτυρεῖ δὲ τούτοις καὶ τὰ τῶν θεῶν λόγια, φημὶ δὲ ὅτι διὰ τῆς ἁγιστείας οὐχ ἡ ψυχὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα βοηθείας πολλῆς καὶ σωτηρίας ἀξιοῦται· σώζετε γάρ, φησί, καὶ τὸ πικρᾶς ὕλης περίβλημα βρότειον, οἱ θεοὶ τοῖς ὑπεράγνοις παρακελευόμενοι τῶν θεουργῶν κατεπαγγέλλονται.[2]) Corporis resurrectionem et Iudaei hellenizantes et Christiani probarunt (Herzog[2] s. v. Auferstehung. Freudenthal Schrift über die Herrschaft der Vernunft 39. 70[4]); quoniam illorum vestigia etiam alibi apud Chaldaeos deprehendimus, hoc quoque placitum ab eis repetitum esse censebimus.[3])

Ubi tot Pythagoreorum dogmata invenimus, ne migrationem

---

[1]) Coniunctos tradit Synes. de ins. 140[c] qui οὐ τῷ τ. ὕ. κρ. σκ. καταλείψει. divisos Psell. 1125[a] et 1124[a] qui μηδὲ . . . καταελίψης (in κρημνῷ V[2] ω corr. ex ου) et ἐστὶν P, ἔστι καὶ Vv pro ἀλλὰ καί. Ipsam materiam σκ. vocat Iulian. or. V 170[d] 179[d] cf. 175[b]: ἔσχατον μὲν γὰρ τῶν ὄντων ἡ γῆ . . . καὶ διὰ τῶν λογίων οἱ θεοὶ σκύβαλον αὐτὸ πολλαχοῦ καλοῦσι καὶ φεύγειν ἐντεῦθεν πολλαχοῦ παρακελεύονται. Cf. Greg. Palam. 11,3. 34,2 I. p. 31[2].

[2]) σώζεται Voss., σώζεσθαι γάρ σφισι Hertlein.

[3]) Dubia est sententia fragmenti: βίῃ ὅτι(?) σῶμα λιπόντων ψυχαὶ καθαρώταται Psell. 1141[b], ubi si vera esset quam addit interpretatio omnibus suicidium suasisset Chaldaeus. De peculiari βιαιοθανάτων natura aliquid dictum fuisse conicias (Lobeck Agl. 223[e] Dieterich pap. mag. 792[1] Rohde 373[1] Wessely ind. pap. s. v. βίαιος ss.); καθαρώτατοι vetustum esse non credo, fuerit forsitan κατάρατοι. Cf. p. 4s.

quidem animarum deesse suspicabimur. Quam testatur Psell. 1152[d]: καταβιβάζουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰτίας πολλάς· ἢ διὰ πτερορρύησιν (Plat. Phaedr. 248[c]) ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν. Locum Platonicum utrum in suum usum converterit Chaldaeus an attulerit Proclus, nescimus. Hominibus solis animas inclusas esse docemur Procli loco in remp. 115,15 S.: ὅτι δὲ παρὰ φύσιν ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ἡ εἰς τὰ ἄλογα μετάβασις, οὐ τὰ λόγια μόνον διδάσκει λέγοντα θεσμὸν ἀπαὶ μακάρων εἶναι τοῦτον ἄλυτον τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν

αὖτις ἐπ' ἀνθρώπων περάαν βίον, οὐκ ἐπὶ θηρῶν.

Eandem sententiam Porphyrius et Iamblichus habuerunt Platonique obtrudere studet Hierocles (Phot. bibl. 461[b] 1. 172[b] 20) cf. Rohde 568[3]. Theurgos rotam γενέσεως effugere potuisse consentaneum est. — Nec minus expectabimus mortuorum iudicia; bonorum praemia quae fuerint didicimus, mali in Orco punitionem perpessi videntur. Ad hanc fortasse pertinent quas Psellus affert 1141[a]: Ποιναὶ μερόπων ἄγκειραι[1]) et Orci descriptio:

μηδὲ κάτω νεύσῃς εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον,
ᾧ βυθὸς αἰὲν ἄμορφος ὑπέστρωται καὶ ἀειδής,
ἀμφικνεφὴς ῥυπόων εἰδωλοχαρὴς ἀνόητος
κρημνώδης σκολιὸς πηρὸν βάθος αἰὲν ἑλίσσων.
αἰεὶ νυμφεύων ἀφανὲς δέμας ἀργὸν ἄπνευμον.[2])

Nam etsi haec omnia de toto sub luna mundo accipi vult Damascius (cf. 231,1), apparet ad fundum eius solum revocanda

---

[1]) Ex Psello Greg. Palam. 20,4. Cf. Procl. in remp. 22,19 K.: εἰ οὖν αἱ μὲν ὑπὸ τῶν φύσεων κατατείνονται τῶν ὑλικῶν καὶ τῶν ποιναίων ἀγκτήρων (ἀγκτητήρων V. corr. Reitz.) τῶν εἰς τὸ σκότος ἀγόντων. in Alc. 341,24: χαλάσασαν μὲν ἀπὸ τῶν ἀγκτήρων τῆς ὕλης. Psell. quid de daem. 37: τοὺς δὲ ἐσχάτους τῶν δαιμόνων (ὁ Ἑλληνικὸς λόγος) εἰς ἀλογίαν μόνην ἀπορρίπτει, οὓς δὴ καὶ ὑλαίους καὶ ποιναίους κατονομάζει. Plut. de superst. 3.165[f]: τῷ ὕπνῳ τῶν δεισιδαιμόνων εἴδωλα φρικώδη καὶ τεράστια φάσματα καὶ ποινάς τινας ἐγείρουσα. pap. Paris 1463: Μοῖραι καὶ Ποιναί. Ps. Plato Axioch. 372[a]. Arnob. 84,9 R. Dieterich Nekyia 58[3].

[2]) Dam. II 317,3 v. 1—5, Synes. de ins. 138[c] v. 1—3. — v. 1 βλέψῃς Dam. — 2 ἄπιστος ὑπ. τε καὶ Ἅιδης Syn. — 3 ἀνόνητος Dam. Extrema non intellego, cf. Dam. I. 9: ἔτι δὲ ἀφανὲς τῇ ἀληθείᾳ, πρὸς βραχὺ δὲ φαινόμενον ὥσπερ αἱ νύμφαι. Procl. th. pl. 36,1: καί μοι τοῦτο τὸ ἀκίνητον μὴ τοιοῦτον ὑπολάβῃς οἷον τὸ ἀργὸν καὶ ἄζων καὶ ἄπνευμον εἶναί φαμεν. — Ad materiam spectat τρύγα καὶ ὑποστάθμην Iulian. or. V 170[d]. Dam. II 282,5 (cf. Plut. de facie 25,28. Olymp. in Phaed. 96,3 in Gorg. 532. 540. Procl. in Alc. 466,28).

esse; nec minus falsum ἀμφικνεφῆ appellari quaecunque sub luna sint (Psell. 1124^{b}). Ergo ad Tartarum referemus etiam Procli locum in remp. 27,16 R.: μισοφαὴς γὰρ οὗτος ὁ χῶρος, ὡς καὶ τὸ [λόγιόν φησι] (suppl. Reitz.), cf. Psell. 1149^{c}: ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους (κόσμους cf. p. 31), ὧν ὁ ἔσχατος χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαής, ὅστις ἐστὶν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν ὕλην, ἣν (ὃν ed.) καλοῦσι βυθόν.[1]) Proclus igitur cum nesciret, quibus rebus tres suos materiales mundos ornaret, quae in oraculis de Tartaro dicta erant, ad tertium omnia quae sub luna sunt complectentem transtulit. — Simillima his sunt ea quae corrupta tradit Psell. 1132^{b}:

μη<δὲ> κάτω νεύσῃς· κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται

ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος· † ὑφ' ἣν ὁ τῆς Ἀνάγκης θρόνος ἐστίν. Quae ad terram vergere quam transmundana suspicere malunt animae, eae trans limen aetheris septemque erraticarum sphaeras[2]) detrahuntur usque ad Tartarum. Necessitatis solium hausisse videtur ex Plat. rep. X 621^{a}: ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον qui ex Orci descriptione Orphica desumpsit. Ἀνάγκην φύσιν οὖσαν τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν ἀσώματον διωργυιωμένην ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην novit theogonia Hieronymi (fr. 36), Adrasteam Necessitatis filiam in Tartaro poenas noxiis irrogantem mythus Orphicus ap. Plut. sera num. vind. 564^{e}. His adiungo Procl. in Tim. 339^{b}: πᾶσαν τὴν γενεσιουργὸν φύσιν, ἐν ᾗ . . . . καὶ τὸ λάβρον τῆς ὕλης καὶ ὁ μισοφαὴς κόσμος, ὡς οἱ θεοὶ λέγουσι, καὶ τὰ σκολιὰ ῥεῖθρα ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ κατασύρονται, ὡς τὰ λόγιά φησιν; cf. in Crat. 109,33: τῶν τε σκολιῶν ἀτραπῶν τῆς ὕλης ἀναρπάζουσα. Mugitus ille quo usus est Plato rp. X 615^{e} latere videtur in: ἃ ἃ τούσδε χθὼν κατωρύεται ἐς τέκνα μέχρις Psell. 1145^{b}, videtur inquam; nam et si is diceretur. Proclus in loci Platonici interpretatione (p. 47,16 ss. P.) non omisisse putandus est, et integra haec non sunt.[3])

---

[1]) Cf. Psell. de oper. daem. 15. 18. 21 Boiss.

[2]) Cf. hymn. Hom. 8,6: πυραυγέα κύκλον ἑλίσσων αἰθέρος ἑπταπόροις ἐνὶ τείρεσιν. hymn. Orph. 7,8. p. 59.

[3]) ἃ ἃ V^1 v, αἲ αἲ V^2, ἆ P. κατωρύεται per se metro non refragatur, si quidem υ breve est Dionys. perieg. 83, Plato com. fr. 130. Psell. sic explanat: τοὺς γὰρ ὑποχθονίους κολάσεις ὑποδεικνύμενον τὸ λόγιον αὐτούς, φησί, κατωρύεται τουτέστιν ἐπιμυκᾶται αὐτοῖς ὁ ὑπὸ γῆν τόπος καὶ οἷον λεοντῶδες ἐπηχεῖ ὤρυγμα (ὄρυγγα ed.).

Restant praecepta nonnulla ad rectam vitae rationem pertinentia. Primo loco ob miram formam symbolis Pythagoricis similem pono hoc:

μὴ πνεῦμα μολύνῃς μηδὲ βαθύνῃς
τοὐπίπεδον.

Psell. 1137[c] (τὸ ἐπ. codd.) qui de duobus praeter corpus animae indumentis Proclum secutus explicat.[1]) At enim oracula unum tantum noverunt ὄχημα, quod num πνεῦμα appellaverint dubium. Forsitan igitur dicatur divini spiritus particula quae in anima inest (p. 26) et ex planitie corpus facere idem sit quod vitare nimiam animae cum corpore communionem. Praecedebant similes regulae, quarum misellas lacinias ex Procli oratione (exc. Vatic. 193,17 ss.) vix expiscamur: ῥίζα τῆς κακίας τὸ σῶμα . . . τὸ δὲ καταβαλεῖν εἰς γῆν τὸ ἀφ' ἡμῶν ἐκκόψαι, ἐᾶσαι δὲ αὐτὸ (αὐτὴν V) ὅποιπερ ἐτάχθη (ὅποι παρετ. V) φέρεσθαι . . . εἰς ἣν (terram) καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καταβλητέον . . . τὸ δὲ μὴ σβέσαι (σβέσθαι V) φρενὶ πρὸς τὴν ἀπόκλεισιν (-κλισιν V), οὐ πρὸς τὸν ἀφανισμὸν εἴρηται . . . διόπερ ἐπάγει· μὴ πν. μολύνῃς. — Alteram praescriptorum seriem enumerat Procl. de prov. 175: *et quod haec uera scribimus manifestabunt tibi et responsa saepe uictoriam dantia et nostris electionibus et non soli ordini mundialium periodorum, puta quando dicunt: te ipsum uidens uerere (1), et iterum: cognosce te ipsum (2), iam instituit et in aliis: extra corpus te ipsum crede et es (3), et quid oportet dicere ubi et aegritudines uoluntarias pullulare nobis aiunt ex tali vita nostra nascentes (4)*, quorum pars (3) ex oraculis hausta esse videtur.

Graviores sunt quae de astrologia, augurio, haruspicina traduntur sententiae:

μὴ τὰ πελώρια μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν φρένα βάλλου·
οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐν χθονί.
μηδὲ μέτρει μέτρον ἠελίου κανόνας συναθροίσας·
ἀϊδίῳ βουλῇ φέρεται πατρός, οὐχ ἕνεκεν σοῦ.
μήνης ῥοῖζον ἔασον· ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης.
ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.
αἴθριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατὺς οὔποτ' ἀληθής,
οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαί· τάδ' ἀθύρματα πάντα,
ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα· φεῦγε σὺ ταῦτα

[1]) Cf. Synes. de ins. 151[d]. Procl. in rp. 36,25. 43,24. 171,20 P. in Tim. 45[b]. Olymp. in Phaed. 136,10. Vicina fuerunt quae Proclus tradit in rp. 121,32 S. (p. 26).

μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν,
ἔνθ' ἀρετὴ σοφία τε καὶ εὐνομία συνάγονται.[1])

Inutilis igitur est astronomia prae mundi intelligibilis cognitione, despectum omne divinationis genus prae deorum ipsorum evocatione. Sic is loquitur qui suam sapientiam hominibus commendare velit. Paradisum cum virtute et sapientia coniunctum desumpsit ex Philonis leg. all. I 14 cf. de opif. 54: fortasse totum fragmentum ex carmine iudaico vel iudaizante illatum est; abhorret enim aliquantum a ceteris.

Ne quid praetermittam, brevia nonnulla fragmenta subiungo, quorum et origo et sedes incerta est.

Procl. in Eucl. 155,3: οὕτω δὲ καὶ τὰ λόγια τὸ κέντρον ἀφορίζεται·

κέντρον, ἀφ' οὗ πᾶσαι μέχρις ἄντυγος ἶσαι ἔασιν.

Procl. in Tim. 37ᵉ: τί δέ, εἰ τὰ ὄρη συμπέσοι πνεύματος αὐτὰ ῥήξαντος ἀπὸ τῶν ὑπογείων τόπων, ὑφ' οἵου τὰ λόγια καὶ α ὐ τ ά ν δ ρ ο υ ς π ό λ ε ι ς ἀ π ό λ λ υ σ θ α ί φησιν.

ibid 233ᵃ: τῆς ἐπαφῆς τὴν ἐναργῆ καὶ ἄμεσον καὶ κατ' ἐπιβολὴν ὡρισμένην γνῶσιν δηλούσης· ὡ ς ἐ π α φ η τ ά, φησί τις θεῶν.

Dam. II 126,22 de ultimo et νοητοῦ et νοητοῦ καὶ νοεροῦ διακόσμου ordine: διὸ καὶ ἑκατέρα κ λ ε ὶ ς ἀνυμνεῖται ὑπ' αὐτῶν τῶν θεῶν. Luna κλεὶς vocatur in pap. Lond. et Paris. (Wessely Denkschr. 42 p. 14).

Procl. de mal. subs. 198,36: *si non ens est nullatenus ens, multo magis neque malum est, quod et nullatenus ente* ἀμενηνότερον, *ut pronunciauit sermo.* Vereor ut recte oracula respici opinetur Cousin.

---

[1]) Psell. 1128ᵇ. V. 1 γρ. γυης add. V², ad v. 2 cf. p. 48. 52. Iren. I 11,1: δι' οὗ τοὺς Αἰῶνας καρποφορεῖν τὰ φυτὰ τῆς ἀληθείας, ad v. 3 (μέτρα supra ον V¹) Procl. in Tim. 62ᵈ: ἀστρονομικώτατος μὲν οὖν λέγεται νῦν ὁ Τίμαιος οὐχ ὡς τὰ τάχη τῶν κινήσεων ἐπεσκεμμένος οὐδὲ ὡς μέτρα δρόμων ἡλίου συναθροίσας, unde malim δ ρ ό μ ο ν ἠελίου. V. 5 cum strepitu cf. pap. Lond. 121,951 ἐξακούσασα τὰ ἱερά σου σύμβολα δὸς ῥ ο ῖ ζ ο ν (ad Lunam). Plut. de facie 6,9: καίτοι τῇ μὲν σελήνῃ βοήθεια πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν ἡ κίνησις αὐτὴ καὶ τὸ ῥ ο ι ζ ῶ δ ε ς τῆς περιαγωγῆς. Hymn. Orph. 6,5 ubi Protogonus (= Sol?) ῥ ο ι ζ ή τ ω ρ vocatur, 8,6 Sol ipse. V. 6 citat Procl. in Tim. 277ᵈ ubi recte προπ. ut in Vv, P πόρευμα. — V. 8 οὐ om. Pselli codd., habet Synes. de ins. 135ᶜ: ὑπὸ περιττῆς σοφίας προστετηκότας τοῖς ὑπὸ τῶν λογίων ἀποκηρύκτοις· φησὶ γάρ· οὐ ... πάντα. τ' ὄθομαι coni. Lobeck Agl. 107, sed iam Patr. τ' ὄτομαι „cupio." V. 10 εὐσεβείης codd., ἱερὸν om. V.¹ — V. 11 σοφίη Vv. — ζήτησον παράδεισον tamquam aliud fragmentum affert Psell. 1137ᵈ, sed commentarius ad hunc ipsum pertinet locum.

Procl. in Crat. 38,25: ἡ δὲ χαλκὶς διὰ τὸ λιγυρὸν καὶ εὔηχον δίκην χαλκοῦ ἠχοῦντος τορὸν οὕτως ἐκλήθη· ἀμέλει καὶ Χαλδαῖοι οὕτως αὐτὸ καλοῦσι παρὰ θεῶν ἀκούσαντες, cf. in Tim. 84ª Il. Ξ 291.

Caput tertium.

De origine et aetate oraculorum.

De origine et aetate oraculorum ut ad iudicium certum perveniamus, opus est eicere ea fragmenta, quae alienae originis esse statuimus. Quorum facile gravissimum id est, quod ab omni superstitionis genere dehortatur, ab homine iudaizante fortasse profectum. Plotini praecepta deteximus in eo quo mens cum intelligibilibus coniuncta esse dicitur — id quod p. 11 exhibui, post Plotinum scriptum esse pro certo contendi nequit [1]) — et in eo quo loquens inducitur anima mundana (p. 28); Iamblichi in versibus Rheam celebrantibus (p. 30) ipsis quoque etiam alia de causa suspectis, fortasse etiam in numerorum cum mundo intelligibili consociatione (p. 15).[2]) His remotis reliquas lacinias fere eiusdem carminis esse quominus statuamus nil obstat; quodsi quaeris, quomodo interpolatio facta sit, multa et incerta responderi possunt, sed tenendum est ne illud quidem constare, num ante Syrianum hae diversae originis partes uno corpore comprehensae fuerint.

---

[1]) Similes sunt multi Philonis loci; unum appono fragm. 654 M. ἄβατος καὶ ἀπροσπέλαστος ὄντως ἐστὶν ὁ θεῖος χῶρος οὐδὲ τῆς καθαρωτάτης διανοίας τοσοῦτον ὕψος προσαναβῆναι δυναμένης ὡς θίξει μόνον ἐπιψαῦσαι . . . θεὸν γενέσθαι δεῖ πρότερον, ὅπερ οὐδὲ οἷόν τε, ἵνα θεὸν ἰσχύσῃ τις καταλαβεῖν. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ μέν τις τὸν θνητὸν βίον, ζήσῃ δὲ ἀντιλαβὼν τὸν ἀθάνατον, ἴσως ὃ μηδέποτε εἶδεν ὄψεται.

[2]) Patris potestatis mentis discretionem (p. 12 s.) ab Iamblicho repeterem, si de hoc eius placito constaret. Sed e locis a Zellero V³ 690² congestis concludi non potest, quid ipse docuerit I., quid posteri ad praecepta eius confirmanda attulerint; an ipse oraculorum placitum cum suo aliquatenus concinens adhibuit?

Praecepta igitur e philosophia petita ut prima contemplemur, continuo discerni possunt Platonica, Pythagorea, Stoica, quae tamen non discreta ad poetastrum pervenerunt sed coniuncta. Nam eadem fere aliquanto ante contaminata deprehendimus, velut in Alexandri Polyhistoris de primi a. Chr. n. saeculi Pythagoreis narratione,[1]) in Vergilii necyia,[2]) in Philonis systematè (p. 24), eaque aetate qua oracula condita esse aliis argumentis efficitur, syncretismus ut in religione ita in philosophia vigebat.

Platonica igitur est intelligibilis idearum mundi et huius secundum eius exemplum formati oppositio. Universi fabricatio secundum Timaeum enarrari (p. 26. 27. 37. 47), animarum recordatio, Amor duplex e Platone fluxisse videntur. Singulos locos qui imitatione expressi esse videntur attuli p. 11[1]. 19[1]. 38. 53[4]. 63.

Pythagorea suis ipse Plato admiscuit, etiam plura Academici vetustiores, rursus Pythagorei recentiores Platonica receperunt, vetustiores Orphica: haec igitur quamquam seiungi a nobis possunt, id aetatis seiuncta non fuerunt. Huius igitur originis est monas omnia complectens et dyas ei opposita (similiter Xenocrates: Heinze 35), trinitatis dominium, alterum animae indumentum, materia a deo procreata; materiae nequitia, animae in corpore tamquam in carcere inclusae, praemia et poenae post mortem decretae et hinc et ab Orphicis desumptae esse possunt. Cf. p. 19[2]. 20. 48. 61[3]. 64.

A Stoicis repetenda est ignea dei natura ignisque cogi-

[1]) DL VIII 27 ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς· ἐπικρατεῖν γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐστὶ ζωῆς αἴτιον . . . καὶ ἀνθρώποις εἶναι πρὸς θεοὺς συγγένειαν κατὰ τὸ μετέχειν ἄνθρωπον θερμοῦ . . . διήκειν τ' ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα . . . ταύτην δὲ τὴν ἀκτῖνα καὶ εἰς τὰ βένθη δύεσθαι καὶ διὰ τοῦτο ζωοποιεῖν ἅπαντα.

[2]) Aen. VI 724 ss. Hic in nuce habes quae oraculis continentur: animae, divini ignis particulae, in corpora noxia intrant eoque sub mali dominationem cadunt; propterea post mortem indigent purgatione, qua absoluta aquam Lethaeam bibunt iterumque in genesin intrant; paucae quae ad summam puritatem pervenerunt, in campis Elysiis remanent. Pythagoreo-Orphica Vergilium sequi constat, cf. Norden Herm. 28,360 ss. Dieterich Nekyia 150 ss. Iam manifestum unde pendeat Satornilus, qui alia quoque Pythagorea recepit (Hippol. 380,55): ἡ ἄνω δύναμις . . . ἔπεμψε σπινθῆρα ζωῆς, ὃς διήγειρε τὸν ἄνθρωπον καὶ ζῆν ἐποίησε. τοῦτον οὖν τὸν σπινθῆρα τῆς ζωῆς μετὰ τὴν τελευτὴν ἀνατρέχειν πρὸς τὰ ὁμόφυλα λέγει· καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ὧν ἐγένοντο, εἰς ἐκεῖνα ἀναλύεσθαι.

tantis fulmina ab eo in mundum demissa, ut eum alant atque contineant. Cf. p. 20. 24. 26. 47[2].

Nec tamen desunt expressa recentioris philosophiae signa. Ut taceam de illa variorum dogmatum contaminatione (cf. Freudenthal Albinos 269), maxime memorabilis est summi dei a demiurgo distinctio, quae similiter placuit Philoni,[1]) similius Numenio (p. 14[1. 2]), librorum Hermeticorum auctoribus,[2]) Gnosticis primum deum a summo Iudaeorum deo eodemque demiurgo longo intervallo removentibus (pro multis cf. Harnack DG I² 218).

Non a philosopho conditum est carmen, sed ab eo, qui ad mysteria sua homines invitare studeret. Mysteria non e philosophia, sed e religione oriuntur: hinc **ignis cultus**, hinc Hecate. Illum si Stoicis solis deberi quis diceret, vehementer obloquerer; sin varia huc confluxisse, non refragarer. Cogitari potest de aliquo ignis solaris cultu orientali deque Persarum religione, quorum magos in Cappadociam venisse narrat Strabo XV 3,15: ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ πολὺ γάρ ἐστι τὸ τῶν Μάγων φῦλον, οἳ καὶ Πύραιθοι καλοῦνται, πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά. Confidentius de hac re loqui non audeo.[3])

---

[1]) Cf. p. 13[2]. leg. all. III 31 σκιὰ θεοῦ δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστιν, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρησάμενος ἐκοσμοποίει. quis r. div. her. 42 τῷ δὲ ἀρχαγγέλῳ καὶ πρεσβυτάτῳ λόγῳ δωρεὰν ἐξαίρετον ἔδωκεν ὁ τὰ ὅλα γεννήσας πατήρ, ἵνα μεθόριος στὰς τὸ γενόμενον διακρίνῃ τοῦ πεποιηκότος . . . οὔτε ἀγέννητος ὡς ὁ θεὸς ὢν οὔτε γεννητὸς ὡς ὑμεῖς, ἀλλὰ μέσος τῶν ἄκρων ἀμφοτέροις ὁμηρεύων.

[2]) 4,17: ὁ δὲ νοῦς ὁ θεὸς ἀρρενόθηλυς ὢν ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων ἀπεκύησε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιουργόν, ὃς θεὸς τοῦ πυρὸς καὶ πνεύματος ὢν ἐδημιούργησε etc. In c. II deus qui omnium rerum auctor est, ipse tamen nil nisi pater et bonum, seiungitur a loco incorporeo qui est νοῦς καὶ λόγος 27,5. Itidem in c. X νοῦς idemque demiurgus a patre discernitur. Iniuria ad finem saec. III Hermetica detrudere puto Zellerum V³ 225; p. 62,10 ad Christianos non rettulerim. Eandem sententiam profert Réville la religion à Rome sous les Sévères, Paris 1886 p. 116[4]. De Gnosticorum vetustissimorum aetate Usener RU I 100 ss.: Marcion ca. 90—115, Basilides 100—120 thiasum condiderunt, Valentinus hoc paulo minor fuisse videtur.

[3]) Stoica cum alienis commixta illa aetate passim deprehendimus. De Docetis Hippol. 416,85: φῶς δὲ ἦν ἅπαντα ἐκεῖνα τὰ νοητὰ καὶ αἰώνια, φῶς δὲ οὐκ ἄμορφον οὐδὲ ἀργὸν οὐδὲ οἱονεί τινος ἐπιποιοῦντος δεόμενον, ἀλλ᾽ ἔχον ἐν ἑαυτῷ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀπειράκις ἀπείρων <καὶ> κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς συκῆς ἀπείρους ἰδέας ζῴων τῶν ἐκεῖ πολυποικίλων κατέλαμψεν ἄνωθεν εἰς τὸ ὑποκείμενον χάος; cf. lucem apud Sethianos (ib. V 19 ss.), lucis thensauros potestatesque in libris Ieû, ignem Simonis magi. Herm. trism. 3,12 τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγώ

Ut hoc ad orientem nos ducit, ita etiam illud, quod deos Graecos neglegi videmus prae Hecate. Quam tantas agere partes non mirabitur, qui reputaverit, quantopere haec dea inde ab altero fere saeculo culta, quot eius oracula tum circumlata sint (cf. Porph. de or. philos., theosoph. ed. Buresch). Sed cur dico Hecaten? Quae enim a Chaldaeis ita nominatur, non iam pristina est Hecate, sed commixta cum aliqua vel aliquot deabus orientalibus vivificis (velut cum Rhea? p. 30 s.). Sic in hymnis Orphicis primum tenet locum et παντὸς κόσμου κληδοῦχος ἄνασσα invocatur; in hymno magico (pap. Paris. 2786 ss. p. 292 Ab.) eadem Hecate, Luna, Diana, Proserpina dicitur (cf. Lobeck Agl. 543), cum Iustitia, Parcis, Furiis confunditur, v. 32 θεῶν γενέτειρα καὶ ἀνδρῶν | καὶ φύσι παμμήτειρα appellatur; eiusdem generis dea Aphrodite diserte nominatur (pap. Paris. 2557), haec autem in Oriente lunae omnisque vitae dea est (Preller-Robert I 347. E. Meyer Anaitis. Astarte in Roscheri lex). Hinc explicandum quod Saturnus Caeli et Hecates filius dicitur (Arnob. 105,29. 131,12). Confiteor tamen me nihil nosse, quod ad mirabilem huius Hecates formam prope accedat. Anima mundana dicitur ab August. serm. 242,7 et in oraculo Porph. p. 122 W. οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτε δῖα μάταιον | οὐδ' ἀκράαντον ἔλεξε σοφοῖς Ἑκάτη θεοφήταις· | ἀλλ' ἀπὸ παγκρατεροῖο νόου πατρόθεν κατιοῦσα . . . θεὴν γὰρ ἄγεις με τοσήνδε, ὅσση ψυχῶσαι πάνυπέρτατον ἤρκεσα κόσμον. Hanc quoque deam non ante alterum saeculum confictam esse putabimus.[1])

εἰμι νοῦς ὁ σὸς θεός . . . ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος υἱὸς θεοῦ etc. 79,6 νοῦς δὲ ὀξύτατος ὢν πάντων τῶν θείων νοημάτων καὶ τὸ ὀξύτατον πάντων τῶν στοιχείων ἔχει σῶμα τὸ πῦρ. δημιουργὸς γὰρ ὢν ὁ νοῦς τῶν πάντων ὀργάνῳ τῷ πυρὶ πρὸς τὴν δημιουργίαν χρῆται 82,10. Aperta Stoicorum dogmatum religionisque solaris coniunctio in pap. Lond. 121,538 (ἥλιε) θεὲ μέγιστε ὁ τὰ ὅλα συνέχων καὶ ζωογονῶν καὶ συνκρατῶν τὸν κόσμον, εἰς ὃν τὰ πάντα χωρεῖ, ἀφ' οὗ καὶ ἐγένετο. Cf. hymn. mag. p. 291 Abel v. 4 theos. 98,21 B. ἔσθ' ὑπὲρ οὐρανίου πυρὸς ἄφθιτος αἰθομένη φλόξ | ζωογόνος, πάντων πηγή, πάντων δὲ καὶ ἀρχή, | ἥτε φύει μάλα πάντα φύουσά τε πάντ' ἀναλύει pap. Paris. 959. 1024. 1067. Dieterich Abr. 48 ss. Stoica apud magos invenire sibi visus est Nigidius (Orph. fr. 248 Ab.). Iudaeorum deus igneus: Exod. 3,2. Deuter. 4,24. psalm. 103,4. cf. Orph. fr. 238,9.

[1]) Mysteriorum documentum nos tenere si meminerimus, non mirabimur quod Orphica quaedam deprehendimus (p. 20. 25? 50. 59[2]). Omnia vero illa de animae divina origine et immortalitate, de migratione et Orco et ad patrem

Altero saeculo si conditum est carmen, necesse est illa aetate inveniri quae similem habeant naturam. Hic primo loco afferenda sunt systemata gnostica, quibus tam similia sunt oracula, ut gnosin ethnicam eis contineri dicas. Nam illis quoque propositum est, ut duplici via, cognitione et ritibus sacris,[1]) ad salutem ducant hominem viamque a deo ad mundum ferentem ideo potissimum multis describunt, ut illustrent, quomodo regrediatur ad deum homo; illa quoque eis solis salutem pollicentur, qui suis initientur mysteriis et his meliorem quandam generis humani partem contineri gloriantur. Ut oraculis a dis sibi solis datis nituntur Chaldaei, sic gnostici evangeliis similibusque libris veram continentibus traditionem ceteris ignotam. Utrisque sublimem tenet sedem summus deus ab iisque tantum conspicitur, qui initiati sunt et ne ab his quidem sine aliqua difficultate; vulgus non ultra quam ad alterum deum huic mundo propiorem accedit (p. 14). Utraque proficiscuntur e thiasis et mysteriis et ex his et placita e philosophia, Platonica imprimis et Pythagorea, petita et vilem superstitionem recipiunt. Neque tamen a gnosi Christiana Chaldaeus profectus esse censendus est; nihil enim in carmine inest Christiani. Iudaica nonnulla deteximus, sed non ea quae medullas tangant systematis (p. 46. 61).[2])

Gnosi quae familiaria sunt, ne ab Hermeticis quidem libris multum distare solent. Nam hi eum apud mystas locum tenuerunt, quem oracula apud theurgos, evangelia et apocalypses et id omne librorum genus apud gnosticos.[3]) Etiam in his magnae et philosophiae Platonico-Pythagoreae et superstitionis partes, magnusque imperitorum contemptus. His quoque id propositum, ut salutem ferant animae humanae, non ut systema omni cura excogitatum tradant.

---

reditu e mysteriis potius Orphicis quam e philosophia Pythagorea hausta esse pro certo habeo.

[1]) Hos plurimum valuisse egregie docuit Koffmane, die Gnosis nach ihrer Tendenz und Organisation, Bresl. 1881. De his rebus multum addiscimus ex libris Ieû: C. Schmidt 510 ss. Cf. Dieterich Abr. 148 ss.

[2]) Haud inutile duco adnotare philosophorum Numenium primum quantum constat Iudaeorum libros cognitos habuisse. — Singulas similitudines gnosticas indicavi p. 16[1]. 18[2]. 22[1]. 46[2]. 48[1]. 56[1]. 59 s.

[3]) Cf. 103,16 διὸ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος, ὦ τέκνον, ἐγὼ ἤκουσα λέγοντος etc.

Hoc autem omne desiderium salutis animaeque huius mundi nequitia liberandae studium inde a M. Aurelii fere aetate valere ac vigere videmus (Réville 127 ss. Harnack I 101 ss.) eaque antiquissimas oraculorum partes neque multo antiquiores neque multo posteriores esse existimo.[1]) Nam cum Porphyrius in Plotini circulo (post a. 262/3) primum oracula vidisse videatur (cf. p. 6), aliquanto vetustiora putanda sunt. Accedit quod haud improbabilis est eorum sententia, qui coniectura potius quam certis rationibus ducti ab alterutro Iuliano[2]) haec oracula conficta esse statuerunt (Lobeck Agl. 102. Thilo II 14). Theurgis enim oracula enuntiari dicuntur, theurgorum nomen non usurpatur ante Porphyrium, qui et oracula primus adhibuit et εἰς τὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου commentarios scripsit, ab hoc transiit ad Platonicos recentiores Dionysiumque Areopagitam. Theurgus Proclo Damascioque solet esse Iulianus, verbis οἱ ἐπὶ Μάρκου γενόμενοι θεουργοί (Procl. in Crat. 77,1. in remp. 21,26 P.) aut pater filiusque aut sophistico more alter designatur. Post Platonem oracula edita esse dicit Proclus th. pl. 240 ex. τοσαύτη τοῦ Πλάτωνός ἐστιν ἡ ἔνθεος νόησις, ὥστε καὶ τῶν ὕστερον (-έρων ed.) φανθέντων τὰς αἰτίας ἡμᾶς θεωρεῖν ἐκ τούτων et 324,3' (p. 36); Damascius II 203,27 cum dicit οἱ θεοὶ καὶ αὐτὸς ὁ θεουργός (p. 39), secernere videtur theurgum sua narrantem ab eo qui divinitus tradita refert. Iuliani praecepta cum Chaldaicis dogmatis artissime — etiam artius quam solent — coniunxerunt Platonici (p. 7. 17. 22. 39. 41. 46.); λόγια δι' ἐπῶν scripsit Iulianus minor, qui non dubito quin ipse quoque ut pater Chaldaeus dici potuerit: hinc fortasse Chaldaicorum oraculorum nomen. At enim Platonici oracula citantes nunquam dicunt: Ἰουλιανὸς ἐν τοῖς λογίοις vel similiter. Nunquam vero:

---

[1]) A Platonicis Plotino recentioribus oracula composita esse existimat Zeller V[3] 763[5], similiter indicat Wolff de nov. or. aetate, Berol. 1854 p. 53.

[2]) Suidas: Ἰουλιανός· Χαλδαῖος φιλόσοφος πατὴρ τοῦ κληθέντος θεουργοῦ Ἰουλιανοῦ· ἔγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δ' . . . Ἰουλιανὸς ὁ τοῦ προλεχθέντος υἱὸς γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως· ἔγραψε καὶ αὐτὸς θεουργικά, τελεστικά, λόγια δι' ἐπῶν καὶ ἄλλα ὅσα τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης κρύφια τυγχάνουσι. Sequitur narratio miraculi ab Iuliano aut Arnuphi patrati e Dione excerpta (Xiphilinus Iuliani nomen omisit), ex qua M. Aurelio regnante eum fuisse posteri scivisse videntur. — His Iulianis recentiorem puto Iulianum Laodicensem astrologum, cuius hae feruntur reliquiae:

nihil enim illorum intererat Iuliani effata habere, plurimum deorum ipsorum.

Sed mordicus hanc coniecturam tenere nolo; utut de hac re iudicamus, circa alterius saeculi finem tertiive exordium pristinas oraculorum partes compositas esse existimo.

---

1) „Iuliani Laodicensis mathematici ad dominum Marcum imperatorem de bello“ inscribitur libellus in codice Vaticano „chartaceo non exigui moduli septem folia occupans“ (est Palat. lat. 1416 saec. XV f. 159r—165v atramento pallido scriptus compendiis scatens lectu difficilis, ut mihi scribit Wuensch, qui e Maii apographo [Vatic. lat. 9539] nonnulla descripsit editis non praestantia), cuius initium edidit A. Mai iuris civ. anteiust. rell. Romae 1823 app. II 152ss. Graecum exemplar sive extitit sive numquam fuit, falsarium haec conscripsisse arbitror, qui sciret et Iulianum Laodicensem de astrologia scripsisse et Iulianum aliquem cum Marco in bellum profectum esse. Cf. Dieterich pap. mag. 758. Unum locum exscribo: *exquisitis itaque antiquorum libris et maxime Petosiridis, quem maximus Iulius Caesar praecessor tuus in suis carminibus prae ceteris commendat.*

2) Ἰουλιανοῦ Λαοδικέως ἐπίσκεψις ἀστρονομικὴ capitum undeviginti, quorum primum incipit: ὁ περὶ καταρχῶν λόγος καὶ ἀναγκαῖος καὶ ὠφέλιμος εἰς τὰς βιωτικὰς πράξεις ἐστί, ὡς ἡ πεῖρα etc., inest in cod. Vindob. ph. ph. gr. 261 chart. f. 79r—91v. Hinc Lambecius (VII 195s. ed. Koll.) in Pauli Alexandrini praefatione restituit Ἰουλιανοῦ τοῦ Λαοδικέως ἐν τοῖς ἰδίοις πέντε βιβλίοις pro Ἀπολλωνίου.

3) Excerpta περὶ καταστημάτων τῶν ζ ἀστέρων Ἰουλιανοῦ et Ἰουλιανοῦ περὶ καταρχῶν inserta sunt codici Laur. 28,34 celeberrimo (Bandini II 59. Maximus ed. Ludwich p. 125) f. 66r et 82v et Laur. 28,13 chart. saec. XIV f. 148v et f. 158v (inscr. ἄλλως Ἰουλιανοῦ). Alterum inc. ὁ δὲ θεῖος Πετόσιρις λέγων περὶ καταρχῶν φησιν οὕτως (cf. Riess Philol. Suppl. VI p. 388). Utrumque descripsit mihi qua est liberalitate R. Wuensch. — Tria fragmenta Ἰουλιανοῦ Λαοδικέως περὶ πολέμου (tertium περὶ ἀναλύσεως τοῦ πολέμου, in quo citatur Dorotheus: cf. Engelbrecht Hephaestion 29ss.) edidit ex „vetusto codice Vaticano qui vanissimae artis tractatum copiosum cum scholiis continet“ — frustra catalogos evolvit Wuensch — Mai script. vet. nov. coll. Romae 1827. II 675ss.

Plura fortasse reperiet qui dedita opera rimabitur.

Epimetrum.

Pselli hypotyposis.

Codex Laur. 58,29 chart. foll. 312 22½ : 15½ cm scriptus est manu diligenti saeculi quarti decimi. Cf. Bandini II 471 ss. Ipse pauca Florentiae enotavi; domi cum ineditum esse tractatum viderem, a me rogatus Pselli libellum, quem praecedunt προλαμβανόμενα τῆς κατ' ἀριθμητικὴν Αἰγυπτιακῆς μεθόδου τοῦ Ψελλοῦ, descripsit qua est in me eximia benevolentia N. Festa. Ex Laurentiano descriptus est Urbinas (cf. p. 3[1]), quem mihi contulit Wuensch.

Ψελλοῦ ὑποτύπωσις κεφαλαιώδης τῶν παρὰ Χαλδαίοις f. 197r
ἀρχαίων δογμάτων.

1. Σύντομόν σοι τῶν Χαλδαϊκῶν δογμάτων ποιούμενος ἔκθεσιν, περὶ ὧν ἐδεήθης γράψαι σοι, ἀπὸ τοῦ ἀρρήτου κατ' ἐκείνους ἑνὸς τίθεμαι καὶ αὐτὸς τὴν ἀρχήν. 2. μεθ' ὃ πατρικόν τινα ληροῦσι βυθὸν ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον, ἑκάστης ἐχούσης πατέρα μὲν πρῶτον, δεύτερον δὲ δύναμιν, τρίτον δὲ νοῦν. 3. μετὰ δὲ ταῦτά φασιν εἶναι νοητάς τε καὶ νοεράς, ὧν πρώτην μὲν εἶναι τὴν ἴυγγα, μεθ' ἣν τρεῖς ἑτέρας πατρικὰς καὶ νοητὰς καὶ ἀφθέγκτους, διαιρούσας τοὺς κόσμους τριχῇ κατὰ τὸ ἐμπύριον καὶ τὸ αἰθέριον καὶ τὸ ὑλαῖον. 4. μετὰ δὲ τὰς ἴυγγας προσεχεῖς, φασίν, οἱ συνοχεῖς· καὶ αἱ μὲν ἴυγγες τὰς ἀφθέγκτους αὐτοῖς ἑνώσεις τῶν πάντων ὑφιστᾶσιν, οἱ δὲ συνοχεῖς τὰς προόδους τοῦ πλήθους τῶν ὄντων ἐνίζουσι μεταξὺ τῶν νοητῶν καὶ τῶν νοερῶν κέντρον τῆς ἀμφοτέρων κοινωνίας ἐν ἑαυτοῖς πηξάμενοι. 5. προσεχεῖς δὲ τοῖς συνοχεῦσι τοὺς τελετάρχας τιθέασι τρεῖς καὶ

1 τοῦ αὐτοῦ Ψελλοῦ (ψελοῦ U, qui ὑποτύποσης) — 5 ὃ] ὃν — 6 μὲν] καὶ — 7 φησὶν — 8 νοερούς.

αὐτοὺς ὄντας· ὧν ὁ μὲν ἐμπύριος, ὁ δὲ αἰθέριος, ὁ δὲ ὑλάρχης. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἴυγγες μονάδες μόνον, οἱ δὲ συνοχεῖς μονάδες ἤδη προφαίνουσαι τὸ πλῆθος, οἱ δὲ τελετάρχαι μονάδες διῃρημένον ἔχουσαι τὸ πλῆθος. 6. μετὰ δὲ τούτους τοὺς πηγαίους πατέρας δοξάζουσιν ἤγουν τοὺς κοσμαγούς· ὧν πρῶτος μὲν ὁ ἅπαξ λεγόμενος, μεθ' ὃν <ἡ> Ἑκάτη δευτέρα καὶ μέση, τρίτος δὲ ὁ δὶς ἐπέκεινα· μεθ' οὓς <οἱ> τρεῖς ἀμείλικτοι καὶ ἕβδομος ὁ ὑπεζωκώς. 7. ἔστι δὲ ὁ ἅπαξ
f. 197v ἐπέκεινα νοῦς πατρικὸς | ὡς πρὸς τὰ νοητά, πατὴρ δὲ τῶν νοερῶν ἁπάντων· ἡ δὲ Ἑκάτη νοεροῦ φωτὸς καὶ ζωῆς πάντα πληροῖ. καλοῦνται δὲ οὗτοι πατέρες καὶ κοσμαγοὶ ὡς προσεχῶς ἐπιβαίνοντες τοῖς κόσμοις. 8. ἔχει δὲ περὶ αὐτὴν ἡ Ἑκάτη πηγὰς διαφόρων φύσεων. τῶν δὲ κατὰ τὸν ζωστῆρα πηγῶν ἡ μὲν φύσις τὸ τέλος συμπεραίνει τῶν τῆς Ἑκάτης νώτων ἀπαιωρουμένη· τῶν δὲ ἐν τῇ λαγόνι πηγῶν ἡ μὲν τῶν ψυχῶν ἐστι δεξιά, ἡ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐν λαιοῖς. 9. ὁ δὲ δὶς ἐπέκεινα τάξιν μὲν ἔλαχεν ἐν ταῖς πηγαῖς δημιουργικήν, ὥσπερ ζῳογόνον ἡ Ἑκάτη· αὐτὸς γὰρ προὔθηκε τὸν τῶν ἰδεῶν τύπον τῷ κόσμῳ· καλεῖται δὲ δὶς ἐπέκεινα, ὅτι δυαδικός ἐστι, νῷ μὲν κατέχων τὰ νοητά, αἴσθησιν δὲ ἐπάγων τοῖς κόσμοις· ὁ δὲ ἅπαξ ἐπέκεινα λέγεται, ὅτι ἑνιαῖός ἐστιν· ἡ δὲ Ἑκάτη μόνον ἐπέκεινα. 10. οἱ δὲ ἀμείλικτοι ὑποδεξάμενοι τὴν πρηστήριον τῶν συνοχέων δύναμιν φρουροῦσι τὰς ὑπάρξεις ἄνωθεν τῶν πατέρων καὶ τὰς πηγαίας αὐτῶν ἐνεργείας ἀχράντους φυλάττουσιν· ἡ δὲ τῶν ὑπεζωκότων πηγὴ πρωτουργός ἐστιν αἰτία τῆς νοερᾶς διακρίσεως. 11. ἔστι δὲ καὶ πηγαία τριὰς πίστεως ἀληθείας καὶ ἔρωτος. 12. μεθ' ἃς εἰσιν αἱ δημιουργικαὶ πηγαί, ὥσπερ ἡ τῶν ἰδεῶν, καθ' ἣν σχῆμα καὶ ὄγκον ἔχει καὶ εἶδος καὶ ζωὴν ἰδίαν ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· καὶ ἡ τοῦ ἡλίου πηγὴ πρὸ τῶν ἡλιακῶν ἀρχῶν ἱδρυμένη· ἔστι γὰρ τῶν μὲν ἡλιακῶν ἀρχῶν ὁ δημιουργὸς αἴτιος, τῶν δὲ ζῳογόνων ἡ Ἑκάτη· ἀπὸ δὲ τῆς ἡλιακῆς πηγῆς <ὁ> ἀρχικὸς ἥλιος προέρχεται καὶ ὁ ἀρχαγγελικός. 13. εἶναι δέ φασιν ἐν τῷ δημιουργῷ καὶ αἰσθήσεως πηγήν, ἐπειδὴ καὶ αἴσθησιν οὗτος ἐπάγει τοῖς κόσμοις· ἔστι δὲ καὶ καθαρτηρίων πηγὴ καὶ κεραυνῶν καὶ διοπτρῶν καὶ τελετῶν καὶ χαρακτήρων καὶ Εὐμενίδων καὶ τελεταρχῶν. 14. καὶ ἐπὶ μαγειῶν δὲ τρεῖς πατέρες ἀρχικὴν ἔχουσι τάξιν. ἔστι δὲ καὶ ὀνείρου ζώνη ἀπὸ τῆς πηγαίας ψυχῆς τὴν ἀρχὴν

6 ἑκάστη δευτέρους καὶ μέσος — 8 νοῦς ὁ πατρικὸς — 9 ἕκτη — 10 δὲ] δὴ — 11 αὐτὴν ἡ ἕκτη — 16 ἕκτη — 19 λέγεται om. U — ἕκτη — 22 αὐτῶν ἐνεργείας geminat L — 22 φυλάττουσι U — 25 ὄγχον U — 28 post ἀρχῶν errore posuit ὁ δημιουργὸς αἴτιος τῶν δὲ ζωογόνων, postea linea transducta del. U — ἕκτη — 31 καταρτηρίων L — 32 χαρακτήρων] χ ex κ corr. U[1].

ἔχουσα. 15. ἀναλογοῦσι δὲ ταῖς μὲν πρώταις πηγαῖς αἱ πρῶται ἀρχαί, ταῖς δὲ μέσαις αἱ μέσαι, καὶ ταῖς μερικαῖς αἱ τελευταῖαι. 16. τῶν δὲ ζῳογόνων ἀρχῶν ἡ μὲν ἀκρότης Ἑκάτη καλεῖται, ἡ δὲ μεσότης ψυχὴ ἀρχική, ἡ δὲ ἀποπεράτωσις ἀρετὴ ἀρχική. 17. μετὰ δὲ τὴν ἀρχικὴν τάξιν ἡ τῶν ἀρχαγγέλων ἐστίν ἀπὸ δὲ πασῶν τῶν ἀρχῶν ἡγεμόνες ἄγγελοι προέρχονται. 18. μετὰ δὲ τὴν ἀρχαγγελικὴν πρόοδον ταῖς ἀρχαῖς συνηρτημένην ἡ τῶν ἀζώνων ὑφίσταται· ἄζωνοι δὲ καλοῦνται ὡς εὐλύτως ἐνεξουσιάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ὑπεριδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν. 19. μετὰ δὲ τὰς ζώνας ὁ ἀπλανὴς κύκλος περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας. 20. τὰ δὲ ὑπὸ σελήνην ἐν τοῖς τέτρασι στοιχείοις ὑφέστηκεν· εἰσὶ δὲ θεῖαι τάξεις καὶ γένη περὶ ἕκαστον τῶν στοιχείων. 21. μεθ' οὓς οἱ τῶν θεῶν ὀπαδοὶ ἄγγελοι· ἐφ' οἷς αἱ τῶν δαιμόνων ἀγέλαι, αἱ μὲν ὁλικώτεραι, αἱ δὲ μερικώτεραι μέχρι τῶν ὑλικω|τάτων. καὶ μετὰ τούτους οἱ ἥρωες. 22. καὶ ἔστι τοῖς μὲν f. 198r
θεοῖς οἰκειότερον τὸ ἀγγελικόν, ὃ δὴ καὶ πρὸς τὰς παρεδρείας σύστοιχον καὶ μέχρι τινὸς ἀνάγον τὰς ψυχάς, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸν κόσμον· τὸ δὲ τοῖς θνητοῖς συναπτόμενον, τὸ ἡρωϊκόν· τὸ δὲ μέσον ἀμφοῖν, τὸ δαιμόνιον. 23. ὃς τὸ μὲν δύναμιν ἀγαθοειδῆ κέκτηται συλλαμβάνον ταῖς ἱερατικαῖς ἀνόδοις ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ταύταις· τὸ δὲ καθέλκει τὰς ψυχάς, ὃ καὶ θηροπόλον καὶ ἀναιδὲς καλεῖται, τὴν φύσιν ἐπιστρεφόμενον καὶ ταῖς μοιραίαις δόσεσιν ὑπηρετοῦν καὶ θέλγον τὰς ψυχὰς ἢ κολάζον τὰς ἐρήμας ἀπολειφθείσας τοῦ θείου φωτός, ὃ καὶ ἐν τῷ κοιλώματι φέρεται εἰς ἄρρεν καὶ θῆλυ διῃρημένον. 24. τῶν δὲ ἡμετέρων, φασί, ψυχῶν αἴτια διττὰ πηγαῖα, ὅ τε πατρικὸς νοῦς καὶ ἡ πηγαία ψυχή· τὸν μὲν γὰρ πατέρα ἑλκύσαι αὐτὴν ἀπ' ἐκείνης καὶ κελεῦσαι προελθεῖν, τὴν δὲ αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ τὸ εἶδος ὑποστῆσαι. 25. τὸν δὲ ἄνθρωπον, καθόσον ἐστὶ σύνθετος καὶ εἴδη πολλὰ καὶ συγγενῆ τοῖς ἀλόγοις ἔχει, τῷ κόσμῳ <ἐνέθηκεν> ὁ πατήρ· πᾶν γὰρ σύνθετον τοῦ κόσμου μέρος ὂν ὑπὸ τὸν κόσμον τάττεται. τὸ δὲ νοερὸν πῦρ ἄνωθεν ἥκει καὶ μόνης δεῖται τῆς οἰκείας πηγῆς· εἰ δὲ συμπάθοι σώματι, θεραπεύειν ἀνάγκη καὶ ὑπὸ τῇ μοίρᾳ τετάχθαι καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως ἄγεσθαι. 26. καὶ προῆλθε μὲν ἀπὸ τῆς πηγαίας κατὰ βούλησιν <τοῦ> πατρός, ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν καὶ αὐτόζωον· εἶδος γάρ ἐστιν ἄυλον καὶ αὐθυπόστατον. 27. καὶ ἡ μὲν ὕλη πατρογενής ἐστι καὶ ὑπέστρωται τῷ σώματι, τὸ δὲ σῶμα καθ' ἑαυτὸ ἄποιόν ἐστι, δυνάμεις δὲ διαφόρους λαβὸν εἰς

1 ὁμολογοῦσι — 2 μέσαι] μέσαις L — 12 οἱ] αἱ — 19 τούτοις — 23 διῃρημένον U — 25 αὐτὴν] αὐτὸς — 32 πηγαίας sc. ψυχῆς. — 35 an εἰς <τὰ> ?

τέτταρα στοιχεῖα διῃρέθη, ἐξ ὧν ὁ σύμπας ἐμορφώθη κόσμος καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα. 28. ἑκάστης δὲ σειρᾶς ἡ ἀκρότης πηγὴ ὀνομάζεται, τὰ δὲ προσεχῆ κρῆναι, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ὀχετοί, τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα ῥεῖθρα. τοιαύτη ὡς ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν ἡ τῶν Χαλδαίων θεολογία καὶ φιλοσοφία ἐστίν.

4 τοιαῦτα. —

Addenda.

p. 8. In eo numero qui oracula cognita habent collocandus erat etiam auctor libelli qui inscribitur *Hermippus de astrologia* (quem una cum Paulo Viereck propediem editurus sum). Cf. 18,25 καὶ μὴν <περὶ> τῆς ἀρχετύπου πηγῆς, ἀφ' ἧς ἐρρύη (anima), φαντάζεσθαι δίδωσιν (p. 28). 23,5 ss. imprimis 14 καὶ οὗτός ἐστιν ὁ ἐπίγειος οἰκεῖος τόπος αὐτοῖς, ἀμφικνεφνής τε καὶ Τάρταρος (sic V) καὶ πᾶν τοιοῦτον καλούμενος (p. 62 v. 3).

p. 19[3]. Apud Dam. I 242,18 scribe ἡ ὅλη pro ἡ εληϲ.

p. 23. In v. 2 μιᾶς ἄπο πᾶσαι conicit B. Schneck amicus probabiliter; cf. p. 54[1].

p. 27. De Aeone cf. Wernicke apud Pauly-Wissowa I 1042 s.

p. 28. De animarum fonte cf. Claudian. cons. Stil. II 424 ss.

p. 56. πυριθαλπὴς ex oraculis Gregor. Naz. XXXVII 409 Migne.

p. 68. De animarum per septem sphaeras ascensu cf. Herm. trism. 14,12 ss.

Index locorum emendatorum.

Index codicum adhibitorum.

Druck von G. Zahn & H. Baendel, Kirchhain N.-L.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

SIEBENTER BAND.

ZWEITES HEFT.

QUAESTIONES CHORICIANAE

SCRIPSIT

CURTIUS KIRSTEN.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS.)
1894.

QUAESTIONES CHORICIANAE

SCRIPSIT

CURTIUS KIRSTEN.

VRATISLAVIAE.
APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS.)
1894.

Conspectus siglorum.

B. vel Boiss. = Choricii Gazaei orationes declamationes fragmenta cur. Io. Fr. Boissonade, Parisiis 1846.

G. vel Graux = Choric. ed. Graux in Oeuvres de Charles Graux, tome II: Textes grecs, Paris 1886 p. 1—98.

F. Herm. = Choric. ed. Foerster in Hermes XVII (1882) p. 193—238.

F. Rh. M. vel Mus. Rhen. = Choric. ed. Foerster in Rheinisches Museum XXXVII (1882) p. 483 sq.

F. ind. I. = Choric. ed. Foerster in indice lectionum in universitate litterarum Vratislaviensi per aestatem anni 1891 habendarum.

F. ind. II. = Choric. ed. Foerster in ind. lectt. in univ. litt. Vrat. per hiemem anni 1891/92 hab.

F. ind. III. = Choric. ed. Foerster in ind. lectt. in univ. litt. Vrat. per hiemem anni 1892/93 hab.

fol. = folia codicis Matritensis N. 101 quae Choriciana nondum edita continent, quorum apographum ab ipso confectum Riccardus Foerster egregia liberalitate mihi utendum commisit.

De Choricio nonnulli scriptores testimonia praebent, sed plerique aut solum nomen strictim attingentes aut sententias vel lumina eloquentiae ex eius orationibus vel declamationibus afferentes. Inter illos Gregorius Corinthi metropolita,[1]) Iosephus Racendyta,[2]) rhetor anonymus quidam[3]) commemorandi sunt, inter hos Ioannes Georgides,[4]) Macarius Chrysocephalus,[5]) Maximus Confessor[6]), Antonius qui falso dicitur Melissa,[7]) Ioannes Siceliota, cui cognomen Doxopatri erat[8]), grammaticus anonymus.[9]) Solus Photius patriarcha[10]) paulo uberius de eius scriptis disputavit.[11]) Quod hic eum aetate Iustiniani imperatoris Gazae floruisse dicit, id ipsum sophistae

1) Bekk. anecd. Gr. p. 1082 not.

2) Walz, rhett. Gr. III p. 521, 16; 526, 20.

3) Ibid. p. 571, 19; 572, 29; 573, 3.

4) Ed. Boissonade, anecd. Gr. I p. 1 sqq. et Migne, patrol. curs. series Gr. t. 117 p. 1057 sqq.; cf. Henr. Schenkl, die epiktetischen Fragmente, Stzb. d. Wien. Ak. 115 (1888) p. 501.

5) Villoison, anecd. Gr. II p. 18 sq.

6) Cf. Montfaucon, bibl. Coisl. cod. 371 p. 578. 579.

7) Migne, t. 136 p. 765 sqq. De codice Barocciano 143 cf. Leop. Cohn, Philol. LI p. 273.

8) Cf. Cramer, anecd. Oxon. IV p. 155—169; Foerster, Mélanges Graux p. 639.

9) Bekk. anecd. Gr. p. 135, 16 sq.; 143, 26 sq.

10) Bibl. cod. 160 (cf. F. ind. I p. 12).

11) Hunc expilavit anonymus qui syllogae quattuor orationum praefatus est servatae in codicibus Riccardiano 12 et Parisino 2967 (ed. Boiss. p. IX sq.). Non solum apud Photium omnia bene disposita, in vita anonymi valde confusa sunt, sed, ut Riccardus Foerster me monuit, hic illum aperte respicit his locis:

Anonymus:	Photius:
φασὶ δὲ αὐτὸν τὸν Χορίκιον καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς συγγράψαι λόγους.	ποικίλα δὲ αὐτοῦ καὶ πολλὰ συγγράμματα φέρεται. (cf. B. p. VIII, 14)

orationibus apparet, quibus pauca de eius vita continentur. Quae res Iustiniano regnante gestae a Choricio commemorentur, mox deinceps videbimus. Nunc tantum quae de se ipso dicit paucis perlustremus. Gazaeum se fuisse uno loco significat (Boiss. p. 124,18 sqq.): Τοσαύτης . . πολιτευομένης ἐν ἡμῖν θυμηδίας ἐπανέρχονται μικρὸν ὕστερον, ὅσους ἡμῖν αἱ πόλεις ἀπέστειλαν, ... ἐπανέρχονται . . καὶ πεύσονται τῶν ἀπιόντων οἱ μείναντες ἐν οἴκοις· πῶς τί τὰ τῶν Γαζαίων; Eadem eum qua pueri illius temporis disciplina usum esse e nonnullis locis cognoscitur. Postquam enim didicit τὰ πρῶτα γράμματα (Boiss. p. 3,10), ad operam poetis navandam adductus est (B. p. 3,9; 4,1; 81,4; 108,9; F. ind. I 14,18; 21,22); deinde in studium artis rhetoricae incubuit (cf. B. 3,10; 8,4; 109, 1—4; F. ind. I 21,24). His demum scholis relictis Procopium, rhetorem Gazaeum, videtur adiisse.[1]) Quanta autem necessitudo familiaritasque intercesserit inter magistrum atque discipulum unusquisque huius in illius honorem legens epitaphium (B. p. 1—24) intelleget. Permultum operae atque laboris Choricium in studiis veterum Graecorum consumpsisse exemplis nunc comprobare supervacaneum est, cum Ioannes Malchin de hac re copiose disseruerit.[2]) Id tamen unum adiecerim Choricium ipsum paucis verbis exposuisse, quantopere conduceret in illis studiis elaborare atque desudare. Dicit enim (Boiss. p. 18,7 sqq.): τοῦ δὲ χάριν πονοῦμεν τὰς τῶν παλαιῶν ἐκμανθάνοντες τύχας; οὐ γὰρ ἵνα τὸν χρόνον ἀνόνητα δαπανῶμεν, ἀλλ' ὅπως, οἶμαι, τήν τε ἄλλην ἐκεῖθεν ὠφέλειαν δρεψώμεθα, καὶ τοιούτου συμβάντος καιροῦ

Anonymus:	Photius:
φασὶ δὲ αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω εἶναι ἐκφράσεις καὶ ἐγκώμια διεξερχόμενον, ὅσοι καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ πρὸ ἡμῶν συγγράμμασιν ἐντετυχηκότες ἀπομεμνημονεύκασιν.	χρήσιμος δέ ἐστιν αὐτὸς ἑαυτοῦ μᾶλλον ἐκφράσεις καὶ ἐγκώμια διεξερχόμενος.
Οἱ δὲ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ὑπομεμνημονευκότες φασὶ συγκεφαλαιοῦσθαι ταῦτα πλασματικοῖς καὶ πανηγυρικοῖς καὶ μονῳδίαις καὶ ἐπιθαλαμίοις καὶ ἀντιῤῥητικοῖς καὶ τοιούτοις ἑτέροις.	Πλασματικοῖς τε γὰρ καὶ πανηγυρικοῖς καὶ μονῳδίαις καὶ ἐπιθαλαμίοις καὶ ἀντιῤῥητικοῖς ἐστὶν αὐτοῦ λόγοις ἐντυχεῖν καὶ τοιούτοις ἑτέροις.

[1]) Cf. Boiss. p. 2,3; 109,3.

[2]) I. Malchin, de Choricii Gazaei veterum Graecorum scriptorum studiis, Kiliae 1884. Cf. O. Höfer, Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik (1888) 137 p. 654 not.

πρὸς ἄνδρας ἴσα πεπονθότας ἡμῖν ἢ πικρότερα πάθη τὸν νοῦν ἀναφέροντες οὕτως οἴσομεν ῥᾷον. Hunc in modum Graecis litteris eruditus ipse rhetor vel sophista exstitit (Graux p. 72, 12 sq.) atque magistri munere artis rhetoricae functus est (cf. F. ind. I 19,8; 21,23—30; Boiss. p. 21,18 sq; 32,1; 80,3; cod. Matr. 101 fol. 96v; Graux p. 40,12; 64,26 sq.). — In Aegyptum eum iter fecisse e verbis Boiss. p. 122,1 discimus. Alio loco se caelibem appellat (F. ind. I 19,4 sq.), alio se liberis carere dicit atque vacare vehementi pecuniae cupiditate: cod. Matr. 101 fol. 76r οὔτω τὸν πατέρα μιμήσομαι τὸν φιλάργυρον, οὔτε χρημάτων, οἶμαι, σφόδρα πεφυκὼς ἐραστὴς οὔτε παίδων ὑπάρχων πατήρ, ἀλλὰ τὴν μίμησιν ἑκατέρας (corr. Foerster ex ἑκατέρα) ποιότητος ἐκ τῆς τέχνης παραλαβών. Utrum in numerum Christianorum an ethnicorum referendus sit, omnes fere viri docti disputaverunt, qui sophistae operam dederunt. Et Villoisonus, Boissonadius,[1]) Carolus Graux[2]), Sathas[3]) paene mirantur, quod, quamquam erat aetatis Christianae sophista, tamen totiens scriptorum ethnicorum verba citat et Olympum eiusque deos appellat atque etiam per eos iurat, ut fere videatur esse rhetor paganus. Afferunt locos, quibus Parcas commemorat (B. p. 14,14) aut dicit de insulis beatorum (B. p. 22,9) aut Dionysum laudando extollit, multosque similes.[4]) Equidem puto minime ex his locis fidem ethnicam apparere. Exornare voluit sophista suas orationes et dictis et rebus, qualia apud veteres scriptores inveniebat. Nonnunquam erant argumenta declamationum talia, ut esset quasi coactus saepius ad veteres ipsos redire. Multa eiusmodi formularum instar sunt, quas usu receptas propriae earum significationis immemor repetivit. Accedit quod e multis locis satis cognoscitur eum illas de deis

[1]) Boiss. p. 14 not. 9; p. 48 not. 6 al.

[2]) Graux p. 73 not. 10; p. 76 not. 1; p. 68 not. 5 etc.

[3]) K. N. Σάθας, ἱστορικὸν δοκίμιον περὶ τοῦ θεάτρου καὶ τῆς μουσικῆς τῶν Βυζαντινῶν., τομ. α' σελ. να': ὁ ἀναγινώσκων τὰς δημηγορίας τοῦ Προκοπίου καὶ τοῦ Χορικίου ἀμφιβάλλει, ἂν οἱ ἄνθρωποι ἐκεῖνοι ἦσαν χριστιανοί. μᾶλλον δὲ πιστεύει ὅτι ἀκούει ἐνθουσιώδεις λάτρεις τῶν Ὀλυμπίων θεῶν καὶ τῶν ἑλληνικῶν ἡρώων.... σελ. τμη': ὁ ἀναγινώσκων τὴν ἀπολογίαν τῶν μίμων ὡς καὶ τὰ ἄλλα τοῦ Χορικίου... συγγράμματα ἀπορεῖ, ἂν οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἦσαν χριστιανοί. οἱ θεοὶ τοῦ Ὀλύμπου βασιλεύουσιν ἔτι, καὶ οὔτε κἂν κατ' ὄνομα μνημονεύεται ὁ Χριστιανισμός.

[4]) Cf. Boiss. p. 48 not. 6: Choricium, qui quod oratorem christianum decuit, pro tragoedia ethnici melius Sapientiam Sirach laudasset.

heroibusque narrationes Homeri et aliorum carminibus traditas pro fictis existimasse (cf. Graux p. 49,4; Boiss. p. 116,23 sq.; F. ind. II 4,4; B. p. 81,5 sq.). Contra multis aliis locis apparet eum haud ignarum religionis cultusque Christiani fuisse (cf. B. p. 113, 24 sq. ἅπαντας . . ὅσοι τὴν ἰδίαν ψυχὴν θυσίαν ἀνέθηκαν θεῷ, προσήκειν ἡγοῦμαι τιμᾶν. Graux p. 32,3 ἔνθα νομίζεται τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα τὴν Παρθένον τιμᾶσθαι. B. p. 86,16; 87,1; 93,13; 95,6; B. p. 45,7 τοῦ θείου πάθους χρωμένη συμβόλῳ, B. p. 84,5 sq; B. p. 91,9 usque ad p. 98,17).[1]) Neque cuiquam credibile erit rhetorem ullum ethnicum orationes habuisse in consecratione ecclesiarum Christianarum, id quod bis eum fecisse constat.

Ad orationes conscribendas vel habendas quibus potissimum annis Choricius accesserit neque per alios rerum scriptores neque per rhetorem ipsum memoriae traditum est. Hoc si eruere volumus, una nobis relinquitur via. Pervestigandae sunt eius orationes et declamationes omnes, ut locos indagemus, quibus sophista res historiae fide comprobatas aut manifesto commemoraverit aut tecte significaverit. Ad quod iam me accingo, postquam Kilianus Seitz (die Schule von Gaza, Heidelberg 1892 p. 21) de chronologia quattuor orationum quid Ervino Rohdio v. cl. videatur argumentis non allatis breviter indicavit.

[1]) De paganismi Gazaei interitu cf. I. Dräseke, Gesammelte patristische Untersuchungen, Altona et Leipzig 1889 p. 208 sqq.

Pars prior.

De tempore atque ordine Choricii Gazaei orationum.

Caput primum.

Quando Choricius primam Marciani, episcopi Gazaei, laudationem[1]) conscripserit.

Prima Marciani episcopi laudatio post orationem in Procopium funebrem habita esse mihi videtur. Nam in hac facit mentionem de Gaza urbe Marciani episcopi merito firmissime munita[2]) et de ecclesia ab eo magnificentissime exaedificata,[3]) in illa duas illas aedificationes episcopi non commemorat, quamquam de eadem urbe ab eodem episcopo magnis porticibus et balneis ornata verba facit.[4]) Quas si vidisset, silentio praeterire non potuit eo loco, quo aliorum Marciani meritorum mentionem iniecit. Altera autem haec est causa. In Marciani laudatione cum Choricius dicit: πρώην ἐγὼ βραχέα περὶ τῶν σῶν πλεονεκτημάτων διαλεχθείς (B. p. 80,14 sq.), fieri non potest quin haec verba referantur ad locum ex epitaphio illo sumptum, quo rhetor nonnulla episcopi Gazaei merita in medium protulerat (B. p. 23 sq.). Marciani autem laudatio prima conscripta est ante laudationem Aratii et Stephani, quam certe ante annum 536 habitam esse Carolus Graux comprobavit (G. p. 2). Nam cum Choricius Stephano, Palaestinae archonti, laudes tribuit verbis δείκνυσι νεὼς οὗτος

[1]) Primum ed. Boissonadius p. 77—104.

[2]) Cf. B. p. 81,12 sqq.

[3]) Cf. ibid. p. 83—99.

[4]) B. p. 23,14 sqq. ἥ τε γὰρ πόλις τοσοῦτον προσείληφε μέγεθος τῶν στοῶν, ὡς ἐξεῖναι ποιητικῶς εὐρυάγυιαν αὐτὴν ὀνομάζειν . . . τό τε λουτρὸν ἀνέῳκται διὰ σὲ τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς πόλεως ἀδεῶς φοιτᾶν δυναμένοις. Καὶ μαντεύομαί γε πλείονά τε καὶ μείζω γενήσεσθαι τῶν γεγονότων.

ἐν ἄστει πολυτελὴς τοῦ μὲν ἱερέως ἐπιμελείᾳ, σῇ δὲ φιλοτιμίᾳ μεγαλοπρεπῶς εἰργασμένος . . . Τί ἂν ταῦτα μηκύνοιμι λέγων, οὐχ ὡς ἅπαντα πρῴην εἰπών, ἡνίκα τὸν ἱερέα σκοπὸν ἔστησά μου τοῖς λόγοις (Graux p. 28,9 sq. et 29,3 sq.), sine dubio alludit ad descriptionem ecclesiae S. Sergii sacrae totamque Marciani laudationem primam.[1]) Rationes autem habeo, e quibus duas laudationes haud ita multum tempore inter se distare concludam In utraque enim oratione laudi vertit Choricius Marciano et Stephano, quod ecclesia illa Gazae aedificata est (B. p. 86,18 sqq.[2]) et G. p. 28,9 sq.); in utraque de muro Gazensi disserit (B 81,12 sq. et G. p. 27,1 sqq); in utraque commemorat dies festos, qui ecclesia Sergii perpolita atque confecta Gazae celebrati sunt (B. p. 100,7 sqq. et G. p. 29,6 sqq.).

Caput alterum.

Quo tempore Choricius orationem funebrem in Procopium magistrum[3]) composuerit.

Ut tempus orationis in Procopium Gazaeum habitae definiatur, quaerendum est, quo anno ille mortuus sit. Sed cum hic annus traditus non sit, videamus, num saltem satis accurate constitui possit, quando ille floruerit.

Inter Procopiana scripta exstat imperatoris Anastasii I. laudatio[4]), qui imaginem suam urbi Gazae donaverat.[5]) Postquam de imperatoris origine, moribus, virtutibus, educatione,

---

[1]) Cf. Graux p. 29 not. 14.

[2]) . . . περιέστηκε δὲ χορὸς ἀμφοτέρωθεν εὐσεβής. Ὁ δὲ τούτων ἄκρον ἐπέχων τὸ δεξιὸν πάντα μὲν ὢν βασιλικός, πρέπων δὲ συγγεγράφθαι θεοφιλεῖ καταλόγῳ καὶ τῶν πάλαι διακονησάντων θεῷ τὸν ἀρχηγέτην ὁμώνυμον ἔχειν, τά τε ἄλλα καὶ ὅτι τοὺς πολίτας ἐδωρήσατο τῷ νεῷ, συναγωνιστὴν ἐκ τῶν πόνων τὸν ἱερέα λαβών. Non dubito quin Choricii verba de Stephano intellegenda sint, Palaestinae archonte. Idem erat nomen primo ecclesiae Christianae diacono, ad quem Choricius allusisse videtur verbis τῶν πάλαι διακονησάντων θεῷ τὸν ἀρχηγέτην. Cf. B. Stark, Gaza und die philistäische Küste, Jena 1852 p. 627 extr. Contorte Boissonadius (p. 86 not. 5) hunc locum explicare voluit nomen viro fuisse Βασίλειον suspicans.

[3]) Ed. Fabricius, bibl. Gr. VIII p. 841 sq. et Boissonadius p. 1—24.

[4]) Ed. Villoison, anecd. Gr. II p. 28 sq.; rursus typis expressa est oratio in Corp. scriptt. hist. Byz. part. I (14) p. 489 sq.

[5]) Vill. p. 28; Corp. p. 490,8.

imperii initio verba fecit[1]), orator ad singulas res ab imperatore bene gestas se vertit. Commemorat expeditionem anno 498 adversus Arabes Scenitas susceptam;[2]) seditiones Isaurorum Solensiumque inde ab anno 492 usque ad annum 497 factas;[3]) chrysargyri quod dicitur vectigal anno 501 abolitum, quo antea vehementissime erant pressi operarii, agricolae, piscatores, mercatores, ipsae meretrices;[4]) ludos gladiatorios cruentos atque obscoenos anno 491 vetitos;[5]) beneficia Hierapolitanis, Caesariensibus, Alexandrinis tributa.[6]) Concludit autem hanc Anastasii meritorum enumerationem his verbis: τί δέ; τὸ μέγιστον καὶ κρεῖττον πάσης ἐννοίας τεῖχος ἐγειρόμενον ὑψηλόν τε καὶ μέγα δι' ὅλης ἐν μέρει τῆς Θρᾴκης ἀγόμενον ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἕλκεται ἀποκλεῖον τὴν ἔφοδον καὶ πᾶσαν πολεμίων ἀπωθούμενον προσβολήν. (Vill. p. 42; Corp. p. 510,7).

Itaque si nobis contingit, ut definiamus, quo anno ille murus, de quo Procopius dicit, exaedificatus sit, etiam constituere possumus, quando fere oratio illa conscripta sit. Complures autem viri docti illius panegyrici tempus statuere conati sunt. Starkius[7]) censuit orationem esse habitam, postquam seditiosi populi Isaurorum et Solensium superati sint remotumque chrysargyri vectigal, i. e. paulo post annum 498; Clintonus[8]) orationem demum post annum 507 posuit, quo murum exstructum esse putat; denique nuper Seitzius[9]) ad eundem finem pervenit atque Clintonus.

Annum vero exhibet Chronicon paschale solum:[10]) τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ λεγόμενον Ἀναστασιακόν (Corp.

[1]) Vill. p. 28; Corp. p. 489 sq.
[2]) Vill. p. 33; Corp. p. 496.16.
[3]) Vill. p. 35; Corp. p. 499,15.
[4]) Vill. p. 38; Corp. p. 504,3.
[5]) Vill. p. 40; Corp. p. 506,21.
[6]) Vill. p. 41; Corp. p. 508,3, 509,1. 12.
[7]) Gaza p. 637.
[8]) Fasti Romani II p. 325 not. s.
[9]) Die Schule von Gaza p. 9.
[10]) Mentionem solam iniecerunt muri Anastasiani multi scriptores, ut Procopius Caesariensis (de aedif. IV 9. Corp. Bonn. [20] p. 297, 23; bell. Pers. II 4. Corp. [18] p. 168,7; bell. Goth. III 40. Corp. [19] p. 456,17), Ioannes Zonaras (XIV 4, p. 265 Dind.), Ephraemius (vers. 1100; Corp. [41] p. 53), Nicephorus Patriarcha (ed. de Boor p. 50,9), Euagrius (III 38), Suidas (s. v. τεῖχος μακρόν).

Bonn. [16] p. 610,7). Neque dubium est quin, si textum traditum sequimur, verba τούτῳ τῷ ἔτει referre debeamus ad consulatum Anastasii imp. tertium et Venantii cuiusdam i. e. ad annum sextum et decimum regni Anastasiani. Murum igitur longum anno 507 exstructum testatur auctor chronici. Sed hoc testimonium accuratius examinandum est.

In chronico [1]) primum tempus indicatur: τκα' Ὀλυμπιάς. Ἰνδ. ιε'. ις' (i. e. annus sextus et decimus regni Anastasii). ὑπ. Ἀναστασίου Αὐγούστου τὸ γ' καὶ Βεναντίου; deinde narratur seditio quaedam circensis: Ἰουλιάνας τῆς ἐπιφανεστάτης πατρικίας ἔκραζον διὰ τὸν αὐτῆς ἄνδρα Ἀρεόβινδον βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ, καὶ ἔφυγεν ὁ Ἀρεόβινδος πέραν. καὶ λοιπὸν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἀνῆλθεν εἰς τὸ κάθισμα τοῦ Ἱππικοῦ δίχα διαδήματος. Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ πᾶς δῆμος ἀνῆλθεν εἰς τὸ Ἱππικὸν καὶ διὰ προσφωνήσεως αὐτοῦ μετεχειρίσατο τὸ πλῆθος τῆς πόλεως. Tum sequuntur verba: τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ τεῖχος.

Iam apud Marcellinum Comitem, qui Choricii fere tempore chronica scripsit, haec de quadam seditione circensi sunt: [2]) *Quapropter orthodoxorum agmina . . . in forum Constantini undique confluunt: quorum alii quidem . . . totam peragrant civitatem, et Anastasii Caesaris monastico habitu assentatores ferro flammisque interimunt: alii claves portarum omniaque signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt: ibique Anastasio Caesare in processibus degente Areobindam sibi imperatorem fieri clamitant. Imaginibus deinde statuisque Anastasii in terram deiectis Celerem et Patricium senatores . . . iactis pluviae instar lapidibus repulerunt. Domibus Marini et Pompeii succensis in circum ad Anastasium venientes et ante suum solium consistentes . . . e foro plurimi convenerunt . . . Hos cives idem Anastasius Caesar solitis periuriis simulatisque vocibus sese facturum cuncta promittens . . . sine ullo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare.*

Unicuique hanc Marcellini seditionis circensis narrationem contemplanti atque cum narratione Chronici paschalis comparanti manifestum esse debet utrumque idem narrare. Unus autem restat scrupulus: in Chronico paschali scriptum videmus

---

[1]) L. l. p. 609 extr. et 610 init.

[2]) Patrologiae cursus completus ed. Migne, series Latina tom. 51 p. 937 D—938 A.

hanc seditionem in consulatum Anastasii et Venantii i. e. in annum 507 cecidisse, per Marcellinum autem eandem seditionem esse factam accipimus Paulo et Musciano coss. i. e. anno 512. Verum haec dissensio tolli potest. Statuendum enim est cum Cangio [1]) post consulatum Anastasii et Venantii deesse in Chronici paschalis codice nonnullorum consulum nomina inde ab anno 508 usque ad annum 512. Hoc apparet ex consulum ordine Marcellini, qui illam lacunam non habet, comparato cum enumeratione consulum, quam Chronici paschalis auctor praebet:

Marcellinus Comes. (p. 935 sq.).	**Chron. paschale. (p. 609 sq.).**
504. Ind. XII. Cethego solo cos.	Ἰνδ. ιβʹ. ιγʹ. ὑπ. Κεθήγου μόνου.
505. „ XIII. Sabiniano et Theodoro.	„ ιγʹ. ιδʹ. Σαβινιανοῦ καὶ Θεοδώρου.
506. „ XIV. Areobinda et Messala.	„ ιδʹ. ιεʹ. Ἀρεοβίνδου καὶ Μεσσαλᾶ.
507. „ XV. Anastasio et Venantio.	„ ιεʹ. ιϛʹ. Ἀναστασίου καὶ Βεναντίου.
508. „ I. Celere et Venantio.	
509. „ II. Opportuno solo.	
510. „ III. Boetio solo.	
511. „ IV. Secundino et Felice.	
512. „ V. Paulo et Musciano.	
Sequitur seditionis circensis narratio.	Sequitur seditionis circensis narratio, deinde: τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ μακρὸν τεῖχος.
513. Ind. VI. Clementino et Probo.	
514. „ VII. Senatore solo.	
515. „ VIII. Anthemio et Florentio.	
516. „ IX. Petro solo.	
517. „ X. Anastasio et Agapito.	
518. „ XI. Magno solo.	Ἰνδ. αʹ. ιζʹ (!). ὑπ. Μάγνου μόνου.
Deinde: *Anastasius imp. subita morte praeventus . . . periit.*	Deinde: . . . ἀρρωστήσας ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἔκειτο.

Seditionis igitur circensis narratio ponenda est in chronico paschali post nomina consulum anni 512 Tum extemplo sequuntur verba τούτῳ τῷ ἔτει ἐκτίσθη τὸ μακρὸν τεῖχος. Ex quo

---

[1]) Vid. Chron. pasch. vol. II p. 442 (Corp. scriptt. hist. Byz. 17.)

apparet murum Anastasianum anno 512 exstructum, panegyricum autem Procopii Gazae, in quo hic murus commemoratur, post hunc annum compositum esse.

Sed etiam ante annum 515 haec laudatio conscripta esse debet. Hoc enim anno Ariadne imperatrix de vita decessit.[1]) Quam, cum oratio a Procopio haberetur, nondum fuisse mortuam ex eius de Anastasii uxore verbis intellegitur.[2]) Quae si tempore huius orationis iam mortem obiisset, non dubium est, quin rhetor, cum de ea diceret, mortis mentionem facturus fuerit.[3])

Ex his autem cum Procopium certe post annum 512 mortuum esse eluceat, fieri non potest quin Choricius orationem funebrem in eum post hunc annum habuerit.

Ad similem pauloque accuratiorem terminum pervenimus alia ratione. Choricius enim oratione funebri exeunte auget dicendo atque amplificat episcopum Gazaeum, quem, cum haec oratio haberetur, Marcianum fuisse negari vix potest. Marcianus autem munere episcopali functus est post Cyrillum, qui quidem anno 518 Gazae episcopus erat, cum „synodicis litteris Ioannis Patriarchae Hierosolymitani ad Ioannem Patriarcham Constantinopolitanum adversus Severum Antiochenum eiusque haeresis asseclas datis subscripserit.“[4]) Neque igitur dubitandi rationes exstant, quin Choricius orationem in Procopium Gazaeum post annum 518 confecerit. Denique Rohdius[5]) ex fragmentis μονῳδίας Ἀντιοχείας Procopianae probabile fecit post terrae motum anno 526 Antiochiae factum Procopium vita decessisse.

Iam si comparaverimus verba, quae Choricius in oratione funebri facit de balneo a Marciano episcopo exaedificato, τό τε λουτρὸν ἀνέῳκται διὰ σὲ τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς πόλεως ἀδεῶς φοιτᾶν

[1]) Cf. Muralt, essai de chronographie byzantine, St.-Pétersbourg 1855 p. 128. Seitz l. l. p. 9.

[2]) Vill. l. l. p 43. Bonn. corp. (14) p. 511,16: μίαν γάρ σοι σύνοικον πεποίησαι κοινωνὸν βίου καὶ βουλευμάτων, ἣν σοι μετὰ τῆς βασιλείας ἡ τύχη δεδώρηται. εἰ δέ τις ἄλλη καλή τισι δοκεῖ .... αὐτή σοι πάντως μετὰ τῆς Ἑλένης ἠγνόηται κ. τ. λ.

[3]) Cf. Seitz l. l. p. 9.

[4]) Vid. Gams, series episcoporum ecclesiae catholicae pag. 453; S. S. concilia . . . studio Labbei et Cossartii, tom. V pag. 191/2 E (Parisiis 1671); Le Quien, Oriens christianus, tom. III p. 618.

[5]) Cf. Seitz l. l. p. 10.

δυναμένοις (B. p. 23,17 sq.) cum eis, quae in panegyrico Aratii et Stephani sunt: ἀνοίξω τοῖς ἐνοικοῦσιν ἕτερον χειμῶνος ὥρᾳ λουτρόν (Graux p. 27,7 sq.), facere non poterimus, quin, cum utroque loco de urbe Gaza agatur, Carolo Graux assentiamur, qui ex hisce locis collatis suspicatus est epitaphium in Procopium ante panegyricum habitum esse, quo Aratius et Stephanus celebrati sunt.[1]) Atque cum idem vir doctissimus hunc esse conscriptum exeunte anno 535 vel ineunte 536 verisimillimum reddiderit (G. p. 2 sq. 9), illum ante annum 536 factum esse iudicemus necesse est. Complurium autem annorum intervallum statuendum esse mihi videtur inter duas illas orationes, ideo quod ante panegyricum Aratii Stephanique primam Marciani laudationem compositam, ante hanc laudationem ecclesiam Sergii sacram munitionesque Gazenses exstructas, demum ante has orationem funebrem ponendam esse primo capite apparuit.

Quae cum ita sint, effectum puto, ut Choricius orationem in Procopium magistrum post annum 526, nonnullis autem annis ante 536 composuerit.[2])

Caput tertium.

Quando Choricius alterum in Marcianum, episcopum Gazae, conscripserit panegyricum.[3])

Non modo post Marciani laudationem, qua ecclesia descripta est Sergii sacra, sed etiam post panegyricum in Aratium et Stephanum habitum composuisse Choricium alteram in Marcianum, episcopum Gazae, orationem ex eo concludi posse mihi videtur, quod, cum illas conscriberet orationes, nondum compererat quicquam de altera ecclesia S. Stephani sacra[4]) Gazae vel aedificanda vel aedificata. Nam si iam tum huius quoque ecclesiae fuisset gnarus, certe huius Marciani meriti in prima oratione non esset oblitus neque in Stephano celebrando hanc silentio praeteriisset, cum verba faceret de ecclesia priore a Marciano exstructa.[5]) Accedit quod ipse alludit ad

[1]) Graux p. 27 not. 16.

[2]) Rohdius orationem anno fere 528, certe post 526 scriptam esse censet. Cf. Seitz l. l. p. 21.

[3]) Primum ed. Boissonadius p. 105—125.

[4]) B. p. 107,2.

[5]) Cf. Graux p. 27,3; 28,9 sq.

eas orationes, in quibus Marciani merita commemoravit. Cum enim dicit: ἤδη μὲν ἔνια τῶν ὑμετέρων (sc. Marciani) ἐν προτέροις ἡμῶν εἴρηται λόγοις, καὶ δὶς δέ τοι καὶ τρὶς καλόν φασιν εἶναι τὸ καλὰ λέγειν (Boiss. p. 111,6 sqq.), haec verba referri non possunt nisi ad orationes in Marcianum, in Aratium Stephanumque,[1]) in Procopium[2]) habitas, quibus episcopus ille laudibus extollebatur. Orationem igitur in Marcianum alteram habitam voluerim post annum 535 p. Chr. n. Quod si ita se habet, verbis insequentibus quibus de illuminatione Gazae facta disserit (B. p. 122) Τί οὖν λέγει τὰ γράμματα; εἰς πολιάν, φησίν, ἀφίκοιτο βασιλεύς, μακρὸν τῇ κρατούσῃ γένοιτο γῆρας, τῶν αὐτῶν εἴη τὸν ἱερέα τυχεῖν[3]), Iustiniani imperatoris eiusque coniugis Theodorae senectutem exoptasse Choricium elucet. Sequitur, ut Marciani laudatio altera Iustiniano et Theodora vivis composita sit, i. e. ante diem XXVIII. mensis Iunii anni 548, quo imperatricem illam de vita decessisse constat.[4])

Alteram autem si ingressi erimus viam, ad terminum etiam accuratiorem perveniemus. In bibliotheca enim Coisliniana[5]) exstat scriptum quoddam Barsanuphii monachi et anachoretae,[6]) qui cum Euagrius scholasticus historiam ecclesiasticam ad finem perduceret anno 593 p. Chr. n.[7]), per annos quinquaginta pluresque nulli unquam homini conspicuus[8]) factus erat, ut libellum ante annum 543 conscriptum esse nemini non sit manifestum. Iam cum Barsanuphium scriptum illud Aureliano sedem episcopalem Gazae tenente composuisse ex titulo libelli intellegatur, quominus coniciamus Aurelianum certe anno 542 (vel circiter a. 540) in cathedra sedisse nihil obstat. Quam si argumentandi sequimur rationem Lequienii v. d.[9]), concludere possumus

---

1) Graux p. 28,10 sqq.
2) Boiss. p. 23 sq.
3) B. p. 122,5 sqq.
4) Cf Muralt l. l. p. 193.
5) Montfaucon, bibl. Coisl. cod. 281 fol. 186 p. 394 sqq.
6) Inscribitur hic libellus: Διδασκαλία τοῦ ἁγίου Βαρσανουφίου ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ ἐπισκόπου Γάζης περὶ τῶν Ὠριγένους, Εὐαγρίου καὶ Διδύμου φρονημάτων.
7) Cf. Krumbacher, Gesch. d. byzant. Litteratur p. 53; Migne, Patrol. Gr. tom. 86,1 p 887 sqq.
8) Cf. Euagr. hist. eccl. IV,33. Migne, Ptar. Gr. tom. 86,2 p. 276,4.
9) Le Quien, Oriens christ. III p. 619.

orationem, qua S. Stephani ecclesiae continetur descriptio, cum in ea Marciani, episcopi Gazae, laudes praedicentur, ante annum 542 conscriptam esse.

Caput quartum.

Quo tempore Choricius epitaphium in Mariam, Marciani matrem[1]), scripserit.

Si codicem Matritensem 101 sequimur, quo lemma hoc traditur[2]): ἐπιτάφιος ἐπὶ Μαρίᾳ μητρὶ Μαρκιανοῦ Γάζης ἐπισκόπου καὶ Ἀναστασίου Ἐλευθερουπόλεως ἐπισκόπου, hanc orationem conscriptam esse suspicari possumus eo tempore, quo munere episcopi Gazaei Marcianus, Eleutheropolitani Anastasius fungebatur. Atque hoc confirmari mihi videtur ipsis verbis Choricianis οἱ μὲν οὖν τῶν ἀρρένων, ἑκάτερος τῆς ἡλικίας ἔχοντες ἄκρον, ἴσοι τε ταῖς πράξεσιν ὄντες, ἴσοι δικαίως εἰσὶ καὶ ταῖς ἀμοιβαῖς, ἄμφω τῷ καλλίστῳ τῶν ὄντων, ἱερωσύνῃ τετιμημένοι, τῶν μὲν πρὸ τοῦ σχήματος ἔργων ταύτην προξενησάντων αὐτοῖς τὴν τιμήν, τῶν δὲ μετ' αὐτήν (Matr. μετὰ ταύτην), ἐπεὶ (ἐπεὶ δὴ M.) μεῖζον (Matr. μείζων) οὐκ ἦν, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς (τῆς αὐτῆς M.) φυλαττόντων (B. p. 40,7 sqq.). Vocabulum enim ἱερωσύνη hoc loco significare puto episcopale munus, quo nullum potuerunt maius illi attingere. Similem in modum dicit Choricius duobus aliis locis de Marciano episcopo: τῷ τὴν ἱερωσύνην λαχόντι (Boiss. p. 85,5 et p. 115,1).

Itaque cum anno 518 Cyrillus Gazae episcopus (cf. p. 12), Gregorius autem esset episcopus Eleutheropolitanus[3]), clarum est epitaphium in Mariam post annum 518 scriptum esse.

Unum autem est mirum, quod Choricius, quamquam de Marciano episcopo disserit, tamen nullum eius erga Gazaeos meritorum commemorat, ut occasione data facere solet.[4]) Hoc vero ita mihi videtur posse explicari, ut Marcianum illum quidem coniectemus ad cathedram episcopalem pervenisse, sed tum, cum haec oratio scribebatur, nondum splendidis aedificati-

---

[1]) Ed. Villoisonus l. l. II p. 21; Boiss. p. 37—48.

[2]) Cf. F. ind. I,7 l. 9.

[3]) S. S. concilia . . . stud. Labbei t. V p. 191/2 B; Le Quien, l. l. III p. 640.

[4]) Cf. p. 14.

onibus aut aliis Gazae egregie rebus gestis innotuisse aut gloriam sibi comparavisse. Itaque nihil relinquitur nisi ut, cum Choricius primum in oratione in Procopium habita Marciano propter illas laudem tribuerit, epitaphium in Marciani matrem ante Procopii laudationem compositum esse suspicemur.

Caput quintum.

Quando confecta sit Summi laudatio.[1])

Nonnullae a Summo, duce Palaestinae[2]), res bene gestae in hac laudatione commemorantur. Neque enim modo audimus terrae quodam motu totam concidisse urbem Antiochenorum anno 528[3]), sed etiam Summum, cum incolas in urbe rursus aedificanda opera et consilio optime adiuvisset, ab imperatore ducem Palaestinae esse appellatum.[4]) Quo autem tempore Summus hoc ducis munere functus sit, etsi Choricius non dicit, tamen ex indiciis quibusdam fere concludere possumus.

Anno enim 529 fere medio gens Samaritarum rebellione facta in Palaestinam provinciam invasit Iuliano duce, qui ab illis rex proclamatus erat.[5]) Iustinianus autem imperator, cum rebellionis nuntius esset allatus auxiliumque petitum a Theodoro, duce Palaestinae, copias in Palaestinam mitti iussit, quae seditionem opprimerent. Et oppresserunt ducibus Theodoro et Ioanne quodam. Haec omnia ipso anno 529 evenisse verisimile mihi videtur. Paulo autem post Theodoro, quia eum imperator non satis strenuum fuisse in Samaritis reprimendis existimabat, ducis munere se abdicare coacto Irenaeus quidam successit. Ipse quoque cum Samaritis, qui in montes aufugerant

[1]) Ed. Fabricius, bibl. Gr. t. VIII p. 863 sqq.; Boiss. p. 25—36.

[2]) Cf. Carolus Graux l. l. p. 4 not. 2.

[3]) Cf. K. O. Müller, Ant. Antioch. p. 16. — Theophanes Confessor (ed. de Boor p. 177,22) memoriae tradidit hunc terrae motum, post quem urbs Antiochia imperatoris Iustiniani opibus restituta Theopolis nominata est, die XXIX. mensis Novembris a. 528 accidisse (vid. Boiss. p. 26,19 sqq.).

[4]) Boiss. p. 27,17 sqq.; 28,12 sqq.

[5]) Cf. Theoph. (ed. de Boor) p. 178,22—27; Malal. lib. XVIII p. 445—447 (Migne, Patr. Gr. tom. 97); Chron. pasch. (Corp. Bonn. 16) vol. I p. 619,13 sqq.; Cyrill. Scythopolit., vita S. Sabae c. 70 (in J. B. Cotelerii ecclesiae Graecae monumentis, t. III p. 339 sq.); Procop. hist. arcan. c. 11. 18 (Corp. Bonn. 20 p. 75,14 sqq.; 110,22).

atque agros prope sitos vastabant, manus conseruit.[1]) Et in huius ducis locum Summum successisse verisimillimum est, quippe qui post terrae illum motum Antiochenum, quem supra commemoravi, ab Iustiniano Palaestinae dux factus esset. Ante incursionem autem Samaritarum anno 529 medio susceptam hoc munus iniisse Summum statui non potest, propterea quod ex ipsis verbis Choricianis apparet eum cum Samaritis congressum esse, postquam alius antea dux Palaestinae contra eos bellare conatus est.[2]) Itaque cum nesciamus, quando Irenaeus munere se abdicaverit, Summum eodem anno atque Irenaeum (i. e. post 529) in munus ducis intravisse affirmare nobis licet. Ex scriptorum enim testimoniis novimus seditionem Samaritarum anno 529 medio ortam, deinde milites ab Iustiniano auxilio missos, tum Samaritas victos, postremo Theodorum dimissum esse. Quae facta minimum annum 529 complevisse manifestum est. Sed etiam factum esse potest, ut Summus anno demum 531 vel paulo post officia ducis Palaestinae exsequi coeperit. Pro certo autem habeo Summum praefectum fuisse Palaestinae provinciae ante annum 532. Summo enim Choricius laudi vertit, quod auctor fuerit universae pacis libertatisque, cum dicit ἐντεῦθεν οἱ δυσμενεῖς ἠρεμεῖν ἠναγκάζοντο, ἄνδρες σοβαροὶ καὶ φιλοκίνδυνοι καὶ μισοῦντες τὴν ἡσυχίαν, καὶ προῆλθε ταῖς πόλεσιν ἐλευθερία σαφὴς ἐξ ἀφορήτου δουλείας (B. p. 28,18 sqq.) et alio loco verba facere pergit οὐ τοίνυν μόνον τῆς τῶν πολέμων ἀπαλλαγῆς ἔχουσί σοι χάριν αἱ πόλεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν εἰρήνῃ τερπνῶν. Οὐ γάρ ἐστι γλυκεῖαν ἄγειν εἰρήνην ἐν ὑποψίᾳ πολέμου (Boiss. p. 31,11 sqq.). Pacem autem hanc de qua mentionem facit fuisse eandem, quam inter Chosroem, regem Persarum, atque imperatorem Iustinianum convenisse historiae fide comprobatur anno 532 p. Chr. n.[3]), vix quisquam negare poterit.

Ex eis autem, quae adhuc explicare studui, colligi potest Choricium Summi laudationem vel anno 532 vel postea conscripsisse.

---

[1]) Cf. locos, quos modo attuli.

[2]) Boiss. p. 30,16 sqq. — Choricius Samaritarum quidem nomen non appellat, sed ex tota narratione praesertim cum alio loco (Graux p. 14 sq.) comparata elucet eum de horum seditionibus (vid. Graux l. l. not. 1) disserere.

[3]) Procop. bell. Pers. I, 22; cf. Muralt et Clinton l. l. ad hunc annum.

Sed etiam posterioris cuiusdam facti in oratione Summum celebrante ratio habetur. Dicit enim Choricius: Οὕτω τὰ Παλαιστινῶν πράγματα παραδέδωκας τοῖς τὴν αὐτὴν μετὰ σὲ (sc. Σοῦμμον) παρειληφόσιν ἀρχήν. Οἱ δὲ τοιούτων αὐτοῖς ὑπαρχόντων παραδειγμάτων, ἕως μὲν τοῖς ὑμετέροις ἴχνεσιν εἵποντο, τῶν ὑπηκόων ἀμέμπτως ἐκράτουν· ἐπεὶ δὲ τὰ πάντα σε μιμεῖσθαι πειρώμενοι λειπομένην εὗρον τῆς προθυμίας τὴν δύναμιν ... τότε σοῦ τῶν ἰχνῶν ἔξω πλανώμενοι ... τὰ τῶν ἀρχομένων ἴθυνον πράγματα .... τὸ δὲ τοὺς ὕστερον ἄρξαντας ἀπολείπεσθαι δείκνυσιν εἰς πᾶσαν ὑμᾶς νικῶντας παράθεσιν κ.τ.λ. (B. p. 29,3 sqq.). Ex his verbis patet Choricio, cum hanc laudationem scriberet, si non complurium, at certe unius Summi ducis successoris facta fuisse nota.[1]) Quemquam autem ante pacem anno 532 compositam in Summi locum successisse negari necesse est. Itaque suspicari debemus Aratium, qui quidem Summi successor fuit, munus ducis Palaestinae iniisse anno demum 532.[2]) Ad Aratium igitur illa verba, quae supra attuli, videntur spectare.

Quae cum ita sint, non dubito contendere Theodoro, qui erat dux a. 529, Irenaeum a. 530, Irenaeo Summum aut eodem anno aut postea, Summo autem Aratium haud ante annum 532 successisse, omnes cum Samaritis proelia fecisse,[3]) omnium Choricio, cum Summi laudationem scriberet, facta innotuisse.

Firmis autem argumentis doceri potest Choricium, cum Summum oratione celebraret, Aratii, ducis Palaestinae, factorum haud ignarum fuisse. Nam si in dialexi, quae praemissa est laudationi Aratii Stephanique, dicit: ἡ διάλεξις νῦν πρῶτον ἀρχικὸν τολμήσασα θέατρον τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσι τῆς παρρησίας (Boiss. p. 126,4) atque laudationem ipsam nominat ἐπίδειξιν πρώτην (Graux l. l. p. 11,12 et not. 6), cum Carolo Graux concludendum est orationem ipsam primam fuisse Chorícianam laudationem virorum reipublicae aut exercitui praepositorum, Summi autem laudationem post illam i. e. post annum 535 ponendam. Hinc efficitur, ut

[1]) Usurpat quidem numerum pluralem (τοῖς τὴν αὐτὴν μετὰ σὲ παρειληφόσιν ἀρχήν), sed cum etiam a scriptoribus illorum temporum pro singulari saepissime adhiberi numerum pluralem possit comprobari, de uno successore eum dicere voluisse nihil impedit quominus statuatur.

[2]) Carolus Graux, qui Aratii vitam copiosius persecutus est, eodem fere anno Aratium ducis imperium suscepisse coniectavit (l. l. p. 6).

[3]) Aratium quoque cum Samaritis congressum esse Choricius narrat (vid. Graux p. 14 sqq).

Choricius tempore panegyrici in Summum habiti res ab Aratio gestas haud ignoraverit. Neque vero solum post Aratiana Choricio nota aut laudationem illius, sed etiam posteaquam Aratius ducis imperio functus est, Choricium in Summum composuisse orationem equidem censeo, propterea quod in hac (Boiss. p. 29, 3—20) liberrime reprehendit Summi successorem, quem Aratium fuisse vidimus. Quoniam autem nescimus, quo anno Aratius ab imperio Palaestinae recesserit, sed unum accepimus eum anno 539 medio in Italia moratum esse,[1]) mihi quidem non contigit, ut etiam accuratius definirem, post quem annum Summi panegyricus esset collocandus. Quem confectum esse ante annum 538 coniecerim. Nam si tempora annum 536 insequentia pervestigamus, memoriae traditum esse invenimus urbem Antiochiam anno 540 p. Chr. n. a Chosroe, rege Persarum, deletam esse.[2]) Choricius autem, quamquam satis copiose de Antiochia terrae motu vastata disserit et Summi in urbe restituenda merita laudat, nihil de hoc novo Antiochenorum malo dicit. Hoc autem eo solum nos posse interpretari credo, quod novae Persarum incursionis, cum orationem in Summum haberet, ignarus fuerit. Mihi enim persuasum est, si quid de illo anni 540 facto tum scivisset, non modo id commemoraturum eum fuisse, sed etiam vehementissime lamentaturum, quod urbs Antiochenorum Summi opera auxilioque ad pristinam pulchritudinem exornata denuo diruta atque destructa esset.[3]) —

Caput sextum.

Quando Choricius orationem in Iustiniani imperatoris Brumalia habuerit.[4])

In hac oratione satis multae res exstant, e quibus concludi possit, post quem annum habita sit.

Ac primum quidem Iustiniano et Theodora vivis hanc dialexin esse conscriptam manifestum est, „quoniam non modo verba

---

[1]) Cf. Graux p. 8 sq.

[2]) Procop. bell. Pers. II, 8; cf. Muralt, essai de chronographie byzant. p. 180.

[3]) Hic a Rohdii sententia recedo, qui quidem apud Seitzium l. l. p. 21 verisimile esse contendit orationem in Summum post annum 540 esse habitam.

[4]) Primum ed. Foerster, ind. II p. 3—5.

tituli τὰ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ Βρουμάλια [1]) hoc explicant, sed etiam rhetor litteris initialibus nominum Ἰουστινιανὸς et Θεοδώρα ludit (cf. § 9 sq.)".[2]) Et quoniam diserte dicit ἔπρεπε δέ οἱ (sc. Ἰουστινιανῷ)ἄρα, ὡς ἔοικε, μηδὲ ἐν τοῖς γράμμασι διεστάναι τῆς συνοικούσης (F. ind. II 5,6), manifestum fit orationem compositam esse, postquam Iustinianus Theodoram in matrimonium duxerit, i. e. post annum 524.[3]) Deinde cum in hac oratione Iustinianus dicatur βασιλεύς compluribus locis (cf. tit.; F. ind. II 4,17; 5,3. 5), declamationem confectam necesse est post diem II mensis Augusti anni 527, quo Iustinianus regnum iniit.[4])

Probabile autem fit post annum 532[5]) orationem habitam esse verbis insequentibus non neglectis: ταχέως ὁ τοῦ χοροῦ κορυφαῖος Σοῦμμος ἐφάνη χρυσίου πληγαῖς ἄτρωτος ὢν προαγαγών τε ἡμῖν ὀψέ ποτε εἰς φῶς τὴν Εἰρήνην πάλαι δειμαίνουσαν καὶ οὐδ' ἐν ἐλάττονι δέει συνεχομένην ἢ ὅτε αὐτὴν εἰς Διονύσου προήγαγεν ἡ κωμῳδία (F. ind. II 5,11 sq.), quibus rhetor pacem a Iustiniano cum Chosroe anno 532 factam (cf. p. 17 et not. 3) significare videtur.

Certe oratio conscripta est ante mortem Theodorae imperatricis, i. e. ante diem XXVIII mensis Iunii anni 548. Nam conferas verba ἔπρεπε δέ οἱ ἄρα, ὡς ἔοικε, μηδὲ ἐν τοῖς γράμμασι διεστάναι τῆς συνοικούσης, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐν τούτοις ἐμφαίνει, ὡς μία τε καὶ κοινὴ πρὸς ἀλλήλους ἀμφοῖν ἁρμονία (F. ind. II 5,6 sq.).

Verisimillimum autem est orationem nonnullis annis ante Theodorae mortem ponendam esse. Nam ex eo, quod rhetor gaudio pacis tandem conciliatae perfunditur (F. ind. II 5,11 sq.), concludere possumus eum illud bellum anno 540 rursus exortum (Procop. bell. Pers. II 5 sqq.)[6]) nondum novisse atque ne cometae quidem illius facta insequentium annorum nuntiantis (cf. Procop. ibid. II 4) gnarum fuisse.

---

[1]) Cf. F. ind. I p. 7 l. 36 sq.
[2]) Foerster ind. II 6, init.
[3]) Cf. Muralt l. l. p. 137.
[4]) Cf. Muralt ibid. p. 142.
[5]) Vel fortasse ipso anno 532.
[6]) Cf. p. 19.

Caput septimum.

Quo tempore conscripta sit Choricii pro mimis declamatio.[1])

Cum in nulla orationum declamationumque quae exstant ad eam, in qua Choricius mimorum patronus exstitit, alludatur, nihil relinquitur nisi ut hanc orationem ipsam perscrutemur, num quid inveniatur, quo quando fere sit composita, possit stabiliri.

Ac primum est inter Choricium et Procopium Caesariensem dissensio, quae verbis utriusque collatis optime cognosci possit:

Choricius (Graux p. 52 sq. § VIII 1—6):

.... εἰ πρὸς εὐκοσμίαν ἐπίβουλον ἦν (sc. τὸ μίμων πρᾶγμα) ... οὐ πόλει βασιλευούσῃ περισπούδαστον ἦν. Ἐκείνῃ γὰρ ὅσους τῶν μίμων αὐτῇ διαπρέπειν ἡ φήμη κηρύττει, κἂν πόρρω που τύχωσιν ὄντες, πρὸς ἑαυτὴν ἐφέλκεται καὶ καλεῖ ..... οὐδὲ βασιλεὺς γὰρ ἀποδοκιμάζει τὴν θέαν, ἀλλὰ .... ἡδίω τὴν εὐωχίαν ἡγεῖται θεάματι γίνεσθαι μίμων. Τοιγαροῦν τελεῖται μὲν ἐν βασιλείοις, πάρεστι δὲ τὸ βασιλικὸν ἅπαν συνέδριον, προκαθημένου τοῦ τὰ σκῆπτρα λαχόντος. Μισθὸν δὲ τῆς θυμηδίας αὐτοῖς βασιλεὺς νέμει φιλοτιμίας ἐκείνῳ πρεπούσας.

Procopius hist. arcan. c. 26:

Ὅντινα δὲ τρόπον τῶν πόλεων τοὺς κόσμους καὶ τὰ ἐγκαλλωπίσματα πάντα ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ πόλει ἑκάστῃ καθελεῖν ἴσχυσεν αὐτίκα ἐροῦμεν. Sequuntur nonnulla Iustiniani imperii initio facta. Deinde dicere pergit Procopius: οὔτε .... οὔτε τις ἦν ἄλλη παραψυχὴ τοῖς ταύτας (sc. πόλεις) οἰκοῦσι· τά τε γὰρ θέατρα καὶ ἱππόδρομοι καὶ κυνηγέσια ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἅπαντα ἤργει, οὗ δὴ οἱ τὴν γυναῖκα τετέχθαι τε καὶ τετράφθαι καὶ πεπαιδεῦσθαι ξυνέβαινεν· ὕστερον δὲ ταῦτα δὴ ἀργεῖν ἐν Βυζαντίῳ ἐκέλευσε τὰ θεάματα·

Cum igitur Choricius in oratione pro mimis habita hos in capite imperii gratissimos et in summo imperatoris favore fuisse narret, Procopius Caesariensis memoriae tradit Iustiniani iussu Byzantii iacere theatra. Sequitur, ut orationem pro mimis confectam esse concludamus vel ante vel sub initium regni Iustiniani.[2]) Quae dubitatio tolli posse mihi videtur. Apud Ioannem enim Malalam scriptum videmus hoc: καὶ ἐπήρθησαν τὰ θεώρια καὶ οἱ ὀρχησταὶ ἐκ τῆς Ἀνατολῆς καὶ πάντες ἐξωρίσθησαν δίχα μέντοι τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἴγυπτον (chron. lib.

[1]) Primum ed. Carolus Graux l. l. p. 39—77.

[2]) Vid. Graux l. l. p. 53 not. 10.

XVII Migne, Patr. Gr. tom. 97 p. 416/7). Toto igitur Oriente una excepta Alexandria theatra esse sublata Malalas narrat. Sublata autem sunt, si verba huius scriptoris sequimur, postquam Theodotus quidam Veneta factione oppressa in exsilium eiectus est anno 525 p. Chr. n.[1]) Ante diem autem II mensis Augusti a. 527[2]) esse clausa theatra ex verbis Procopii Caesariensis effici posse mihi videtur, qui quidem, postquam de advocatis, medicis, philosophis regno Iustiniani ineunte oppressis verba fecit, dicere pergit τά τε γὰρ θέατρα ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἅπαντα ἤργει, ... ὕστερον δὲ ... ἀργεῖν ἐν Βυζαντίῳ ἐκέλευσε τὰ θεάματα.[3])

Ex his concludere possumus mimos esse vetitos fere anno 526. Orationem autem pro mimis vel hoc ipso anno vel ante eum conscriptum esse concludamus necesse est. Choricium enim ignoravisse tempore declamationis edictum imperatoris apparet locis, quibus in diversis Orientis regionibus, Gazaë, Caesareae, in Phoenice spectacula florere et placere dicit (cf. Graux p. 50,12 sqq.; 61,24 sqq.; 65,2 sq.).[4])

Caput octavum.

Quando declamationes *Φιλάργυρος* et *Ἀριστεὺς νέος* scriptae sint.

Priusquam huius quaestionis finem faciam, addere mihi liceat declamationes adhuc ineditas, quarum prior inscripta est

[1]) Cfr. Muralt l. l. p. 138; I. Haury, Procopiana, Augsburg 1890/1 p. 13.

[2]) Cf. p. 20.

[3]) Procop. hist. arcan. c. 26; cf. p. 21.

[4]) Sathas l. l. p. τμ' hanc orationem habitam esse existimat Anastasio imperatore (491—518) regnante. Dicit enim vir doctus haec: Ὁ Φώτιος πιθανῶς ἀγνοῶν τὴν πραγματείαν ταύτην κρίνει ἐκ τῶν ἄλλων λόγων τοῦ Χορικίου, ὅτι οὗτος ἤκμασε ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ· καὶ πιθανῶς μὲν ὅτι τότε ὁ Γαζαῖος σοφιστὴς εἶχε φθάσει εἰς τὸν κολοφῶνα τῆς φήμης αὐτοῦ, οὐδὲν δὲ ὅμως κωλύει νὰ ὑποθέσωμεν ὅτι ὁ νεαρὸς μαθητὴς τοῦ Προκοπίου ἐνεκαινίασε τὸ δικηγορικὸν στάδιον αὐτοῦ διὰ τῆς ὑπὲρ τῶν μίμων ἀπολογίας γραφείσης περὶ τὰ τέλη τῆς βασιλείας τοῦ Ἀναστασίου, ὅτε πραγματικῶς τὰ θέατρα ἤκμαζον, ὡς δηλοῦται καὶ ἐξ αὐτοῦ λόγου, τοιαύτην δὲ ἀκμὴν δὲν δυνάμεθα νὰ παραδεχθῶμεν καὶ ἐπὶ τοῦ διαδόχου τοῦ Ἀναστασίου, Ἰουστίνου, ὅστις ἐδίωξε τὴν σκηνήν. Sane nihil obstat, quominus Anastasio regnante orationem esse compositam suspicemur, sed parum id certum esse censeo, quoniam Iustinum demum exeunte imperio graviter in mimos statuisse novimus.

φιλάργυρος (cod. Matr. N. 101 fol. 1r) atque invenitur in hoc codice in foliis 75v usque ad 80v et 65r usque ad 71v, altera inscripta est Ἀριστεὺς νέος atque continetur eiusdem codicis foliis 81r usque ad 88v et 73r usque ad 74v, conscriptas esse eodem fere tempore, cum rhetor esset adulescens. Locos qui huc spectant, affero ex apographo Foersteri: f. 75r ἐμοὶ δὲ .. Ἀθηνᾶ τε ἐπιζητητέα καὶ ἡ τῆς θεοῦ ῥάβδος, ἣ τὴν Ὀδυσσέως ἰδέαν τρέπει πολλάκις ἐκείνη, ἵνα με πρεσβύτην ὑποδείξειε νῦν, ὅτε τοιαύτην ἥκω ζηλώσων ὑμῖν ἡλικίαν ...... εἴπερ οὖν ἐκεῖνον (sc. τὸν γέροντα, τὸν φιλάργυρον) ἔχετε κατὰ νοῦν, οὗτός ἐστιν ἡ παροῦσα μελέτη, ὥστε μοι .. γήρως ἔδει τὰ νῦν. Haec de avari senis declamatione in dialexi inedita. De altera autem declamatione Ἀριστεὺς νέος inscripta haec disserit in theoria inedita: fol. 81v τὸν μὲν οὖν πατέρα πρεσβύταις ἅμα καὶ φιλαργύροις ὑπόθεσιν ὡς ὁμοτρόποις αὐτῷ παραπέμπομαι, ἐγὼ δὲ μελέτην εἰκότως τὸν νέον ἐποιησάμην· ἥλικα γὰρ δὴ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα. Declamationem vero Ἀριστεὺς νέος inscriptam ante avari patris orationem compositam esse apparet et verbis, quae modo attuli τὸν πατέρα ... πρεσβύταις ... παραπέμπομαι, ἐγὼ δὲ μελέτην ... τὸν νέον ἐποιησάμην, et dialexi patris avari declamationi praemissa fol. 75v δεινὸν ... ἐφάνη τῷ μὲν ἐκείνου (sc. patris avari) παιδὶ νέῳ .... ἡμέρας φιλοτιμήσασθαι δύο, τὸν πρεσβύτην δὲ ἀπαιτεῖν ὅλον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὸ στάδιον διανύσαι et denique alia dialexi inedita fol. 75r εἰ τοσαύτην εὔνοιαν ἀπονέμοιτε τῷ πρεσβύτῃ, ὅσην αὐτοῦ πρῴην ἐδώκατε τῷ παιδί· ὡς ἔμοιγε, ὦ φιλότης, ἄτοπον ἔδοξεν εἶναι ὑπὲρ νέου .... ἀγωνισάμενον ἄνδρα γεγηρακότα περιιδεῖν.

Reliquum est, ut summam faciam quaestionis huius chronologicae in unoque ponam conspectu ordinem earum orationum, quarum tempus aliqua ex parte definiri possit:

	Iuvenis fortis et avari patris declamationes.
Post 518	Epitaph. in Mariam.
Ante 526	Oratio pro mimis habita.
Post 526	Orat. funebr. in Procopium.
Ante 536	Laudatio Marciani prima.
Post 532, ante 539	Dialexis in Brumalia facta.
535/6	Laudatio Aratii et Stephani.

Post 535/6, ante 540	Laudatio Summi.
Post 535/6, ante 542	Laudatio Marciani altera.

In ceteris Choricii orationibus et declamationibus, quae inscribuntur ἐπιθαλάμιος εἰς Ζαχαρίαν ἕνα τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν ὄντα, ἐπιθαλάμιος εἰς Προκόπιον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἠλίαν φοιτητὰς ὄντας αὐτοῦ, Λυδοί, Μιλτιάδης, Πολυδάμας, Πρίαμος, Τυραννοκτόνος, Παιδοκτόνος, Πάτροκλος [1]), Ἀριστεύς, Σπαρτιάτης, nulla indagavi indicia, ex quibus, quando compositae essent, colligi posset.

[1]) Haec declamatio contra Seitzium (l. l. p. 22) Choricio attribuenda est. Nam, ut Foerster mecum communicavit, exstat in cod. Matr. 101 fol. 174r usque ad 175r dialexis ad illam declamationem pertinens, neque tales dialexes e more Libanii sunt.

Pars altera.

De hiatu in Choricii orationibus.

Choricium osorem fuisse hiatus primus, quod sciam, Sintenis[1]) obiter dixit; deinde Hermannus de Rohden[2]) eum illius disciplinae participem fuisse censuit, quae ut hiatum fugeret quam maxime operam dabat; tum Carolus Graux[3]) non modo studium sophistae hiatus vitandi cum Demosthenico comparavit, sed etiam e duabus illis quas primus edidit orationibus omnes fere hiatus contra codicis Matritensis auctoritatem silentio removit; postremo Riccardus Foerster v. d. illorum sententias labefactavit, cum exemplis e Choricio sumptis hiatum haud ita summo cum studio ab eo evitatum esse comprobavit[4]).

Duabus autem de causis, quatenus hiatus in Choricii orationibus genuinis admissus vel vitatus sit, nunc denuo quaestionem copiosius instituere haud supervacaneum existimavi aut opera indignum: primum quod inter omnes constat, quantum hiatus quaestio ad opera scriptorum genuina a subditiciis discernenda valeat, — et quantam vim habeat in nonnullis scriptiunculis, quae nunc sub eius nomine circumferuntur, ab eo abiudicandis, quarto commentationis capite a me demonstrabitur; deinde quod Foerster eas tantum respexit declamationes, quae tum editae erant.

Primum autem argumentis evicturus sum in Choricii orationibus re vera apparere hiatus evitandi studium; deinde certas leges constituere conabor, quas quin rhetor secutus sit dubitari non posse mihi videtur.

De industria eum hiatum evitavisse tribus potissimum argumentis confirmatur: hiatuum in nonnullis orationibus raritate,

---

[1]) Herm. I (1866) p. 69.

[2]) Rohden, de mundi miraculis, Bonnae 1875 p. 41.

[3]) Graux l. l. p. 9 extr; cf. F. Herm. p. 207 not. 2.

[4]) F. Herm. p. 207 sq..

verborum collocatione, locis imitatione veterum scriptorum expressis.

Nam si Choricii in Procopium epitaphium contemplamur, locis sex et quadraginta hiatus invenimus: quindecim post καί [1]), sex post articuli formas [2]), ternis post δέ et τέ [3]), quinque post τί (cum particulis ἄν et οὖν coniunctum) [4]), sex post ἀ [5]), quattuor post ε [6]), duobus post ο [7]) vocales accentu carentes. Duo occurrunt hiatus illegitimi: Πυλίου ἐκεῖνος (B. 8,15) — sed cod. Matritensis praebet Πυλίου πεποίηται — et εὖ ἔχειν (B. 17,12). In aliis orationibus (in Mariam etc.) haec hiatuum raritas etiam manifestior est.

Deinde si scriptum videmus ἔχειν αὐτοῦ προσήκει τὸ μνῆμα (B. 5,18), vel εἰ δὲ δή τι κἀμοὶ λόγου πρόσεστιν ἄξιον (B. 21,19), vel εἰ τοίνυν ἐρασθεῖσα τοῦ τῆς πόλεως ἔτυχε στρατηγοῦ (fol. 185ʳ cod. Matr.), vel γάμου ψευδεῖ κουφίσας αὐτὴν ὑποσχέσει (fol. 185ʳ), facere non possumus quin confiteamur Choricium his locis illa verborum collocatione esse usum, ut hiatum effugeret.

Argumentum denique non minus grave tertium videtur. E locis enim quibus Choricius flosculos ex aliis scriptoribus delibavit, cognoscitur eum persaepe id egisse, ut verbis illorum transpositis vel aliis usurpatis vel novis adiectis hiatus, qui apud illos erant, quatenus fieri posset, e sua oratione removeret. Quae sententia optime illustratur exemplis insequentibus:

Plat. conv. 176 B ἕρμαιον ἂν εἴη ἡμῖν . . . . ἐμοί τε καὶ Ἀριστοδήμῳ.	Choric. B. 78,10 ἕρμαιον ἂν ἔμοιγε εἴη τὸ χρῆμα.
Herodot. VIII, 26 οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς	Choric. B. 35,4 οἷς οὐ περὶ χρημάτων, ἀλλ' ἀρετῆς ἀγωνίσασθαι πάτριον.
Thucyd. II 64,4 ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν.	Choric. Graux p. 22,8 οἷον φιλεῖ δῆμος ποιεῖν.

[1]) B. 2,1; 3,1; 4,3; 6,1; 7.8. 9; 8,19; 10,3. 8; 11,3; 13.11; 15,8; 19,9; 20,5; 22,10.

[2]) 15,14. 17; 7,10; 9,1; 5,11; 9,2.

[3]) 8,1. 13. 13; 7,15; 18,9; 22,3.

[4]) 16,3; 19,6; 20,1; 15,14; 17,10.

[5]) 5,9; 11,11; 12,5; 15,16; 21,7; 14,4.

[6]) 8,12; 9,10; 14,13; 15,5.

[7]) 11,1; 13,8.

Anthol. Pal. IX epigr. 160 Ἡρόδοτος Μούσας ὑπεδέξατο· τῷ δ'ἄρ' ἑκάστη | ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

Plat. rep. III 394 A ὁ δὲ πρεσβύτης ἀκούσας ἔδεισέ τε καὶ ἀπῄει σιγῇ, ἀποχωρήσας δ'ἐκ τοῦ στρατοπέδου πολλὰ τῷ Ἀπόλλωνι εὔχετο τάς τε ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλῶν καὶ ὑπομιμνήσκων καὶ ἀπαιτῶν, εἴ τι πώποτε .... κεχαρισμένον δωρήσαιτο· ὧν δὴ χάριν κατεύχετο τῖσαι τοὺς Ἀχαιοὺς τὰ ἃ δάκρυα τοῖς ἐκείνου βέλεσιν.

Choric. Graux p. 75,9 sq. ὁ τὰς Μούσας ὑποδεξάμενος, ᾧ φιλοξενίας μισθὸν ἑκάστη βίβλον ἔδωκε μίαν.

Choric. F. Herm. 17 p. 227, 31 sq. ἀκούσας ὁ Χρύσης ἔδεισέ τε καὶ ἀπῄει σιγῇ, μικρὸν ἀποχωρήσας ἐκ τοῦ στρατοπέδου πολλὰ τὸν θεὸν ἐθεράπευε τάς τε ἐπωνυμίας αὐτοῦ καταλέγων καὶ ἀπαιτῶν, εἴ τι πώποτε κεχαρισμένον δωρήσαιτο, τοῖς Ἀχαιοῖς τοῖς ἐκείνου βέλεσιν δίκην.

Sed haec attulisse exempla sufficiat.

Nunc ad alteram quaestionis partem venimus, leges, quas in hiatu evitando admittendove Choricius secutus esse videatur, stabiliendas. Toleravit autem hiatum post breve α quodcunque sive adverbiorum — ut B. p. 14,4 ἐνταῦθα ἥκουσι, fol. 77ᵛ ἐνταῦθα ἡμῖν, fol. 74ʳ ἐνταῦθά εἰμι (cf. fol. 75ᵛ, 181ʳ); fol. 139ʳ θαμὰ ἐπιδεικνύοιτο* [1]) (cf. F. ind. I 16,7*); B 87,4 μάλα ἀμφιλαφεῖς (cf. B. 200,5*; F. ind. I 17,5*; I 17,17*; II 5,14*; fol. 127ʳ*. 139ʳ*. 164ᵛ*. 174ᵛ)[2]); G. 74,2 μάλιστα εἶναι; fol. 75ᵛ σφόδρα ἐρρωμένῳ* (cf. F. ind. I 17,11*); fol. 182ʳ τάχα ἄν; fol. 96ʳ αὐτίκα ἐς ἁβρότητα*; F. Herm. 211,19 εἶτα ἡμῖν (ib. 213,28; fol. 75ᵛ*. 150ᵛ*. 174ᵛ*); F. Herm. 235,26 ἔπειτα εὐθύς (B. 210,9; F. ind. I 15,5*; fol. 139ᵛ*. 174ʳ*. 174ᵛ*); sive coniunctionum particularumve[3]) — B. 201,4 ἄρα ὑμῖν* (cf. F. ind. I 16,2*; II 4,17*; fol. 75ʳ*. 75ᵛ*. 96ᵛ*. 139ʳ*. 139ᵛ*. 149ᵛ. 151ʳ*. 164ᵛ*. 173ᵛ (bis)*. 174ᵛ*184ʳ (bis)[4]);

[1]) Asterisco* significavi eos hiatus, qui in διαλέξεσι inveniuntur. Omnia exempla enumeravi hiatuum rariorum, nonnulla attulisse satis duxi eorum, qui multis locis exstant.

[2]) μάλα uno loco eliditur (F. Herm. 233,31 φεῦγε μάλ'), sed hic est Homeri Il. A 173.

[3]) Excepta est ἀλλά particula, cuius ά omnibus locis eliditur; nam etiam B. p. 201,18 e codice Matritensi reponendum est ἀλλ' ἁβρότητα et B. p. 219, 24, ubi hic codex deficit, ἀλλ' ὁ scribendum.

[4]) Fol. 151ʳ et B. 127,9 ἄρ' οὖν.

F. ind. III 14,11 ἄρα αἰσθάνῃ (cod. Matr. ἄρα), I 17,8* ἄρα ὑμῖν (cod. M. ἄρα)[1]; fol. 75r ἡνίκα ὁ λέγων* (fol. 75v*. 174r*); fol. 96v ἵνα ἔτι* (F. ind. I 17,9*; I 18,6*); sive verborum — ut B. 127,18 ἐδημιούργησα ἄν*; fol. 67r οἶδα ἐγώ; fol. 181r εὐξαίμεθα ἄν (cf. B. 225,5; F. Herm. 223,20); sive nominum — in nominativo sing. feminin. declin. I: B. 12,5 δίαιτα ἦν (cf. F. ind. I 15,6*; fol. 67r (?). fol. 139r*. 139v*. 165r*); in plurali neutr. decl. II: G. 76,23 σῦκα ἔχουσι (cf. B. 41,8; 201,12*; F. ind. III 14,4; f. 151r*. 138v*. 164v (bis)* multisque aliis locis)[2]) atque etiam accentu in α collocato fol. 103r παιδικὰ ἐγίνετο*; F. Herm. 223,3 λοιπὰ ὀνόματα; B. 225,12 πολλὰ ἐπιτάττουσι; in singulari neutr. declin. III: F. Herm. 211,23 μάθημα ἦν (ib. 237,28; B. 127,17*; G. 69,10; fol. 75r*); in plurali neutr. declin. III: B. 78,8 πράγματα ἄγῃ* (cf. B. 201,2*; G. 72,5; F. ind. I 14,7*; II 5,14*; B. 11,11; fol. 127r (bis)*. 164v*. 150r*. 151r*. 139r*); denique in accusativo singularis declinationis III: F. Herm. 230,34 χεῖρα ὀρέξαι (cf. B. 201,16; G. 13,2; 47,16; F. ind. I 15,13*; I 18,4 (?)*; III 15,18; fol. 74v*. 75r*. 173v*. 138v*. 151r*. 150v*. 164v (ter)*. 75v*. F. Herm. 229,17)[3]). Haud aliter res se habet in participiis, quorum in iisdem casibus admittitur hiatus: fol. 139v ἄγουσα ἧκε* (ib. 103r*. 173v*. G. 49,20); G. 48,2 καταισχύναντα ἄγρυπνον (cf. fol. 142v; F. ind. I 16,14*; fol. 179r); B. 201,8 ὀφειλόμενα ἀποδιδόναι* (cf. fol. 96v*).

Dativum singul. declin. I in ᾳ desinentem duobus locis sequitur vocalis (F. ind. III 3,12 τῇ δημοκρατίᾳ ἐδόκει)[4]) et G. 55,8 ἅμα τῇ θυμηδίᾳ ἦθος, item uno tertiam personam singularis praesentis (B. 269,14 βοᾷ ὑπὸ σοὶ κεῖσθαι).

---

[1]) Fol. 186v ἄρ' οὖν; cf. B. 225,19; 247,12; 277,15; F. Herm. 218,4 (cod. ἄρ'); G. 62,9 (cod. ἄρ').

[2]) B. 228,8 ταῦτ' ἄν. B. 65,10 οἷ' ἂν τὸ νέον ἁμαρτάνοι a lege alienum est; sed cum codex Matr. exhibeat οἷα τὸν νέον ἁμαρτάνει scribendum est οἷα τὸ νέον ἁμαρτάνει.

[3]) B. p. 80, 17 e codice Matritensi κατὰ τὸν (pro τιν') Εὔπολιν restituendum est.

[4]) B. p. 34,14 οὐδὲ συκοφαντίᾳ ἔδωκε λαβὴν οὐδαμοῦ scripsit Boissonadius, sed ipse proposuit συκοφαντίαις, quod, cum codices συκοφαντίας praebeant, recipiendum est. — B. 72, 18.19 pro κατηγορίᾳ εἰς e cod. Matr. legendum est κατηγορίᾳ πρὸς δικαστήριον ἄγεται.

Post ε hiatum admisit saepissime in coniunctionibus particulisque, velut δέ plerisque locis, quos enumerare longum est[1]), et οὐδέ (μηδέ) — F. Herm. 233,33 οὐδὲ ἄφνω (cf. ib. 237,10; B. 100,19; 106,2*; 201,17* etc.); [2]) G. 60,8 μηδὲ ἀκούειν (cf. B. 27,13; 247,9; F. ind. II 5,6*; II 11,4); [3]) in pronomine ὅδε — F. ind. I, 17,17 ὅδε ὁ λόγος* (cf. B. 201,11*; G. 71,18; fol. 127r*. 150v*. 165r*. 174r*. 151r*); in οἴκαδε — F. Herm. 211,34 οἴκαδε ἐλθοῦσαν (cf. B. 8,12; 200,3*; G. 64,1; fol. 139v*); in coniunctione τε — F. Herm. 208,21 τάς τε Ἕκτορος ὕβρεις (cf. ib. 228,10. 34; B. 51,10; 77,10* etc.); in τότε — B. 227,23; f. 103r. 185r; in ὅτε — B. 119,17 ὅτε ἤκμαζον (cf. B. 200,4*; F. ind. II 5,13*; fol. 96r*. 139v*); [5]) in ποτε etc. — B. 201,7 ποτε ἄρα* (cf. B. 14,13; 276,14; F. ind. I. 15,19*; II 5,12*; G. 30,7; fol. 142v); G. 56,13 οὔποτε ἄν (cf. fol. 174r; F. ind. I 15,2*); G. 56,2 μήποτε εἴη; [6]) in ἄλλοτε — B. 9,10 ἄλλοτε ἄλλην (cf. B. 199,2*; G. 63,23; F. ind. I 24,11); in οὔτε etc — F. Herm. 225,21 οὔτε ἔξωρον (cf. B. 15,5; fol. 139r (bis)*. 164r*. 174r*. 181r. 183v); [7]) F. Herm. 215,12 μήτε εἰς (cf. ib. 31.32; 226,13); F. Herm. 220,16 εἴτε ἐν (cf. B. 55,3, ubi e codice Matr. reponendum est ὧν εἴτε ἤκουσεν εἴτε διενοήθη; B. 127,2*; F. ind. I 14,13*; fol. 75r*. 144r (ter)); B. 127,6 ὥστε αὐταῖς* (cf. G. 12,12; 49,22; 50,8); in γε particula — F. Herm. 225,1 καλόν γε ἐκ (cf. ib. 210,6 (?); 228,7; 234,20; 235,2; B. 33,23; 43,1; 125,6 etc.); [8]) F. ind. II 5,9 ἔγωγε ἀτεχνῶς* (cf. B. 78,11).

Paucis locis ante vocales usurpavit accusativos singularis pronominum personalium ἐμέ, με, σε — F. ind.

[1]) Ante ἄν et οὖν particulas eliditur δέ: cf. F. Herm. 216,13; B. 54,23 etc. Semel elisionem repperi ante αὖ fol. 183 v, semel ante οὕτως B. 235,21, semel ante οὑτοσί B. 237,1, semel ante ἔτι fol. 67 r, semel ante ἐν B. 44,8 (saltem in cod. Matr.; in codicibus Riccardiano et Parisino elisio non exstat), semel ante ὑμῖν B. 237,10.

[2]) Saepenumero elisio fit in οὐδέ.

[3]) Fol. 82 r; B. 242,2; 275,11 elisio invenitur μηδ' ἑτέραν.

[4]) B. 46,5 pro τότε ἤδη e Matritensi scribendum est τότε δή et B. 54,24 pro τότε αὐτῷ ex eodem codice τότε τοῦτο.

[5]) ὅθ' ἡ scripsit Grauxius 17,13, cum cod. Matr. praebeat ὅτη.

[6]) B. 236,28 μήποτ' οὖν.

[7]) B. 227,21 οὔτ' ἄν.

[8]) γ' οὖν fol. 88 v, 186 v.

III 13,26 ἐμὲ ὁρῶν; fol. 181r εἰς τοῦτό με ἤγαγεν; fol. 150r ἐγὼ δέ σε ἠξίουν (cf. fol. 164v*; F. ind. II 11,25). Aliquoties ε ante vocales reperitur in verborum terminationibus et activi et medii — B. 77,8 ἄγετε οὖν* (cf. B. 200,12*; F. ind. I 14,7*; F. Mus. Rhen. l. 15.27*); fol. 142v ἄκουε ἕτερον; B. 91,2 βούλεσθε οὖν (cf. B. 111,16; G. 43,3; F. ind. I 14,20*).

Post ι vocalem hiatum non plane fugiendum duxit. Nam exstant formulae τί οὖν et τί ἄν saepenumero, velut F. Herm. 212,11 et B. 52,3. Contra F. ind. I 15,7 τί οὐκ ἀπιοῦσαι . . . . ᾄδετε pronomen τί coniectura continetur Foersteri. Frequenter etiam invenitur ὅτι ἄν, ut F. Herm. 217,19; B. 16,3; 19,6; F. ind. II 5,10. 15; II 11,17 etc.). Pronomen indefinitum τι sequi possunt vocabula vocalibus incipientia, ut F. ind. I 15,17 πάνυ τι ἔδεισε*; fol 148r γύναιόν τι ἀσελγές; fol 150v μέγα τι ἔπραττεν*; fol 151r οὔτι αὐλητρίδος*. Post coniunctionem ὅτι hiatum toleravit, ut B. 106,11 ὅτι ἐκεῖνος* (cf. B. 218,10; 277,5; F. ind. I 17,17*; fol. 85r (?). 74v*. 139r (bis)*. 150r (?)*. 150v (bis)*; post ἔτι fol. 164v ἔτι ὑμῖν*, post οὐκέτι fol. 180v οὐκέτι αὐτοῖς, post μηκέτι B. 201,3 μηκέτι ἀποδιδόναι*, post praepositionem περί F. Herm. 212,28 περὶ Ἀμαζόνων (cf. ib. 231,12; B. 43,6; 47,2; 87,16; 201, 18*; F. ind. II 13,16; II 16,29 al.). Uno loco inveni praepositionem ἐπί ante vocalem: fol. 70v αἱ γὰρ ἀναβολαὶ τὰς χάριτας ἐπὶ ἔλαττον καταφέρουσιν ἐλαττοῦσαι τὴν μνήμην. Sed cum reliquis omnibus locis ἐπί ante vocales elidatur, hunc hiatum tollendum esse censeo scribendo, ut est in Georgidae florilegio inedito cod. Marc.[1]) 23 αἱ . . . ἀναβολαὶ τὰς χάριτας ἐπὶ τὸ ἔλαττον καταφέρουσιν ἐλαττοῦσαι τὴν μνήμην. Uno loco hiatum admissum repperi post ι accentu carens dativi singularis declinationis III: fol. 165r Ἰάσωνι ἐδεδώκει*. Neque enim alterius loci hiatus — fol. 164r οὔτε ἄφρονι φωτὶ ἔοικας — Choricio tribuendus est, sed Homero (Od. ζ 187), ex quo rhetor verba sumpsit.

Post vocalem ο nonnunquam admisit hiatum in τοῦτο — B 11,1 τοῦτο ἐποίουν (cf. B. 13,8; 73,2; 199,5*; F. ind. I 23,13; II 3,5. 16.18*; 12,23; III 15,8; G. 64,4 al.)[2]), ἐκεῖνο — fol. 139r ἐκεῖνο ὑμῖν ἐρχο-

[1]) Huius lectiones Henrici Schenkelii comitati debitas inspicere Foerster mihi permisit.

[2]) G. 46,6 τοῦτ' ἀσκήσας.

μαι φράσων* (cf. fol. 80r?), ἄλλο — F. ind. I 14,11 ἄλλο ἦν ἐπιτήδευμα*; ὅ — fol. 164v ὃ ἄν*, αὐτό — F. ind. II 5,2 αὐτὸ ὁμοίως*, πρό — fol. 84v πρὸ ἐμοῦ; item in terminationibus tertiae singularis personae imperfecti, indicativi aoristi, optativi praesentis medii — B. 199,5 ἐχαλᾶτό οἱ*, B. 209,17 ᾐσχύνετο ὁρωμένη, B. 249,10 ἐδεῖτο ἄν, B. 260,15 ἀνήγετο οὖν, fol. 96r ἐπαιδεύετο ἄρα*, 139r ἡγεῖτό οἱ*, 150v ᾤετο ἴδιον*, 164v ᾤετο ἄρα*, ib. ἐβούλετο εἶναι*; B. 128,2 εἰργάσατο ἄν*, B. 262,1 ἐπαύσατο ἄν, F. ind. I. 15,9 ἀνεδήσατο ἆθλον*, fol. 178r ἀπεκρίνατο ἄν; G. 49,18 βούλοιτο ἕκαστος.

Paucissimis locis hiatus repperi post vocalem υ et accentu carentem et instructum in vocibus πάνυ, πολύ, μεταξύ, ut fol. 76r πάνυ ὀργίλος, G. 60,10 πάνυ αὐτοῖς, G. 64,22 πολὺ ἂν μᾶλλον, F. ind. I 15,5 διαλεγομένων αὐτῶν μεταξὺ ὁρμᾷ διακόπτειν.*

Hiatus admissus est etiam post vocalem η particularum et coniunctionum: ἤ — F. ind. I 14,18 ἢ οὐ δοκεῖτε* (cf. ib. I 20,6; II 5,13*; B. 127,4*; 258,9; 267,1; G. 28,12; 29,1; 71,1; fol. 75r*. 96v*. 126v *al.), ἧ — B. 201,14 ἧ οὐχ ὁρᾶτε*, μή — B. 200,2 μὴ ἀναστρέφειν* (cf. G. 69,3 bis; fol. 96v*. 178v), δή — F. ind. I 15,20 δὴ ἐράσμιαι* (cf. B. 46,5 si sequimur codicem Matr. scribentes τότε δὴ ἤδη; fol. 75v*. 127r. F. Mus. Rhen. l. 26), ἤδη — fol. 151r ἐκτείνεται ἤδη ὁ λόγος*, ἐπειδή — F. ind. II 4,1 ἐπειδὴ αὐτοῖς* (cf. ib. I 17,19*; B. 201,15*). Rarius Choricius videtur admisisse hiatum post η atque ῃ declinationis primae et coniugationis formarum: F. ind. II 3,19 ἀφορμὴ ἐγεγόνει*, fol. 151r ἀδελφὴ ἐπαμύνοι*, B. 126,9 τέχνη ἐστιν, fol. 139v φωνὴ οὐ. Contra removendus esse mihi videtur hiatus qui exstat in codice Parisino ζηλωτὴ ἐκφορᾶς (B. 45,12), cum Matritensis et Riccardianus 12 recte praebeant ὦ ζηλωτῆς ἐκφορᾶς. In verbis fol. 79r μὴ τὴν χάριν ἣν ὀφείλεις ἐμοί, ταύτην εὐεργεσίαν μοι λογισάμενος ἀμοιβὴ ἀξιώσῃς κομίζεσθαι emendari debet ἀμοιβὴ in ἀμοιβήν. Dativi in ῃ desinentes ante vocales hi exstant: F. ind. I 14,12 ἐν εὐωχίᾳ ψιλῇ ἀδίκως . . . ἐρρᾳθυμεῖτο*, B. 78,8 ᾗ ἄν*, B. 78,9 ταύτῃ ἑπόμεθα*, fol. 185r τοιαύτῃ εἰκόνι, fol. 183v αὐτῇ ὀφείλειν, B. 111,21 ἐν παρόδῳ . . . ἀγορὰν μιμουμένῃ ἐγκλήματα . . . περιῆπτεν, F. ind. I 16,5 τῷ υἱεῖ βουλομένῃ ἀμύνειν*. Denique tribus locis statuere debemus hiatus post ἔφη — F. ind. II 5,16 ἔφη ἄν*, item fol. 164v ἔφη οὐδέν* — et duobus post praesentis coniunctivi

personam tertiam — fol. 185[r] ὑπομείνῃ ἐν . . ., fol. 164[v] τυγχάνῃ (?) ἔχον* [1]).

Nonnulla hiatuum exempla exstant post ω et ῳ: fol. 85[v] ἄγω ἐγώ, F. ind. I 16,20 ἐγὼ οὖν* (cf. B. 213,28; 217,3); fol. 185[v] πόρρω ἄν, 150[v] πόρρω ἀλαζονείας*, ib. ἄμφω ἀλλήλαις ἁμιλλώμεναι * [2]); fol. 140[r] εἴ τῳ ἱκανῶς, 164[v] ὅτῳ ἄν*, 165[r] ὅτῳ ἡ*, B. 213,1 αὐτῷ ἐπιχώριος[3]), G. 70,12 ὅσῳ ἄν, fol. 145[v] φαύλῳ ἐπιτηδεύματι, B. 236,13 πλούτῳ ἔνδειαν, f. 150[v] μύθῳ ἔοικε*, 187[r] λόγῳ ἔσπειρα [4]).

Postquam de hiatu post vocales α, ε, ι, ο, υ, η, ω et ᾳ, ῃ, ῳ disseruimus, nunc ad diphthongos nos convertamus.

Hiatus post diphthongum αι particulae καί ut a scriptoribus omnium temporum quamvis huius fugiendi studiosis saepissime admissus est, ita apud Choricium multifariam unaquaque in pagina reperitur, ut enumerare non opus sit [5]). Praeterea admisit hiatum post terminationem infinitivi praesentis activi et medii (ut F. ind. I 15,18 φασὶν εἶναι οἱ ποιηταί *, fol. 174[r] παριέναι ἔτους ἑκάστου *, ib. κελεύων ἐργάζεσθαι ᾄδει *, fol. 164[v] μιμεῖσθαι ἐδόκουν *, fol. 145[v] εὐφραίνεσθαι ἤ); infinitivi aoristi activi, medii, passivi (ut fol. 79[v] ἐλεῆσαι ἔνδειαν, F. Herm. 229,35 γνῶναι οὕτως, B. 201,7 ἀποκρίνασθαι ἔφη *, F. Herm. 216,23 ὀφθῆναι ἤ); infinitivi perfecti passivi (ut fol. 165[r] εἰρῆσθαι ἐδόκει *); primae tertiaeque singularis personae praesentis medii seu passivi et tertiae singularis personae futuri medii (ut fol. 126[v] πείθομαι εἶναι*, fol. 127[r] ὀποκνίζομαι οὖν*, fol. 139[v] ἕπεται ὄχλος*,

---

[1]) Fol. 80[r] scriptum velim pro παντελῆ (ἀπηλλάχθαι) adverbium παντελῶς, quod alibi quoque apud Choricium invenitur (cf. F. Herm. 225,6; 232,24; 234,18).

[2]) Pro δι' ὅπλω ἐγειραμένου f. 180[r] legendum esse δι' ὅπλων ἐγειραμένου in promptu est.

[3]) B. 69,5 pro τὴν ἴσην αὐτῷ ἀξίαν e codice Matritensi scribendum est τὴν ἴσην ἀξίαν αὐτῷ. Pariter B. 56,15 πάσχειν ἐλάττω ἔμελλεν hiatus tollitur scriptura codicis Matritensis ἐλάττω πάσχειν ἤμελλεν.

[4]) Hiatus, qui exstat F. ind. III 9,4 ὁποτέρῳ ἔτυχε, agnoscendus non est, cum codex habeat ὅτῳ περιέτυχε.

[5]) Saepe usurpatur κρᾶσις quae dicitur: κἄν ubique exstat pro καὶ ἄν, κἄν pro καὶ ἐν (cf. B. 86,5; F. ind. I 23,11; fol. 85[r]; καὶ ἐν F. ind. II 5,7), κἀκεῖνος (cf. B. 68,17; 110,12; G. 48,18; 51,21; fol. 79[r] al.), κἀκεῖσε (cf. B. 85,15; 279,1; fol. 75[v]), κἀγώ (cf. B. 12,11; 75,16; 109,3; 278,11; F. Herm. 222,22), κἀμοί B. 21,19, κἀμέ B. 222,8, κἀγαθοί B. 30,10, κἀνταῦθα G. 66,71.

151r ἐκτείνεται ἤδη*, 174v εὔχεται εἶνα*ι. 181v ἀναλογίζεται ἤδη, 75v λέγεται οἴνῳ*, fol. 148v ὄψεται ὥρᾳ. Ne post terminationem quidem nominativi pluralis primae declinationis hiatum plane vitavit: B. 114,11 διαφύγουσιν αὖραι ὠχυρωμένον, B. 216,18 ὅσαι εἶδος, F. ind. II 14,21 Τύχαι οὐ... ἐλεοῦσαι, fol. 75r Μοῦσαι αὐτῷ . . . ἐνέπνευσαν*, fol. 151r Πέρσαι ἥδιον . . λέγουσι*.

Ante vocales invenitur diphthongus ει coniunctionum εἰ et ἐπεί (ut εἰ ἀπόλωλε B. 223,13, εἰ ἡμῖν F. ind. II 15,34, εἰ αὐτός fol. 103r*, εἰ οὖν fol. 174r*, 174v*; ἐπεὶ οὖν B. 78, 9*; 217,3; G. 49,13; fol. 174r*, ἐπεὶ οὔπω F. ind. I 16,22*) atque terminationis tertiae singularis personae temporsi praesentis et imperfecti, ut B. 101,6 ποιεῖ ἡ (cod. οὐ) νεότης [1]), B. 234,10 δεῖ οὖν, F. Herm. 216,17 ὑπονοεῖ ἄλλως τε, fol. 164r ἐθέλει ἀπολιπεῖν*, fol. 187v κρύπτειν ἐθέλει ἐν, fol. 139r λέγει οὖν*, B. 250,2 ὑπερεφρόνει ἄν, 271,12 ἤρκει ἄν, 276,10 ἐδόκει ὅμως. Bis inveni hiatum post dativum singularis vocabuli ἄστυ in elocutione οἱ... ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι (fol. 126v* et 138r).

Post diphthongum ευ Choricius hiatum non tulit nisi in adverbio εὖ cum formis verborum ἔχειν aut εἰδέναι coniuncto, ut F. Herm. 210,23, B. 17,12; 61,6; 119,1; F. ind. I 22,30; II 16,14; fol. 84v atque foll. 75r*, 96v*, 138v*.

Ante vocales diphthongus οι exstat particulae τοι (F. ind. I 16,8 γάρ τοι ἧττον*) et coniunctionis καίτοι (F. ind. I 18,4 καίτοι οὔτε*, ib. II 5,14 καίτοι ὤν*), adverbii ὅποι particula ἄν insequente (B. 258,13, F. ind. I 20,5, fol. 165r*), pronominum οἱ (F. ind. II 5,6 ἔπρεπε δέ οἱ ἄρα*; cf. B. 201,15*), μοι (B. 106,4 οὔ μοι ἄτοπον ἔοικεν*; cf. B. 200,8*; 201,12*; G. 44,9; F. ind. I 16,20*; F. Mus. Rhen. l. 10*; fol. 70v, 81r, 139v*, 151r* al.), σοι (F. ind. I 15,22 οὔ τι σοι ὄνειδος*; cf. ib II 3,4*; B. 274,6|7; fol. 147r). Nec hiatus non reperitur post terminationem nominativi pluralis declinationis II, ut G. 16,2 ἐκεῖνοι ἄνθρωποι, fol. 174r ὅσοι ἐθέλουσι*, fol. 84r νόμοι ἐπαγγελίαι . . εἰσί, fol. 139v Λακεδαιμόνιοι ἔφασαν*, fol. 174r μὴ . . ἐπιλείποιεν ἄρδοντες λόγοι ἀνθρώπους*, ib. ὅτῳ . . . λόγοι ἐπιτήδευμα*. Quin etiam uno loco exstat post terminationem

[1]) Ex hoc numero removendus est hiatus ταῦτα δοκεῖ εἶναι (B. 201,5), quia cod. Matr. praebet εἶναι ταῦτα δοκεῖ.

tertiae singularis personae optativi praesentis activi: fol. 151r θέλγοι αὐτῷ *.

Post diphthongum ου vocalium concursus apparet in hisce exemplis: fol. 139r εἴ μου ἀνέξεσθε * (ib. * et 139v *), 164r ὅτου ἄμοιρος * (ὅτου ἂν G. 49,23; fol. 75r *, 174v *), G. 71,2 πόσου ἄν, F. ind. III 12,2 λέγοντος ἄλλου ὀρθῶς, fol. 75v πρὸς τὸν ἐκείνου ἀγῶνα *, B. 198,5 εἶδόν που ἐν γραφῇ * (cf. B. 201,3 *; G. 59,11; fol. 75r *, 75v *, 96r *, 139v *, 174r *, 175r *), B. 30,1 ὅπου ἄν, F. Herm. 209,30 παρθένου ἐρῶν, fol. 67r φόνου ἀνεύθυνος, fol. 127r ὄχλου ἀπηλλάχθαι *, et in nominibus propriis fol. 139r Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως *, 139v Ὁμήρου ἐπιλελῆσθαι *, 164v Ἀλεξάνδρου εἶναι *, ib. Λυσίππου εἰκόνα * [1]).

Pariter atque post coniunctionem καί hiatus post formas articuli in vocales atque diphthongos proprias et improprias desinentes ut ab omnium temporum scriptoribus, ita a Choricio admissus est. Pauca exempla attulisse satis est: F. ind. I 14,6 ὁ Ἔρως (cf. ib. II 15,17; B. 12,11; B 105,11 al.), B. 199,5 ἡ ἐπιστήμη (cf. F. Herm. 231,8; F. ind. I 14,16; 23,18; fol. 164r al.), F. ind II 4,2 τὸ ἄστυ (cf. B. 27,6; 34,25; 53,1; 107,24 al.)[2]), B. 101,9 τοῦ ἄστεος (cf. B. 83,6; F. ind. I 21,17; G. 62,3; 76,9 al.), B. 86,11 τῷ ἐδάφει (cf. G. 71,2; F. ind. I 14,5; II 5,9; fol. 103r al.), B. 199,2 τῇ ἁρμονίᾳ (cf. F. ind. I 17,20; III 10,3, fol. 103r al.), B. 201,2 οἱ ὀφείλοντες (B. 106,2; 122,2; fol. 87r, 75r al.) B. 77,7 τὰ ἐμά (cf. B. 34,23; F. ind. II 5,3; F. Herm. 211,12 al.[2]). Nullo autem loco hiatus post αἱ exstat. Interiectionem ὦ tribus locis ante vocativum a vocali incipientem repperi: F. Mus. Rhen l. 8 ὦ ἄνθρωπε, B. 219,5, 230,25 ὦ ἄνδρες.

Restat ut de vi pausae et alienorum verborum a Choricio laudatorum dicamus.

---

[1]) Hiatus qui exstant B. 8,15 Πυλίου ἐκεῖνος, B. 71,11 ἐκείνου ἐμπεπιστευμένοι, B. 74,20 τὴν δύναμιν ἐκείνου ὑπεστέλλοντο, codex Matritensis non exhibet. Scriptum est primo loco Πυλίου πεποίηται, secundo ἐκείνου πεπιστευμένοι, tertio ἐκείνου τὴν δύναμιν ὑπεστέλλοντο.

[2]) Nonnunquam post τό et τά crasis adhibetur in his vocabulis: F. ind. I 15,25 et B. 221,21 τοὔνομα; B. 9, 9, 41,15, 219,6, 226,15 τοὐναντίον (fol. 76r τὸ ἐναντίον); F. Herm. 213,29, B. 95,4, F. ind. I 21,25 ταὐτόν, ib. I 23,8, B. 42,12, 124,9 ταὐτά (B. 271,11 τὰ αὐτά); fol. 69v τἆλλα; fol. 70v, 77r τἀμά; B. 17,15 τἀναντία; B. 17,14 τἀγαθά (F. ind. II 5,3 τὰ ἀγαθά).

Vocalium concursus, qui pausa quam vocant maxima fiunt intercedente, ferri posse quoslibet consentaneum est: cf. B. 11,14 sq. ἐπαιδεύθη — Οὐ; F. Herm. 219,33 sq. Ἀχιλλεῖ — Οὐ· etc. Haud minus rari sunt hiatus post punctum, cf. G. 42,13 ποιητοῦ. Οὗτος; B. 12,3 πάθη. Οὐδεμίαν; F. ind. I 17,12 ἠξίου. Ἀλαζονεία al., et virgulam, cf B. 21,2 καί μοι δοκῶ, εἴ τις . . .; F. Herm. 214,15 ᾠήθη, ὥστε; ibid. 218,8 εἰ . . . ὤφθη τινὰ φυλάξας αἰδῶ, αὐτόθεν · . . πιστεύσωμεν; al.

De ratione Choricii in verbis aliorum laudandis vel suis admiscendis hiatum evitandi iam supra (p. 26 sq.) disserui. Unum autem addiderim eum in verbis alicuius scriptoris accurate afferendis hiatui fugiendo operam non dedisse. Scripsit igitur B. 200,8 χαμαὶ ἐρχομένων ἀνθρώπων tenax locutionis illius Homericae (cf. Il. E 442). Altero exemplo iam p. 30 usus sum. Eodem modo excusatur hiatus ἀγαθῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ (B. 48,2.): Choricius Homeri vel Hesiodi memor fuit dicentium ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ (Il Ω 487) vel κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ (Hes. opp. 331).

Unicuique tantum hiatuum numerum contemplanti mirum videbitur, quod initio huius quaestionis Choricium hiatus evitandi studiosum fuisse dixi. Sed si inquisiverimus, in quibusnam potissimum hi inveniantur, latere nos non poterit plurimos vocalium concursuum minus usitatorum (imprimis post η, ω, ει, ου) in eis declamationibus Choricianis reperiri, quae διαλέξεις dicuntur ac minus artificiose videntur esse compositae, reliquos autem fere omnes exstare ante voculas ἄν, οὖν, ἐν, ἡ etc. Has si excipimus, in Choricii orationibus perpauci concursus vocalium remanent.

Pars tertia.

De clausulis rhythmicis Choricianarum orationum.

Guilelmus Meyer Spirensis, vir doctissimus atque acutissimus, in ea commentatione, quam inscripsit „der accentuirte Satzschluss in der griechischen Prosa vom IV. bis XVI. Jahrhundert“ (Göttingen 1891), legem se invenisse profitetur de clausulis a scriptoribus rhetoricis et historicis saeculorum inde a quarto usque ad sextum decimum adhibitis. In hanc autem sententiam lex scripta est: eae syllabae, quae proxime antecedunt aliquod vocabulorum intervallum, numerose cadunt. Neque vero longarum aut brevium syllabarum ratio habenda est, sed accentus verborum.[1]) Atque ante ultimam eiusmodi arsin minimum duae debent exsistere theses, velut οἶδεν ἀνθέλκειν. Sequi potest ultimam arsin, quod libet, velut παιδευόμενοι γράμματα (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ i. e. clausula dactylica duplex), ἀγαθῶν εὐφημία (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ i. e. clausula Adonia), νέον ἰδεῖν (–́ ⏑ ⏑ –́ i. e. clausula choriambica). Omnia tamen vocabula auxiliaria, imprimis articulus, coniunctiones, adverbia, praepositiones bisyllabae, interdum pronomina aut sine accentu possunt usurpari aut instrui accentu secundario, qui semper in tertia ante ultimam arsin syllaba carente accentu ponatur. In numerum igitur earum clausularum, quae legem sequuntur, hae sunt referendae: Παλαιστίνην τῷ νεύματι (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑), προσδοκᾶν οὐ δυνάμενοι (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑), παρόντος ὡς ἔοικεν (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑), ἐᾷ κατὰ νοῦν (–́ ⏑ ⏑ –́), ἥκω σοι φέρων (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑) etc.; ῥαψῳδοῦσιν οἱ ποιηταί (–́ ⏑ ⏑ –́), εἵλετο τῷ τεθνεῶτι (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑), ἡδέως μὲν ἂν προσεδόκων (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑), οὐ περὶ χρημάτων (–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑), λόγων ὀρεγομέναις (–́ ⏑

[1]) Arsis igitur nominatur unaquaeque syllaba accentu grammatico instructa, thesis syllaba accentu vacua.

⏑ ⏒ ⏑), ποθεινοτάτη κεφαλή (⏓ ⏑ ⏑ ⏒) etc. Denique Meyer arbitratur enclitica monosyllaba libera esse atque soluta legibus de accentu grammaticis, verbum auxiliare ἐστί(ν) saepe in prima syllaba sonum habere, in brevibus enuntiatis et transitionibus rhythmicas clausulas neque posse observari neque opus esse.

In numero autem eorum scriptorum, qui huic legi semper obtemperaverunt, Meyer cum alios reposuit tum Choricium, cum dixit pag. 17: „Chorikios von Gaza, der Schüler des Prokop, befolgt das Gesetz durchaus. Das zeigt sich am besten in den aus mehreren Handschriften herausgegebenen Reden (Boissonade 1846), aber auch in den aus der einzigen Madrider Handschrift veröffentlichten Stücken; vgl. Ch. Graux in Revue de Philol. 1877 p. 55 und Oeuvres p. 10—77; R. Foerster im Hermes 17 S. 208—238 und im Breslauer Index lectionum Sommer 1891; in diesem ist wohl S. 18,3 τίτθας ὁ μῦθος zu schreiben und S. 21,18 κάλλους zu tilgen."

Quae Meyeri sententia optime mihi posse examinari videtur, si legem illam plane rectam esse fingimus omnesque clausulas ab ea abhorrentes colligimus, primum earum orationum, quas Meyer respexit, deinde earum, quae tum nondum editae erant, denique omnium adhuc ineditarum, quae codice Matritensi N-101 continentur.

In epitaphio Procopii sex inveniuntur clausulae, quae a lege Meyeri abhorrent:

B. 6,6 ταπεινὸν φρονούσης. Haec est lectio codicum Matritensis 101, Parisini 2967, Riccardiani, Athoi, Vaticani gr. 938. Holstenius (Ms. Hamburg. Math. gr. in fol. II), qui codicem Vaticanum descripsit, ταπεινοφρονούσης praebet, quod Fabricius recepit. Hoc vocabulum, quod apud Arrianum Ep. I 9 exstat, sane in legem Meyerianam quadraret, neque vero esse, cur lectionem omnium codicum mutemus, mox intellegetur. B. 6,14 κειμένη πόλις˙; 6,14.15 Λιβανίου μήτηρ˙;[1]) 20,2 ἧς οἱ παῖδες˙;[2]) 24,7 αὐταῖς ᾄδουσαν˙; 24,11 εὖ ποιῶν˙; haec est lectio codicum Matritensis, Parisini 2967, Riccardiani; Athous et Vaticanus

[1]) B. 12,8 παρόντας βλέπων. Cod. Athous βλέπων corr. e τρέπων; Matr. praebet rectam lectionem: προτρέπων. — 19,13 ἀδελφοῦ πεσόντος˙ αὐτοῦ πρώην γεγονότος νυμφίου κ.τ.λ.; Matr. recte exhibet ἀδελφοῦ πεσόντος αὐτῷ πρώην γεγονότος νυμφίου.

[2]) B. 21,4 ἔχειν ἕλοιτο. Matr. et Athous recte habent ἔχειν ἂν ἕλοιτο.

praebent εὔποιῶν; Fabricius ex Holstenii, quod supra memoravi, apographo uno vocabulo scripsit εὐποιῶν; sed cum rectius se habeat εὖ ποιῶν, minime eum sequemur.

In epitaphio Mariae tres inveni clausulas a lege Meyeri abhorrentes: B. 41,5 εὖ πράττειν˙; 46,14 τοῖς εὖ φρονοῦσι˙; 43,12 ἄλλον παῖδα˙.

In oratione nuptiali in Zachariam composita[1]) contradicunt quattuor: F. ind. I 15,2 πάντα πρῶτος˙; 15,6 φλυαρία ἔχει˙; 15,7 παιδαρίοις ᾄδετε˙; 16,9 τοιούτων ἔχεται,

in epithalamio in Procopium et Ioannem et Eliam conscripto[2]) septem: F. ind. I 20,9 εἴη λέγειν˙; 20,23 πολλοὶ μὲν νέοι˙; ib. πολλαὶ δὲ κόραι˙; 20,28 οὐρανῷ μόνον˙; 21,18 ἡττᾶται κάλλους˙, quo loco Meyerum κάλλους delere voluisse vidimus; F. ind. I 22,4 παιδικῶν ἀκούοντι˙; 22,5 σεμνὸν ὁ γάμος˙,

in laudatione Summi duae: B. 31,21.22 Παλαιστίνης οἶμαι˙; 35,14 καθεστῶτι τρόπῳ˙[3]),

in laudatione Aratii et Stephani quinque: G. 15,17.18 οὕτω τύχῃ˙; 16,2 ἐκεῖνοι ἄνθρωποι˙; 21,13.14 νυκτὶ καὶ ὕπνῳ˙; 22,1 αὐτὴ κέκτηται˙; 26,17 μήτηρ εἶναι˙[4]),

in prima Marciani laudatione septem: B. 83,18 οἷς ἔχει˙; 88,12 τοῦτο κάλλος˙; 89,5 λιθοτομίας ἄνθει˙; 91,12 τί βούλεται˙; 92,19 ἀχρεῖοι φέρονται˙; 93,2 εὐθείας ἔμφυτον˙; 94,14 αὐτῷ θεράπων˙[5]),

---

[1]) Primum ed. Riccardus Foerster in indice lectt. Vrat. aest. 1891 p. 14—17.

[2]) Ib. p. 19—24.

[3]) Nonnullis locis codicis Matritensis scripturis exsistunt clausulae a lege non alienae: B. 27,9 ἰατρῶν δεῖσθαι˙, τὴν ψυχὴν . . . — Matr. ἰατρῶν δεῖσθαι τὴν τύχην˙; 29,22 φυλῶν κεφάλαια˙ — Matr. φυλῶν τὰ κεφάλαια˙; 32,7 διώρισας οὕτω μοῖραν˙ — Matr. οὕτω διώρισας μοῖραν˙; 34,12 τυχεῖν ἔδει˙ — Matr. ἔδει τυχεῖν˙; 35,18 ἐσθῆτα ῥίψας˙ — Matr. ῥίψας ἐσθῆτα.

[4]) G. 24,7 ἀλύπῳ νάματι˙; cum cod. Matr. m. 1. exhibeat ἀλύπῳ (α) νάματι (α), legendum est ἄλυπα νάματα. Verbum ἔχουσαι post νάματα inseruit m. 3. — 26,14 εὖ παθεῖν, Matr. εὐπαθεῖν uno vocabulo scriptum praebet. — 27,10 ταῦθ' ἡ πόλις scripsit Carolus Graux contra codicis Matrit. auctoritatem, quo traditum est ταῦτα ἡ πόλις. Hiatus removendus non est, quippe quem post breve α neutr. plur. decl. II frequentem esse cognoverimus (cf. p. 28).

[5]) B. 87,4 ἀμφιλαφεῖς καὶ σύσκιοι˙; cum cod. Matr. legendum est ἀμφιλαφεῖς τε καὶ σύσκιοι. — 90,18 συνεχείᾳ θέας˙. Cod. Matr. praebet συνεχείᾳ τῆς θέας˙. — 92,17 τοὺς αὐχένας αἴρουσιν, εἰς αἰθέρα τὴν ἀκοὴν ἰθύνοντες πρὸς interpunctionem mutatam voluerim, ut legatur αὐχένας αἴρουσιν εἰς αἰθέρα, τὴν ἀκοὴν ἰθύνοντες πρὸς . . . — 95,12 ἐν φαυλῷ ποιεῖται error est typographi pro ἐν φαύλῳ ποιεῖται·

in altera Marciani laudatione decem: B. 113,16 ἐμὲ φορτίον˙; 116,14 ζωγράφων παῖδες˙; 117,2 δημιουργὸς κύκλους˙; 117,16 φαιδρύνει τοῦτο˙; 119,1 εὖ ἔχειν˙; 119,7 τοῦτο τέχνημα˙; 119,14 τινὶ κρειττόνων˙; 121,18 τυχὸν ὄψεταί τις˙; 124,15 οὕτω τύχῃ˙; 124,19 μικρὸν ὕστερον˙,

in mimorum apologia octodecim: G. 40,7 κακῶς ἀκούειν˙; 45,2 κεκριμένων ἐστιν˙; ib. ὀρθῶς εἰρῆσθαί φαμεν˙; 45,22 τοῦτο πρᾶξίς ἐστιν˙ (cod. Matr. habet πρᾶξις ἐστιν); 54,4 ἢ σπουδαίων˙; 56,11 παντί που δῆλον ὡς˙; 57,5 εὖ φρονῶν (cod. Matr. εὐφραίνων, quod sensu caret); 58,21 ὀρθῶς ἂν εἴποις˙; 58,28 ἀγορὰν ἐξάγει˙; 59, 5. 6. ἐν τὰ δρώμενα˙; 60,8 θεωρεῖν ἄξιον˙; 62,24 παθεῖν ἄτοπον μέν˙; 63,14 γάμῳ χρῆσθαι˙; 65,23 Φοινίκην ἅπασαν; 71,13 ταύτην ἄνδρες˙; 71,14 φύσιν εἶναι˙; 76,4 καλοῦ λόγου˙;[1]) fol. 151^v ἡμῶν ὁ λόγος,

in declamatione, quae inscribitur Πολυδάμας[2]), triginta: F. Hermes 17 pag. 210,1 πατρὶ τῆς κόρης˙; 210,27 ἐνῆν εἰπεῖν˙; 210,27. 28 χαλεπὸν ἀπήντησε˙; 210,33 ἀναστὰς δεικνύτω˙; 211,4 θεοὶ τρέψειαν˙; 211,25 παιδικῶν παίδευσις˙; 211,35 αὐτῆς πράττειν˙; 212,17 ἄνδρες γένωνται˙; 213,1 τυχὼν ἔδειξε˙; 213,6 θυγατρὶ νυμφίον˙; 213,29 ἐκείνοις πέπονθε˙; 214,23 χαλεπὸν εὑρεῖν˙; 214,30. 31 κατενεγκὼν τὸν Πρίαμον˙; 216,12. 13 πολλὰ δ'ἂν φαίην˙; 216,20 προστεθῇ (cod. Matr. προστεθείη) ποιῶν˙; 216,27 νῦν δὲ πεύσεται˙; 216,32 δέος εἶναι˙; 217,1 ἐγὼ φαίην ἄν˙; 217,7 τί πεποίηκεν˙; 217,33 ἐραστὴν ἔβλεπεν˙; 218,4 ἀθυμίαν ἤνεγκεν ἄν˙ 219,13 καλῶς ποιεῖς˙; 219,23 πυρὸς κίνδυνον˙; 219,24 φαῦλον εἶναί φαμεν˙; 220,10 ἐκεῖνο λέγω˙; 220,12 τουτὶ τὸ γύναιον˙; 220,16 Βρισηΐδος ἤρεσεν˙; 220,20 ἐδίδου παῖδα˙; 220,33 ἀξιοῖ λαβεῖν˙; 222,5 πεποιημένοι δείκνυμεν˙,

in Priami declamatione[3]) viginti: F. Herm. 223,1 πᾶσιν ῥήτωρ˙; 223,19 παρατηρεῖν ἄξιον˙; 224,1 καλῶς εὗρες˙; 225,11 Ἀχαιοῖς καὶ πάντας μέν˙; 226,4. 5 ἀσθενεστέρας εἶναί φημι˙; 227,29 χοροῦ τάξομεν˙; 228,12 ψυχὴν καὶ δέδοικε˙; 229,9

---

[1]) G. 40,13 quam codex Matr. exhibet lectionem εἶναι δοκεῖν pro εἶναι δόξειν retinendam puto, quoniam Choricius infinitivum praesentis etiam pro futuro in deliciis habet. — 49,18 legendum est βούλοιτο ἕκαστος pro βούλοιθ' ἕκαστος, 68,9 οὕτω καὶ ἄκρατον pro οὕτω κἄκρατον˙, 72,9 τοῦτο ἂν δύναιντο pro τοῦτ' ἂν δύναιντο˙, 74,2. 3. μάλιστα εἶναι pro μάλιστ' εἶναι˙; neque enim hiatus removendus est.

[2]) Cf. Hermes 17, 208—222.

[3]) Cf. Hermes 17, 222—238.

ὀργὴ νὴ Δία˙; 229,12 μεταβολὴν ἔχει˙; 229,35 γνῶναι οὕτως˙; 230,13. 14 ὀλίγον μέλει˙; 230,30 πατρὸς οὐδέν ἐστιν˙; 231,4 ὧν ἐθήρευον˙; 231,5 ἡλικιώτας ἤριζον˙; 231,11 Σκυθίας ἄρχοντι˙; 232,6 κακῶς πράττουσιν; 233,20 γεγονὼς ἔγνων˙; 234,5 φεύγειν ἤκουσε˙; 237,3. 4 ἀναβαλέσθαι γάμον˙; 238,2 ἦν Ἕκτωρ˙,

in tyrannicidae declamatione[1]) septem: B. 55,7. 8 πάθη δύο˙; 58,23 τρόπον ἕτερον; 59,4 ἐγὼ τεθναίην˙; 59,9 ἐπιδώσω φέρων˙; 62,13 εἶ τῷ λόγῳ˙; 68,5 εὖ πράττουσι˙; 72,12. 13 ὧν ἥμαρτε˙,[2])

in Patrocli declamatione septem: B. 246,5 σκηνῇ καθήμενοι˙; 247,9. 10 λήγειν ἔριδος; 250,5 ὕβριν ἤνεγκε˙; 259,7 νοσεῖν ἐπέτρεπεν˙; 262,10. 11 ἀγαγεῖν τοῦ ξένου˙; 268,6. 7 μεστὸν ἀνοίας˙; 271,2 ἀρχὴν τὴν φήμην˙,

in declamatione infanticidae sedecim: B. 213,15 θυγατέρα κύουσαν˙; 213,16 τιτθῷ τρεφόμενον˙; 216,5 νὺξ ἐν μέσῳ˙; 217,7 ἐξῆν λαβεῖν˙; 218,8 ἀγαθοὺς ἄνδρας; 219,8. 9 βαρὺ τοῦτο˙; 220,17 περιστέλλειν ἔνεστιν˙; 221,2 ἐκεῖνον ἔθρεψας˙; 225,2 ἡμῖν τὸ δίκαιον˙; 225,13 ἀκαιρίαν τύχῃ˙ (verba sunt corrupta); 226,23 νεανίαν ἔδει˙; 227,13 βασιλικὴν ἑστίαν; 234,15. 16 συγκαλεῖν οἴκοθεν˙; 234,19 βοᾷ μὲν ἕκαστος; 236,13 πλούτῳ ἔνδειαν; 238,7 ἀνιάτως ἔχει[3]).

Denique in dialexibus, quas Meyer respicere potuit, ad primam alteramque in Marcianum orationem (B. p. 77. 78 et 105. 106) et ad antilogiam Priami (cf. Mus. Rhen. XXXVII p. 483 sq.) Aratiique et Stephani laudationem (B. p. 126—128)

---

[1]) B. p. 49—76.

[2]) B. 57,11 οὐ ῥᾴδιον ἦν τὸν πατέρα φέρειν˙; cod. Matr. exhibet τὸν πατέρα φέρειν οὐ ῥᾴδιον ἦν˙. — 65,16. 17 βραχὺ νυμφίον˙; codicis Matr. lectio est βραχὺ μὲν νυμφίον˙. — 69,10 μορφὴν καὶ γνώμην˙; in cod. Matr. ante καὶ insertum est vocabulum ἅμα.

[3]) Hypothesis, quam Reiskiam (Lib. IV, 771) secutus Boissonadius p. 205 sq. praebet, ut e Matritensi elucet, Choriciana non est. B. 207,14 post ἁπλῶς ἀνεῖλεν e Matritensi inserendum est ἐκεῖνον; 207,25 ex eodem scribendum μεγάλα παρασκευάζει τολμᾶν pro μεγάλην παρασκευάζει τόλμαν; ib. 28. 29 ἔχωσι χώραν pro χώραν ἔχωσι; 210,8 περιττὸν ἡγησάμενος pro περιττὸν ἡγούμενος; 212,8 οὐδὲν ἄπιστον ἴσως pro οὐδὲ ἀπίστως ἴσως; 214,6 εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν pro εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλειν; 214,15 ἡ παῖς ὀξεῖαν κερδάνῃ pro ὀξεῖαν ἡ παῖς κερδάνῃ. Paginae 216—230 (Boiss.) in Matritensi desunt. B. 229,14 scribendum est e codicibus Monacensi, Matritensi 49, Parisino 3017 διακονεῖν ἐπιτάγμασιν pro προστάγμασιν; 236,2 e Matritensi scribendum est εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν pro ἐμβάλλειν; 236,28 inter ἀνδρὸς et γυνὴ inserendum τοιούτου, 237,22 με inter εἰληφέναι et ψήφους.

pertinentibus atque in tribus aliis (B. p. 198—201; F. ind. I 17. 18) quattuor clausulae dissentiunt a lege Meyeriana: B. 78,6 τὰ τῆς Ἀττικῆς σεμνότερα·; haec scripta sunt manu prima codicis Matritensis; si sequeremur lectionem manus secundae, clausulam haberemus cum lege congruentem: τῆς Ἀττικῆς τὰ σεμνότερα·. — F. Mus. Rhen. p. 483,3 συνόδοις δείκνυσιν; B. 127,4. 5 γυναῖκες ἔχειν; B. 127,11 εὖ φρονοῦσιν [1]).

Sunt igitur in operibus Choricianis, quae Meyero nota erant, plus centum quadraginta clausulae a lege, quam enuntiavit, alienae.

Ad has accedunt octoginta fere in orationibus et dialexibus postea demum vel nondum editis: in oratione in Iustiniani Brumalia habita una F. ind. II 4,9 εὖ δὲ ἴσασιν; altera enim clausula δίχα λάμπουσαν (F. ind. II 3, 2), cum Foersteri tantum coniectura contineatur, pro certa haberi non potest;

in declamatione de Lydis decem[2]): F. ind. II 10,10 Λυδοὶ βούλονται μέν; 11,24 θυμὸν ἀνήρ·; 12,21 ταῦτα ἦν; 14,5 ζήτει τούτους; 14,20 κατορθοῦν ἕπεται; 15,16 γυναιξὶν ᾄδομεν; 15,19 λογισμὸς ἕτερος·; 16,1 δουλείας τρόπος; 16,14 εὖ ἔχειν; 16,18 λήθην ἔρχεται,

in declamatione, quae inscribitur Μιλτιάδης,[3]) tredecim: F. ind. III 6,11 λοιπὸν εἰσῄει; 7,12.13 ἐχθρὸν ᾠόμην; 10,5 ἐμπεσεῖν ἡρώων; ib. 11,9 ὧν οὐκ εἶχεν; ib. 12,4 φιλοψύχως ἔχων; 12,13.14 τοῦτο δράσω·; 12,19 ἴσμεν ἅπαντες·; 12,31 ἀχρεῖον ἦν; 12,33 περιουσίαν ἄγειν; 13,20 ὃ λέγω·; 13,26 ἐμὲ ὁρῶν; 16,4.5 ὑμᾶς βραχέα·; 16,10 ἐμοῦ λόγος·,[4])

in declamatione inedita, quae inscribitur Φιλάργυρος, octo: fol. 77^r καιρὸς ἐκάλει·; fol. 79^v ἐλεῆσαι ἔνδειαν·; fol. 67^r ἡδονὴν ἤμελλέ (corr. ἔμελέ) σοι·; fol. 69^r οὐδαμοῦ θήσομεν·; fol. 70^v καιροῦ τρυφῶντες·; fol. 71^r υἱεῖς ἰδεῖν; ib. γονεῖς καὶ λέγειν; fol. 71^v ἀναλώσας λάθῃς·,

in declamatione Ἀριστεὺς νέος inscripta septem: fol. 82^r βίος ἦν·; fol. 84^v δεδωκόσι χάριν; ib. καταλιπὼν μίμησιν; ib.

[1]) F. ind. I 18,3 πιτὺας ὁ μῦθος facile cum Meyero in πίτυας ὁ μῦθος corrigi potest.

[2]) Cf. F. ind. II 10—17.

[3]) Cf. F. ind. III 3—16.

[4]) Clausula, quae exstat F. ind. III 10,22. 23 ἀπαντησάντων κρίνειν· numerari non potest, propterea quod totus locus corruptus est.

εὖ ἔχειν; fol. 85ᵛ νοσῶν ὑγείας; fol. 88ᵛ μήπω πάρεισιν; fol 73ᵛ εὗροι χρήματα,

in declamatione Spartiatae tredecim: fol. 140ᵛ θεῷ πρόσφορον; fol. 142ʳ χαλεπὸν εὑρεῖν; fol. 144ʳ ὢν τυγχάνεις; fol. 145ʳ καλὴ μὲν Ἥρα; fol. 146ʳ θηρευτὰς Ἄρτεμις; fol. 147ʳ Ἑλλάδα ῥύσασθαι; fol. 147ʳᵛ αὐτὴ προέστηκεν; fol. 148ʳ ἡμῖν θεοί; ib. τιμῶν τὴν Φρύνην; fol. 148ᵛ ἀκηκοὼς ὡς ἔστιν; fol. 149ᵛ νοῦν ἔδεισας; fol. 150ʳ παίδων αἶσχος; fol. 150ᵛ χρηστῆς ἐλπίδος,

in declamatione Ἀριστεύς inscripta, cuius quidem initium cum titulo et praefatione periit, quindecim: fol. 178ʳ ἀποκνεῖ διδόναι; fol 178ᵛ αἰτεῖν εἰκόνα; ib. τεθεικόσι νόμοι; fol. 179ᵛ χιτὼν ἀνεύθυνον; fol. 180ʳ περιτεθεικὼς ἐσθῆτα; fol. 181ʳ εὖ νοεῖν; ib. γενέσθαι δῆλον; fol. 182ʳ ἄλλο πάθος; fol. 183ʳ καινὸν τοῦτο; fol 183ᵛ αὐτῇ ὀφείλειν; ib. ἰδὼν εὗρεν; fol 185ᵛ ἀπειλήφει χάριν; fol. 186ʳ Δαρεῖος ἔφη; fol. 186ʳ νενικηκότων σέ; fol. 187ʳ λόγῳ ἔσπειρα.

Denique in dialexibus codicis Matritensis ineditis discordant cum lege clausulae undecim: fol. 75ʳ θεοῦ ῥάβδος; fol. 75ᵛ φέρον ἅπαντα; fol. 139ʳ ἄστει ἄνθρωποι; ib. αὐτὸν ὑμῖν; ib. οὐδενὸς δεύτερος; fol. 150ᵛ εὐδαίμων ᾖ; ib. νὺξ ἐν μέσῳ; fol. 164ᵛ θανοῦσι λάμπει; ib. χαλκὸς ἡ ὕλη; fol. 174ʳ γεωργοῖς νόμος; fol 174ᵛ ἦν ἐκεῖνος.

Sed inter clausulas a lege Meyeri alienas iudico numerandas esse etiam eas, quae exstant ante vel post participia absoluta vel coniuncta: Boiss. 23,13 τί παρείς;[1]) — B. 54,23 ἑνὸς δ'οὖν εἴξαντος; B. 66,19 ἐμπιπτούσης ἄχθονται; — B. 88,4 ὑφιπετῇ καλέσας; B 101,11 ἑορτῆς ἔφορον; — B. 251,2 παρελθὼν εἰς μέσους; B. 274,12 καθεστηκυῖα κρίσις; — B 210,4 αὐτῷ τὴν παῖδα; B. 212,7. 8 κολάκων ὄχλος; B. 214,3 χειρὸς καὶ νεύματι; ib. λαθὼν τὴν κόρην; B. 225,5. 6 ἀηττήτῳ ῥώμῃ; B. 227,7 αὐτὸν κόλακας; — G. 33,17 ἀπεγνωκότων πεῖραν; — G. 55,3 συνῆν ἄνθρωπος; — F. Herm. 212,7 ἀνανδρίαν σκώπτων; ib. 221,8 ἃ βούλεται; — F. ind. II 13,15 ἀγαθῶν ἱππέων; — fol. 70ʳ ἀκηκοὼς ἄπεισι; — fol. 179ᵛ πολεμίοις εἴργασται; fol. 174ʳ εἰωθὸς ποιήσῃ. Nam Meyerum ipsum non dubitavisse pausas post vel ante participia statuere apparet exemplis in fine commentationis collocatis (l. c. p. 25 l. 13. 19/20. 20. 27 28. al.).

---

[1]) B. 53,18 pro τι μέγα πράξας cum codice Matr. legendum est μέγα τι πράξας.

Iam ut pernoscas quae ratio intercedat iis clausulis quae a lege abhorrent cum iis quae eam sequuntur, en tibi hic index:

Tituli singularum Choricii orationum.	Summa omnium in singulis orationibus clausularum.	Numerus earum clausularum quae legem Meyeri		Numerus earum clausularum quae puras legis ostendunt formas. (cf. p. 36.)
		observant	deserunt	
Epitaph. Procop.	470	463	6+1	277
Epitaph. Mar.	254	251	3	137
Epithal. Zach.	117	113	4	59
Epithal. Proc. etc. . . .	270	263	7	157
Laud. Summi	318	316	2	164
Laud. Aratii et Steph. .	544	538	5+1	253
Laud. Marc. I.	592	583	7+2	266
Laud. Marc. II.	524	514	10	284
Apol. mim.	896	877	18+1	463
Polydam.	486	454	30+2	261
Priamus	499	479	20	271
Tyrannicida	727	718	7+2	380
Patroclus	844	835	7+2	490
Infanticida	982	960	16+6	583
Dialexes editae. . . .	232	228	4	96
Brumal.	86	85	1	32
Lydi	306	295	10+1	137
Miltiades	509	496	13	257
Philargyr.	808	799	8+1	407
Iuvenis fortis	668	661	7	341
Spartiates	738	725	13	391
Fortis	655	639	15+1	357
Dialexes ined.	478	466	11+1	227
	12003[1]	11758	224+21	6290

[1]) In hac summa omnes clausulas neglexi, quae verbis aliorum scriptorum expressae sunt, ut B. 110,20 ἀλλήλαις λέγειν = Eur. Phoen. v. 201; B. 111,8 καλὰ λέγειν = Plat. Gorg. 489 E; F. ind. II 5,15 ἐπιτελέσαι ἔργῳ = Thuc. I 70,2; F. ind. I 16.4 μεστὴ δὲ θάλασσα = Arat. Phaen. 3. al.

Inita igitur subductaque ratione affirmare nobis licet apud Choricium quadragenis fere octonis clausulis cum lege Meyeriana consentientibus singulas respondere clausulas discrepantes. Quae cum ita sint, negaverim apud Choricium firmam fixamque legem esse statuendam: in deliciis eum tales clausulas rhythmicas habuisse concedo. Favere videtur, ut Foerster me monet, ,legi' Meyerianae, quod in quattuor illis orationibus, quae pluribus codicibus continentur, plures clausulae huiusmodi quam in declamationibus uno codice Matritensi traditis cernuntur. Tamen propter nullam aliam causam nisi illam ,legem' textum traditum mutare non ausim.

Sed sunt etiam in ,lege' ipsa, quibus offendar. Omnium clausularum dimidiam partem vidimus exhibere puras legis formas bidactylicas, Adonias, choriambicas (cf. p. 36. 43), dimidiam vero alteram legi non obtemperare nisi Meyeri licentiis (l. c. p. 8 sq.) probatis. His autem quis est qui plane astipuletur? Sane concedo articulum, coniunctiones, praepositiones usurpari posse, quasi careant grammatico accentu (l. c. p. 8), ut in codicibus talia vocabula auxiliaria inveniuntur sine accentu. Sed si Meyer idem affirmat de adverbiis et pronominibus, nullo modo ei possum assentiri, praesertim cum parum cognoscatur, quaenam adverbia pronominaque existimet adhiberi, quasi sint accentu liberata. Num inter illa referenda sunt etiam ea adverbia, quae ex adiectivis derivantur? In numero pronominum illum in modum usurpatorum ea posse haberi fortasse crediderim, quae partim accentu grammatico instruuntur partim adhibentur enclitice, ut μοί et μοι, σοί et σοι, σέ et σε, sim. Si autem Meyer hanc de pronominum sono opinionem ad omnia extendit, cum eo facere nequeo. — Neque rimari potui, quae esset causa, cur neque in brevibus enuntiatis neque in historicorum transitionibus Meyer rhythmicas clausulas necessarias existimaret (p. 10). Etsi tales clausulas non inter falsas enumeravi (ut B. 6,8 τίς γένωμαι·; B. 24,4 τίς οὖν οὗτός ἐστιν; fol. 73^{r} τίς οὖν ἔστιν αὕτη·; B. 72,20. 80,14 τί οὖν ἔστι τοῦτο·; al.), tamen puto, si lex statuatur, ne illas quidem enuntiationes esse excipiendas, praesertim cum multis aliis locis inveniantur legi subiectae, ut B. 92,11 τί οὖν ἡ φάτνη; B. 100,7 τοιοῦτον δὴ τὸ ἄστυ; B. 94,13 ἀλλὰ τίς ὁ σκυθρωπὸς οὑτοσί; fol. 142^{v} ἄκουε ἕτερον; fol. 186^{r} τί οὖν οἱ Πέρσαι; al.

Gravissimae autem dubitationes oriuntur mihi opinionem ab eo de accentu, ut ita dicam, secundario expositam (l. c. p. 9. 11. 12.) reputanti. Quamquam enim fuse explicavit (p. 9) illa lege postulari, ut trium syllabarum accentu liberarum altera, quattuor syllabarum sono carentium altera vel tertia, quinque eiusmodi syllabarum fere tertia accentu secundario ornetur, tamen, cum hac regula prohiberi intellegat, quominus clausulae sint aut bidactylicae aut Adoniae aut choriambicae, trium syllabarum accentu carentium semper primam, quattuor eiusmodi syllabarum semper alteram, quinque autem semper tertiam accentu secundario instruxit. Ego vero accentum secundarium, si apud Graecos exstitit, certe in stirpe verbi collocatum esse censeo. Neque mihi credibile videtur in clausulis ἀξίαν κεκτημένου vel ἀπολαύουσι δυναστείας vel μεγαλαυχοῦσι στρατηγοί etc. sonum secundarium in syllabas αν aut σι cecidisse.

Pars quarta.

Declamationes quae inscribuntur *μονῳδία, εἰς ῥόδον, περὶ ἔαρος, ἠθοποιία ποιμένος, ἠθοποιία ἐμπόρου, ἠθοποιία Ἀφροδίτης, ἠθοποιία Φοίνικος, ἔκφρασις ὡρολογίου, ἔκφρασις εἰκόνος,*[1] **num sint Choricii.**

Idem vir doctus, cuius de lege rhythmica capite praecedente disseruimus, l. c. p. 17 pergit dicere: „Die Echtheit der von Mai (Spicil. Rom. V p. 410 - 463) veröffentlichten Stücke zweifelte Foerster[2]) an; doch überall findet sich der rhetorische Schluss und giebt so ein gewichtiges Zeugnis für ihre Echtheit."

Unumquemque haec legentem offendet conclusio. Nam quis dicere potest illas declamationes a Choricio conscriptas esse, propterea quod in his eadem clausula rhetorica ubique inveniatur, quam inde a saeculo quarto usque ad decimum sextum ab aliis multis scriptoribus et rhetoricis et historicis diligentissime adhiberi Meyer ipse comprobare studuit? Neque vero eidem asseveranti clausulam rhetoricam u b i q u e inveniri astipulari possum. Quaestionis autem de hac re factae summam paucis comprehendere mihi liceat easque clausulas enumerare, quae a ‚lege' absonae sunt: ex mille quadringentis clausulis, quae—quantum potest cognosci ex codice, qui has scriptiunculas unicus continet, Vaticano 1898 manco atque corrupto — in illis declamationibus insunt, nonaginta cum ‚lege' discordant, ut quaternis vel quinis denis clausulis ‚rectis' singulae ‚falsae' respondeant. Quae sunt: B. 130,6 οὔτοι ἄνωθεν·; B. 132,12 πλημμυροῦς τοῖς ὕδασιν; B. 133,8 φυτῷ κοσμεῖσθαι·; B. 135,5 νομή τις ἦν; B. 136,6 σιγᾶν ἐδόκει; B. 136,11 δεῖ λέγειν·; ib. ἑκὼν ἐπείσθη·; B. 137,4 καλὸς ὁ Νάρκισσος·; B. 139,8 λυπήσω λέγων; B. 140,2

---

[1]) ed. Mai, spicil. Rom. V p. 410 sqq. = B. p. 129 sqq. Ne Hercher quidem (Herm. V p. 290) de Choricio auctore se dubitare significavit.

[2]) F. ind. I p. 1.

ἐπιφανέντος ἔαρος·; B. 141,2 αὐτῇ συνήδομαι; B. 141,11 ἦν γυμνή· (cod. γυνή); B. 141,20 ὁδοιπόρος ᾄδει; B. 142,5 δρᾷ μεγίστην·; B. 142,10. 11. ἠπείλει Ξέρξης·; B. 143,16 βλοσυρὸν δρᾷ·; ib. αἷμα κέχηνε·; B. 143,18 ἐμοὺς παῖδας·; B. 143,21 οὐρανὸς ἤνεγκεν; B. 144,1 ἐπῆλθον γῆν; B. 144,21 τοῦτον εἶχον; B. 146,17 πόθον θέα; B. 147,7 εἶπον ἔγνως·; B. 147,17 δακρύω λέγων; B. 147,18 πρῶτα ἔλεγεν; B. 148,11 μαθὼν ὁπλίτης·; B. 150,2 ἱερὸν ἴδοι; B. 151,16 μέτρα φέρων; B. 152,3 γραφὴ δὲ ταύτας·; B. 152, 24. 25 νικῆσαι κάπρον; B. 153,27 λαιᾷ ἠχεῖον; ib. καλεῖται λέων; B. 156,4 Ζεὺς ἐλεύθερος; B. 156,7 φανῇ χρυσός·; B. 156,10 φυτὸν κρατήσας·; B. 157,8 λευκοὶ μὲν πάντες·; B. 157,17 πρόσω τείνας·; B. 157,23 οἰκέτης ἕλκει; B. 157,29 ἀνὴρ καὶ ταῦρος·; B. 158,15 ταὼς καθίπτεται; B. 159,18 παρῆν Ὅμηρος·; B. 160,14 αὐτὸς ὑπνῶν; B. 161,19 δειλιᾷ μὲν αὕτη; B. 162,1 τοῦτο πέπονθα; B. 162,4 ὑγρὸν τὸ βλέμμα; B. 163,6 πυρσὸν ἀνάπτει; B. 163,16 λαβοῦσα γράφει; B. 163,18 τραγική τις γραῦς·; B. 163,23 λέγειν ἔοικε·; B. 166,3 κύνες αὗται; B. 166,14 πληγὴν ἐμβάλλων; B. 167,8 δοκοῦν ὑμῖν ἐστιν; B. 169,6. 7. προσανεστηκόσι σφάλλεται; B. 169,13 ἐπόνουν Τρῶες·; B. 169, 14 συμβαλεῖν μελλόντων; B. 170,8 περαιτέρω βαίνειν; B. 172,5 γραφῆς ἐξέχων; B. 174,12 αὐτὴ παρθένος·; B. 175,7 πόαν ἄγουσι; B. 176,13. 14 ὥρα θέρους·; B. 179,1 ἀδελφὲ φίλτατε·; B. 179,7 νεκρὸν οὐκ ἔχων; B. 180, 6. 7 Ἐριννύων τράπεζαν; B. 181,6. 7 ἴσως ἤλγησεν; B. 181,7 φιλοσοφίας ἔρρωτο; B. 182,12 νερτέρων εἴδωλα; B. 183,8 εἷλον μέλιτταν; B. 184,15 χεὶρ ἔθλιψε; B. 184,18 ἡλικιωτῶν χορός; B. 185,6 κυρίου λόγον; B. 185,12 βαρέως φέρει; B. 185,26 ἀρρήτοις ἴυγξι; B. 186,2 εὐανδρίας ἄγανται; B. 186,6.7 ἄμφω πέφυκας (cod. πέφηνας); B. 186,10 Θεμιστοκλῆς Πέρσας·; B. 187,9 ἀριστέων σῶμα; B. 187,12 ταχὺ ῥγάφων; B. 189,1. 2 ὑπερχειλὴς ἦν; B. 189,2 σῶμα ᾔσχυνε; B. 192,9 ἀριστέα πίπτοντα; B. 192,28 πολεμίοις ἔβρεμες; B. 193,15. 16 χερσὶ πολλαῖς·; B. 194,8. 9 ἱερῶν λειμώνων; B. 194,11 λόγων πλάττοντες·; B. 194,16. 17 εὖ ἔχει; B. 194,18 ἀναβολῆς ἔχεις·; B. 196,3 Ἀσιατικὸν ὑπόθεσιν; B. 196,4 σμικρόν τι λέγειν; B. 197,6 ἐπαινῶν δέδοικεν; B. 281,19. 20 ἐραστοῦ κἂν φύγῃ; B. 281,20 φυτὸν εἶχε.

Neque igitur cum Meyero clausulas in illis declamationibus rhetoricas existimare possumus argumentum, quo a Choricio eas esse compositas demonstretur.[1]) Contra nonnullae sunt

[1]) Aliquot sunt clausulae, quae, si inspicimus textum Maianum, in numerum ‚falsarum' sunt referendae, sin sequimur codicem Vaticanum 1898

rationes, quibus verisimillimum fieri putem eas non esse Choricii. Has nunc proferre mihi liceat, sed ita ut declamationes singillatim pertractentur. Praemittendum autem est in codice Vaticano 1898 — qui unus eas exhibet hoc ordine περὶ ἔαρος, εἰς ῥόδον, ἠθοποιία ποιμένος, ἠθοποιία ἐμπόρου, ἠθοποιία Ἀφροδίτης, ἠθοποιία Φοίνικος, ἔκφρασις ὡρολογίου, ἔκφρασις εἰκόνος, (fragmentum panegyrici B. 196) μονῳδία — nullum nunc auctoris nomen apparere, sed a Maio Choricio declamationes adiudicatas esse.

I. De monodia.

Quantum intersit inter monodiam et Choricii opera facile intellegitur ex quaestione de hiatu illius cum his comparata. Neque enim hunc minus quam quattuordecim locis in una monodia, quae ne una quidem oratione Choriciana longior est, admissum esse videmus, id quod Choricii usui ac rationi repugnat: B. 188,9 σου ὡς; 192,10 σου ἀναμίξω; 192,11 σου οὐκ; 192,12 σου οὐκ; 189,20 πάλαι Ὀδυσσεῖ; 194,14 πάλαι Ὀδυσσεύς; 195,4 πάλαι ἀποτεθνηκότες; 189,17 βαβαὶ ὅσος; 182,12 ὀδυνηρὰ ἡ; B. 182,12 μετὰ Ἱερεμίου; 183,13 μετὰ Ἰώβ; 188,9 μετὰ Ἱερεμίου; 182,5 φίλτατε ἀδελφέ; 187,7 δόρυ ἐκράδαινες (falso ed. δόρυ κραδαίνας).

Hanc tantam diversitatem explicari non posse puto, nisi auctorem diversum statuimus. Eum enim, qui monodiam confecit, senem fuisse ex huius ipsius verbis apparet: θρηνεῖ δὲ καὶ ὅσον ἐπ' οἴκου συγγενὲς ἄλλο καὶ φίλιον, καὶ μέσον ἐν τούτοις ἐγώ, πάλαι μὲν καὶ γήρᾳ καὶ φθόνῳ τρυχόμενος καὶ τοῖς κακοῖς (Boiss. p. 184,22 sq.). Choricium autem senem quam maxime probabile est certas illas hiatus vel vitandi vel admittendi regulas, quas iam in scholis didicit, nunquam suo iudicio arbitriove tantopere neglecturum fuisse, ut hiatum tot locis contra suam rationem admitteret.

Altera autem causa, cur monodiam a Choricio non esse conscriptam putem, haec est. In monodia duodecim locis sen-

denuo a Guilelmo Kroll amico collatum, in numerum ‚rectarum': B. 176,4 διαρρεῖ τὰ ὕδατα· — cod. διέρρει τὰ ὕδατα·; B. 183,8 θανάτου γεύομεν· — cod. θανάτου γευόμεθα·; B. 184,12 ἀντιπνοιαῖς ἐκκείμενοι· — cod. ἀντιπνοίαις ἐκκείμενοι· (quae recta est lectio); B. 188,2 λόγοις ἔμιξας· — cod. λόγοις ἀνέμιξας· (ἀν manu rec. additum est); B. 280,8 ὄρνεις ᾄδουσιν· — cod. ὄρνιθες ᾄδουσιν·; B. 137,5 καλὸς Ὑάκινθος· — cod. καλὸς ὁ Ὑάκινθος·; B. 176,13 πῦρ βαλόντος· — cod. πῦρ προσβαλόντος·.

tentias ex Vetere Testamento ad verbum descriptas invenimus: B. 182,12 sq. = Ἱερεμ. 14,17 et θρῆνοι Ἱερεμ. 5,15 sq.; B. 183,13 sq. = Ἰώβ 29,1 sq.; B. 184,3 sq. = Ψαλμ. 37 (38), 12; B. 184,15 = Ψαλμ. 59 (60), 5; B. 184,18 = Σειράχ 6,5; B. 185,2 sq. = Μιχαίας 1,8 sq.; B. 186,5 sq. = Σοφία Σολομωντ. 8,15; B. 188,9 = Ἱερεμ. 38,12; B. 189,3 = Ἆισμα II 14 et I 10; B. 189,10 = Ἆισμα I 11; B. 191,14 sq. = Ψαλμ. 88 (89), 11; B. 192,9 sq. = Βασιλ. II 1,17 sq. Choricius in orationibus ne unum quidem locum ex Vetere Testamento attulit aut imitatione expressit aut in suum usum convertit.[1])

Denique nonnullae locutiones monodiae diversae a Choricianis commemorandae sunt.

Choricius vocabulo γραφή utitur, ut significet aut picturam aut accusationem: cf. B. 33,20 εἰ ζωγράφος τὴν ὅλην οἴοιτο πεπληρῶσθαι γραφήν (deest in Parisino, quem Boissonadius adhibuit); 75,15; 78,9; 90,8; 92,3; 96,2. 8; 116,13. 16; 118, 21; 198.6 (bis); F. ind. I 17,20; I 19,14; I 20,20; III 9,25; III 11,4; foll. 143r, 147r, 174v, 179v, 181r (bis), 181v, 182r, (ter), 182v (bis), 183r (bis), 183v (ter), 184r (ter), 185r, 185v, 186r, 187r (bis). In monodia — B. 184,15 ἡμεῖς, τοῦτο δὴ τὸ τῆς γραφῆς, πίνομεν κατανύξεως οἶνον [cf. Psalm. 59 (60), 5] — hoc vocabulum pro ‚libris sacris‘ adhibitum est. Quos Choricius appellat aut θεῖα συγγράμματα (B. 11,8) aut συγγράμματα ὅσια (B. 81,10. 11) aut ἱερὰ συγγράμματα (B. 109,12).[2])

In monodia scriptum videmus B. 185,19 φωνὴν προϊεμένη: Choricius semper dixit φωνὴν ἀφιέναι, ut B. 9,9; 31,5; 41,7; 65,14; 120,9; 215,15; 251,5; G. 46,1.[3])

Auctor monodiae rarissimum vocabulum ἀρίστευμα usurpat (B. 190,15), Choricius usitatum ἀριστεία, ut G. 18,14; F. ind. II 10,17; II 15,8. 13; III 7,19; III 12,1; F. Herm. 214,2; 216,8; 217,7; 230,5; 231,1; 237,27; B. 242,6; 273,8; 278,11; 278,18.

---

[1]) Idem animadvertisse Praechterum in ephemeride Byzantina (vol. I p. 611 not.) postmodo vidi.

[2]) Quod Germanice dicimus „Schrift“, apud Choricium semper est aut σύγγραμμα (B. 4,17; G. 42,6; 44,27; 49,2; 64,17) aut γράμμα (B. 3,10; 44,3. 8; 100,24; 101,1; 121,18; 122,3. 5; F. ind. II 4,15; II 5,4; II 5,6).

[3]) λόγον ἀφιέναι legimus G. 32,18; 40,24; fol. 82v. — Verbum προΐεσθαι apud Choricium semper idem fere est atque „preisgeben“ (G. 55,1; F. ind. III 12,3; F. Herm. 215,27).

Adverbium ἐξάπινα invenitur in monodia (B. 184,16), nunquam apud Choricium, qui eius loco dixit ἐξαίφνης; cf. B. 45,3; 66,11; G. 19,18; F. ind. III 16,7; fol. 67 v).

In monodia (B. 182,5 οὐδ' εἰν ἀΐδου λήσομαι[1]) τῶν σῶν καλῶν) simplex λανθάνομαι cum genetivo coniunctum significat ‚oblivisci'. Choricius in hac significatione verbum ἐπιλανθάνομαι semper usurpat, ut B. 34,11; 61,1; 123,3; 265,17; G. 15,10; 49,25; 73,15: 73,17; F. Herm. 224,4; 225,6; 227,17; foll. 69 v, 84 r, 139 v (bis), 181 r, 182 r.

Haec iam sufficere putaverim ad demonstrandum Choricium monodiam non conscripsisse. Nomen auctoris indagare nondum mihi contigit.

Iam quod paululum a proposito deflecto, veniam mihi des. Nonnulli enim viri docti ab Eustathio Macrembolita Choricium expressum esse statuerunt,[2]) quia in monodia permultos locos cum Eustathianis consentientes deprehenderunt.[3]) Nunc autem cum monodiam falso tributam esse Choricio Gazaeo viderimus atque ignoremus, cui aetati sit adiudicanda, quaeritur, utrum monodiae scriptor ex Eustathio Macrembolita an hic ex illo hauserit. Quod disceptari posse iudico. Nam si nonnullos locos monodiae cum Eustathianis comparaverimus, unicuique mirum videbitur, quod apud Eustathium et alia atque in monodia vocabula adhibita et verborum ordo commutatus sit, ut B. 182,16 ἀπερρύης ἴσα καὶ ῥόδον Λοκρόν = Eust. Macr. (ed. Hilberg) 158,8 ἐξαπερρύη κατὰ ῥόδον Λοκρόν; B. 184,6 ἀπορρεῦσαν φῶς ὀφθαλμῶν = Eust. 97,12 Ὑσμίνη μοι φῶς ἀπερρύης τῶν ὀφθαλμῶν; B. 185,19 καὶ γίνεται ὅλη αὖος = Eust. 171,8 καὶ αὖος ὅλη γεγένημαι. Eustathium et monodiae auctorem his locis, quamquam aliis multis plane inter se consentiunt, alterum alteram

---

[1]) Maius perperam scripsit λήσομεν. Sed etiam activum λανθάνειν apud Choricium semper significat ‚latere', nunquam ‚oblivisci' cf. B. 5,9; 26,6; 74,10; 112,16; 214,3; 248,8; 273,10; 278,21; 279.7; G. 17,16. 24; 21,20; 22,17; 48.1; 59,8; 69,18; 73,11; F. Herm. 217,24; 228,8. 9; F. ind. I 19,23; I 21,4; I 21,21; I 24,14; II 16,20; III 6,7; III 8,3; III 9,6; III 10,14; III 11,20. 21; III 12,21; foll. 71 v (bis), 147 v (bis), 186 v, 85 v.

[2]) Eustathii Macrembolitae Protonobilissimi de Hysmines et Hysminiae amoribus libri XI rec. Isid. Hilberg, Vindob. 1876. p. IX. — Krumbacher, Gesch. d. byz. Litt. p. 372. — Seitz. l. c. p. 52.

[3]) Hos locos congessit Hilbergus l. c. p. 228 sq.

habere verborum fere parium collocationem solum ex eo potest intellegi, quod Eustathius, ut erat studiosissimus hiatus fugiendi,[1] locos ex monodia sumptos de industria mutavit, ut hiatum evitaret. Itaque primo loco pro ἴσα καὶ scripsit κατά, ut hiatum post ἐξαπερρύη vitaret; altero loco ob eandem causam post μοι verba φῶς et ἀπερρύης transposuit; tertio denique loco, cum hiatum prorsus fugere non posset, verborum translatione post καί talem eum admisit, qualis aliis quoque locis apud ipsum reperitur. Neque igitur dubium mihi videtur, quin Eustathius monodiae imitator fuerit. Vere Choricianas orationes Eustathius non imitatus est, ut haec quoque causa sit de authentia monodiae dubitandi.

Sed redeamus, unde digressi sumus, et quaestionem solvere studeamus,

II. num declamatiuncula, quae εἰς ῥόδον inscribitur, Choricii sit.

Hoc quoque negandum est. In lexico enim Segueriano tertio περὶ συντάξεως (Bekk. anecd. Gr. p. 146,26) legitur: Ζηλοτυπῶ· αἰτιατικῇ Προκόπιος εἰς τὸ ῥόδον ἔκφρασις· Ἄρης γὰρ ταῦτα μαθὼν — ἤρα δὲ καὶ οὗτος τῆς Ἀφροδίτης — ἐζηλοτύπει τὸν νέον. Verba laudata plane cum verbis declamatiunculae hisce concinunt: Ἄρης γὰρ ταῦτα μαθών, ἤρα δὲ καὶ οὗτος τῆς Ἀφροδίτης, ἐζηλοτύπει τὸν νέον (Mai, spic. Rom. V p. 411,26 sq. = B. p. 132,1 sq.). Huic grammatici testimonio non est cur diffidamus, priusquam contrarium sit inventum fide illo dignius.

Haud aliter statuendum est

III. de declamatione περὶ ἔαρος inscripta.

Ab eodem grammatico verba Procopio attribuuntur haec: ἐπισπῶμαι· Προκόπιος περὶ ἔαρος· ὑπὸ τὴν θηλὴν ὑπέχει τὸ στόμα καὶ ἐπισπᾶται τοῦ γάλακτος (Bekk. anced. Gr. p. 143,24),[2] quae accurate respondent declamationis περὶ ἔαρος verbis: ὑπὸ τὴν θηλὴν ὑπέχει τὸ στόμα καὶ ἐπισπᾶται τοῦ γάλακτος (Mai, spic. Rom. V p. 446,22 sq. = B. 175, 10 sq.).

IV. Ethopoeia quae dicitur ποιμένος

sub Procopii nomine vel in codice invenitur. Qui est codex

[1]) Hilberg, l. c. praef. p. XXI sqq.

[2]) Cf. Boiss. p. 175, not. 3.

saeculi XIV Parisinus gr. 1038, e quo Boissonadius[1]) ante Maium eam ediderat, titulum praebens Ἠθοποιία Προκοπίου Σοφιστοῦ Γάζης. Τίνας ἂν εἴποι λόγους ποιμήν, ἐκ σφοδροτέρου χειμῶνος ἔαρος ἐπιλάμποντος. Quae cum ita sint, illam quoque ethopoeiam Procopio redditam volo. Nam ad unum scriptorem tres illas declamationes εἰς ῥόδον, περὶ ἔαρος, ποιμένος esse referendas ratione scribendi confirmatur. Verborum enim enuntiationumque similitudo optime cognoscitur ex comparatione insequente:

Εἰς ῥόδον	Ἠθοποιία ποιμένος	Περὶ ἔαρος
B. 133,4 τοῦ αἵματος τὸ χρῶμα τοῖς ῥόδοις φύσις ἐγένετο.	139,9 αἵματι τῆς Ἀφροδίτης τὸ ῥόδον ἡμῖν ἠρυθαίνετο.	178,1 τῆς θεοῦ τὸ αἷμα τοῖς ῥόδοις φύσις ἐγένετο.
132,10 (Ἀφροδίτη) ὡς εἶχέ τε ἀνέστη καὶ δρόμῳ διὰ πάντων ἐφέρετο.		177,12 (Ἀφροδίτη) ὡς εἶχεν ἀνέτρεχε καὶ γυμνῷ ποδὶ διὰ πάντων ἐφέρετο.
	138,1 τοῖς λειμῶσι περιβομβοῦσιν αἱ μέλισσαι.	176,6 αἱ δὲ μέλισσαι τὰ ἄνθη περιβομβοῦσιν.
131,20 ἔμελε δὲ αὐτῷ . . . κυνηγέσια.		176,12 θήρας ἔμελεν αὐτῷ.
	134,2 ἔαρος ἐπιλάμποντος. 139,11 ἔαρ . . . ἀναλάμψαν.	173,4 ἔαρ ὑπέλαμψε.
131,12 ὁ Πὰν ὁρᾶν ἐδόκει τὴν Ἠχὼ φθεγγομένην μόνον ἀκούων καὶ τὴν ἐρωμένην ἠγνόει.	137,13 ὁ Πὰν τὴν Ἠχὼ βοήσει κόρην οὔτε φθεγγομένην οὔτε σιγῶσαν, πλησίον δὲ δοκοῦσαν ἀεὶ καὶ λανθάνουσαν καὶ νόθῳ φωνῇ παραμυθουμένην τὸν ἐραστήν.	cf. B. 174, 11 sqq.

[1]) Marini vita Procli, Lipsiae 1814 p. 76 not. 1.

Εἰς ῥόδον	Ἠθοποιία ποιμένος	Περὶ ἔαρος
133,12 ἀλλὰ γὰρ εὐμενὴς ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπιφαίνοιτο καὶ δοίη πάλιν καὶ ἔαρ ἰδεῖν καὶ ῥόδον ὑμνῆσαι.	139,10 τοιαῦτα τῆς ὥρας ἀπολαύων εὔξομαι μετὰ τῆς ἀγέλης καὶ θέρος ἰδεῖν.	178,4 τοιαῦτα τοῦ λειμῶνος ἀπολαύσας καὶ τῶν ῥόδων πλεῖστα συνεπαγόμενος ἀπῄειν οἴκαδε, τὸ ἔαρ ᾄδων καὶ πάλιν ἰδεῖν τὴν ὥραν εὐχόμενος.
131,13 ὁ δὲ Ἀπόλλων δάφνην ἔχων τὸ φυτὸν τῆς Δάφνης κηρύττει τὸν ἔρωτα.	137,17 ὁ δὲ Ἀπόλλων ἥδεται δάφνῃ στεψάμενος καὶ φυτὸν ἔχων, ἣν κόρην ἔχειν ἐβούλετο.	174,7 ἀλλ' Ἀπόλλων φυτὸν ἀντὶ κόρης ἔχων οὐκ ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα.
131,18 ἀλλὰ γὰρ ἔδει καὶ αὐτὴν (sc. Ἀφροδίτην) τῶν ἑαυτῆς πειραθῆναι βελῶν καὶ οὐδὲ λανθάνειν ἐγένετο.	138,10 οὐδὲ γὰρ αὐτὴ (sc. Ἀφροδίτη) διαφυγεῖν ἐδυνήθη τὸν Ἔρωτα.	

Sed etiam epistularum Procopii comparatio huic opinioni patrocinatur:

B. 131,13; 137,17; 174,7 (vid. locos supra allatos); B. 137,14 sq. νόθῳ φωνῇ παραμυθουμένην τὸν ἐραστήν.	Procop. epist.[1]) 66,26 sq. παρ' αὐτὴν ἤδη τὴν Δάφνην λογιζόμενοι τοῦ θεοῦ τὸ πάθος, τῆς Δάφνης τὴν σωφροσύνην καὶ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ φυτὸν παραμυθούμενον ἐραστήν (cf. ib. 13,10; 73,13; 115,10).
B. 131,18 τῶν ἑαυτῆς πειραθῆναι βελῶν·	Procop. ep. 54,7 τῶν ἐκείνου βελῶν πειραθῆτε.
B. 133,12 ἀλλὰ γὰρ εὐμενὴς ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπιφαίνοιτο.	Procop. ep. 4 extr. ἀλλ' εἴθε γάρ τις θεῶν εὐμενὴς ἡμῖν γένοιτο (cf. ep. 70 extr.).

[1]) Sequor editionem epistolographorum Hercherianam.

B. 137,16; 173,5 χελιδόνες . . . ᾄδουσιν.	Procop. ep. 40,2 χελιδόνες ᾄδουσαι et 51,4 ᾄδουσιν αἱ χελιδόνες.
B. 138,8 ἀντὶ δὲ στρωμνῆς πόα μαλακή τις ἡμῖν ὑποκείσεται et 175,21 ἐπὶ πόᾳ τινὶ μαλθακῇ κατακλίνεται·	Procop. ep. 66,33 ὁδὸς τῇ πόᾳ μαλακῇ (cod. F. μαλθακῇ) παρακέχυται.
B. 139,4 αἴρει τὸ τόξον (sc. Ἔρως).	Procop. ep. 54,7 sq. δεινὸς . . ὁ θεὸς (sc. Ἔρως) . . τόξον αἴρειν.
B. 173,4 φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς ὥσπερ τινὰ χειμῶνα λόγων τὴν σιωπὴν διαλύσωμεν.	Procop. ep. 8,1 λῦσον ἡμῖν μετὰ τοῦ χειμῶνος τὴν σιωπήν.
B. 173,5 τῇδε κἀκεῖσε τὸν ἀέρα περιφοιτῶσαι et B. 175,17 sq. τῇδε κἀκεῖσε τοὺς ὀφθαλμοὺς πλανώμενος.	Procop. ep. 59,5 τῇδε κἀκεῖσε πλανώμενα et 139,14 sq. βλέμμα τῇδε κἀκεῖσε χεόμενον (cf. 71,5 sq. τῇδε κἀκεῖσε περιφέρων).
B. 175,18 sq. εἰς μνήμην ἀφικόμην Σωκράτους . . . καὶ περὶ τὸν Ἰλισσὸν ἀφικνούμενος . . . ψυχροῖς τοῖς ὕδασιν ἐμβάλλει τὼ πόδε.	Procop. ep. 60,4 sq. οὐχ ἧττον ἢ Σωκράτης, ἡνίκα δὴ παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ἐκαθέζετο·
B. 177,4 αὐτὸ δὲ βασιλικῶς ἐκ μέσης ἀνατέλλον τῆς κάλυκος ἀναφαίνεται.	Procop. ep. 8,8 τὰ ῥόδα τῆς κάλυκος ἀναδύντα.
B. 177,9 sqq. Ἄδωνις καλὸς ὑπῆρχε . . . καὶ ἤρα τούτου ἡ Ἀφροδίτη. Οἱ γὰρ Ἔρωτες . . . οὐδὲ τῆς μητρὸς ἐθέλουσι φείδεσθαι . . . . . πλήττεται . . . τὸν πόδα. Καὶ τῆς θεοῦ τὸ αἷμα τοῖς ῥόδοις φύσις ἐγένετο (cf. B. 131,18 sqq. et 138,10 sqq.).	Procop. ep. 8,10 sqq. ἣν Ἄδωνις καλὸς καὶ Ἀφροδίτη τοῦτον ἐζήτει, καὶ ἡ τεκοῦσα τοὺς Ἔρωτας . . . ἐρᾶν ἐπαιδεύετο . . . πλήττεταί τε τὸν πόδα καὶ φαίνει τὸ ῥόδον (cf. ep. 69,20 sq.).

Denique sunt aliquot vocabula, quae et in Procopii epistulis et in his declamatiunculis, non vero in Choricii orationibus

inveniantur, — ut B. 138,1 et 176,6 περιβομβοῦσι (cf. Procop. ep. 125,11); B. 175,10 θηλήν (cf. Procop. ep. 38,8; 161,46); B. 176,9 ἐκεχήνειν (cf. Procop. ep. 39,14; 86,9; 137,17; 139,19); composita ab ἐγκατα incipientia B. 136,3 ἐγκαταδύντα, 138,3 ἐγκαταμίξω, 139,5 ἐγκατέθηκε (cf. Procop. ep. 30,5; 51,6 ἐγκαταλέγω); B. 173,9 flumen Πακτωλός commemoratur, ut Procop. ep. 66,7; 68,15; 114,12.

Quibus cum probetur illas εἰς ῥόδον, ποιμένος, περὶ ἔαρος declamationes etiam Procopii dictionem redolere, non dubito hunc pro auctore earum habere.

V. VI. Ethopoeias ἐμπόρου et Ἀφροδίτης

quamquam Procopio neque codicibus neque veterum scriptorum testimoniis attribuuntur, tamen huic adiudicandas esse verisimillimum puto, propterea quod non modo cum eis de quibus modo egi opusculis multis in rebus consentiunt, sed etiam scribendi genus epistulis et orationibus Procopianis simile habent:

B. 140,3 προῆλθεν εἰς ἔργον ἡ γνώμη et B. 145,1 πρὸς ἔργον ἦλθεν ἡ γνώμη.	Procop. 36,12 προῆλθεν εἰς ἔργον ὁ λόγος, 54,6 πρὸς ἔργον ἄγειν τὸν πόθον, 89,3 πρὸς ἔργον τὸν λόγον ἐκφέρειν, 137,13 πρὸς ἔργον ἐνέγκας τὴν γνώμην, 144,14 εἰς ἔργον ἦλθεν ὁ λόγος; Paneg. Anast. (Migne, S. G. t. 87,3) p. 2813 A πρὸς ἔργον ἐκφέρειν, ib. B εἰς ἔργον ἀφίκετο.
B. 140,3 εἶδον ὅπερ ηὐχόμην · · · οἴχεται πόλεμος ἐκ τῶν νεφῶν ἀπειλούμενος, καὶ νεάζει τὸ φῶς καὶ πάλιν ἥλιος μεθ' ἡμῶν. Διαλέλυται δέ μοι μετὰ τῆς ὥρας ἡ λύπη. Καὶ νῦν ἡ θάλασσα φίλη · · · Πάντα σπένδεται τοῖς ἀνθρώποις, οὐρανός, ἀήρ, ἀστέρες, ἡ θάλασσα · · · οἱ δὲ τὴν θέαν ἀπέκρυπτον, ὁ δὲ συνῆγε τὰς ὀφρῦς, ἡ δὲ συνεδονεῖτο τοῖς πνεύμασι.	B. 134,5 ὦ καινοτέρου φωτός, ὃ πάλαι μὲν ἐπόθουν, ἰδεῖν δὲ οὐκ εἶχον, εὔχεσθαι δὲ μόνον ἐλείπετο· Νῦν ἥλιος μὲν εὐμενής, ἀὴρ δὲ διέλυσε τᾶς ὀφρῦς (cf. B. 148,7. 8 et Procop. ep. 65,14 διέλυσε τὸν θυμόν), καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ χειροήθης ἡ θάλασσα . . . Πάντα μετέστραπται καὶ γέγονεν εὐμενῆ καὶ σπένδεται τάχα (cf. B. 136, 13) καὶ πόλεμος οὐδαμοῦ...

	ὁ ἥλιος ἐκρύπτετο τοῖς νέφεσι πολεμούμενος, ἀὴρ δὲ καὶ δένδρα συνεδονεῖτο τοῖς πνεύμασι. cf. Procop. ep. 138,6 χειμὼν ἀπειλούμενος. — B. 136,13 et Procop. Migne 87,3 p. 2817 C νεάζειν. — Procop. ep. 81,3. 4 τὰς ὀφρῦς συνάγων.
B. 141,23 ἐμπομπεύει τοῖς ἄνθεσιν.	Procop. ep. 69,17 ἐμπομπεῦσαι τῷ λόγῳ.
B. 142,9 ἕτερος τὴν Ἀττικὴν ἀφικόμενος ὁρᾷ τὸν Πειραιᾶ, τὰς νήσους . . . ὡς ἠπείλει Ξέρξης, ὡς πάντα κεκίνητο, ὡς ὁ γῆν ὑβρίσας καὶ θάλατταν ὑπ' Ἀθηναίων ἐδάκρυεν (cf. Boiss. p. 142 not. 2).	Procop. ep. 39,2 τῶν Ἀττικῶν (sc. ἰσχάδων), δι' ἅς, φασιν, ὁ μέγας ἐκεκίνητο πόλεμος, ὅτε βασιλεὺς ἐπῄει γῆν ἐπεμβάλλων θαλάττῃ καὶ διατέμνων ὄρος εἰς θάλατταν.
B. 142, 16 τὴν ἄωρον τελευτήν.	Procop. ep. 38,15 τὴν ἄωρον τελευτήν.
B. 142,17 τὸ ῥόδον αὐτό, φυτὸν εὐτυχές, Ἀφροδίτης πάθος εἰκονίζον τῇ θέᾳ·	B. 133,5 (τὸ ῥόδον) τὴν πληγὴν εὐτυχεῖ τῆς Ἀφροδίτης.

Argumentum totius ethopoeiae (B. p. 140—142) conferri potest cum verbis quae inveniuntur B. 174,17—175,1 et apud Procop. ed. Migne 87,3 p. 2824 D.

B. 143,15 sq. δεινὸς γὰρ ὁ θεὸς.	Procop. ep. 54,7 δεινὸς γὰρ ὁ θεός.
B. 143,16 πρὸς αἷμα κέχηνε· cf. B. 176,9.	Procop. ep. 39,14, 86,9; 137,17; 139,19.
B. 143,19 sq. τῶν ἑαυτῆς πειρῶμαι βελῶν.	B. 131,18 τῶν ἑαυτῆς πειραθῆναι βελῶν. cf. Procop. ep. 54,7 τῶν ἐκείνου βελῶν πειραθῆτε.
B. 143,23 μήτηρ ἐγενόμην Ἐρώτων . . . 144,14 ὑπέκυψα τῇ γονῇ.	B. 132,13 ὡς ὠμοί τινες ἦσαν οἱ Ἔρωτες. Εἵπετο γὰρ ἡ μήτηρ ἔκφρων ὑπὸ πάθους, ὡς οἱ παῖδες ἐβούλοντο (cf. B. 177,10).

B. 144,5 οἶδεν ὁ Ζεὺς . . . πειθόμενος Ἔρωτι. Οἶδεν ὁ Ποσειδῶν ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ φλεγόμενος. Οὐ παρεῖδον τὸν Πᾶνα . . . Ἀπόλλων ὠδύρατο βαλλόμενος.	B. 131,10 (Ἀφροδίτη) εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ κατάγει τὸν Δία . . . καὶ διὰ ταύτης ἐπιλέλησται μὲν θαλάσσης ὁ Ποσειδῶν . . . ποτίμοις ὕδασιν ἐπιμίγνυται, καὶ ὁ Πὰν ὁρᾶν ἐδόκει τὴν Ἠχώ . . . ὁ δὲ Ἀπόλλων . . . κηρύττει τὸν ἔρωτα.

De Venere et Adonide (cf. p. 54) comparari possunt B. 144,14 sqq. et B. 131,18 sqq.:

B. 144,18 sq. πάντα τοῦ μειρακίου γέγονε δεύτερα.	B. 131,21 τῇ δὲ Ἀφροδίτῃ πάντα ὑπῆρχεν ὁ Ἄδωνις.
B. 145,1 ἐλύπει ταῦτα τὸν Ἄρην καὶ τὸν φθόνον ὑπέτρεφε.	B. 132,1 Ἄρης ταῦτα μαθὼν . . . ἐζηλοτύπει τὸν νέον.
B. 145,8 τοὐμὸν αἷμα φύσις γενέσθω ῥόδῳ.	B. 178,1 τῆς θεοῦ τὸ αἷμα τοῖς ῥόδοις φύσις ἐγένετο (cf. B. p. 133,4 et 139,9).

VII. De ethopoeia Φοίνικος,

num re vera Choricii esset, dubitatio mihi exorta est, cum argumentum declamationis compararem cum narratione Iliadis. Haec enim Achillem studio poenas expetendi inflammatum dicit iram cohibuisse, postquam Patroclus ab Hectore occisus sit (cf. Il. Σ 78—115; 333 - 342; T 40 - 275), Briseidemque Achilli redditam esse, postquam huius ira sit sedata. Ethopoeiae auctor Achillem iram continentem facit Briseide ab Agamemnone remissa cum legatis, qui illius animum ab iracundia revocarent. Iam si Choricium non modo unaquaque occasione data Homerum poetam afferre reputamus (cf. Malchin l. c. p. 43), sed etiam hanc ipsam irae Achilleae narrationem ex Iliade repetivisse (cf. B. 15,10 sqq.; F. Herm. 220,10 sqq.; ib. 230,17 sqq. al.), eum hanc ethopoeiam conscripsisse vix credemus. Unum quidem in contrariam partem potest disputari: forsitan quispiam dixerit illorum temporum sophistas, cum fictas esse sibi persuasissent eiusmodi narrationes et e diversis saepe fontibus haurirent, res easdem duplici modo narrare potuisse. Hoc autem cadere mihi videtur, propterea quod Choricium tali ratione usum

esse nullo exemplo potest comprobari. Quod vero suspicatus eram, postea testimonio confirmatum deprehendi. Invenitur enim in Georgidae florilegio [1]), quod Marciano 23 codice saeculi X continetur, haec sententia Procopio tributa: Προκ^π. οὐχ ὅμοιον αἰσχύνεσθαι παρόντα καὶ πόρρω τῶν ὕβρεων ἀκούειν. Cum his congruunt, quae dicit auctor ethopoeiae B. p. 148,12 sq.: οὐ γὰρ ὅμοιον αἰσχύνεσθαι παρόντα καὶ πόρρω τούτων ἀκούειν.

Hanc igitur ethopoeiam eundem Procopium composuisse maxime probabile est. — Restat ut agamus

VIII. IX. de horologii et picturae Gazensium descriptionibus.

Etiam harum descriptionum tota ratio scribendi et ad declamatiunculas quas tractavimus et ad Procopium quadrat. Compara quaeso haec: B. 151,3 ἐπ' ἀδείας et Procop. ed. Migne 87,3 p. 2813 A. 2817 C. epist. 67,17; B. 151,6 νικᾷ . . . λόγον ἡ θέα et B. 146,16 ἀκοῆς κρείττων εἰς πόθον ἡ θέα, Procop. ed. Migne 87,3 p. 2816 B ἀκοὴν νικῶντα τῷ θαύματι (cf. Procop. ep. 141,3 νικᾶται τοῖς ἔργοις ὁ λόγος); B. 151,7 sq. μεταπηδᾷ . . . ἄνω καὶ κάτω et Procop. ep. 75,24 ἄνω καὶ κάτω μεταθεῖ (cf. ib. 34,5 ἄνω καὶ κάτω στρεφομένην, 38,22 ἄνω καὶ κάτω κυκῶν); B. 154,7 ἐδίδου τὸν Πᾶνα· ποθῶν δὲ τὴν Ἠχὼ . . . περιφέρει τὸ πρόσωπον, εἴ πως ἴδοι τὴν κόρην κ. τ. λ. et B. 131,12. 137,13 (vid. supra p. 52); B. 155,9 συνάγει τὸ βλέμμα et B. 140,9 συνῆγε τὰς ὀφρῦς (cf. Procop. epist. 81,4).

In picturae descriptionis initio iisdem fere verbis vis Veneris Cupidinisque describitur ac B. 131,9 sqq. et 144,5 sqq.:

B. 156,3 Ἔρως . . καὶ Ἔρωτος τοξεύματα πάντως φοιτᾷ καὶ διὰ πάντων διέρχεται.	B. 144,10 τῶν παίδων (sc. Ἐρώτων) . . . τρόπαια πανταχοῦ.
B. 156,4 οὔτε Ζεὺς ἐλεύθερος, ὅταν ἐθέλωσιν Ἔρωτες. Ἀλλ' ὁ σεμνὸς καὶ ὕπατος . . . περιεργάζεται.	B. 144,5 οἶδεν ὁ Ζεύς, τῶν ὅλων δεσπότης, πειθόμενος Ἔρωτι [vid. B. 132,13 ὡς οἱ παῖδες (sc. Ἔρωτες) ἐβούλοντο].
B. 156,6 βοῦς Εὐρώπῃ δοκεῖ·	B. 131,10 οὐδὲ ταῦρον ἐφείσατο ποιῆσαι τὸν Δία.

[1]) Cf. p. 30 not. 1.

B. 156,7 κἂν φανῇ χρυσός.	B. 131,9 καὶ χρυσὸς ἦν.
B. 156,8 Ποσειδῶν δοκοῦν ἐκείνοις ἀποστὰς θαλάσσης·	B. 131,10 καὶ διὰ ταύτης (sc. Ἀφροδίτης) ἐπιλέληστα ... θαλάσσης ὁ Ποσειδῶν·
B. 156,9 Ἀπόλλων .. νικῶν ... ἡττήθη φυτὸν κρατήσας, ἀλλ' οὐ παρθένον τὴν Δάφνην·	B. 131,13; 137,17; 174,7 (vid. supra p. 53).
B. 156,10 ἤδη .. τῇ τε τεκούσῃ προσπαίζουσι ... Ἔρωτες· ἐκεῖθεν ἄρα πρὸς Ἄδωνιν ἐνεπτόητο, καὶ βοᾷ τὸ ῥόδον τὸν Ἔρωτα·	B. 143,23 et 132,13 (cf. supra p. 56); — B. 177,9 sqq., Procop. ep. 8,10 sqq. (vid. supra p. 54 et p. 57). — B. 131,20 βοᾷ τῇ θέᾳ τὸ ῥόδον Ἄδωνίν τε καὶ Ἀφροδίτην· —
B. 159,16 ἀποκρύπτει .. τὴν θέαν.	B. 140,8 τὴν θέαν ἀπέκρυπτον.
B. 162,9 ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ· cf. 164,14; 167,2.	Procop. ep. 4,8 ἄκρῳ δακτύλῳ φασίν· cf. 31,5.
B. 163,21 ἔστιν ὅλη τοῦ ἔρωτος·	B. 132,9 τοῦ πάθους ὅλη ... ἦν·

B. 164,7 πρὸς ὅ τι κέχηνε: cf. B. 143,16; 176,9; Procop. epist. 39,14; 86,9; 137,17; 139,19.

Itaque etiam harum descriptionum Procopium auctorem esse conicio. — Denique quod clausularum in Procopii panegyrico epistulisque ‚rectarum' et ‚falsarum' ratio — ex tribus milibus septingentis septuaginta quinque clausulis ducentae quadraginta septem ‚legem' deserunt — eadem fere est quam in declamatiunculis pseudochoricianis supra (p 46) constituimus, argumentationi nostrae prorsus favet.

In hoc libello insunt:

Druck von G. Zahn & H. Baendel, Kirchhain N.-L.

BRESLAUER PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,
PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

SIEBENTER BAND.

DRITTES HEFT.

DE CALLIMACHI HYMNIS QUAESTIONES CHRONOLOGICAE

SCRIPSIT

BRUNO EHRLICH.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS.)
1894.

DE CALLIMACHI HYMNIS

QUAESTIONES CHRONOLOGICAE

SCRIPSIT

BRUNO EHRLICH.

VRATISLAVIAE.

APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS.)

1894.

Multum his viginti annis disputatum est, quibus temporibus Callimachi hymni compositi sint. Sed sententiae virorum doctorum adhuc tantopere inter se discrepant, ut operae pretium sit denuo in eam quaestionem incumbere.

Variis viis ingressi viri docti hymnorum tempora enucleare conati sunt.

Sunt enim qui ex metrica arte Callimachi de ordine carminum concluserint. Ut hac ratione certum ordinem statuamus[1]) fieri posse haud nego, sed adhuc nondum contigit ut certae leges ostenderentur, quibus stabiliremus, qui hymni priori, qui posteriori poetae aetati tribuendi essent[2]).

Idem valet de iis, qui ex compositionis arte de hac re iudicari posse sibi persuaserunt.[3])

Alii operam dederunt, ut ex sententiarum singularumque vocum similitudine significationibusque, quas inter aequales illius temporis poetas usitatas fuisse recte cognoverunt, de singulorum carminum temporibus colligerent. Sed plerumque difficillima est quaestio, uter locus sit prior, uter posterior; velut alii putant Theocriti Encomium Ptolemaei (c. XVII) anteisse tempore hymno in Delum insulam Callimacheo, alii contrarium statuerunt.[4])

Talibus autem quaerendi rationibus nihil assequi possumus nisi ut ordinem quendam carminum statuamus. Quanto temporis spatio aliud post aliud compositum sit, inde non efficitur.

Sed restat via eaque, ut mihi videtur, certissima, qua ingressi hymnorum tempora accuratius definire possimus. Constat

---

[1]) Cf. Gercke, Mus. Rhen. XLII, 614.

[2]) Cf. Weinberger, Stud. Vindob. XIV, 210.

[3]) Cf. Susemihl, Hist. litt. Alex. I, 361. Weinberger l. l.

[4]) Cf. capitis alterius initium et Weinbergerum l. l. p. 219 sq., qui utramque sententiam quodammodo defendi posse docet.

enim inter omnes poetam in quattuor primis hymnis — de reliquis duobus (V et VI) id adhuc dubium est — res aulicas respicere. Nonnullis locis poeta id consilium aperte significat, cum reges nominet (cf. I, 86. II, 26 sq. 68. IV, 165 sqq.) et res ab illis gestas celebret (cf. II, 26 sq. IV, 171 sqq.).

Multis aliis locis tales significationes latere nonnulli viri docti recte ostenderunt neque iniuria coniecerunt permultos alios gryphos nondum solutos in Callimachi carminibus occultos esse.[1]) Qui quamquam propter inopiam fontium haud scio an magnam partem in aeternum obscuri sint mansuri, tamen de ea quaestione omnino desperare necesse non est. Immo iterum atque iterum operam dare opus est, ut his tenebris lucem afferamus et rerum illis temporibus gestarum carminumque quae eas respiciunt cognitionem amplificemus.

Viam quam initurus sum maxime difficilem atque lubricam esse haud ignoro. Tamen me quam cautissime scrutantem ad scopum perventurum esse spero.

De Callimachi gryphis idem valet, quod de Theocrito Reitzensteinius (Epigramm und Skolion p. 228) sibi persuasit: „Der Versuch, sie zu erraten, muss immer wieder von neuem gemacht werden; er ist kein müssiges Spiel des Scharfsinns. Auch wenn er scheitert, lehrt er Natur und Anlage der Gedichte besser durchschauen.“

Ea autem usus sum dispositione rerum, ut qui hymnorum ordo ex quaestionibus meis evenerat, eum sequerer, ne contextum rerum interrumperem dissolveremque.

---

[1]) Cf. Couat, La poésie Alexandrine sous les trois premiers Ptolemées p. 198; Gercke, Mus. Rhen. XLII, 624.

Caput primum.

De hymno in Iovem.

Hunc hymnum censent compositum esse

Droysenus (Epig. I p. 264 n. 2 et p. 266) ante Philadelphi Arsinoaeque sororis nuptias,

O. Richter (Kallimachus' Hymnen auf Zeus und Apollo. — Zwei Momente im Leben des Ptolemaeus Philadelphus, Gymn.-Progr. Guben 1871) ad celebranda regni Philadelphi initia, ante fratrum regis seditiones anno fere 284 exortas,

O. Hempelius (Quaest. Theocr. Kil. 1881 p. 82 sq.) brevi ante annum 266, i. e. ante nuptias, post fratrum regis coniurationes, compluribus bellis feliciter gestis,

Couatius (La poésie Alexandrine p. 200 sqq.) inter annos 278 et 275, i. e. ante nuptias, nonnullis annis post fratrum seditiones, compluribus bellis feliciter gestis,

C. Brinker (De Theocriti vita carminibusque subditiciis, Rostoch. 1884 p. 70 sq.) anno 285, ante seditiones, statim post regni Philadelphi initium,

F. Rannowius (Studia Theocritea, diss. inaug. Berol. 1886 p. 38 sqq.) circa annum 280, post seditiones oppressas,

C. Gerckius (Alexandrin. Stud. Mus. Rhen. XLII, 626) anno 271/0 (?),

F. Susemihlius (Anal. Alexandr. chronol. partic. II. Gryphisw. 1888/9 p. V et Hist. litter. Alexandr. I. Cap. XIII, n. 59) ca. a. 280,

F. Weinberger (Zur Chronologie des Kallimachus, Stud. Vindobon. XIV p. 212 sq.) ca. a. 281/79 post pace conciliatum Ceraunum, fratrem regis, et ante Cerauni mortem.

Ad huius hymni tempus statuendum duae praecipue res magni momenti sunt. Quaestio enim est, utrum hymnus ante an post nuptias regis et fratrum natu maiorum seditiones compositus sit.

Ante nuptias Philadelphi cum Arsinoe sorore factas eum conditum esse censent Droysenus aliique eam ob causam, quod

huius coniugii in carmine mentio non fiat. Richter (l. l. p. 1) et Rannowius (l. l. p. 41) hac mentione, cuius in carmine locus omnino non esset, opus fuisse negant. Mihi vero videtur certissimum esse poetam, cum regis laudes canat gratiamque appetat, etiam uxorem Iovis-Philadelphi, dummodo haec eo tempore fuisset[1]), si minus celebraturum, certe commemoraturum fuisse. Itaque recte concludere mihi videor hymni tempus sicut non post alterius coniugii initium, ita ne eo quidem tempore, quo Arsinoe, Lysimachi filia, Philadelphi uxor erat, ponendum esse. Priorem Arsinoen Philadelphus anno fere 281 in matrimoninm duxit[2]). Cum ex ea tres liberos gigneret, Ptolemaeum, Lysimachum, Berenicen, non ante annum 278 eam repudiavit. Alteram Arsinoen, uterinam sororem, non post annum 273 uxorem ductam esse Wiedemannus demonstravit, cui Haeberlinus assensus est[3]). Uterque v. d. iam ante hunc annum Arsinoen II Philadelphi coniugem factam esse propter reginae aetatem verisimile esse recte conclusit[4]). Quin iam anno fere 276 vel paulo ante id matrimonium initum esse aliis quibusdam de causis, de quibus in capite altero agam, mihi persuasum est. Itaque hymnus im Iovem mea quidem sententia nisi ante annum 281 aut inter annos fere 278 et 276 compositus non est[5]).

Iam ad alteram quaestionem venio. Dissentiunt enim viri doctissimi, utrum hymnus ante an post fratrum regis seditiones factus sit. Versus 57 sqq. ad regem et fratres eius natu maiores spectare inter omnes fere constat. Poeta res aulicas quasi digitis demonstrat, cum veterem fabulae formam (de qua vide fr. 465) vehementer reiciens novum quendam mythum condat: non sorte, sed virtutibus Iovem regnum caeli adeptum esse.

---

[1]) Cf. Hempel l. l. p. 88.

[2]) Hunc terminum posuit Champollion-Figeacius (Annales des Lagides, Paris 1819). Richter Philadelphum Lysimachi filiam iam a. 284 in matrimonium duxisse putavit. Sed numis non multo post regni initium excusis efficitur, ut rex non statim post patris mortem matrimonium inierit (cf. Haeberlin, Quaest. Theocr. Philol. n. s. IV p. 697).

[3]) Philol. n. s. I, p. 81 sqq. Haeberlin l. l. p. 697 sqq.

[4]) Cf. etiam Koepp, Mus. Rhen. XXXIX p. 210.

[5]) Post mortem Arsinoae II, quae brevi ante Philadelphum diem supremum obiit, hymnus compositus non est. Nam eum ante hymnum in Delum ortum esse inde concludo, quod res bellicae in hoc celebratae in illo non commemorantur.

Versus sunt hi:

ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια·
τῷ τοι καὶ γνωτοὶ προτερηγενέες περ ἐόντες
οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.
δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί.
φάντο πάλον Κρονίδῃσι διάτριχα δώματα νεῖμαι·
τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄιδι κλῆρον ἐρύσσαι,
ὃς μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
. . . .
οὔ σε θεῶν ἑσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν
σή τε βίη τό τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.

Vss. 58 sq. poeta fratres natu maiores Iovis imperio propter eius prudentiam non invidisse narrat. Sed Pausanias I, 7,1 et schol. Theocr. XVII, 128 (p. 97 Ziegler) et fratres et uxorem contra regem coniurasse testantur (cf. etiam Iustin. XVII, 2,9). Quam difficultatem ut removerent, Richter et Brinker hymnum in Iovem ante fratrum seditiones anno 285 compositum esse contenderunt, atque ita quidem, ut Richter eum ad initia regni celebranda destinatum fuisse putaret. Quam sententiam multi viri docti impugnaverunt, quamquam hymnum statui seditionibus fratrum praecedenti optime respondere negare non poterant[1]).

Sunt enim qui putent Callimachum anno 285 aetate parum provectum fuisse, quam ut talem hymnum scribere potuerit. (Couat l. l. p. 205. Hempel l. l. p. 87. Susemihl l. l. cap. XIII n. 4.) Deinde eum hoc hymno regni auspicia celebrare voluisse negant, quod nullo loco poeta regi gratuletur (Couat p. 204 sq. Rannow p. 39.) Denique sunt, qui ex versibus 66 sq. vel 84 sqq. Philadelphum iam aliquod tempus regnasse concludant.

Quibus causis commoti nonnulli viri docti hymnum post fratrum seditiones posuerunt. Versus 58 sq. contra eam sententiam pugnantes aut ita interpretantur, ut iis indicari censeant, quid seditionibus oppressis iussu regis in aula regia de his rebus publice iudicatum sit[2]), aut ita ut poetam regi summopere blandientem has seditiones tanquam non factas silentio prae-

---

[1]) Cf. Rannow l. l. p. 38 et Susemihl, Hist. litt. Alex. cap. XIII n. 59.

[2]) Droysen, Epig. I p. 264 n. 2 et Couat l. l. p. 204.

teriisse opinentur[1]). Rannowius (l. l. p. 38 sqq.) et Susemihlius (Litt. Alex. cap. XIII n. 59) hymnum seditionum finem subsecutum esse, Couatius et Hempelius complures annos inter seditionum tempus et hymni originem interesse putant.

Mihi utraque sententia videtur esse falsa. Si hymnus statim post oppressas seditiones factus esset, versus 58 sq., ut Couatii verbis utar, crudelis satirae instar evaderent (l. l. p. 203). Nam Ceraunus quidem cum rege per litteras pacem iniit (Iustin. XVII, 2, 9), ceteri vero fratres, qui seditionem fecerant, supplicio perierunt (Paus. I, 7,1). Rannowius ipse propter versum 59 haesitat, cum poetam ita *de interfectis fratribus* loqui miretur. Sed tamen in errore perseverat dicens p. 40.: *equidem non tantopere premam poetam nescimus quantum hoc loco blandientem.*

Talis blanditia regi neque statim neque compluribus vel multis annis post seditiones grata esse potuit. Rectissime monuit Richter (l. l. p. 2): „Es ist geradezu unglaublich, dass Kallimachos, dieser feine, auf den Zehen gehende Schmeichler des reizbarsten Königs, jenen gefahrvollen und schauderhaften Ereignissen gegenüber irgend welche Anspielung auf das Verhältniss des Philadelphos zu seinen Brüdern in irgend einer Zeit gewagt haben sollte. Die Worte des Hymnus auf Zeus aber: τῷ τοι καὶ γνωτοὶ κ. τ. λ. klingen wie Hohn, wenn man annimmt, sie seien nach den Zwistigkeiten geschrieben."

Hanc ob rem etiam sententiam a Weinbergero (l. l.) nuper prolatam reicio. Qui cum Droysenum aliosque viros doctos seditiones Argaei eiusque fratris, qui Cyprum ad defectionem sollicitare conabatur, statim post regni initium evenisse veterum testimoniis destitutos coniecisse recte monuisset, ad nullam nisi Cerauni coniurationem spectare hymnum censuit.

Ceraunus enim Macedonia occupata *fratris quoque regis Aegypti concordiam per epistulas deprecatur professus deponere sc offensam erepti paterni regni neque amplius a fratre quaesiturum, quod honestius a paterno hoste perceperit. Omnique arte adulatur eum, ne cum Antigono Demetrii filio, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, et tertius sibi hostis accederet* (Iustin. XVII, 2, 9 sq.).[2]) Iam Callimachum hymnum in Iovem

[1]) Rannow l. l. p. 40.

[2]) Hunc Iustini locum etiam Hempelius l. l. p. 87 et 89 ad interpretationem

post hanc reconciliationem inter duos fratres factam composuisse Weinberger putat, cum poeta ceteris regis fratribus nondum seditionem facientibus et Cerauno fratri Aegyptum concedente haud iniuria scribere potuerit τῷ τοι καὶ γνωτοὶ κ. τ. λ. Itaque hymnum post reconciliationen, sed ante Cerauni mortem i. e. inter annos 281 et 279 ponit.

De Argaei eiusque fratris, qui Cyprum sollicitabat, seditionum temporibus certi nihil scimus. Sed quamquam non alienum est a veri similitudine fratres natu maiores Cerauni exemplum secutos vel una cum Cerauno non multo post regni initium a rege, cuius potentiam fortasse nondum satis confirmatam putabant, defecisse, tamen testimonium obstat Pausaniae (I, 7, 1) has seditiones post alterum Philadelphi coniugium narrantis. Sane hic scriptor rerum a Philadelpho gestarum brevissimum tantum summarium tradit, sed quoniam uberiores fontes nobis desunt, sine iusta causa eius testimonium derelinquere non licet, praesertim cum se certum quendam ordinem in rebus enumerandis sequi aperte significet. Etiam Magae defectio post Philadelphi cum uterina sorore coniugium a Pausania commemoratur. Plerique viri docti etiam hoc bellum Cyrenaicum ante alterum regis coniugium, scilicet non multo post Ptolemaei Soteris mortem gestum esse putant.[1]) Quae sententia cum demonstrari nullo modo possit et a Pausania abhorreat, reicienda est. Equidem et seditiones a Pausania commemoratas[2]) et bella Cyrenaica Philadelphi cum uxore nuptias consecuta esse persuasum habeo. Haud scio an recte coniciam priorem Arsinoen post repudium vehementissimo regis odio inflammatam et fratres huius et Magam ad seditiones incitasse, quorum auxilio se in pristinam auctoritatem restitui posse fortasse sperabat.

---

hymni attulit versus 59 sq. his verbis explicans: *Ceraunus frater tibi Aegyptum non invidit, quoniam -- sicut Neptunus et Pluto — proprium adeptus est imperium.*

[1]) Droysen, Epig. I p. 270 n. 2; Koepp, Mus. Rhen. XXXIX p. 217; Haeberlin Philol. n. s. IV p. 690 sq. alii.

[2]) Etiam Haulor (De Theocriti vita et carminibus, diss. inaug. Friburg. 1855 p. 24 sq.) et Wiedemannus (Philol. n. s. I p. 89) has seditiones post alteras regis nuptias motas esse censuerunt. Haec coniectura ea re adiuvatur, quod Pausanias Philadelphi cum Cerauno fratre gravissimam dissensionem, quam ante Philadelphi cum sorore initas nuptias factam esse inter omnes constat, ne verbo quidem tetigit.

De fratrum igitur regis seditionibus cum Weinbergero consentio. Sed hymnum inter annos 281 et 279 factum esse accipere non queo. Nam Callimachum illis annis regis coniugium non praeteriturum fuisse iam supra (p. 4) dixi. Et alterum argumentum hoc est: etiamsi Ceraunus a fratre amicitiam petivit negavitque se in posterum Aegypti regnum appetiturum esse, tamen neglegere non possumus rerum conditione coactum eum hoc fecisse. Imminente contra duos potentissimos hostes periculoso bello fratrem reconciliare plurimum eius intererat. Recte vero iudicant, qui Philadelphum Cerauno vivo ab insidiis eius tutum non fuisse censent. Nam etiam adversus Lysimachum regem eius hospitio usus insidiosum se praebuerat et Seleucum, qui benignissime eum fugientem receperat, clam perfide interfecerat. Sed utut res se habuit – anno fere 281 pax inter Philadelphum et Ceraunum palam restituta erat. Nihilo minus dubito num aulicus poeta tam ineptus fuerit, ut regem statim post reconciliationem de inimicitiis commoneret. Nam versus 59 sqq., quamquam fratres regi non invidentes laudant, tamen, si post Cerauni seditionem scripti essent, ingratissimam regi recordationem quin moverent fieri non potuit. Ceraunum vero, regis amicum, poeta versibus 66|67, quibus ἔργα χειρῶν, βίη, κάρτος causae regni laudantur, valde laesisset, siquidem his verbis pacem non voluntariam fuisse dixisset. Rannowius quidem (l. l. p. 40) versus 66/67 ad oppressas fratrum seditiones spectare et hymnum post has factum esse iis confirmari censet. Equidem Callimachum tam sibi non constantem fuisse nego, ut in eodem carmine seditiones omnino non factas esse simularet, in eodem regem fratribus seditiosis devictis regnum occupasse moneret. Itaque ne post mortem quidem Cerauni hi versus nisi ab ineptissimo poeta scribi potuerunt.

Iam hymnum demonstravisse mihi videor post fratrum seditiones compositum non esse. Restat, ut de iis quae viri docti contra Richterum attulerunt dicam.

Regni auspicia in carmine non celebrari concedo, cum nullae insint gratulationes, nullae faustae acclamationes. Nihil autem impedit, quominus carmen uno vel duobus annis post regni initium factum esse statuamus. Nam Ceraunum post mortem demum Ptolemaei Soteris aperte defecisse Haeberlinus recte contendit (Philol. n. s. IV p. 703 n. 67). Ceraunus iam ante

vel statim post Philadelphi cooptationem perterritus ex Aegypto fugit[1]), primum in Thraciam ad Lysimachum regem, cuius uxor erat Arsinoe, ipsius soror, et post Agathoclis necem, cuius ipse auctor fuerat,[2]) ad Seleucum regem.[3]) Ad hanc fugam non ea re coactus est, quod Lysimachus filiam eo ipso tempore Philadelpho in matrimonium dedisset, id quod Droysenus putat (Diad. II p. 325); nam Philadelphus nonnullis demum annis post patris mortem Lysimachi filiam uxorem duxit (cf. p. 4 n. 2), Ceraunus vero ante patris mortem in Syriam se contulit (Memno l. l.). Alteram vero fugae causam, quam Droysenus protulit (l. l. p. 324), rectam esse veri simile est. Lysimachus enim sibi persuasisse videtur Agathoclem filium innocentem fuisse et calumnia insimulatum iniusto iudicio necatum esse. In Thracia contra fratrem nihil videtur aperte molitus esse. Neque apud Seleucum ante patris mortem Aegypti regnum palam affectavit, id quod ex Memnonis verbis apparet: Πτολεμαῖος δὲ ὁ Κεραυνὸς . . . . . ὑποσχέσεσι λαμπρυνόμενος, ἃς αὐτῷ Σέλευκος προὔτεινεν, εἰ τελευτήσειεν ὁ γεινάμενος, τὴν Αἴγυπτον, πατρῴαν οὖσαν ἀρχήν, καταγαγεῖν (Memno l. l. p. 226b).

Inter annos igitur 285 et 283 quominus hymnum confectum esse statueremus, nihil nos impediret, nisi nonnulli viri docti propter aetatem Callimachi dubitationes movissent. Sed equidem in hac difficultatem non video. Callimachum inter annos fere 310 et 305 natum esse plurimi viri docti nunc consentiunt.[4]) Gellius Callimachum non multo post coeptum primum bellum Punicum apud Philadelphum regem *celebratum esse* memoriae tradit.[5]) Hanc vocem *celebratus est* Buschius[6]) idem significare quod ἤκμαζε coniecit. Quod si ita esset, Callimachus non multo post id tempus, quo bellum Punicum coep-

[1]) Cf. Appian. Syr. 62 καὶ αὐτὸν ἐκπεσόντα Αἰγύπτου διὰ δέος, ὅτι νεωτάτῳ παιδὶ ὁ Πτολεμαῖος τὴν ἀρχὴν ἐπενόει δοῦναι . . . .

[2]) Cf. Memno apud Phot. p. 225b Bekk.

[3]) Pausan. I, 16, 2. Memno l. l. p. 226b.

[4]) Cf. Susemihl, Litt. Alex. cap. XIII n. 4. Weinberger l. l. p. 220.

[5]) Noct. Attic. XVII, 21,41 . . . *bellum adversus Poenos primum coeptum est, neque diu post Callimachus, poeta Cyrenensis, Alexandriae apud Ptolemaeum regem celebratus est.*

[6]) Busch, De bibliothecariis Alexandrinis qui feruntur primis, diss. Rostoch. 1884 p. 22. cf. Attinger, Beitr. zur Gesch. v. Delos, Neuschatel 1886 p. 59.

tum est, vir annorum fere quadraginta fuisset, quae aetas voce ἀκμή significatur; non multo igitur post annum 304 natus esset. Sed in verbis *celebratus est apud Ptolemaeum* vis alia atque in ἤκμαζε inest. Itaque hac ratiocinandi via repudiata iis assentior, qui Callimachum inter annos fere 310 et 305 natum esse censent.

Non multo post annum 290 Athenas se contulit, ubi complures annos studiis litterarum se dedit et cum Arato poeta convenit.[1] Ab anno fere 285 Eleusine ludi magistri munere functus est, et quin paulo post, ca. a. 283, adulescens non minus viginti fere duos annos natus, quo erat ingenii vigore, hymnum in Iovem scribere potuerit, equidem non dubito. Eleusine autem, in suburbio Alexandriae, eum condidisse videtur, id quod fieri potuisse etiam Rannowius (l. l. p. 42) statuit. Susemihlius (L. A. cap. XIII n. 4) secutus Knaackium (Wochenschr. f. kl. Phil. 1887 p. 620) hanc sententiam impugnat, cum dicat: „der ganze Eindruck, welchen dies Gedicht macht, ist doch in der That vielmehr der des bereits voll anerkannten und in den höfischen Kreisen schon völlig heimisch gewordenen und in den höfischen Ton völlig eingelebten Hofpoeten, und nicht der des vorstädtischen Schulmeisters."

Sed Eleusis non tam longe ab Alexandria aberat, ut Callimacho consuetudo esse non posset cum viris doctis poetisque qui Alexandriae erant,[2] utque eum fugerent, quae in aula regia acciderent, quae ibi in usu atque more essent, quibus rebus regi potentissimo gratus fieri posset. Itaque non intellego, cur magistrum ludorum Eleusinium hunc hymnum scripsisse non putemus, praesertim cum ex nullo verbo appareat eum ex mandato Ptolemaei prodiisse.

Hymni in lavacrum Palladis et in Cererem utrum ante an post hymnum in Iovem conditi sint, quoniam parum constat, ex hac re de tempore aliorum hymnorum nihil concludi potest, itaque ne haec quidem Susemihlii dubitatio (cf. L. A. cap. XIII n. 4 et 62) meam sententiam labefactat.

Quae cum ita sint, hymnum in Iovem ca. a. 283 compositum esse statuo.

---

[1]) Susemihl, Litt. Alex. cap. X n. 8 sqq.
[2]) Cf. Busch l. l. p. 14 sqq.

Ptolemaeus Soter anno 285, ut discordias inter filios impediret, Philadelphum filium ex Berenice uxore natum, qui ingenio et virtutibus fratribus natu maioribus ex Eurydice sublatis antecessit, successorem designavit et socium regni sibi assumpsit. Quae res quamquam contra ius gentium erat (Iustin. XVI, 2,7), tamen populo, qui Cerauni vehementem animum timebat,[1]) non ingrata erat.[2])

Haec Callimachus in hymno respiciens, cum etiam caeli regnum filiorum Croni non maximo natu sed dignissimo contigisse commoneat, et Philadelpho ipsi maxime adulatur et Soteris consilium e divina quadam sapientia emanasse profitetur. Ipsos fratres natu maiores Philadelphi regno non invidisse optimo iure dicere potuit eo tempore, quo seditiones nondum exortae erant; neque ingratum hoc fuit regi, cuius in aula de his rebus similiter iudicatum esse veri simile est.

Versibus 55 et 66 sq. poeta virtutes regis praedicat, quibus dignus sit, qui regnum teneat:

ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια,

„itaque fratres tibi non inviderunt, quoniam ingenium tuum admirabantur. Nunc duobus annis praeteritis demonstravisti non solum iudicium patris sed etiam ἔργα χειρῶν σήν τε βίην τό τε κάρτος te fecisse θεῶν ἑσσῆνα i. e. fratrum dominum". Ita enim haec verba interpretor: „ut Iuppiter ceterorum deorum, ita tu fratrum rex factus es", id quod sane de interfectis fratribus dici non potuit.

Num miraris adulatorem poetam regi novo tantopere blandiri, etiamsi nihil usque ad id tempus praeclare egerit? Regem iam magnas res gessisse neque ex versibus 66 sq.[3]) neque ex 89 sq.[4]) elucet. Si iam certa quaedam bella feliciter evenissent, Callimachus ea non tantum adumbravisset, sed copiosissime illustravisset, sicut in hymno in Delum insulam (171 sq.) seditionem illam quattuor milium Galatarum oppressam.

Sed haud scio an illo tempore iam timor fuerit, ne Ceraunus

---

[1]) Cf. Droysen, Diad. II p. 316.
[2]) Iustin. XVI, 2,7. Droysen l. l. p. 317.
[3]) Cf Couat p. 204 et Rannow p. 40.
[4]) Cf. Hempel p. 89. Rannow p. 41.

fratri regnum eripere in animo haberet. Quod si ita est, in versibus 66 sq., ni fallor, minae atque monitus latent, et hanc ob rem poeta adicit: σῇ τε βίῃ τό τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἴσαο δίφρου. [1])

[1]) Similiter Studniczka (Herm. XXVIII, 10 et 15) in versibus hymni in Apollinem 25 sq. minas adversus regis inimicos rimatus est.

Caput alterum.

De hymno in Delum.

Hunc hymnum putant conditum esse

Droysenus (Epig. I p. 306) a. 265, i. e. eo tempore, quo primum bellum Punicum exarsurum erat;

Homollius (Bullet. de Corr. Hellén. IV p. 320 sqq.) ca. a. 278, quo tempore Philadelphi potentia maritima fuerit maxima;

Hempelius (l. l. p. 91) ca. a. 271 } post oppressum tumultum Celtarum
Conatius (l. l. p. 208 sqq.) ca. a. 274/2 } ab Antigono rege missorum;

U. de Wilamowitz-Moellendorff (Antig. Car. p. 219 n. 40) ante pugnam Coam, post Theocriti encomium;

Brinker (l. l. p. 9 n. 1 et p. 69 n. 1.) ca. a. 276 vel 272 brevi post Celtarum tumultum;

Koeppius Mus. Rhen. XXXIX p. 212) brevi post a. 276 i. e. post Celtarum rebellionem et post Theocriti encomium;

Rannowius (l. l. p. 42—45) ca. a. 274 vel 264, prout belli Cyrenaici tempus statuatur, quo Celtarum seditio orta est:

Attinger (Beitr. zur Gesch. v. Delos, diss. inaug. Turici 1886 p. 59) eo tempore, quo Cos insula a rege erat defectura, id quod ex v. 167 appareat (?);

Knaackius (Wochenschr. f. kl. Phil. 1887 p. 620) post Theocriti encomium Ptolemaei, quod fortasse ante a. 270 factum sit (p. 618);

Gerckius (Mus. Rhen. XLII p. 595 et 625 n. 6) non ante annum 276/5 bello contra Magam iam paene composito, ante pugnam Coam;

Kuiper (Mnemosyn. n. s. XIX p. 63—74) ca. a. 276—274, ante encomium Ptolemaei;

Weinberger (l. l. p. 219) inter annos 277 et 270 (vel 266) post oppressos Celticos milites mercennarios et ante pugnam Coam.

Omnes fere viri docti hunc hymnum ante pugnam Coam, qua Philadelphus ab Antigono Gonata devictus est, posuerunt. Post hanc enim Philadelphi potentiam maritimam tantopere deminutam esse censent, ut poeta eum neque de hac insula commonere neque maris insularumque dominum praedicare potu-

erit. Attinger vero (l. l. p. 57 et 60 sq) post hanc pugnam Coam tantam conversionem rerum, quantam plurimi statuunt, exstitisse negavit. Philadelphi auctoritatem minutam modo in priorem statum redintegratam, quin etiam amplificatam esse testari inventaria Hieropoeorum Deli reperta et monumentum Adulitanum (C. I. G. III n. 5127), quod Euergetam a patre Cyclades insulas hereditarias accepisse memoriae tradit.

Tamen hymnum, priusquam huius cladis memoria aliquantum oblitterata esset, condi non potuisse quivis, puto, concedet, qui intellexerit poetam etiam hoc carmine regem celebrare eique adulari velle, id quod ex versibus 160—188 aperte elucet. Itaque Droysenus, cum pugnam anno 266 commissam, hymnum anno 265 factum esse censeat (cf. Epig. I p. 244 n. 4 et p 306 n. 1), vehementer errat. Nam statim post illam cladem regis potentia debilitata erat, cum Deli incolae Antigono Gonatae et Philae eius uxori statuas erigerent.[1])

Idem vir doctus huius hymni versus 18 sqq. ad instans primum bellum Punicum spectare inde conclusit, quod Sardinia et Corsica tam mire significarentur (Epig. I p. 306).

Versus hi sunt:

v. 16 ἀλλά οἱ [scil. Delo] οὐ νεμεσητὸν ἐνὶ πρώτῃσι λέγεσθαι,
ὁππότ' ἐς Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τιτηνίδα Τηθὺν
νῆσοι ἀολλίζονται, ἀεὶ δ' ἔξαρχος ὁδεύει.
ἡ δ' ὄπιθεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ
οὐκ ὀνοτὴ καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς Ἐλλοπιήων
Σαρδώ θ' ἱμερόεσσα καὶ ἣν ἐπενήξατο Κύπρις
ἐξ ὕδατος τὰ πρῶτα, σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων.

Droysenus ad haec verba adnotat (n. 1): „Jedem muss auffallen, dass hier nicht wenigstens die herrliche Insel Sicilien und die nahe Kreta genannt ist, auffallen, dass gerade die zwei mit so bezeichnenden Epitheten genannt werden. Wenn in demselben Gedicht die Prophezeiung über den Helden, der in Kos geboren werden wird, der über die Galater glänzende Triumphe feiern soll, vorkommt, so zeigt sich deutlich, dass es für den König geschrieben war, und politische Motive werden um so denkbarer . . . . Diese verschiedenen Beziehungen scheinen nur Sinn zu haben, wenn sie auf die Verhältnisse des Jahres 265

[1]) Cf. Bull. de Corr. Hell. VII, 211 et Wilamow. Antig. Car. p. 229.

bezogen werden, ... wo Euboia von Makedonien losgerissen war, wo der eben bevorstehende Krieg zwischen Rom und Karthago wohl den Gedanken an die Okkupation jener beiden punischen Inseln erwecken konnte."

Huius sententiae a viris doctis, qui post illum de hoc hymno egerunt, ratio aut omnino non aut parum diligenter habita est. [1]) Nuper Weinberger eam impugnavit dicens: „Dichter sind keine Geschichtsschreiber, so dass man aus den von ihnen erwähnten oder nicht erwähnten Teilen des Reiches Schlüsse auf die Abfassungszeit ziehen könnte" (l l. p. 218).

Equidem Droyseni sagacissimam coniecturam, quam ipse „nicht ohne manches Bedenken" profert, novis argumentis spero me stabiliturum esse.

Etiam Meinekius et Schneider mirati sunt, quod non omnes septem μεγάλαι νῆσοι commemorantur, quod Creta et Sicilia desunt. Meinekio vero post v. 20 lacunam statuenti Schneider obloquitur (Callim. I p. 259): *nolebat, opinor, geographum agere poeta, cui satius erat ex toto omnium insularum numero eligere aliquot, quae suis quaeque virtutibus celebratae erant; itaque bis appellavit par insularum, quarum altera ad occidentem, ad orientem altera vergit.*

Poetam quattuor illas praeter Delum insulas, Corsicam, Euboeam, Sardiniam, Cyprum non forte, sed certo quodam consilio [2]) ductum enumerasse, facilius concedes, si monstravero, quibus de causis eodem tempore ceteras duas insulas, Siciliam et Cretam, commemorare ei non licuerit. Quod fieri potest, si hymnum illi tempori tribuimus, quo potentissimae orientis et occidentis gentes gravissimis bellis occupatae erant, id est ei tempori, quo et inter Romanos et Carthaginienses primum exarserat bellum Punicum et Philadelphus cum Antiocho, Maga (?), Antigono Gonata vehementissime bellavit.

Quae bella Philadelphi quibus temporibus gesta sint et quomodo inter se cohaereant, multum disputatum est atque cum in definiendo hymni tempore summi momenti sit, hoc

---

[1]) Cf. Hempel l. l. p. 91 n. 1.

[2]) Praecipue hoc epitheton οὐκ ἐνοτή, quod insulae Corsicae tributum est, indicare videtur. Ceterum etiam Gerckius (Mus. Rhen. XLII p. 625 n. 6) de certo quodam consilio poetae cogitavit hymnum conditum esse putans „während im Westen um Sardinien und Korsika uns unbekannte Kämpfe geführt wurden."

loco denuo disquiratur. Neque vero in hac re singula quaeque perscrutari meum est, sed acquiescam in lineamentis rerum eius temporis adumbrandis.

Quo maior est fontium paucitas, eo minus sine iusta causa ab iis recedere et meris coniecturis confidere licet.

Quamquam Pausanias Magae bellum contra Philadelphum post regis cum uterina sorore nuptias gestum esse testis est, tamen Droysenus aliique, nuperrime Haeberlinus, nuptias „primum" Cyrenaicum bellum secutas esse censuerunt. Quod vero Haeberlinus dicit l. l. p. 691: „Et quoniam bellum cum Maga non multo post Ptolemaei Soteris mortem gestum videtur esse, circa annum 280 usque ad annum 275 gerere pergebant Philadelphus et Magas (ancipiti Marte)," id nullo modo demonstrari potest.

In hoc bello Philadelphus seditione Galatarum, qui in exercitu eius stipendia faciebant, quominus Magam Cyrenas recedentem persequeretur, impeditus est (Pausan. I, 7,2). Huius seditionis Callimachus in hymno (vss. 171 sqq.) meminit. De his Galatis scholiasta ad v. 175 haec tradit: Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι.

Hunc Antigonum multi viri docti eundem atque Antigonum Gonatam, regem Macedoniae, esse arbitrati, inquirendo, quo tempore Antigonus Philadelphi amicus nominari eique copias auxiliares mittere potuerit, seditionis tempus statuere conati sunt. Droysenus (Epig. I p. 270 n. 2), quamquam dubitans, coniecit inter annos 274 et 272, cum in Graecia contra Pyrrhum pugnaretur, certe vero non ante annum 277, i. e. non ante regnum Antigoni in Macedonia stabilitum Galatas ab eo mitti potuisse. Couatius (l. l. p. 214) Droyseno assentitur. Hempelius (l. l. p. 91) Antigonum, cum in bello contra Pyrrhum gesto ipse Celticis militibus mercennariis usus esset[1]), post hoc bellum finitum amico haec auxilia misisse suspicatus est. Koeppius (l. l. p. 212) hoc statim post a. 277 factum esse putavit, Rannowius (l. l. p. 43 sq.) non post a. 272. Concedendum est nisi hoc tempore de amicitia inter Philadelphum et Antigonum Gonatam dici non posse, quamquam haud iniuste quis in contrariam partem afferat ne eo quidem tempore amicitiam

[1]) Pausan I, 13,2.

inter eos fuisse[1]). Sed mirum esset, si scholiasta de viro illo tempore clarissimo tam incerte dixisset Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου. Itaque recte nonnulli viri docti, num hoc loco Antigonus Gonatas nominatus esset, dubitaverunt.[2]) Lumbroso v. d.[3]) regem Macedoniae hunc amicum Philadelphi esse omnino negavit. φίλος enim vel πρῶτος φίλος insignes tituli erant, qui viris honore dignis a regibus darentur[4]). Talium titulorum erant varii gradus, quos Franzius l. l. enumerat (συγγενεῖς, πρῶτοι φίλοι, φίλοι, σωματοφύλακες, ἀρχισωματοφύλακες etc.) Quam ob rem aliquem Antigonum e numero φίλων a scholiasta nominatum esse, non Gonatam, vir doctus suo iure suspicatus est.

Neque vero ei concedere possum, quod p. 62 contendit eum Antigonum, qui Philadelpho milites mercennarios misit, eundem esse atque eum Macedonem, qui a. 304 iis copiis praefectus erat, quae a Ptolemaeo Sotere Rhodiis auxilio missae sunt[5]).

Hoc nomen non tam rarum erat, ut tali modo nos ipsi in angustias concludere debeamus. Certe haec Lumbrosii coniectura non tam firma est, ut ea nixi Gallorum seditionem ca. a. 279 ortam esse viro docto credamus; neque Callimachus ipse huic coniecturae favet de communi Apollinis et Philadelphi contra Galatas bello dicens. Ut ex poetae verbis

καί νύ ποτε ξυνός τις ἐλεύσεται ἄμμιν ἄεθλος

concludi non potest eodem loco utrumque Gallos vicisse — Apollinem enim fama est ad Delphos hostes superasse (Droysen, Diad. II p. 350 sq.), Philadelphus Celtarum seditionem in Aegypto compressit (Paus. I, 7, 2. Schol. Callim. IV, 175) — ita ne tempore quidem eodem has duas res evenisse conicias. Poeta nihil dicit nisi contra eosdem hostes ab utroque pugnatum iri.

Itaque cum ex hac Gallorum seditione de tempore belli

---

[1]) Couatius (l. l. p. 214) de foedere inter Philadelphum et Antigonum Gonatam eo tempore icto cogitavit. Kuiper (Mnemos. n. s. XIX p. 68) ne de amicitia quidem illorum regum ullo tempore dici posse censuit.

[2]) Rannow l. l. p. 43; Kuiper l. l. p. 68; Weinberger l. l. p. 218.

[3]) Lumbroso, L'Egitto al tempo dei Greci e dei Romani, Roma 1882 p. 60 sq.

[4]) Franz in C. I. G. III p. 289ᵇ sqq. 292 sqq. Lumbroso, Recherches sur l'économie politique de l'Égypte sous les Lagides, Turin 1870 cap. X p. 189 sqq.

[5]) Diodor. Sic. XX, 98; cf. Droysen, Diad. II p. 170.

Cyrenaici nihil in contrariam partem consequatur, iam non est, cur Pausaniae testimonium reiciamus. Quae cum ita sint, Magas, ut iam supra dixi (cf. p. 7), nisi post initum alterum Philadelphi coniugium a fratre non defecit.

Facile vero conicias Arsinoen, primam Philadelphi uxorem, et fratrum seditiones, quae a Pausania commemorantur, et hoc Cyrenaicum bellum movisse.[1]) Num eam repudiatam hanc gravissimam iniuriam aequo animo pertulisse putemus? Nonne veri simile est eam, ut iam antea coniurationem contra regem movit (schol. Theocr. XVII, 128) — cuius causa nescio an fuerit ipsum regis consilium sororis in matrimonium ducendae[2]) — ita tum nihil praetermisisse, quin regem ulcisceretur filioque Euergetae ius successionis servaret?[3])

In bello Cyrenaico ancipiti Marte pugnatum est (Pausan. I, 7, 2). Postea Magas Antiocho socero eidemque socio persuasit, ut contra Philadelphum bellum susciperet (Paus. I, 7, 3). Quoniam non constabat, quanto tempore post id factum esset[4]), viri docti ad coniecturas confugerunt. Si Droysenum audimus, Philadelphus contra Antiochum Sotera bis pugnavit: priore bello, quod non multo post Seleuci mortem (280) gestum esse ex titulo Sigeo[5]) conclusit (Epig. I p. 256), Coelesyriam, Phoenicen, Damascum Antiocho eripuit; alterum bellum Syrium, quod Droysenus primum vocat, inter annos 266 et 263 gestum est. De his coniecturis multum a viris doctis disputatum est. Dittenberger (Syll. p. 239 n. 6) Droysenum verba tituli Sigei τοὺς ἐπιθεμένους τοῖς πράγμασιν ἐπεξελθών intellegentem de Ptolemaeo Philadelpho recte improbat dicens: *Ipsa verba eius modi sunt, ut de seditionis auctoribus puniendis potius quam de externo hoste arcendo dici appareat.* Sed etiam Dittenberger Philadelphum

[1]) Holmius, Hist. Graec. IV, p. 238 Magam ab Antiocho socero, ut a fratre deficeret, commotum esse coniecit.

[2]) Cf. Hauler, de Theocr. vit. et carm. p. 24.

[3]) Num Arsinoe, uxor Magae ab Iustino (XXVI, 3) nominata eadem fuerit atque exacta Philadelphi uxor, id quod Niebuhrius (kl. Schr. I p. 229 sq. n. 40) suspicatus est, disceptari non potest. Paus. I, 7,3 testis est Magam uxorem duxisse Apamam, filiam regis Antiochi. Quam Droysenus (Epig. I p. 271 n. 1) ab Arsinoe Iustini non diversam esse putat, quod etsi non exemtum ulli dubitationi, tamen probabile est (cf. Thrige, Res Cyren. p. 228 sq.).

[4]) Cf. Haeberlin l. l. p. 691 sq.

[5]) Dittenberger, Syllog. n. 156, p. 238—241.

eo fere tempore Syriae parte potitum esse putat, id quod Koeppii quaestionibus (Mus. Rhen. XXXIX p. 213 sqq.) refutatum est. Ptolemaeus Philadelphus Syriam et Palaestinam iam a patre hereditarias acceperat.[1]) Ne id quidem demonstrari potest Philadelphum eo tempore, quo Antiochus Seleucidem, Syriae partem, pacavit, Damascum cepisse. Cur non putemus sicut Coelesyriam ita etiam Damascum iam a Ptolemaeo Sotere Aegypti regno adiunctam esse? Quod si non ita est, certe e Polyaeni (IV, 15) verbis, qui Antiochum contra Dionem, Philadelphi ducem, profectum insidiis Damasco potitum esse memoriae tradit, non efficitur, ut Philadelphus hanc urbem altero bello ceperit, altero amiserit.

Itaque testimonia veterum, quae quidem adhuc extant, non duo bella Syriaca testantur, sed unum. Quod circa annum 266 gestum, non multo ante hunc annum coeptum esse Droysenus ut putaret, causis, ut mihi videtur, valde debilibus commotus est.

Patroclus, nauarchus ille, qui Atheniensibus contra Antigonum auxilio venit[2]), de Sotade poeta, qui et Philadelphi cum sorore nuptias et Belistichen, meretricem regis, versibus perstrinxerat, apud Caunum deprehenso supplicium sumpsit crudelissimum.[3]) Hoc eo fere tempore factum esse, quo Patroclus Atticam versus cum classe navigaret, i. e. anno fere 266, quamquam non constat, tamen Droyseno concesserim. Nam Sotades Belistichen anno 268, cum Olympiae coronaretur[4]), perstrinxisse videtur[5]); itaque post hunc annum mortuus est. Sed nescio cur Droysenus coniecerit (Epig. I p. 266 n. 1 et p. 268 n. 3 et p. 272) eo ipso tempore Caunum a Patroclo Rhodiis ereptam esse, ut Cariae oras inde vexaret. Cur non putemus Caunum cum Caria tota tum iam per aliquantum temporis Philadelphi fuisse? Certe Droysenus eo tempore inter Philadelphum et Antiochum bellum fuisse hac re non demonstrat.[6]) Concedet quidem viro doctissimo bellum eo fere tempore exarsisse, qui

---

[1]) Cf. etiam Haeberlin l. l. p. 693. Holm, Hist. Graec. IV p. 262.

[2]) Paus. I, 1, 1 et III, 6, 3.

[3]) Athen. XIV p. 621 a.

[4]) Paus. V, 8, 11.

[5]) Haeberlin l. l. p. 699.

[6]) Cf. Homolle, Bull. de Corr. Hell. XV p. 137.

cum eo nuptias Philadelphi cum altera Arsinoe non multo ante annum 266 celebratas esse et dotem reginae belli causam fuisse putat (cf. Epig. I p. 270 n. 3). Sed ut praetermittam, quod Pausanias aliam causam affert, Philadelphus iam anno 273 vel etiam aliquanto ante sororem in matrimonio habuit. Itaque Droyseni coniectura iam non defendi potest. Neque Haeberlinus bellum Syriacum circa a. 268 exarsisse recte iudicat. Quis enim putaverit Antiochum duodecim fere annos praetermisisse, priusquam terras patri ereptas recuperare conaretur?

Ut breviter dicam: bellum Syriacum anno 274/3 ortum est. Cuius rei testimonium habemus certissimum titulum quendam Assyrium nuper repertum, qui a Strassmaiero publici iuris factus est[1]). Etiam C. F. Lehmannus[2]) sibi persuasit ex hoc titulo effici iam anno 38 Seleucidarum aerae Antiochum contra Philadelphum bellasse. Hunc titulum Strassmaier (l. l. VII p. 232) vertit; sed ex ea versione non apparet, utrum de copiis Philadelphi contra Antiochum pugnantibus an de seditione copiarum Syriacarum in Aegypto conductarum memoriae tradatur[3]). Fridericus Delitzsch, vir doctissimus, nuper novam versionem fecit, quam Udalrico Wilckeno professore illustrissimo intercedente benignissime mihi permisit ut hoc loco publici iuris facerem. Vertit v. d. ita: „Im selbigen Jahre (scil. 38 S A. = 274/3) der König, seine Leute, seine Gemahlin und . . . . im Lande Sapardu[4]) . . . . , eine Wache liess er zurück, zog nach jenseits des Stromes (d. i. Euphrat) wider das Heer Aegyptens, welches lag jenseits des Stromes. Und das Heer Aegyptens vor ihm . . . .

Am 24. Adar (= 25. März 273) liess der Verwalter von Akkad (d. i. Babylonien) Geld, muziptum, šaku u banatum . . aus Babylon und Seleukeia, der Königstadt, auch 20 Elephanten vom Verwalter der Stadt Bachtar dem Könige bringen, jenseits des Stromes zu dem Könige zog er hinaus.

---

1) Zeitschr. f. Assyriol. VI, p. 234 sqq. VII p. 232 sqq.

2) Berl. Philol. Wochenschr. 1892 p. 1465. Cf. etiam Holm l. l. IV, 262.

3) Strassmaier ita vertit: „am Abend verliess er (scil. Antiochus rex) die Wache und ging jenseits des Euphrat (Peraea?) zu der ägyptischen Besatzung, die in Peraea lag. Die ägyptische Besatzung erhob sich gegen ihn . . . . . .“

4) „Sapardu“ non de Sardibus intellegendum esse, id quod Strassmaier l. l. putavit, Wilckenus me benevole per litteras certiorem facit.

In eben jenem Monat Adar entliess[1]) der Höchstgestellte das königliche Heer, welches in Akkad stand, von Anfang bis zu Ende (d. h. alle) und kam zu Hilfe ana nirârûti illikamma. Im Monat Nisan kam er jenseits des Stromes . . . .

(Sequuntur nonnullae res non ad bellum pertinentes.) Im 37. Jahre des Antiochos und Seleukos, am 9. Adar kehrte der Verwalter von Akkad und der . . . . des Königs, welche im 36. Jahre nach Sapardu zum Könige gegangen waren, nach der Königsstadt Seleukeia, welche am Tigris liegt, zurück . . ."

Iam dubitari non potest, quin re vera hic titulus de bello inter Antiochum et Philadelphum gesto agat. Udalricus Wilcken v. d. ad me scripsit:

„Der Hergang ist folgender: Antiochus I zieht im Jahre 38 (so nach Lehmann, 37 nach Strassmaier) der babylon. Seleukidenaera (= 274/3) jenseits des Stromes, d. h. des Euphrat, also westwärts, gegen das Heer Aegyptens. Leider ist das nächste Verbum noch nicht entziffert. Offenbar aber ergeht es dem Antiochus schlecht, denn ein Sieg wäre ganz anders gepriesen. Auch das Folgende spricht dafür, wo von grossen Werbungen etc. die Rede ist, von Truppen, die dazu dem Könige zu Hülfe kommen. — Der letzte Abschnitt berichtet nachträglich über das vorhergehende Jahr 37 S. A. = 275/4. Daraus ergiebt sich, dass der König a. 37 und auch 36 (276/5) in Sapardu gesessen hat. Folglich hat es damals, wie es scheint, keinen Krieg gegeben. Danach ist mit dem Vorhergehenden der Beginn eines syrischen Krieges gegen Aegypten für das Jahr 274/3 bezeugt. Man wird darin gewiss keinen andern als den sogenannten ersten syrischen Krieg sehen können, wie schon Lehmann vermutet hat."

Idem etiam ex titulo quodam Heroopolitano apparet, qui publici iuris factus est a Navillio (The store-city of Pithom pl. 8—10). De hoc titulo confer, quae Wiedemannus disseruit in Philol. n. s. vol. I p. 83 sqq. In huius stelae lin. 15 sq., ut sequar Wiedemannum, haec extant verba: „Im Jahre 12 im Monate Pachons unter der Regierung des Philadelphos. Es durchzog Seine Majestät Ägypten mit der wirklichen Fürstin,

[1]) Delitzschius ad hanc vocem annotat: „Wahrscheinlich ist durch eine leichte Änderung (durch Hinzufügung eines Keiles) die Lesung upaḫir = «er versammelte» herzustellen."

der Geliebten . . . . . (scil. Arsinoe II): Er näherte sich dem Nomos von Heroonpolis . . . . erwägend mit seiner Schwester, der Gattin und Schwester des Tum (d. h. des mit dem Könige identifizierten Lokalgottes von Heroonpolis), um zu schützen Aegypten gegen das Ausland . . . ."

Vides igitur regem cum uxore anno 12 i. e. anno a. Chr. n. 274|3 regni regiones ad orientem spectantes lustrasse, ut fines contra hostes peregrinos firmaret. Ut iam anno regni sexto (= 280|79), ita etiam post annum 274|3 aquae ductus construxit, id quod idem titulus docet. Wiedemannus (l. l. p. 85) de fossa navigabili inter mare rubrum et Nilum flumen ducta cogitavit, per quam classis Aegyptia facile a mari rubro in mediterraneum et retro navigaret, ut modo Syriam modo Arabiam aggredi posset.

Certe videmus Ptolemaeum anno 274|3 regni fines contra hostes ab oriente imminentes munivisse.

Quoniam seditiones fratrum, quae a Pausania memoriae traditae sunt, et bellum Cyrenaicum Syriaco bello antecesserunt, nuptias secutae sunt, et nuptiae et seditiones et bellum Cyrenaicum quin ante annum 274|3 facta sint dubitari non potest. Anno igitur fere 276 vel paulo ante Philadelphus sororem duxit, inter annos 276 et 274 fratres ipsi insidiatos interemit et cum Maga bellavit. Anno 274 Magas, qui eo tempore iam Antiochi filiam in matrimonio habuit, socerum ad bellum incitavit[1]); neque errare videtur Koeppius (l. l. p. 217) dicens: „vielleicht schloss Ptolemaios mit Magas schon Frieden, als der syrische Krieg ausbrach, um nicht gleichzeitig im Westen und Osten gefährdet zu sein; damals musste ihm der Friede soviel wert sein, dass er um diesen Preis die Selbständigkeit der Kyrenaika anerkannte."

Pausanias Magam una cum Antiocho bellum Philadelpho intulisse nullo vocabulo indicat. Itaque testimoniis veterum ut unum Syriacum cum Antiocho Sotere gestum, ita unum tantum Cyrenaicum bellum comprobatur. Certe Magas eo consilio cum Antiocho foedus iniit, ut eius auxilio id assequeretur, quod usque ad id tempus frustra petiverat. Sed postquam

[1]) Ceterum haud scio an eo facilius Antiochus ad suscipiendum bellum commotus sit, quod ei timendum erat, ne potentia Philadelphi, qui complures urbes Asiae ut sororis dotem petebat, nimia fieret. Cf. Haeberlin l. l. p. 694.

Philadelphus ei Cyrenaicam concessit, libenter in hac pace acquievit.

Quamdiu Philadelphus contra Antiochum bellare perseveraverit, effici videtur ex titulo Aegyptio, nunc Parisino a Claracio publicato, qui vicesimo regis anno scriptus est. Wiedemannus (Mus. Rhen. XXXVIII p. 391) de hoc titulo: „Dieser Text, inquit, berichtet nach den üblichen Titeln des Königs Ptolemaios . . . ., der Herrscher sei ein sehr mächtiger König geworden, habe aus den Ländern Asiens Tribute empfangen, die Elenden besiegt und die asiatischen Nomaden gezüchtigt. Seinen Gegnern habe er die Köpfe abgehauen, so dass keiner übrig geblieben sei, unerschrocken sei er in ihre Menge getreten und Blut sei bei ihrer Verfolgung geflossen. Dann wird erzählt, Schiffe, Streitwagen und Pferde seien herangerückt, er aber habe gesiegt. Weiter heisst es: [„Und sie kamen] in zahlreichen Booten und zahllosen Schiffen, mit zahlreichen Pferden und vielen Wagen, mehr als solche besassen die Fürsten Arabiens und Phoinikiens". Nach einer Lücke, in welcher wohl von der Besiegung dieser Feinde die Rede war, wird von einem Feste berichtet, welches der König feierte, und erzählt: Alles habe sich gefreut, weil sie (Arsinoe?) wieder ergriffen habe die Krone Ägyptens".

Altera tituli parte memoriae traditur Arsinoae anno regis vicesimo i. e. anno 266|265 in Saitarum urbe templum consecratum esse.

Hic titulus, si Wiedemannum sequimur, ad bellum contra Magam gestum Gallorumque seditionem pertinet. Putat vir doctissimus Celtarum seditionem anno 265 vel non multo ante in regione Saitica ortam et oppressam esse. Sed eum iam refutavit Koeppius (l. l. p. 217 n. 1.), cum diceret: „Was im ersten Teile der Pariser Inschrift von Kämpfen des Ptolemaios steht, ist einerseits zeitlich nicht fixiert, andererseits so allgemein gehalten, dass es sich auf jeden Krieg beziehen kann; dass es sich im ersten Teile um Kämpfe in der Umgegend von Sais handelte, ist blosse Vermutung."

Omnia autem optime explanantur, si titulum res Syriae spectare censemus. Bello contra Syriae regem feliciter gesto Philadelphus iam tributum a gentibus Asiae superatis acceperat. Nec non Arabiae Phoenicesque mentio eodem spectare videtur.

Nam per eas imprimis terras Aegyptiis iter in Syriam patebat. Lacuna, quae post enarratas hostium expeditiones exstat, si rectum video, ita supplenda est, ut Pausaniae verbis respondeat dicentis (I, 7,3) regem omnes hostes a regni sui finibus terra marique prohibuisse atque reppulisse.

Quo anno bellum Syriacum compositum sit, e titulo non patet. Sed non post annum 266|5 eius finem fuisse apertum est, cum res in tituli priore parte enarratae Arsinoae apotheosin non secutae sint [1]).

Itaque inter Aegypti regem et Antiochum iam pax erat, cum bellum Chremonideum exarsit. Et profecto Philadelphi multum, puto, intererat pacem cum Antiocho fieri, priusquam contra Antigonum Gonatam, cuius potentia maritima in annos crescebat, bellaret.

Etiam Koeppius [2]) et qui eum secutus est Wiedemannus (Philol. n. s. I p. 84 sq.) bellum Syriacum hoc tempore gestum esse coniecerunt. Uterque, sicut alii antea, Theocriti encomium (v. 85 sqq.) ad bellum Syriacum spectare putavit. Hauler (l. l. p. 12) et Droysenus (Epig. I, p. 318), de altero bello

---

[1]) Lehmannus l. l. ex titulo quodam anni 269/8 (cf. Keilinschriftl. Biblioth. III part. II p. 137 sqq.) bellum Syriacum iam ante hunc annum confectum esse effici putat. Antiochus rex — hoc docet titulus — anno 268 (die XX mensis Adar anni 43, qui idem est atque dies XXI mensisMartii anni a. Chr. n. 268. cf. Strassmaier apud Lehmann. l. l. p. 1465), cum Antiochiae (cf. Lehmann l. l.) primos lateres ad templum Nebonis Borsippae exstruendum duceret, a deo precatus est, ut sibi victoriam daret: „Lege das Unterwerfen meiner Feinde, das Siegen meiner Macht über die Gegner in meine Gewalt . . . . Die Länder vom Sonnenaufgang bis Sonnenuntergang mögen erobern meine Hände . . . . ihren Tribut möge ich erzwingen . . ." Nullo modo comprobare possum, quod Lehmannus ex his verbis concludit dicens: „Dieses Abfassungsdatum der Inschrift ist deshalb wichtig, weil die Urkunde wahrscheinlich erst einige Zeit nach dem Frieden abgefasst ist, welcher den zwischen Ptolemaios Philadelphus und Antiochus I um den Besitz Coelesyriens geführten sogenannten I syrischen Krieg abschloss, dann also einen terminus ante quem für diesen Friedensschluss liefert." Quomodo tale quid ex eo titulo concludi possit non intellego; immo potius de bello eo tempore gesto cogitare possis. Sed ne id quidem his verbis demonstrari Udalricus Wilcken me docuit scribens haec verba nihil esse nisi usitatas precationes neque pacem neque bellum indicantes.

[2]) Sed Koeppii argumentatio dubitationi maxime obnoxia erat (cf. Weinberger l. l. p. 215) qui cum Theocriti carmen brevi post annum 276 factum esse contendat, etiam initium belli Syriaci huic tempori tribuit. Eius argumenta non tam gravia sunt, ut non et carminis et belli tempus posterius ponamus.

Syriaco contra Antiochum Theon gesto, Koeppius (l. l. p. 209 sqq.) Brinker (l. l. p. 6 sq.), Wiedemannus (Philol. n. s. I p. 84 sq.) de priore Philadelphi bello, quod contra Antiochum Sotera habuit, cogitaverunt. Utramque sententiam alii impugnaverunt auctore Rannowio (l. l. p. 16), qui hoc carmen pacis temporibus conditum esse ex versibus 97 sqq. conclusit. Totum enim carmen redolere otium, quietem, securitatem.[1]) Sed vss. 93 sq.

πολλοὶ δ' ἱππῆες, πολλοὶ δέ μιν ἀσπιδιῶται
χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι ἀμφαγέρονται

et v. 103 ξανθοκόμας Πτολεμαῖος ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν potius de belli quam de pacis temporibus intellego. Praeterea conferas versus 104 sq.

ᾧ ἔτι πάγχυ μέλει πατρώια πάντα φυλάσσειν,
οἷ' ἀγαθῷ βασιλῆι, τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός.

Nonne hi versus optime id bellum significant, quo Philadelphus Syriam a patre acceptam defendit, alias urbes terrasque expugnavit?

Iam videamus, num re vera versus 95 sqq. contra hanc sententiam pugnent. Poeta eo loco dicit:

ὄλβῳ μὲν πάντας κε καταβρίθοι βασιλῆας.
τόσσον ἐπ' ἆμαρ ἕκαστον ἐς ἀφνεὸν ἔρχεται οἶκον
πάντοθε. λαοὶ δ' ἔργα περιστέλλουσιν ἕκηλοι.
οὐ γάρ τις δήων πολυκήτεα Νεῖλον ὑπερβὰς
πεζὸς ἐν ἀλλοτρίαισι βοὰν ἐστάσατο κώμαις,
οὐδέ τις αἰγιαλόνδε θοᾶς ἐξάλατο ναὸς
θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος Αἰγυπτίῃσι.
τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισι
ξανθοκόμας Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν.

Poeta igitur Philadelphum laudat, quod Aegyptum ab omnibus impetibus optime defendit, ut, cum nullus hostis vel a Nilo vel a mari incolas sollicitet, omnis terra divitiis redundet. Intra Aegypti igitur fines bellum eo tempore non gestum est; num etiam extra fines bellum fuisse poeta his verbis negat? Huc accedit, quod rex, qui regno suo tam bene consulit, non ut pacis amator laudatur, sed dicitur ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν.

Ut iam plura praetermittam, Pausanias ipse testis est Theocritum hoc carmine victorias regis primo bello Syriaco

[1]) Assensi sunt Rannowio Gerckius (Mus. Rh. XLII p. 604) et Haeberlinus (Philol. n. s. IV p. 707).

partas celebrare. Dicit enim (I, 7, 3): Μάγας . . . ἔπεισεν Ἀντίοχον παραβάντα ἃς ὁ πατήρ οἱ Σέλευκος ἐποιήσατο συνθήκας πρὸς Πτολεμαῖον ἐλαύνειν ἐπ' Αἴγυπτον. Cum his verbis cf. Theocr. v. 104 sq. ᾧ ἔτι πάγχυ μέλει πατρώια πάντα φυλάσσειν, οἷ' ἀγαθῷ βασιλῆι.
Antiochus bello, quod a Pausania commemoratur, Philadelphum in sua terra aggredi et Syriam, quam Seleucus Ptolemaeo Soteri concesserat, recuperare in animo habuit. Theocritus regem celebrat tuentem omnia, quae pater ei reliquerit.

Pausanias pergit: ὡρμημένου δὲ Ἀντιόχου στρατεύειν Πτολεμαῖος διέπεμψεν ἐς ἅπαντας ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος, τοῖς μὲν ἀσθενεστέροις λῃστὰς κατατρέχειν τὴν γῆν, οἳ δὲ ἦσαν δυνατώτεροι στρατιᾷ κατεῖργεν, ὥστε Ἀντιόχῳ μήποτε ἐγγενέσθαι στρατεύειν ἐπ' Αἴγυπτον. En, habes idem quod Theocritus vss. 98 sqq. laudat. Ptolemaeus, ubi Antiochum bellum movere comperit, statim et classe et exercitu hostem in sua terra aggreditur et ab Aegypto arcet.[1]) Iam non dubium esse puto, quin Theocriti carmen XVII tempore primi belli Syriaci ortum sit regisque felices eventus celebret. Quae sententia optime ad id, quod plerique viri docti de encomii tempore statuerunt, quadrat[2]). Consentiunt enim hoc carmen post nuptias regis cum sorore celebratas et ante pugnam Coam conditum esse.[3]) Equidem carmen etiam ante initium belli Chremonidei factum esse mihi

---

[1]) Cf. etiam titulum Saiticum anni regis XX p. 23 sq.

[2]) Cf. Susemihl. Hist. litt. Alex. cap. V n. 29.

[3]) Droysen (Epig. I p. 318) } temporibus alterius belli Syriaci (259—249),
Hauler (l. l. p. 12) }
Hempel (l. l. p. 66—82): anno 265/4 non multo post nuptias, quas anno 266 celebratas esse putavit,
Bücheler (Mus. Rhen. XXX p. 55 sq.): ca. a. 270,
Koepp. l. l.: non multo post a. 275,
Brinker l. l.: non ante a. 274,
Susemihl, (Anal. Alex. chron. I): 276—270 (263),
Rannow l. l.: 270—266,
Knaack (Woch. f. kl. Phil. IV p. 618): fortasse ante a. 270, non post a. 266,
Gerckius (Mus. Rh. XLII p. 606): 274—272,
Kuiper (Mnemos. n. s. XVII p. 387): ca. a. 272,
Wiedemann (Philol. n. s. I p. 84): 273—271 (266),
Haeberlin (Philol. n. s. IV p. 689): 272/1 vel 271/0,
Weinberger l. l.: 272—266 (263).

persuasi. Neque enim huius belli in carmine mentio fit et iam supra vidimus finito demum bello Syriaco Chremonideum exarsisse.

Ceterum non dubito, quin ex Theocriti encomio cognoscere possimus, quanta aliquo huius belli tempore Ptolemaei potentia fuerit. Aperte hoc significant versus 86 sqq., qui, quamquam poetam regi immoderate blandiri non nego, tamen docent quam faustus successus regis gesta secutus sit [1]). Poetam non ficta falsaque celebrare titulo demonstratur Heroopolitano, quem supra (cf. p. 21) commemoravi. Ex eo discimus regem post annum regni 12 vel 13 expeditionem in Aethiopum fines fecisse, ad quam Wiedemannus Theocriti verba κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων (v. 87) (scil. ἀποτέμνεται) spectare recte putavit. Legimus enim in stela Heroopolitana: „er erbaute (scil. dux quidam Ptolemaei) im Negerlande eine grosse Feste für den König mit dem Namen des Königs Ptolemaios. Er besetzte sie mit den Soldaten Seiner Majestät und allerhand Arbeitern aus Aegypten . . . . Er legte dort Felder an, die er mit Pflug und Ochsen bestellte . . . .“

Itaque ex hoc titulo Theocriti encomium post annum 273|2 conditum esse apparet.

Ante annum 266|5 Philadelphus victor cum Antiocho pacem iniit, ut supra ostendi (cf. p. 24). Quamquam de conditionibus nihil constat, tamen, quoniam Philadelphus regem superaverat et ab Asiae gentibus tributum accepit, veri simile est eum non solum Coelesyriam obtinuisse, sed etiam alias terras urbesque Asiae Antiocho eripuisse.

Iam transeo ad bellum Chremonideum, quod Syriacum subsecutum est. Hoc bellum a Chremonide, Atheniensium duce, nomen accepit. Athenae ab Antigono post diuturnam obsidionem anno 262 vel 261 expugnatae sunt [2]). Quo anno hoc bellum exarserit, dubium est [3]). Sed cum Areus, rex Lacedaemoniorum, qui Atheniensibus in hoc bello auxilio venit, anno

---

[1]) Similiter de Theocrito iudicat Holmius (Hist. Graec. IV p. 240 sq.), cuius librum cognovi, cum in eo esset, ut dissertationem meam typographo traderem.

[2]) Wilamowitz-Moellendorff, Antig. Caryst. p. 251; Hempel, Quaestiones Theocr. p. 76; Holmius l. l. p. 265 Wilamowitzio assentitur.

[3]) Droysen, Wilamowitz, Holm l. l. p. 252 id anno 266, Hempel a. 264 factum esse putant.

265 mortuus sit[1]), Antigonus certe antea Athenas obsidere coepit[2]). Huius belli tempore Philadelphus ab Antigono apud Coum insulam proelio navali devictus est[3]), quod non ita multum ante belli finem commissum est. Nam potentissimo Atheniensium socio devicto, haud scio an obsessi non longum tempus Antigono restiterint. Itaque Aegyptii pugna navali ad Leucollam, Coi promunturium, superati sunt anno fere 263|2[4]).

[1]) Droysen, Epig. I p. 243 n. 1.

[2]) Diog. Laert. VII, 10 et 15 memoriae tradit Thrasonem iussu Antigoni regis ad populum tulisse, ut Zeno Stoicus corona aurea et sepulcro in Ceramico honoraretur. Zenone anno 264 mortuo (Rohde, Mus. Rhen. XXXIV p. 155; Hempel l. l. p. 69 sq. Wilamowitz. Ant. Car. p. 252) viris doctis difficultas extare videtur, cum plebiscitum nisi post Zenonis mortem non decretum esse putent, post exortum autem bellum Chremonideum Antigonus Gonatas iam non eius auctor esse potuerit. Quae difficultas tollitur, si cum Hempelio (l. l. p. 74) eos honores Zenone adhuc vivo decretos esse statuimus. Etiam mortuos corona aurea honoratos esse nullo exemplo probatur. Quid? quod Diogenes tanquam de usitato honore dicit (κατὰ τὸν νόμον)? Neque vero tam mirum est, quod ante mortem Zenonis populus honores mortuo tribuendos consciscit. Wilamowitzius (l. l. p. 342) cum moneat apud Diogenem non legi „θάψαι αὐτὸν“, sed „οἰκοδομῆσαι αὐτῷ τάφον“, concludit: „also war Zenon schon bestattet.“ Eodem iure contrarium conieceris, Zenonem nondum mortuum esse. Zenone igitur etiam vivo Antigonus, ut populi gratiam sibi conciliaret, Thrasonem hanc legem rogare iussit. Id aperte significare videntur Diogenis verba haec (VII, 9,11): τῆς δὲ ποιήσεως τοῦ στεφάνου καὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ τάφου χειροτονῆσαι τὸν δῆμον ἤδη τοὺς ἐπιμελησομένους πέντε ἄνδρας κτλ., ubi Hempelius verbum ἤδη recte interpretatur „iam tunc, i. e. Zenone adhuc vivo.“ Huc accedit, quod in ipso decreto legimus: ὅπως ἅπαντες εἰδῶσιν, ὅτι ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ζῶντας τιμᾷ καὶ τελευτήσαντας. Haec verba, quamquam etiam de prioribus honoribus intellegi possunt, tamen affirmare mihi videntur populum Zenoni vivo coronam, sepulcrum ante mortem conscivisse. Quam diu ante hanc et ante initium belli Chremonidei id factum sit, accurate dici non potest, cum parum constet, quo anno Arrhenides, quo archonte Thraso hanc rogationem tulit, hoc munere functus sit.

Utrum foedus inter Athenienses, Spartanos, Philadelphum (C. I. A. II, 332) statim post an ante coeptam obsidionem ictum sit, non liquet.

[3]) Unicum enim hoc bellum inter Philadelphum et Antigonum gestum esse videtur. Itaque Droysenus, cum aliud non notum sit, pugnam Coam Chremonideo bello rectissime tribuit. Cf. etiam Holmium l. l. p. 251.

[4]) Haeberlinus (l. l. p. 707) sane putat pugnam ad Leucollam intra annos 263 et 260, Athenis paene aut iam expugnatis commissam esse, sed mihi minus verisimile esse videtur post captam urbem hoc proelium factum esse. Neque enim Philadelphum nisi victum Athenienses auxilio suo privasse puto. Etiam Holmius Philadelphum demum post Athenas captas ab Antigono Gonata apud Coum victum esse censet (l. l. p. 265 sq.).

Quamquam Philadelphus hac pugna devictus est, tamen eius potentia vix tantopere fracta est, quantopere vulgo creditur. Droysenus et qui eum secuti sunt Ptolemaeum hac clade perterritum cum Maga et Antiocho pacem iniisse censuerunt. Quorum sententiam, quamquam iam ea re irrita fit, quod bellum contra Magam regem, ut videtur, anno 274, bellum Syriacum ante annum 266/5 finitum est, tamen quin redarguam facere non possum. Philadelphus non tam timido animo erat, ut accepta una clade quantacunque statim omnem spem novae victoriae abiceret. Praeterea Antigoni tum minus intererat Philadelphum superatum diutius bello persequi, quam Graeciam in potestatem suam redigere. Hac terra ante victoriam Coam ab omni parte interclusus erat, ut Droysenus recte coniectura collegisse mihi videtur. Nam postquam Athenis in terram suam rediit vexatam ab Alexandro, filio Pyrrhi, in Graecia Alexander, Crateri filius, qui Corintho et Chalcidi praefectus erat, ab eo defecit (cf. Droysen, Epig. I p. 239). Huc accessit, quod ab Alexandro, Molossorum rege, in sua terra devictus regnum Macedoniae cum exercitu amisit (Iustin. XXVI, 2,10.). Ita undique ab hostibus circumdatus erat, nulla via reditus in Graeciam patebat (Droysen l. l. p. 240), cum Euboea ab Alexandro, Crateri filio, teneretur, Thessalia, ut Droysenus coniecit, Alexandri Molossi copiis occupata esset, mari Philadelphus egregia classe principatum teneret. Quantum Antigoni interfuerit Graeciae urbes sibi subicere eosque qui defecerunt, multare, inde conicias, quod Macedoniae ipsius regno nondum recuperato [1]) classe celeriter contracta Philadelphum aggressus

[1]) Iustin. XXVI, 2, 11: *Huius filius Demetrius, puer admodum, absente patre reparato exercitu non solum amissam Macedoniam recepit, verum etiam Epiri regno Alexandrum spoliat.*

Droysenus non filium, sed fratrem regis intellegendum esse putat, cum anno 265 filius Antigoni vix duodecim annorum puer fuerit. Errat vir egregius has res ante annum 265 i. e. ante Arei mortem gestas esse coniciens (Epig. I p. 244 sq. n. 4). Arei regis mors Gallorum ad Megaram cladem secuta est (cf. Trog. prol. XXVI cum Iustin. XXVI, 7). Postea demum Alexander, Epiri rex, in Macedoniam invasit. Pugna ad Derbiam, qua Demetrius Alexandrum Molossum devicit, eodem fere tempore quo pugna Coa vel non multo post videtur commissa esse. Eo tempore Demetrius, Antigoni filius, quindecim fere annos natus erat i. e. admodum puer, neque de Iustini testimonio dubitare cogimur. Immo ex eo loco pugnam ad Derbiam post annum 265 factam esse concludere possumus.

est, quo victo Athenienses auxilio nudatos facilius se victurum esse sperabat. Num putas Ptolemaeum victoria Antigoni, qui eo tempore fortasse in Macedoniae regnum nondum restitutus erat (cf. p. 29 not. 1), tantopere perterritum esse, ut statim cum omnibus hostibus, quotquot ei eo tempore erant, pacem iniret?

Sed haec hactenus. Iam redeo ad hymnum in Delum.

Pugna navali ad Coum commissa Ptolemaei auctoritas, quamquam non sublata, tamen adeo erat debilitata, ut eis assentiar, qui et Theocriti encomium et Callimachi hymnum in Delum post hanc cladem condita non esse iudicant.

Itaque annus 263/2 vel, si Atheniensium deditio etiam celerius hanc pugnam secuta est, annus 262/1 terminus est, ante quem hymnus in Delum ortus sit. Videamus, quid de ,termino post quem' statuere possimus. Dubitari non potest, quin hymnus Gallorum seditionem secutus sit, de qua re viri docti consentiunt. Quid de Antigono, Philadelphi amico, quem regi haec auxilia misisse scholiasta ad Callim. IV, 175 testis est, iudicandum sit supra exposui (cf. p. 16 sq.). Frustra igitur fuerunt, qui ex Antigoni Gonatae rebus de seditionis et carminis temporibus ut lux effulgeret fore sperabant. Tamen miro quodam modo, ut Koeppii dubiis de bello Syriaco coniecturis, ita illorum quoque virorum doctorum de huius seditionis tempore suspicionibus, quamquam falsa ratione inventae sunt, tempus non ita falsum constitutum est. Nam cum bellum Cyrenaicum, ut supra (p. 18 sq.) ostendi, intra annos 276 et 274 gestum et eodem tempore Gallorum seditio oppressa sit, de quaestionis eventu cum illis viris doctis consentio.

Putat enim Droysenus (Epig. I p. 270 n. 2) Celtas nisi post annum 277 non rebellasse, Couatius (l. l. p. 213 sq.) inter annos 274 et 272, Koeppius (l. l. p. 212) anno 276 (cf. p. 16).

Neque vero iis assentiri possum, qui hymnum in Delum non multo post Gallorum cladem „memoria eius rei nondum oblitterata" compositum esse statuerunt [1]. Sane haec victoria Philadelphi non tanta erat, ut eius multis annis post saepius mentionem factam esse facile credamus. Sed si respexeris poetam eo carminis loco res Philadelphi cum Apolline conferre, non iam miraberis poetam fabulosae illius Apollinis ad Delphos

[1]) Hempel l. l. p. 91. Couat p. 214. Brinker p. 9. n. 1. Koepp p. 212.

partae victoriae recordatum etiam Philadelphi victoriae quamquam tempore haud exiguo ante de Gallis reportatae memoriam renovasse.

Ut statim dicam, quae mea sit sententia, hymnus in Delum anno fere 263|2 compositus est, brevi ante pugnam Coam et ante Athenas captas. Callimachus hoc carmine Philadelphum velut dominum orbis terrarum celebrat, cui iam Apollo nondum natus summam potentiam praenuntiaverit. Nunquam Philadelphi potentia maior fuisse videtur quam ante illud proelium. Antiocho rege victo Atheniensibus contra Antigonum auxilium tulerat, neque alio consilio id fecisse videtur nisi ut Graecarum urbium viribus adiutus eo facilius Antigoni potentiam maritimam maxime crescentem [1]) frangeret. Supra ostendi Antigonum ante pugnam Coam in magno periculo fuisse. Macedonia ei ab Alexandro Epirota erepta erat, Euboea et Corinthus ab eo defecerant, Philadelphus coniunctus cum Atheniensibus toto mari Aegaeo dominabatur. Antigoni potentia non modo debilitata, sed omnino fracta et deleta esse videbatur. Philadelphus autem pace cum Syriae rege nonnullis annis ante facta non solum Coelesyriam tenebat, sed etiam alias terras urbesque in ora Asiae sitas possedisse videtur. Certe ex titulo Parisino anni 266|5 regem ex bello victorem discessisse apparet (cf. p. 23 et 27).

Tum Antigoni potentia terra marique tantopere diminuta (cf. Droysen, Epig. I p. 239 sq.) etiam maritimum Philadelphi imperium maxime firmatum atque corroboratum erat. Tamen ex hac una re non ausim annum 263|2 natalem hymni dicere. Nam etiam Theocritus, cuius encomium nonnullis annis antea, Chremonideo bello nondum orto, compositum est, Philadelpho imperium totius orbis attribuit:

91 θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.

Sed aliae causae eaeque gravissimae me permovent, ut hymnum in Delum ad id tempus spectare credam, quo Philadelphus Antigono in suo regno ab Alexandro devicto insulaque Euboea privato potentissimus orientis rex erat.

Euboea insula in carmine compluries commemoratur (cf. vss. 20. 45. 197 sqq. 287. 290), Euboea inter eas insulas enumeratur, quae Oceanum Tethynque salutant, Euboeam De-

[1]) cf. Droysen, Epig. I p. 231 sqq. Holm l. l. p. 252 sqq.

lus insula vel Asteria per mare errans non semel visitat, Euboeam relinquit, ut se offerat Latonae pariturae, Euboea laudatur ut vicina Deli insula. Num putas hoc fortuitum esse? Sed e mythorum contextu causa afferri non potest; aliud effecisse statuamus oportet, ut poeta regem tam saepe huius insulae commoneat. Neque dubium est, quin crebra Euboeae mentio pergrata regi fuerit eo tempore, quo haec insula Alexandro, Crateri filio, auctore ab Antigono ad ipsum sociosque eius defecerat.

Non modo Euboea, sed etiam Athenae in carmine saepius laudantur, quae res non minus coniecturam meam fulcit. Couatius (l. l. p. 216) ex hac re putat effici „presque avec certitude, que l'hymne IV fut composé entre 274 et 272, alors que Ptolemée Philadelphe, déjà maître de la Coelé - Syrie, cherchait à soulever la Grèce contre Antigone, pour attaquer sans danger l'empire des Séleucides.“ Deceptus est falsa interpretatione loci scholiorum, qui est de Antigono quodam amico Philadelphi (cf. p. 16 sq.). Atque ipse alio loco (l. l. p. 214) de foedere inter Philadelphum et Antigonum eo tempore contra Pyrrhum icto dicit itaque se ipse refutat. Ceterum illo tempore Ptolemaeus magis Spartanis quam Atheniensibus favit[1]), postea demum Atheniensium potius partes sequebatur fortasse ea re commotus, quod Atheniensium classe adiutus facilius se Antigonum superaturum esse sperabat.

Athenienses Pithidemo archonte et cum Lacedaemoniis aliisque Graeciae gentibus et cum Ptolemaeo rege ad tuendam libertatem foedus icerunt.[2]) Chremonides hanc rogationem tulit, quae brevi ante bellum Chremonideum aut brevi post eius initium ab Atheniensibus accepta est.[3]) Eo igitur tempore Philadelphus amicus Atheniensium erat et eodem tempore Callimachus maxime sperare potuit se laudantem Athenienses Athenarumque cum Delo insula necessitudines regi potentissimo pergratum fore. Saepe, inquit poeta Asteriam insulam, i. e. Delum, appellans, navigantes a Troezene Ephyram versus in sinu Saronico nautae te conspexerunt et redeuntes Ephyra iidem te non amplius

[1]) Droysen, Epig. I p. 96. 207. 221.

[2]) C. I. A. II, 332.

[3]) Cf. Koehler ad hunc titulum, Droysen l. l. p. 233, Hempel p. 71. cf. etiam p. 28 n. 2 extr.

viderunt; tu vero contenderas in Euripi angusti vehementer strepentis rapidum fretum, eodemque die Chalcidici maris aequor repudians usque ad Sunium, Atheniensium promunturium, nataveras, aut Chion aut Samum, ubi te nymphae Mycalesides vicini Ancaei hospitio exceperunt.

Deinde in fine hymni poeta novem versibus (vss. 307—315) Cypridis cultum, quem Theseus ex Creta rediens instituerit, atque Atheniensium theorias quotannis in sacram insulam missas celebrat. Haec fabula, quae est de Theseo cultus Cypridis auctore, ab Atheniensibus ficta erat, „ut gloriae Atticae augendae servirent et Delum iam vetustissimo tempore in potestate Atheniensium fuisse ostenderent.“ [1])

Ita intellegimus poetam eas ipsas fabulas enarrare, quae regi et sociis eius anno fere 263|2 gratae esse debebant. Delus insula sive Asteria a poeta per eas maris regiones fingitur natans, quae, ut videtur, ante pugnam Coam sociorum classibus occupatae, certe tum sociorum erant. Quae coniectura hac re maxime stabilitur, quod ex versu 46 aperte cognoscimus, quam anxie Asteria reformidet Chalcidicen;

Χαλκιδικῆς δ' αὐτῆμαρ ἀνηναμένη ἁλὸς ὕδωρ
μέσφ' ἐς 'Αθηναίων προσενήξαο Σούνιον ἄκρον
ἢ Χίον ἢ νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαστὸν
Παρθενίης (οὔπω γὰρ ἔην Σάμος), ἧχί σε νύμφαι
γείτονος 'Αγκαίου Μυκαλησσίδες ἐξείνισσαν.

Poeta Asteriam Chalcidicae aequor non dicit reliquisse vel evitasse, sed repudiasse et statim usque ad Sunium Athenis proxime situm vel Chium vel Samum oramque Asiae vicinam recessisse. Neminem spero dubitaturum esse, quin poeta certo quodam consilio egerit. Verbis Chalcidicae tam infestis sine causa usus non est. Quam hanc fuisse suspicor: Delus insula anxie cavet, ne eos fluctus tangat, qui Macedoniae oras alluunt. Et conspectis fluctibus invisis statim in eas regiones confugit, quae in Ptolemaei regis tutela erant. Quae cum ita sint, constare videtur hymnum id tempus spectare, quo Philadelphus cum Atheniensibus coniunctus contra Antigonum bellans iam Euboeam insulam ab hoste abalienaverat, i. e. annum fere 263.

---

[1]) Valer. de Schoeffer, De Deli insulae rebus (Berl. Stud. f. kl. Philol. u. Archaeol. vol. XI) p. 8 sq.

Ut supra dixi, nullo regni tempore regis potentia maior erat quam hoc anno. Aegyptus ipsa pacato Maga a nullo hoste sollicitabatur; Antiocho victo rex nonnullas Asiae regiones regno adiunxerat; tum etiam in Graecia, quam iam ab Antigono liberasse videbatur, potentia eius erat maxima.

Non modo ἀμφοτέρης μεσογείας imperium Apollo vaticinatus regi praenuntiat, sed etiam omnium marium insularumque:

v. 166 ᾧ ὑπὸ μίτρην
ἵξεται οὐκ ἀέκουσα Μακηδόνι κοιρανέεσθαι
ἀμφοτέρη μεσόγεια καὶ αἳ πελάγεσσι κάθηνται
μέχρι ὅπου περάτη τε καὶ ὁππόθεν ὠκέες ἵπποι
ἠέλιον φορέουσι.

Orientalem maris mediterranei partem Ptolemaeus tum iam solus possidere videbatur. Sed etiam quae ad occidentem spectat partem, cuius eo tempore Carthaginienses domini erant, sub eius imperium venturam esse Apollo his verbis vaticinatur.

Bellum cum Carthaginiensibus, quamquam Philadelpho nondum imminebat, tamen ut postea exardesceret facile fieri potuit; nam ut Ptolemaeus, ita etiam Carthaginienses non contenti eis quae iam possidebant, ampliora concupiscere non desierunt. Ut Alexandrum Magnum, ita etiam Philadelphum occidentis imperium sperasse haec verba poetae aperte significare videntur.

Qua re minime puto ingratum fuisse Ptolemaeo, quod eo tempore, quo ei cum Antigono pugnandum erat, Carthaginienses bello contra Romanos occupati erant. Nam ita neque Antigonus a Carthaginiensibus auxilium exspectare et Philadelphus sine hac cura id agere potuit, ut potentiam suam in dies crescentem quam maxime firmaret. Quin speravit fortasse se ex eo bello commodum capturum esse. Nam primo belli anno Romani, quibuscum Philadelphus anno 272 foedus inierat,[1]) Carthaginienses devicerunt eorumque potentiam magnopere debilitaverunt. Ceterum quicunque belli eventus erat, sive Romani sive Carthaginienses vicerunt, uterque populus quin ex tam gravi bello deminutis viribus discederet, fieri non potuit, quae res Philadelpho ipsi commodo esse debuit. Itaque poeta hoc loco Apollinem inducit etiam occidentalis maris imperium regi praenuntiantem.

Iam transeo ad versus 16 sqq., de quibus quid Droysenus

[1]) Etiam ex hac re cognosci potest, quantae curae Philadelpho res occidentis fuerint et quam attente eas observaverit.

indicaverit, supra (p. 14 sq.) exposui. Sicut Euboeae, ita etiam Sardiniae et Corsicae poeta non sine consilio mentionem facit. Nam excepta Sicilia hae insulae maximae ditissimaeque in illa maris parte erant. Quantam putas utilitatem Aegyptiorum commercio ex harum insularum possessione emanaturam fuisse? Num miraris poetam blandientem regem iam tum illarum insularum quasi dominum praedicasse, praesertim cum eum in hoc carmine imprimis ut maris dominum celebret?

Poeta haec fere dicit: Delo a ceteris insulis non invidetur, quod inter primas nominatur; cum insulae se circum Oceanum Tethynque Titanidem congregant, illa semper primo loco ingreditur. Eius vestigia sequitur Punica Cyrnus (i.e. Corsica) non contemnenda et Macris Abantias Ellopiorum (i. e. Euboea) et Sardinia amoena et ea insula, ad quam primam Cypris ex aqua adnatavit.

Quoniam v. 168 Philadelpho totius maris regnum praedicitur, haud temere mihi videor suspicari Oceanum et Tethyn in hoc carmine a Philadelpho et Arsinoe non diversos esse. Etiam Tethys Oceani soror eademque uxor erat. Ad Oceanum-Philadelphum et Tethyn-Arsinoen, reges maris deosque, celebrandos insulae undique conveniunt.[1])

De Euboea, Sardinia, Corsica supra dixi. Euboea iam ad regem defecerat, Sardinia et Corsica tanquam futura praeda commemorantur. Praeterea poeta enumerat Delum et Cyprum. Utraque insula praetermittenda non erat in eo carmine, quo Ptolemaei potentia maritima celebrabatur. Sicut Ptolemaei Soteris, ita etiam Philadelphi Cyprum insulam in possessione sua retinere permultum intererat, cum optimum propugnaculum contra Seleucidas esset et praeterea maximam materiae copiam contineret.[2]) Lumbroso de hac insula (Recherches sur l'écon. de Lag. p. 151 sq.): „elle dominait, inquit, par sa position l'entrée de la Syrie et de l'Égypte.... elle fut, comme dit son historien Engel, la plus belle perle de la couronne des Lagides."

Delus vero in insularum numero deesse non poterat, ut quae princeps esset illius societatis, cui nomen erat τὸ κοινὸν τῶν νησιωτῶν.[3])

---

[1]) Hac coniectura respondetur iis qui hymnum ante alteras regis nuptias cadere ex poetae de hoc coniugio silentio concluserunt, velut nuper Kuiper Mnemos. XIX p. 63 sqq.

[2]) Droysen, Epig. I p. 56 sq. 309. Holm l. l. p. 158 sq.

[3]) Studniczka, Herm. XXVIII p. 11.

Dubitant viri docti, qualis illo tempore ratio inter hanc insularum societatem et Ptolemaeum regem fuerit. Couatius (p. 216) Delum imperio regis subiectam fuisse putavit. Homollius (Bullet. de Corr. Hell. IV p. 331. cf. Droysen, Epig. I p. 243): „Sous Philadelphe, inquit, la puissance égyptienne ..... domine dans les Cyclades, où elle dure au moins jusqu' à la défaite de Cos.“ Sed p. 332 hanc sententiam ipse attenuat dicens: „Le roi d'Égypte intervient comme protecteur et comme arbitre, si non comme maître,“ et p. 333: „le κοινὸν τῶν νησιωτῶν paraît être placé sous sa protection, ou soumis à sa tutelle.“ De Delo autem idem vir doctus alio loco (Bull. d. C. H. VI p. 160) contendit: „L'île est à Ptolémée et n'appartient qu'à lui.“

Attinger (Beitr. zur Gesch. v. Delos, p. 61) Ptolemaeum tantum patronum sacrae insulae dicit: „Die Ptolemaeer, inquit, waren dazu bestimmt, die Beschützer der heiligen Insel zu werden (ich sage nicht die Beherrscher).“ Paulo infra (p. 61/62: „Ich sehe also nicht,“ inquit, „wie Homolle, in den Gaben der Herrscher[1]) ein Zeichen der Abhängigkeit der Insel, sondern vielmehr das bezeugt das Ansehen und die Blüte, zu denen Delos im III. Jahrhundert gelangte. Niemals ist ihre Selbständigkeit gefährdet worden, und doch war die Insel nicht befestigt. (Callim. h. in Del. v. 23 sq.) Von einer wirklichen Besitznahme der Insel und des Tempels durch Philadelphus oder irgend einen andern König aus dieser Zeit kann keine Rede sein.“

Similiter Valerianus de Schoeffer (l. l. p. 101) iudicat: „Nunquam Ptolemaeus tantum valuit apud insulanos auctoritate (nisi poetarum adulationibus nimium tribuas), ut invitos eos facere quicquam cogere posset, praesertim victus (i. e. post pugnam Coam).“

Omnes vero consentiunt Philadelphi auctoritatem in Delo insula eo tempore fuisse maximam. Certe plurimum apud insularum incolas valuit, imprimis eo tempore, quo Antigonus Gonatas omnem fere potentiam amiserat. Hunc rerum statum etiam Callimachus indicare videtur. Insulae enumeratae Philadelphum et Arsinoen non ut dominos sed ut deos praesides

---

[1]) Et Ptolemaeus et alii reges eo tempore multa anathemata Apollini Delio consecraverunt. Cf. Homollium in Bull. de Corr. Hell. VI, 1—167.

colunt. Ut etiam Euboeam subiectam Philadelpho appellare poetae non licuit, quoniam libera erat in tutela sociorum, ut Cyprum insulam scimus libertatis quandam speciem tenuisse,[1]) ita similem inter Delum insulam et regem rationem fuisse puto. Quamquam non nomine, tamen ipsa re dominus et rex erat, cuius voluntati illae civitates obsequebantur et quem tanquam deum praesidem colebant festisque celebrabant.

Denique ut quod conicio poetam quinque illas insulas certo consilio commemorasse etiam veri similius reddam, cur ceteras duas, quae vulgo in μεγάλων νήσων numero habentur, dico Siciliam et Cretam, praetermiserit, exponam.

Creta insula eo tempore in societate Spartanorum erat, cuius rei testimonium praebet tabula in Acropoli eruta, qua foedus inter Graecas civitates et Philadelphum ictum memoriae traditur (C. I. A. II, 332). Legimus enim in ea lin. 22 sqq.: ὡσαύτως δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι φίλοι καὶ σύμμαχοι τοῦ βασιλέως ὄντες Πτολεμαίου καὶ πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων εἰσὶν ἐψηφισμένοι συμμαχίαν μετά τε Ἠλείων καὶ Ἀχαιῶν καὶ Τεγεατῶν καὶ Μαντινέων καὶ Ὀρχομενίων καὶ [l. 25] Φια[λέων] καὶ Καφυέων καὶ Κρηταέων ὅσοι εἰσὶν ἐν τεῖ συμμαχίᾳ τεῖ Λακεδαιμονίων. Itaque Callimachus Cretam insulam non nominavit, ne Spartanos, Ptolemaei socios, laederet.

Sicilia autem ea erat insula, in qua Hiero, Ptolemaei socius atque amicus, regnabat. Quem item Callimachus offendisset, si hanc inter eas insulam enumerasset, quae Oceanum-Philadelphum ut patronum praedicant.

Haec habui, quibus hymnum in Delum anno fere 263/2 compositum esse demonstrarem.

---

[1]) Droysen, Epig. I p. 56 n. 1. Holm l. l. p. 159.

Caput tertium.

De hymno in Dianam.

Praemitto, quae de tempore a viris doctis adhuc coniectata sunt:

Couatius (l. l. p. 217—222) hunc hymnum intra annos 258—248, i. e. tempore alterius belli Syriaci conditum esse putat, quod hoc carmine Diana Ephesia celebretur;

Gerckius (Mus. Rhen. XLII p. 273 sqq.) eum ante alterum Philadelphi coniugium (propter v. 135) brevi post a. 277 (propter Cimmeriorum impetum in Ephesum factum, qui commemoratur vss. 251 sqq.) compositum esse censet;

Wiedemannus (Philol. n. s. I p. 82) Couatio assentitur, Gerckium refellit;

Maassius (Kallimachos und Kyrene, Herm. XXV p. 403 sqq.) hymni tempus natale non ante annum $\pm$ 260 esse statuit, quo tempore, ut Droysenus putat (Epig. I p. 275), inter Cyrenen et Alexandriam pax facta est;

Susemihlius (Hist. litt. Alex. I cap. XIII n. 62) eum post a. 277, fortasse non ante a. 263 (propter Cyrenarum mentionem) ortum esse censet;

Haeberlinus (Quaest. Theocr., Philol. n. s. IV p. 700 sq.) Gerckii sententiam comprobat;

Weinberger (Stud. Vindob. XIV p. 213 sqq. 220) hymnum ca. a. 275, finito primo inter Philadelphum et Magam bello, ante nuptias Philadelphi cum uterina sorore celebratas (a. 273) factum esse putat;

Studniczka (Kyrene und Kallimachos, Herm. XXVIII p. 4) Gerckium sequitur.

Priusquam ad hymni tempus definiendum accedamus, cui urbi destinatus fuerit et ad quem cultum pertineat, consideremus. Si Couatium audimus, Diana Ephesia hoc carmine celebratur, id quod vir doctissimus inde conclusit, quod in extrema hymni parte cultus Ephesius pluribus quam viginti versibus (vss. 237—258) i. e. copiosius reliquis celebratur. Contra eam coniecturam Maassius (l. l. p. 403) etiam alios cultus praeter Ephesium tantopere laudari, ut in Ephesiorum festo id mirum futurum fuerit, recte monet. Velut Samiorum Diana a poeta πρωτοθρόνος appellatur, Britomartis comes Dianae amicissima

nata est in Creta, Perge Pamphyliae urbs deae carissima, Doliche insula gratissima est.

Cum permultarum insularum cultus celebrentur et eae urbes quae Dianae cultrices vocantur, partim ad mare sitae sint, partim insularum vocentur genetrices, partim aliis vinculis cum insulis quibusdam coniunctae sint, Maassius suspicatus est Callimachum hoc carmine Dianam insularum celebrare, et hanc esse causam, cur Oceani filiae sexaginta Dianae comites sint. Et quoniam Cyrenis, in patria poetae, tribus quaedam insulanorum erat[1]) et Ἀρτεμίτια μεγίστη ἐν Κυρήνῃ ἑορτή commemorantur[2]), poetam domesticam secutum memoriam Dianam Cyrenensem celebrasse sagacissime coniecit, id quod eo verisimilius est[3]), quod etiam hymni in Iovem et in Apollinem Cyrenenses mythos spectant. Nam ut in illo Arcadiae et Cretae, ita in hoc Apollinis Νομίου et Καρνείου cultus confusi sunt. Prima vero Cyrenarum tribus Demonactis aetate erat Πελοποννησίων καὶ Κρητῶν, altera Θηραίων, quorum in urbe Carnei et Nomii Apollinis cultus per Aegidas et Euphemidas coniuncti erant[4]). Susemihlius (Hist. litt. Alex. cap. XIII n. 62) et Weinberger (l. l.) Maassio assentiuntur. Contra eos Studniczka (Herm. XXVIII p. 4) [5]) hymnum Artemitiis Cyrenaeis compositum esse negat, „weil der Dichter in der Aufzählung der Gefährtinnen der Göttin die Kyrene nicht nur nicht auszeichnet, sondern so entschieden hinter der kretischen Britomartis zurücksetzt, dass er dieser den ersten Platz anweist und fünfmal so viel Verse widmet als jener.“ Hoc vir doctissimus recte in contrariam partem affert. Sed tamen Maassii coniectura defendi potest; nam poeta, ut fabulam quae est de

---

[1]) Cf. Herod. IV, 161: Δημῶναξ .... ἀπικόμενος ἐς τὴν Κυρήνην ... τριφύλους ἐποίησε σφέας τῇδε διαθείς· Θηραίων μὲν καὶ τῶν περιοίκων μίαν μοῖραν ἐποίησεν, ἄλλην δὲ Πελοποννησίων καὶ Κρητῶν, τρίτην δὲ νησιωτέων πάντων. Quamquam haec partitio populi non diuturna erat (cf. Grote, Gesch. Griechenlands, vol. II cap. 27 p. 351/2), tamen hic locus, ex quibus gentibus coloni Cyrenas venerint, docet.

[2]) Cf. Athen. XII p. 549 sq. Thrige, Res Cyrenensium, Hafniae 1828, p. 285. Studniczka, Kyrene p. 172.

[3]) Cf. Weinberger, Stud. Vindob. XIV, 214.

[4]) Cf. Maass l. l. p. 402 sq.

[5]) [Cf. eundem in Roscheri lexico mythol. s. v. Kyrene II col. 1720.]

Britomarti, in hymno Cyrenaeo tam fuse enarraret, certa quadam causa commotus est.

Priusquam hanc rem exponam, de iis agam quae viri docti usque ad hoc tempus ad hymni annum natalem eruendum attulerunt.

Versibus 251—258 poeta de Scytharum expeditione Lygdamide duce contra Ephesum suscepta verba facit. Sunt qui ex hac re concluserint hymnum post annum 277 conditum esse,[1]) quo tempore Celtae a Nicomede, Bithyniae rege, invitati ex Europa in Asiam transvecti sunt et per totam Ioniam migrantes agros vexaverunt.[2]) Sed praeterquam quod stabiliri non potest, num Galatae etiam Ephesum aggressi sint[3]) et quo anno id factum sit, ne id quidem constat, Callimachi locum ad hanc gentem pertinere, quia non de Celtis, sed de Cimmeriis i. e. Scythis,[4]) non de Brenno, Celtarum duce,[5]) sed de Lygdamide quodam sermo est, et quia versus 255 sqq. contra eam sententiam dicere videntur;[6]) nam Celtae, quod quidem iudicare possimus, expeditione feliciter gesta in Scythiam redire in animo non habebant. Itaque ex hac re de hymni tempore nihil statuere possumus.

Gerckius (Mus. Rhen. XLII p. 273 sq.) poetam versibus 134 sq. prius Philadelphi coniugium respicere putavit, cum miram affinitatis significationem (εἰνάτερες γαλόῳ τε), quae certum consilium poetae aperte indicare videretur, ad duarum Arsinoarum concordiam referret. Hunc laudaverunt Haeberlinus (l. l. p. 700) et Studniczka (Herm. XXVIII p. 4), improbaverunt Wiedemannus (l. l.), Susemihlius (l. l.), Weinberger (l. l.) hoc loco res aulicas designari negantes. Sed assentitur Weinberger Gerckio ex iis versibus hymnum ante nuptias alteras conditum esse concludenti dicens: „In der Wendung v. 135 liegt eine gewisse Künstelei, die den Gedanken an ein beabsichtigtes Kompliment nahe legt. Aber auch wenn wir Kallimachos davon freisprechen, lässt sich doch kaum annehmen, dass er nach der

---

[1]) Cf. Susemihl, Litt. Alex. cap. XIII n. 62.

[2]) Cf. Droysen, Epig. I p. 195 n. 2. Holm. l. l. p. 120.

[3]) Cf. Wiedemann, Philol. n. s. I p. 82; Weinberger l. l. p. 213.

[4]) Cf. Weinberger l. l.

[5]) Clitoph. apud Müller. frg. hist. Gr. IV p. 367.

[6]) Cf. Wiedemann l. l.

Geschwisterehe, wo die Eintracht solcher Verwandten zu preisen als Bosheit erscheinen musste, dies zu vermeiden nicht Takt oder Umsicht genug gehabt hätte."

Hic quaerat quispiam, num Callimacho in carmine ad Cyrenaeum festum celebrandum destinato res Alexandrinae omnino respiciendae fuerint. De hac re Weinberger recte iudicat dicens (p. 214): „Selbst wenn h. III nicht für den Hof bestimmt war, musste dem Dichter die Möglichkeit einer Veröffentlichung vor Augen stehen." Sed huic rei non tantam vim tribuo, ut hos versus etiam multis annis post nuptias alteras ab Alexandrino poeta aulico condi potuisse negem.

Alii viri docti hymnum ei tempori tribuunt, quo Philadelpho regi neque Cyrenarum neque Ephesi mentio ingrata erat. Itaque Couatius et Wiedemannus hymnum intra annos 258—248 compositum esse putant, quo tempore secundum bellum Syriacum gestum est et Ephesus sub potestatem Philadelphi venit.[1])

Propter Cyrenes mentionem Maassius et Susemihlius hymnum nisi post amicitiam inter Philadelphum et Magam factam, i. e. post annum fere 263 (260), quo Berenicae et Euergetae sponsalia constituta essent, ortum esse negaverunt. Contra eos Weinberger, quoniam hymnum alteris regis nuptiis tempore

[1]) Cf. Droysen, Epig. I p. 318 sqq. — Sunt qui hoc bellum unquam fuisse omnino negent (cf. Thrige, Res Cyren. p. 237 sq.; Haeberlin, Carmin. figur. Graec. p. 56 sq. n. 11; Rannow l. l. p. 15; Susemihl, Litt. Alex. cap. XIII n. 62, alii.) Alii (Wiedemann, Philol. n. s. I p. 82; Koepp, Mus. Rhen. XXXVIII p. 218 sq.) de hoc bello non dubitaverunt. Neque intellego, cur certum Hieronymi (in Daniel. c. XI) testimonium reiciamus referentis de Antiocho II: *adversus Ptolemaeum Philadelphum, qui secundus imperabat Aegyptiis, gessit bella quam plurima et totis Babylonis atque Orientis viribus dimicavit* .... Non falsa eum finxisse inde effici videtur, quod id quod de pace inter Philadelphum et Antiochum Theon facta tradit, aliis testimoniis comprobatur. Nam l. l. c. XII: *volens itaque*, inquit, *Ptolemaeus Philadelphus post multos annos molestum finire certamen filiam suam nomine Berenicen Antiocho uxorem dedit.* Philadelphi filiam Antiochi uxorem factam esse testes sunt Appianus (Syriac. c. 62), Polyaenus (Strateg. VIII, 50), Iustinus (XXVII, 1, 2), Athenaeus (II p. 45 c). Cur non putemus Hieronymum rectam nuptiarum causam attulisse? Nonne etiam Appianus idem affirmare videtur dicens: δύο δ'εἶχε (scil. uxores) Λαοδίκην καὶ Βερενίκην ἐξ ἔρωτός τε καὶ ἐγγύης .... Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου θυγατέρα? Nam e locutione ἐξ ἔρωτός τε καὶ ἐγγύης puto concludi posse Berenicen tanquam pignus pacis Antiocho uxorem datam esse. — De Epheso cf. Holm l. l. p. 169 sq.

anteisse sibi persuasit, non esse opus tam serum tempus statuere monet dicens (l. l. p. 214): „Wenn Maass — und mit ihm Susemihl — h. III in eine Zeit setzen, wo Ägypten mit Kyrene befreundet war (± 260), so geht das etwas zu weit; höchstens konnte gesagt werden, zu einer Zeit, wo kein feindliches Verhältnis bestand." Etiam brevi ante nuptias, anno fere 275, finito priore bello Cyrenaico pacem inter Philadelphum et Magam fuisse (cf. l. l. p. 220 n. 20).

Tota haec temporis definiendi ratio inanis est, nisi concedimus viris doctis Callimacho etiam in hymno Cyrenaicas res respicienti et ad Cyrenensium festum celebrandum destinato cavendum fuisse, ne Aegypti regem ipsi faventem ingrata monens laederet. Id quod maxime dubium est. Etiamsi Alexandrinum poetam aulicum ne in Cyrenensium quidem urbe statim post priorem Arsinoen repudiatam versum 135 scribere potuisse viris doctis concedo, tamen cur ei in hymno ad Cyrenensium festum destinato Cyrene ipsa et Ephesus propter Aegypti regem praetereundae fuerint, non intellego. Caveamus ne vel ab aulico poeta nimiam poscamus cautionem.

Ceterum etiamsi Maassio, Susemihlio, Weinbergero id concederem, tamen de tempore hymni non multum inde sequeretur. Nam eodem iure Maassius et Susemihlius hymnum post annum fere 260 ponunt, quo Weinberger circa annum 275. Weinbergeri autem sententia ita immutanda esset, ut hymnum iam tempori annum 276 vel 277 antegresso tribueremus; nam cum Philadelphus uterinam sororem anno fere 277/6 duxerit et bellum Cyrenaicum nuptias mox secutum sit (cf. p. 16 sqq. 22), anno 275 hymnus, si Weinbergeri rationem sequimur, pangi non potuit.

Sed quamdiu ante alteras Philadelphi nuptias aut post annum fere 260, quo tempore, ut puto, sponsalia Euergetae et Berenicae facta sunt[1]), hymnus conditus sit, hac via inveniri non potest. Vides igitur, quam incerta tota haec ratio sit.

Alia via me spero hymni tempus certius definire posse. Sicut in hymno in Iovem et in hymno in Delum res aulicae respiciuntur et sub deorum personis rex ipse celebratur, ita etiam sub Dianae Callimacheae imagine aliquam regiam virgi-

---

[1]) Vide excursum ad hoc caput.

nem latere suspicor, id quod etiam Gerckio videbatur cogitanti de Berenice, filia Philadelphi ex priore uxore sublata (Mus. Rh. XLII, 275). Latona in hoc carmine picta, si Gerckium (l. l. p. 623 n. 2) audimus, fortasse similitudines cum Arsinoe I, Berenicae matre, habet.

Sed hae coniecturae nulla re adiuvantur neque cum Gerckio ex iis de Philadelphi prioris coniugii tempore concludente facio. Omnia vero optime significare mihi videntur Berenicen, Magae filiam, hoc carmine celebrari. Nam primum verisimilius est in Cyrenaeo carmine Cyrenaeam virginem coli quam Alexandrinam. Deinde v. 110 Diana appellatur Τιτυοκτόνος et in extremo hymno poeta minatur:

264 μηδέ τινα μνᾶσθαι τὴν παρθένον (οὐδὲ γὰρ Ὦτος
οὐδὲ μὲν Ὠαρίων ἀγαθὸν γάμον ἐμνήστευσαν.)

Uterque locus mea sententia ad egregium illud Berenicae facinus spectat, quo virgo regia ipsa se ab inviso proco liberavit. Quae sententia iam ea re defenditur, quod, ut infra videbimus, etiam in hymno in Apollinem poeta hoc factum compluribus locis celebrat.

Priusquam ad singula accedam, breviter de iis rebus, quae Magae regis mortem subsecutae sunt, agam. Fontes uberiores cum deficiant, etiam hoc temporis spatium historicis multas difficultates praebet.

Post mortem Magae regis, si Iustinum audimus (XXVI, 3, 2 sqq.), *mater virginis Arsinoe (Apama?), ut invita se contractum matrimonium solveretur, misit qui ad nuptias virginis regnumque Cyrenarum Demetrium, fratrem regis Antigoni, a Macedonia arcesserent, qui et ipse ex filia Ptolemaei procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque cum secundante vento celeriter Cyrenas advolasset, fiducia pulchritudinis, quia animis placere socrus coeperat, statim a principio superbus regiae familiae militibusque impotens erat studiumque placendi a virgine in matrem contulerat. Quae res suspecta primo virgini, dein popularibus militibusque invisa fuit. Itaque versis omnium animis in Ptolemaei filium insidiae Demetrio comparantur, cui cum in lectum socrus concessisset, percussores inmittuntur. Sed Arsinoë audita voce filiae ad foris stantis et praecipientis, ut matri parceretur, adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto Beronice*

et stupra matris salva pietate ulta est et in matrimonio sortiendo iudicium patris secuta.

Utrum Ptolemaeus rex eam iniuriam ulcisci conatus sit, Iustinus non tradit. Sed Eusebius de hac re certiores nos facit. Pace violata Philadelphus, ut ius suum armis exsequeretur, Cyrenis bellum intulisse videtur. Demetrius ex eo bello superior discessit; non modo Cyrenarum regnum obtinuit, sed etiam Libyam Philadelpho eripuit. Nam verba Eusebii (I p. 238 Sch.): ὃς καὶ πᾶσαν Λιβύην ἔλαβε Κυρήνης τε ἐκράτησε viri docti non de Demetrio Antigoni Gonatae filio, sed de Demetrio Pulchro recte intellegunt.[1]) Berenice ipsa coniuratione contra Demetrium sponsum incitata Cyrenas Macedonis imperio liberavit. Demetrio occiso Berenicae cum Euergeta sponsalia redintegrata sunt.

Demetrium Pulchrum anno 258 mortuum esse testis est Eusebius Armenius. Legimus enim apud Schoenium (p. 237): *Obiit (obibat) etiam Demetrius, cuius cognomentum Pulcher vocabatur, anno C. trigesimae olympiadis secundo.* Quamquam Eusebius toto hoc loco res ad Demetrium Antigoni Gonatae filium spectantes cum Demetrio Pulchro confundit, tamen hic annus, cum in Demetrii Dosonis tempus non quadret, Pulchri mortis tempus videtur indicare.[2]) Nonnulli viri docti hunc locum corruptum esse rati sunt, praesertim cum in Graeco Eusebii textu haec verba desint. Nam cum Euergetam Berenicen non multo ante vel paulo post patris mortem duxisse inter omnes constet, recte mirantur, cur Euergeta Demetrio Pulchro iam anno 258 interfecto tempus decem annorum intermiserit, priusquam nuptias faceret. Hac de causa Niebuhrius Demetrium demum olympiadis CXXXII anno secundo necatum esse suspicatus est, praesertim cum e Diodori silentio concluderet Magam regem, qui ante Demetrium mortuus est et qui quinquaginta annos regnavit (Agatharch. apud Athen. XII p. 550), demum post annum olympiadis CXIX tertium (= 301 a. Chr. n.) Cyrenarum regnum occupasse, itaque non ante annum ol. CXXXII primum (= 251 a. Chr. n.) mortuum esse. Thrigius (l. l. p. 222 n. 1) Cyrenenses inde ab anno 308 Magae imperio subiectos fuisse inde suspicatus

[1]) Trog. prol. XXVI; Niebuhr. Kl. Schr. I p. 231; Thrige l. l. p. 229 n. 8; A. de Gutschmid in Euseb. ed. Schoen. I p. 237; Droysen, Epig. I p. 325 n. 2.

[2]) Cf. Vahlen, Sitz.-Ber. d. Berl. Akad. 1888, p. 1383 n. 1.

est, quod anno 308 Ophellas, qui ante Magam Cyrenis praefectus erat, ab Agathocle interfectus est, cui Magam statim successisse censet. Sed Demetrium Pulchrum anno fere 255 interfectum esse putavit (l. l. p. 228 sqq.) Si Droysenum sequimur, Magas anno 258, Demetrius anno 251 mortuus est. In hac re quaestio est, num sit, cur Magam statim post Ophellae mortem Cyrenarum regem factum esse negemus. Nisi demonstrare possumus Magam posteriore demum tempore Cyrenaicae praefectum esse, Eusebii de Demetrii morte testimonium reiciendum esse negabimus. Nam quod, si Eusebium sequimur, nescimus, quid inter annos 258 et 247, i. e. inter Demetrii necem et Euergetae nuptias factum sit, hoc ad certum testimonium spernendum non sufficit.[1])

Contra Niebuhrium et Gerckium (Mus. Rh. XLII p. 262 sqq.), qui e Diodori silentio Magam post annum 302/1 Cyrenarum regem factum esse concluserunt, Vahlenus (l. l. p. 1382 et 1385 n. 1) hac re nihil demonstrari recte commonet.

Gerckius Niebuhrii sententiam etiam aliis duobus argumentis defendere conatus est. Quorum alterum est, quod Magas in titulo quodam Indico anni post Asocae regis consecrationem tertii decimi[2]) ut amicus regis commemoratur, alterum, quod Pausanias (I, 6, 8) Magam quinto seditionis cuiusdam anno Cyrenarum regno potitum esse nisi post pugnam ad Ipsum anno 301 commissam non commemorat.

Asocae vero inscriptio, ut Vahlenus Oldenbergium secutus docet (l. l. p. 1383 sq.), res inde a nono regis anno usque ad tertium decimum gestas memoriae prodit et quoniam secundum Vahleni rationem nonus Asocae annus iam in annum a. Chr. n. 258 cadere possit, vir doctissimus hunc titulum contra Eusebium non dicere recte iudicavit.

Etiam de Pausaniae loco, quem modo commemoravi, aliter atque Gerckius sentit. Errat enim hic vir doctus iudicans Pausaniam seditionem in Cyrenaica factam post pugnam ad Ipsum, quod post eam orta vel oppressa sit, commemorasse, id quod efficitur e dispositione rerum, qua Pausanias hoc loco usus est. Qui capite libri primi sexto Ptolemaei Soteris res usque ad Antigoni mortem persecutus est. Qua in re Cyre-

[1]) Cf. Vahlen l. l. p. 1385.

[2]) Cf. Droysen, Epig. I p. 353 n. 1.

nensia non respexit, nisi (sicut in paragrapho quinta) in diadochorum historia magni momenti erant. Itaque seditionem ortam esse, cum hac re Antigonum ad renovandum bellum impulsum esse censeat, non praeterit (I, 6, 5); de oppressa seditione eo loco tacet, quoniam non ad bella Ptolemaei Soteris cum Antigono gesta pertinet. Sed hac materia ad finem perducta res Cyrenaicas, quas antea obiter strinxit, quasi appendicis loco fusius tractat, sicut tum demum ad res familiam regis spectantes et deinde ad Philadelphum, qui Atheniensium tribui nomen dederat, transit. Itaque facile adstipuleris Vahleno censenti Pausaniam I, 6, 8 seditionem priore loco (I, 6, 5) commemoratam respicere[1]). Sed tamen ex hac re certi nihil sequitur, cum Pausanias res vehementer turbaverit. Si eum auctorem sequimur, Cyrenensium seditio priore loco commemorata orta est, priusquam Antigonus Syriam Phoeniciamque facile expugnatas Demetrio filio tradidit et Hellespontum versus profectus est, id quod anno 315 (ol. 116, 2) factum est[2]). Apud Diodorum autem in eo rerum contextu Cyrenaicae seditionis omnino mentio non fit, et cum vice versa Pausanias de seditione Cyrenensium anno 312 facta, de qua Diodorus copicse agit (lib. XIX cap. 79), omnino taceat, eum errore deceptum res anni 312 cum anno 315 commutavisse cum veritatis specie conici potest, praesertim cum etiam id quod de Syria Phoeniciaque tradit, rectius de anno 312 quam de 315/314 intellegatur. Nam anno 315/314 Antigonus Phoeniciae urbibus non tam facile potitus est, ut iure dicatur: Σύρους καὶ Φοίνικας εἷλεν ἐξ ἐπιδρομῆς, quandoquidem Iope et Gaza urbibus non sine vi atque armis potitus est, et Tyri incolae per unum fere et dimidium annum omnia mala obsidionis pertulerunt, priusquam se dederent[3]). Optimo autem iure de expeditione Antigoni anno 312 in Syriam Phoeniciamque suscepta id dici potuit; nam eo tempore Antigonus has terras a Ptolemaeo ipsi denuo ereptas nullo fere resistente recuperavit[4]), cum Ptolemaeus certior factus hostem cum magno exercitu appropinquare celeriter

[1]) Cf. etiam Thrige l. l. p. 217 et Droysen, Diad. II p. 94 n. 1.

[2]) Diodor. Sic. XIX, 58—61. 69. 77.

[3]) Diodor. XIX, 58 sqq. Droysen, Diad. II p. 8 sqq. p. 26.

[4]) Diodor. XIX, 94: Ἀντίγονος δ᾽ἀκινδύνως ἀνακτησάμενος τήν τε Συρίαν πᾶσαν καὶ Φοινίκην . . . . .

in Aegyptum reverteretur[1]). Pausanias igitur hoc loco res annorum 315 et 312 turbavisse videtur. Neque vero, quae non multo infra de seditione a Maga quinto anno suppressa dicit, ad seditionem anni 312 a Diodoro commemoratam pertinere possunt, cum Agis et Epaenetus post tempus haud ita longum Cyrenenses subicerent.[2]).

Droysenus etiam aliam seditionem eodem anno Cyrenis ortam esse censet. Quinto anno post pacatos Cyrenenses Ophellas, praefectus vel rex Cyrenarum, ab Agathocle, quocum ad Carthaginienses bello persequendos foedus fecerat, insidiis oppressus est. Hunc Droysenus (Diad. II p. 91 sqq.) anno 312 a Ptolemaeo defecisse putat. Quod si viro docto credimus, cum Ptolemaeus post Ophellae mortem e Graecia reversus Cyrenaicam in potestatem suam redigeret[3]), alter Pausaniae locus Ophellae seditionem aperte significare videtur. Quod si ita est, Magas huius seditionis anno quinto i. e. anno 308 rex factus est[4]).

Tamen totam rem maxime esse dubiam negari non potest. Gerckius de seditione Ophellae omnino dubitat (Mus. Rh. XLII, 265). Et re vera Diodori verba Ophellam a Ptolemaeo defecisse non indicant; certe iis demonstrare non possis seditionem ante annum 308 ortam esse. Legimus enim apud Diodorum (XX, 40): κυριεύων δὲ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων καὶ δυνάμεως ἁδρᾶς περιεβάλετο ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν. Ex his verbis Ophellam eo tempore i. e. anno 308 a rege Aegypti iam defecisse non efficitur, cum Diodorus eo loco de nulla re nisi de Ophellae augendae potentiae consiliis memoriae prodat et cum eum κυριεύοντα, non βασιλεύοντα appellet. Praeterea Gerckius recte monet Ophellam, si ei cum Aegyptiis bellum fuisset, non cum tantis copiis[5]) e Cyrenaica cessurum fuisse.

---

[1]) Diodor. XIX, 93. Paus. I, 6, 5 extr. τότε δὲ ἥκοντα Ἀντίγονον οὐχ ὑπομείνας Πτολεμαῖος ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

[2]) Diodor. XIX, 79.

[3]) Suid. s. v. Δημήτριος· ἐντεῦθεν ἀπέπλευσεν (scil. Ptolemaeus Soter) ἐπ' Αἰγύπτου, Λεωνίδην ἐπὶ τῇ Ἑλληνικῇ ἀρχῇ ἐπιστήσας καὶ Λιβύης πάσης ἐκράτησεν Ὀφέλλα τοῦ Κυρηναίου δυνάστου πρὸς Ἀγαθοκλέους κατὰ Σικελίαν ἀναιρεθέντος δόλῳ. Ptolemaeum anno 308 e Graecia in patriam rediisse e Diodor. XX. 37, 2. concludi potest. Cf. etiam Thrige l. l. et Droysen, Diad. II p. 94.

[4]) Cf. Droysen, Diad. II p. 94/95 n. 1.

[5]) Cf. Diodor. XX, 41.

Itaque etiam haec Droyseni coniectura minime certa est.

Rectissime igitur mea sententia Vahlenus conicit „dass an Ophellas Untergang, des letzten Statthalters von Cyrene, im Jahre 308, jener Aufstand und die Bemühungen des Magas, ihn zu unterdrücken, sich angeschlossen haben.“ Ex Suidae verbis (cf. p. 47 n. 3) Ptolemaeo statim contigisse, ut Cyrenarum regnum recuperaret, non efficitur. Itaque quominus Vahleno assentiamur, nihil impedit. Sed hac in re dubium est, utrum Agatharchidas Magam iam anno 308 an post oppressam demum seditionem, i. e. anno 303, regnare coepisse censuerit.

Certe cum ex locis veterum adhuc notis Eusebius redargui non possit, iam non ab huius testimonio discedere licet, id quod etiam Merkelio (Prol. ad. Apoll. Rhod. Arg. p. XI sq), Wilamowitzio (Antig. Car. p. 229 n. 57), Studniczkae (Herm. XXVIII, 16) videtur.

Quomodocunque res se habet, Callimachi hymnus in Dianam mea sententia res necem Demetrii Pulchri subsecutas respicit. Vs. 264 sqq. Otus et Orion commemorantur, qui cum suo ipsorum damno Dianam ad invisum matrimonium cogere conati sint. Nemo negabit hos versus post Berenicae factum audaciae plenum scriptos splendidissimam virginis „magnanimae“ laudem continuisse. Sicut Diana procos invisos necavit, ita Berenice, ut matrimonium inoptatum atque odiosum evitaret, Demetrium Pulchrum de medio sustulit. Quae suspicio maxime hac re defenditur, quod Callimachus fabulae, quae est de Oto, primus hanc formam dedisse videtur. Notissima est fabula Aloidas Martem vinxisse[1]) aut Ossam Peliumque montes, ut coelum oppugnarent, Olympo imponere conatos ab Apolline necatos esse.[2]) Dianam impios interfecisse crediderunt Naxii.[3]) Matrimonium cum Diana inire Otum concupivisse ante Callimachum testis est nemo.[4]) Etiam Apollonius Rhodius Callimachi aequalis in primo Argonauticorum libro, quem Alexandriae scripsit, Homerum sequitur (cf. v. 481 sq.

[1]) Il. V, 385 sqq.

[2]) Odyss. XI, 305 sqq.

[3]) Cf. Pind. Pyth. IV, 156 sqq. et Apollod. Biblioth. I, 7, 4, 3.

[4]) De Orione haec fabula iam Arato (Phaenom. 635 sqq.) nota erat, qui eam non primus tradidit, quoniam ipse dicit: προτέρων λόγος. Cf. etiam Mueller, Kl. Schr. 2, 131.

488 sq. et schol.) Qua re Callimachus, ut veterem fabulae rationem immutaret, commotus sit, causam afferre non possum nisi eam, quam Richter (Progr. Gub. 1871 p. 14) et Studniczka (Herm. 28 p. 16 sq. et Roscher. lex. II col. 1720 sqq.) de fabula, quae est de Cyrene, mutata attulerunt. Poeta aulicus, ut Berenicae adularetur, fabulam novavit hunc in modum, ut deam carmine cultam idem fecisse diceret, quod regiae virgini ipsi tum maximae tribuebatur gloriae. Itaque haec ipsa res coniecturam meam adiuvat.

Huc accedit, quod poeta Dianam alio loco Τιτυοκτόνον praedicat. Tityum legimus apud Homerum (Od. VII, 324 sqq. XI, 576 sqq.), quod Latonae vim afferre voluerit, in Tartaro cruciatibus vexari:

Λητὼ γὰρ ἕλκησε, Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

Propter hoc scelus eum Apollo et Diana vel, ut alii tradunt, Diana sola sagittis interfecerant.[1])

Facile etiam ex hac re poetam ad Berenicen spectare cognoveris. Diana-Berenice gravissimis poenis persequitur eos qui incestum amorem expetunt.

Aliam huius fabulae formam invenimus in scholio ad Apollon. Rhod. Argon. I, 18: ὁ δὲ Εὐφορίων Ἀρτέμιδός φησιν αὐτὸν ἧφθαι καὶ διὰ τοῦτο τιμωρεῖσθαι. Euphorio igitur in Dianam ipsam impetum factum esse tradidit. Hac in re dubium esse potest, num iam Callimachus sicut fabulam de Oto, etiam hanc novaverit. Sed hac coniectura non opus est. Optime enim omnia explicare possumus, si veterem fabulam sequimur.

Haud scio an ex hoc Dianae epitheto appareat, quomodo Alexandriae in aula regia de incesto Apamae adulterio et de Demetrii Pulchri nece publice iudicatum sit. Nam adulterii nuntium in vulgus elatum esse testis est Iustinus;[2]) fortasse etiam vulgo notum erat Demetrium in cubili socrus necatum esse. Cum maxime timendum esset, ne de Apama, reginae matre, opinio maculosa pervulgaretur, nihil veri similius est quam publice enuntiatum esse Demetrium insidiatum Apamae, cum eam violare voluisset in ipso delicto deprehensum atque ab irata Berenice

---

[1]) Cf. Pindar. Pyth. IV, 90 sqq. Apollodor. Bibl. I, 4. 1.

[2]) Cf. Iustin. XXVI, 3 . . . . . *quae res suspecta primo virgini, dein popularibus militibusque invisa fuit* . . . .

supplicio affectum esse, id quod etiam Iustinus videtur indicare verbis: *quo interfecto Beronice et stupra matris salva pietate ulta est* . . . . .

Itaque in hymno in Dianam Berenice praedicatur, quod iniuriam et matri et ipsi illatam gravissime ulta est. Tityus-Demetrius supplicio multatur, quod Latonae-Apamae vim afferre voluit, Otus-Demetrius vel Orion-Demetrius, quod Dianam-Berenicen ipsam ad invisum matrimonium cogere concupivit.

Itaque hymnus post Demetrii Pulchri necem compositus est. Sed ante nuptias Euergetae eum ortum esse inde concludo, quod Berenice ut virgo celebratur. Natale igitur hymni tempus inter annos 258 et 247 cadit.

Contra sententiam meam dixerit quispiam versum 6

δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν

et versus 264 sq. etiam contra Euergetam virginem sibi in matrimonium petentem dictos intellegi posse. Sed poeta non omnibus locis deorum fabulis duplicem subicit sententiam neque a dea virgine virginitatem abiudicare ei licuit.

Etiam alii huius hymni loci idem tempus eundemque rerum statum respicere videntur. Studniczka, ut supra dixi (cf.p.39), quod Britomartis nympha a poeta pluribus versibus quam Cyrene celebratur, hymnum Cyrenaeo festo destinatum fuisse negat. Qui hymnum post egregium illud Berenicae factum conditum esse mecum consenserit, facile inveniet causam, cur poetae etiam in hymno ad Cyrenensium res spectanti hanc fabulam tam copiose enarrare non modo licuerit sed etiam optimum sit visum. Nam Britomartis nympha, ne incestos Minois amplexus toleraret, vel mortem sibi conscivit. Quem per novem menses impudica libidine ipsam persecutum anxie effugere conata denique re desperata in mare se praecipitavit. Itaque Dianae-Berenicae carissima erat nympharum.

Praeterea neglegendum non est hanc fabulam esse Cretensem et Cretam insulam et fabularum et historiae vinculis artissime cum Cyrenensium urbe coniunctam fuisse.[1]) Corobius Cretensis Theraeos in Libyam duxerat.[2]) Cretensem habitam esse Batti matrem testis est Herodotus (IV, 154). Agroetas in

[1]) Thrige l. l. p. 30 sqq. Studniczka, Kyrene p. 126 sqq.

[2]) Herod. IV, 151.

primo Λιβυκῶν libro memoriae tradidit Cyrenen nympham ab Apolline raptam in Cretam insulam et inde in Libyam ductam esse.[1]) Huc accedit, quod Herodotus (IV, 161) alteram tribuum a Demonacte institutarum Peloponnesiorum et Cretensium fuisse tradit.

Iam non est, cur miremur Callimachum in Cyrenaeo hymno Britomartin nympham non modo celebrare, sed etiam Cyrenae nymphae praeferre.

Non minus quam hos etiam alios versus hymni audientes Cyrenenses rerum ad aulam regiam et rem publicam pertinentium commonitos esse puto.

Poeta cum dicat v. 168 sq.

αὐτὴ δ'ἐς πατρὸς δόμον ἔρχεαι· οἱ δέ σ'ἐφ' ἕδρην
πάντες ὁμῶς καλέουσι· σὺ δ' Ἀπόλλωνι παρίζεις,

haud scio an monere voluerit Dianam-Berenicen tum in Iovis-Philadelphi familiam receptum iri ab omnibus laete salutatam, laetissime ab Apolline-Euergeta fratre, prope quem consideret.

Vss. 129—135 poeta bona atque munera pacis depingit, postquam versibus antecedentibus (122—128) belli atrocitatem et incommoda atque pericula a Diana in urbem iniustorum missa descripsit. Qui versus ex laetitia pacis post atrox bellum modo restitutae prodiise videntur. Quin puto versibus 122 - 128 res mortem Demetrii praecedentes aperte significari. Certe Cyrenensium urbs erat ἀδίκων πόλις, quippe quae arcessito Demetrio foedus anno fere 260 ictum violavisset bellumque impium movisset. Qua re maxime irata erat Diana-Berenice, quae Aegyptiorum partes sequebatur.

Verba

οἵ τε περί σφεας
οἵ τε περὶ ξείνους ἀλιτήματα πολλὰ τέλεσκον

bellum et intestinum et externum significant, id quod non alienum est a rebus Cyrenensibus; nam Demetrius contra Aegypti regem bellaverat, in urbe autem qui Aegyptiis favebant, contra Demetrium coniurationem moverant. Demetrio necato pax et inter cives dissentientes et inter Cyrenenses Aegyptiosque restituta erat, cuius munera e Dianae-Berenicae

[1]) Schol. Apoll. Rhod. II, 498. Cf. Studniczka, Kyrene p. 127 et in Roscher. lex. II col. 1722 sq.

clementiâ manabant, quandoquidem Berenice coniurationis princeps fuerat.

Pacis tempore reverso etiam in familias antea inter se rixatas concordia redierat (v. 133 sq.). Cuius rei exemplum affertur his verbis:

ταὶ δὲ θυωρὸν
εἰνάτερες γαλόῳ τε μίαν περὶ δίφρα τίθενται.

Quid Gerckius ex his versibus concluserit, supra (p. 40 sq.) attuli. Negari non potest miram esse affinium significationem, ut facile poetam de certis personis cogitasse conici possit. Neque mihi videor temere suspicari poetam concordiam praedicare, quae renovatis sponsalibus inter utramque regiam domum restituta erat. Apama, Magae mortui uxor, et Arsinoe Φιλάδελφος re vera εἰνάτερες nominari potuerunt, cum earum mariti fratres essent ex eadem matre nati. Eaedem etiam γαλόῳ erant, cum Arsinoe Φιλάδελφος ipsa Magae soror germana esset. Itaque etiam hac re coniectura mea haud mediocriter firmatur.

Iam dicam de versibus 46 sqq., quibus poeta Dianam ad Cyclopum insulam proficiscentem fingit. Diana Cyclopes adit, ut sibi arcum et sagittas fabricentur. Nymphae Oceaninae, Dianae comites, et horribili conspectu monstrorum iugis Ossae similium et ingenti strepitu incudum sonantium maxime perterrentur, Diana autem ipsa impavida atque animosa est. Strepitu incudum omnes circa insulae et terrae percutiuntur:

αὗε γὰρ Αἴτνη,
Αὗε δὲ Τρινακίη, Σικανῶν ἕδος, αὗε δὲ γείτων
Ἰταλίη, μεγάλην δὲ βοὴν ἐπὶ Κύρνος ἀΰτει.

Mihi dubium non est, quin Cyrenenses hos versus et haec terrarum nomina audientes primi belli Punici recordati sint, quod eadem aetate inter vicinos Carthaginienses et Romanos terra marique gestum est. Cuius belli eventus et Alexandriae et Cyrenis attentissime observatos esse supra (p. 34 sq.) ostendi. Quid mirum, quod poeta in carmine res illo tempore gestas respicienti etiam hoc gravissimum bellum adumbravit? Nonne id fecit elegantissime armorum strepitum cum officinae fabrorum sonitu conferens? Commemorato bello Punico Cyrenenses rebus in sua urbe pacatis eo magis gaudebant. In eo bello per longum tempus ancipiti Marte vehementissime utrimque pugnatum erat. Qualis foret exitus, nemo praevidere poterat. Eo validiores

igitur sese esse et tutiores Cyrenenses intellexerunt amico Aegypti rege potentissimo, qui cum Romanis foedere coniunctus erat, fortasse etiam cum Carthaginiensibus, quos a Philadelpho huius belli tempore auxiliares opes petivisse Appianus testis est.[1]) Itaque quamvis Oceaninae, nymphae maris insularumque, Cyclopum i. e. bellantium terribiles vultus perhorrescant, Diana-Berenice subsidio firmissimo Iovis-Philadelphi confisa eos non timet.

Maxime vero, ut poetam illud bellum in memoriam revocare voluisse statuam, ea re adducor, quod Vulcani Cyclopumque fabrica hoc loco in Lipara insula collocatur. Alio loco (h. IV, 141) poeta veterem fabulam secutus (Eur. Cycl. 297 sq. cf. Pind. Pyth. I, 25. Aesch. Prom. 366) Vulcani officinam in Aetna monte fuisse dicit. Ante hunc locum nemo de Vulcani Cyclopumque fabrica in Lipara insula sita dixisse videtur.[2]) Quae cum ita sint, nonne Callimachus hac mythi mutatione bell m Punicum, in quo ad hanc ipsam insulam identidem acerrime pugnatum est, quasi digito demonstrat?

Philadelpho ipsi, ut supra (p. 34 sq.) dixi, huius belli mentio ingrata non erat. Neque a Carthaginiensibus neque a Romanis belli diuturnitate et gravitate debilitatis Aegyptiis periculum timendum erat; immo sperabant, puto, se ex illorum debilitate commodum capturos esse. Rectissime iudicat Droysenus, cum dicat (Epig. I p. 305 sq.):

„Mit beiden im Bündnis hatte er den ganzen Vorteil einer Neutralität, welche den Schiffen seines Reiches auch den punischen Bereich des Meeres eröffnete; und die steigende Bedrängnis der Punier konnte nur zur Schwächung ihrer Seemacht führen, ohne dass die Eigentümlichkeit des römischen Staates ernstliche Besorgnis über die Bildung einer römischen Seeherrschaft und merkantiler Macht mochte aufkommen lassen.“

Etiam alias hymni particulas res aulicas spectare quamquam demonstrare non possum, tamen non incredibile duco. Cogito de versibus 5 sqq.[3]), 72 sqq. 144 sqq. Priores duo loci

[1]) Sic. 1,1. Cf. Droysen. Epig. I p. 305.

[2]) Cf. schol. ad Apoll. Rhod. III, 41; Rappium in lexico Roscheri mythol. s. v. Hephaistos I col. 2072 sq.; Roscherum in lex myth. s. v. Kyklopen II col. 1679.

[3]) De his versibus cf. Gerckium Mus. Rh. XLII p. 274.

haesito an res a parva Berenice gestas gryphis circumscribant. Neque cogitari non potest Callimachum in Coma Berenices reginam, ut Catulli verbis utar (c. LXVI, 26), *a parva virgine magnanimam* praedicantem praeter Demetrii necem etiam eas res laudare, quae in his gryphis, qui solvi adhuc non possunt, aequalibus autem satis perspicui erant, latere videntur. Quin ipsius poetae verba indicare videntur non unum sed complura regiae virginis magnanimae facta laudibus efferri, quippe qui non dicat *parvam virginem* sed *a parva virgine* se Berenicen cognovisse magnanimam. Huc accedit, quod Berenice cum coniurationem contra Demetrium incitaret, natu haud ita parva videtur fuisse. Falsa Demetrii necis vel belli Syriaci temporum definitione in errorem inducti Droysenus et Buschius de Berenicae anno natali concluserunt. Ille (Epig. I p. 275 n. 1) putavit eam anno 265/4 natam esse[1]), hic (De bibliothecariis Alexandrinis qui feruntur primis p. 18) iam anno 269. Sed cum Magas anno fere 274 Apamam duxerit[2]), iam annus 273 Berenicae natalis esse potest. Et cum Demetrius anno 258 necatus esse videatur, Berenice eo tempore virgo quindecim fere annorum esse poterat, ut recte Iustinus tradat Demetrium ab Arsinoe *ad nuptias virginis* arcessitum esse, ex quibus verbis Gerckius (Mus. Rhen. XLII, 263) recte demonstravit Berenicen eo tempore quo Demetrius Cyrenas venit, iam adultam virginem fuisse.

Versus autem 144 sqq. qui sunt de Hercule, fortasse inde originem ducunt, quod Callimachus Ptolemaeum regem de generis auctore[3]) commonere voluit, sicut etiam Theocritus in carmine XVII (cf. v. 20 sqq. v. 27) eodem spectat, nec non spectasse eundem poetam in carmine XXIV coniecit O. Ribbeckius (Preuss. Jahrb. 32, 1873, p. 84) dicens: „Und da Herakles als Ahnherr des fürstlichen Hauses galt, so mag wohl auch die anmutige Erzählung aus der Jugendgeschichte des Heroen (id. XXIV) zur Erheiterung des alexandrinischen Hofes geschrieben sein."

[1]) Cf. etiam Brinker l. l. p. 12, Couat l. l. p. 114 et 231. Wilamowitz Herm. XIV 200, Weinberger l. l. p. 214.

[2]) Cf. p. 22.

[3]) C. I. G. 5127.

Excursus.

De sponsalibus inter Euergetam et Berenicen factis.

Sponsalia inter Euergetam et Berenicen, Magae filiam, anno fere 260 videntur facta esse. Anno 274/3, i. e. initio belli Syriaci, Magas Antiochi filiam iam duxerat,[1] neque multo ante hunc annum hoc videtur factum esse. Sed bellum Cyrenaicum eodem anno compositum (cf. p. 22) sponsalibus ab Iustino (XXVI, 3) commemoratis finitum esse non potest. Nam Magas *ante infirmitatem* i. e. aetate maxime provectus Euergetae filiam despondit.[2] Praeterea Euergeta eo anno a patre nondum adoptatus erat, cuius rei testimonium certissimum Theocritus praebet, qui in Encomii Ptolemaei post annum 273/2 compositi (cf. p. 27) versibus 43 sq. invisae uxoris liberis maledicit. Qui versus quamquam proprie intellegendi sunt de Ptolemaei Soteris liberis ex priore uxore sublatis, qui brevi ante contra Philadelphum fratrem seditiones moverant, tamen a poeta Philadelphi regis gratiam appetenti nisi eo tempore quo Euergeta a patre abdicatus erat, scribi non potuerunt. E silentio poetae laudantis omnia, quae ad celebrandam regis gloriam magni momenti essent, eo tempore neque adoptationem neque sponsalia facta fuisse aperte effici censeo.

Berenice Euergetae sine dubio non ante eius adoptationem desponsa est. Itaque, ut terminum, post quem sponsalia facta sunt, inveniamus, de adoptationis tempore quaeramus.

Regni consors, qui in titulis Aegyptiis annorum inde ab a. 267/6 usque ad 262/1 nominatur, anno 260/59 et postea non nominatur[3], a nonnullis viris doctis existimatur fuisse Euergeta. Huic sententiae assentiri nequeo. Mirum enim esset, cur Euer-

---

[1]) Cf. Paus. I, 7 et huius dissertationis p. 22.

[2]) Cf. etiam Koepp l. l. p. 217.

[3]) Cf. Wiedemann, Phil. n. s. I, 87. Haeberlin, Phil. n. s. IV, 706.

geta post annum 261 in titulis non iam ut regni consors commemoraretur, neque illi viri docti qui de Euergeta cogitaverunt, hanc difficultatem tollere potuerunt.

Gerckius (Mus. Rhen. XLII, 272) et Haeberlinus (Philol. Anz. XVII, 129) regni socium commemoratum existimaverunt eum Ptolemaeum fuisse, qui cum Ephesi esset praefectus, a patre defecit[1]). Quam sententiam Wiedemannus recte improbavit (l. l. p. 86) neque Haeberlinus ipse alio loco laudat (Philol. n. s. IV, 705).

Krallius (Sitz. Ber. d. Wien. Ak. CV, 1884, p. 362 sq.) hunc regni consortem fuisse filium Philadelphi ex Arsinoe sorore natum putat. Quam coniecturam Haeberlinus contra Wiedemannum, qui propter silentium poetarum, amicorum, adversariorum ex hoc coniugio liberos procreatos esse omnino negat (Philol. n. s. I, 86 sq.), recte defendit (Philol. IV, 705). Commonet enim de Sotadis poetae versibus[2]). Sed tamen Krallii sententiam repudiat, quod eodem fere tempore quo regni socius commemoratur (scil. a. 263), Euergetae desponsa sit Berenice. Itaque in titulis Ptolemaei Euergetae nomen nobis occurrere putat. Quae dubitatio ea re caduca fit, quod bellum Cyrenaicum iam anno fere 274 finitum est et de bello quodam Cyrenaico usque ad annum 263 contra Magam gesto iam nihil constat (cf. p. 16 sqq. 22 sq.). Maxime vero, ut Krallio assentiar, me commovent quae Udalricus Wilcken, professor illustrissimus, de hac re benignissime ad me scripsit: „Eine bisher nicht beachtete Darstellung im grossen Tempel von Philae (Lepsius, Denkmäler IV, 6, a) zeigt den Philadelphos, wie er vor der Isis von Philae und seiner Schwester Arsinoe II, der „Göttin, die ihren Bruder liebt", opfernd steht. Isis umarmt und säugt einen neben ihr stehenden Knaben, der — völlig unbekleidet, mit der Jugendlocke geziert — durch die Doppelkrone auf seinem Haupte ohne Zweifel als Mitregent charakterisiert wird. Die hieroglyphischen Beischriften ergeben leider keine genauere Datierung. In dem Prinzen den späteren Euergetes zu sehen, dürfte u. a. dadurch ausgeschlossen sein, dass dieser, als er zum Mitregenten erhoben wurde, wohl nicht gut als Säugling dar-

[1]) Trog. prol. XXVI. Athen. XII p. 593.

[2]) Cf. praeterea etiam Lucian. Icaromenipp. 15 et Wiedemannum ipsum Mus. Rhen. XXXVIII, 384 n. 1.

gestellt werden konnte. Auch scheint Arsinoe II dadurch, dass sie hinter der säugenden Isis steht, als die Mutter des Knaben bezeichnet zu sein. Ich halte es daher für wahrscheinlich, dass wir in diesem Prinzen jenen von Krall mit Recht postulierten Sohn der Arsinoe II vor uns haben, der in den Datierungen ägyptischer Urkunden eine Zeit hindurch als Mitregent begegnet."

Quae cum ita sint, Euergeta non ante annum 262|1 adoptatus cooptatusque est, i. e. non ante mortem illius filii quem Philadelphus ex uterina sorore sublatum in regni societatem assumpserat. Neque iam mirum est, quod in titulis annorum sequentium Philadelphus sine regni socio nominatur; nam Arsinoae II filio mortuo Euergetam regni heredem fore nemo nesciebat. Quibus rebus concessis sponsalia Euergetae ante hunc annum cadere non possunt. Ea ad finienda fratrum certamina facta esse Iustinus (XXVI, 3) testatur. Neque difficile est novi inter fratres certaminis causam invenire. Anno 274|3 Philadelphus rerum statu coactus Magae Cyrenarum regnum concesserat (cf. p. 22 sq.). Sed bellis contra Antiochum et Antigonum Gonatam finitis fratri, ut puto, regnum eripere conatus est. Qua re perterritus Magas, qui extremo vitae spatio pacis amantissimus erat)[1], bellum imminens ita praecavisse videtur, ut Berenicen filiam Euergetae desponderet[2]).

Itaque sponsalia Euergetae et Berenicae inter annos 261 et 258 facta sunt.

[1]) Cf. Agatharchid. apud Athen. XII p. 550.
[2]) Cf. etiam Koepp l. l.

Caput quartum.

De hymno in Apollinem.

Quae viri docti de huius hymni tempore censuerunt, haec sunt:

O. Richter (Progr. Gub. 1871) eum anno 248 compositum esse putat, quo Philadelphus tandem Cyrenis potitus esset;

Conatius (l. l. p. 41 sqq. 228 sqq.) et

Brinker (De Theocr. vita carminibusque subditiciis) Richtero assensi sunt;

Buschius (De bibliothecariis Alexandrinis qui feruntur primis p. 40. n. 20) hymnum anno 263 tribuit, *quo sponsalia Euergetae et Berenices, Magae filiae, celebrata sunt*;

Sitzler (Philol. Rundschau III, 873 et N. Philol. Rundschau 1886, p. 348) hymnum in Apollinem eodem fere tempore, quo Coma Berenicae, scil. anno fere 240 compositum esse censet, quod hymni versus 25 sq. idem bellum atque Catulli c. LXVI vss. 12. 35 sq. spectent; (?)

Gerckius (Rh. Mus. XLIV, 253 sq.) propter versus 105 sqq. ad controversiam cum Apollonio Rhodio spectantes natale hymni tempus inter annos 276 et 272 cadere putat;

Susemihlius (Anal. Alex. chron. II. Gryphisw. 1888/9 p. XIII et Hist. Litt. Alex. I p. 361 sq.) propter versus 105 sqq. in Apollonium Rhodium scriptos annum 262 anno 248/7 praefert;

Weinberger (Stud. Vindob. XIV, 216 et 220) Susemihlium sequitur;

Studniczka (Herm. XXVIII, 1 sqq.) de tempore cum Richtero consentit; [etiam in lexico Roscheri mytholog. II col. 1721 sq. hymnum circa a. 247 ortum esse dicit.]

U. de Wilamowitz-Moellendorff (Nachr. der Gött. Ges. d. Wiss. 1893. n. 19 p. 745) hymnum inter annos fere 257 et 250 factum esse putat.

Hunc hymnum omnes fere viri docti festo Cyrenensium in honorem Apollinis Καρνείου celebrato destinatum fuisse censent. Sed cum nuper Studniczka (Herm. XXVIII, 1 sq,[1]) de hac re dubitaverit et hymnum in Delo insula cantatum esse sibi persuaserit, hanc quaestionem denuo pertractemus.

In primis hymni versibus, si Studniczkam audimus, sacrum Apollinis in Delo insula situm adumbratur, cuius rei testimonia sint laurus commemorata palmaque Delia.

[[1]) Cf. Roscheri lex. II col. 1721.]

Deinde ex silentio poetae, qui in ea parte carminis, quae de Cyrenis est, nullo verbo Cyrenas esse eam urbem, in qua hymnus cantetur, significet (cf. v. 65. 73. 77. 88 sqq.), hymnum alii urbi scriptum esse concludit. Tum causam affert, quod deus in hymno aliis permultis praeter Carneum epithetis invocetur neque praecipue tanquam Carneus celebretur. Immo non ante v. 71 Carneum vocari deum. Denique verba versus 71 ἐμοὶ πατρώιον οὕτω, quibus poeta utitur Carneum Apollinem invocans, in ipsa poetae patria cani non potuisse.

Sed hae causae viri doctissimi hymnum non Cyrenis cantatum esse persuadere mihi non possunt. Quod dicit id ex silentio poetae effici, qui nullo loco Cyrenas significet tanquam eam urbem, cui carmen destinatum fuerit, idem etiam de Delo insula valet (cf. v. 4. 58 sq.). Alia causa est, quod alii permulti cultus praeter Cyrenensem celebrentur. Quod quamquam negari non potest, tamen mea sententia Studniczkae coniecturam non defendit. Sane poeta, priusquam Carneum deum Cyrenensium praedicaret, aliorum cultuum mentionem fecit. Sed inde a versu 65 usque ad 96 de rebus Cyrenensium et de Carneo Apolline eiusque festo copiose loquitur, nec versus 97 sqq. et aliae carminis partes non eodem spectant. Praeterea demonstrari potest poetam nullos nisi eos peregrinos cultus celebrasse, qui Cyrenensibus grati erant et ab iis plurimi aestimabantur; omnes enim cultus peregrini, quotquot commemorantur, praeter duos a Cyrenensibus haud ita multum alieni erant.

Ut praetermittam epitheton ἑκάεργε (v. 11), quod ad nullum certum cultum spectat, versu 19 Apollo Lycoreus celebratur. Cuius mentio in Cyrenaeo festo facta mira non est; nam Apollo Lycoreus Delphis celebrabatur[1]), neque dubium est, quin sicut in aliis permultis urbibus, ita etiam Cyrenis cultus dei Delphici fuerit nobilissimus, quippe qui ipse coloniam Cyrenas deducendam curavisset (cf. vss. 65 sqq) Hic cultus etiam aliis hymni locis laudatur (v. 35. 98 sqq.).

Vs. 33 commemoratur τό τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον· His verbis poeta Cretensium cultum praedicat.[2]) Quae fuerit necessitudo inter Cretenses et Cyrenenses, supra (p. 50 sq.) exposui.

[1]) Schol. Apollon. Rhod. IV, 1490. Spanhem. ad v. 19.

[2]) Cf. schol. ad hunc versum.

Vs. 47 Ἀπόλλων Νόμιος vocatur. Qui haud ita diversus est a Carneo Apolline.[1]) Praeterea Maassius in Hermae vol. XXV p. 402 sq., quomodo hi duo cultus in patria poetae confusi sint, optime demonstravit dicens: „Auch hier haben sich zwei Kulte gemischt. Der kyrenäische Καρνεῖος stammt sicher aus Sparta und gelangte durch die Aigiden nach Kyrenes Mutterstadt Thera, wo er mit dem Νόμιος der Euphemiden zur Einheit verbunden ward. Diese neue Kulturform des Apollo Καρνεῖος-Νόμιος brachten die beiden zusammen von Thera auswandernden Geschlechter, Aigiden und Euphemiden, nach Kyrene, wo sie als Θηραῖοι seit Demonax' Reform die erste Phyle bildeten." — Apollinem Nomium Cyrenis celebratum esse etiam Iustinus testis est, cum memoriae tradat (XIII, 7) *Cyrenen a Thessaliae monte Pelio ab Apolline raptam perlatamque in eiusdem montis iuga, cuius collem occupaverant, a deo repletam quattuor pueros peperisse, Nomium, Aristaeum, Autuchum, Agreum.*[2])

Etiam celeberrimum Apollinis cultum Delium laudatum esse (cf. v. 4 et 58 sq.) vel in Cyrenaeo vel in alio Apollinis festo mirum fuisse putaveris?

Neque versus 69 sq. Studniczkae sententiam adiuvant. Quae eo loco commemorantur Apollinis cognomina, dico Βοηδρόμιον et Κλάριον, a Cyrenensium cultu esse plane aliena haud nego. Sed etiam poeta ipse hos cultus in patria sua non esse domesticos dilucide confitetur. Dicit enim:

πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι
πολλοὶ δὲ Κλάριον, πάντῃ δέ τοι οὔνομα πουλύ·
αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώιον οὕτω.

Cum praeter cultus a me iam commemoratos nulli celebrentur nisi Spartae et Therae, quae urbes erant Cyrenarum genetrices, non modo hanc Studniczkae dubitationem refutatam esse puto, sed etiam eorum sententiam maxime confirmari, qui hunc hymnum Cyrenis cantatum esse persuasum habent.

Neque contra hanc sententiam dicunt verba ἐμοὶ πατρώιον οὕτω, quae praeterquam quod versibus praecedentibus alienos cultus laudantibus opposita sunt, nihil reddere videntur nisi gaudium poetae superbum, quod sibi, poetae Alexandrino, in

[1]) Cf. Preller-Plew, Griech. Myth. I p. 205.

[2]) Cf. de consanguinitate quae est inter Aristaeum, Cyrenensem heroa, et Nomium, locos a Bruchmanno (Epith. Deor. p. 28) allatos.

eodem carmine et deum patrium et regem suum (cf. v. 26 et schol. ad h. v.) celebrare licuerit.[1])

Restat, ut de versibus hymni primis quid iudicem, exponam. Sane hic locus nos de Delio Apollinis sacro commonere potest. Sed sicut Delus insula, ita etiam alia Apollinis delubra his verbis significata esse possunt. Quid enim aliud commemoratur nisi templum, laurus, palma? Num Studniczka nullum nisi Delium sacrum tali modo institutum fuisse putat? Quod vero vir doctissimus Deliam palmam in carmine laudatam (v. 4) sacram insulam aperte ostendere opinatur, ne id quidem probare possum. Quis Studniczkae crediderit in Delo insula quemquam de „Delia“ palma Apollinis dixisse?[2]) Nonne hoc ipsum epitheton hymnum non ad Delium festum celebrandum compositum esse aperte testatur? Maassii vero coniectura Cyrenis fuisse palmam e Deliae palmae semine ortam (l. l. p. 403) non tam incredibilis est, quam Studniczkae videtur. Immo maxime adiuvatur Ovidii quodam loco. Aeacus enim, Aeginae rex, pestilentiae terrores Myrmidonumque originem enarrans Cephalo Atheniensi templum Iovis contra situm digito demonstrat, iuxta quod stabat

sacra Iovi quercus de semine Dodonaeo

(met. VII v. 623). Videmus igitur in Aegina insula sacrae Dodonaeae quercus semen terrae insitum fuisse. Quin huic quercui eadem vis inerat, quae genetrici, ut futura praediceret (cf. v. 629 sq. 636 sqq.) Nihil igitur nos hymnum Cyrenis cantatum esse dicere vetat.

Sed praeterquam quod in Delo insula nemo, ut dixi, „Deliam“ palmam laudaverit, aliae difficultates permultae Studniczkae obsistunt.

Ex verbis poetae ἐμὴν πόλιν (v. 65), ἡμετέροις βασιλεῦσιν (v. 68), ἐμοὶ πατρώιον οὕτω (71) Studniczka etiam chori patriam Cyrenas esse videri concludit. Itaque de theoria Cyrenensium ipso fortasse poeta architheoro in Delum insulam missa cogitat. Sed hanc suspicionem ipse reicit dicens (p. 9): Die Annahme einer Theorie scheitert daran, dass in den eben angeführten Versen der Chor des Kallimachos, im Gegensatze zu dem aus

[1]) De hac re conferas Richterum (l. l. p. 14) et quae infra p. 68 exponam.

[2]) Cf. v. 4 . . . . ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοῖνιξ.

der Ferne kommenden Gotte, den er begrüsst, offenbar in Delos heimisch ist. Der Dichter wird also den so stark persönlich und höfisch gefärbten Hymnus mit einem der offiziellen agonistischen Knabenchöre zur Aufführung gebracht haben."

Etiam contra hanc coniecturam Studniczka ipse dubitationem movet gravissimam: puerorum choros illis temporibus Apolloniis Deliis actos esse nullo testimonio confirmari. Itaque cum in hymno etiam Aegypti rex laudibus efferatur, festum carmine celebratum conicit fuisse Ptolemaea, quae aetate Callimachi ab illa societate, cui nomen erat τὸ κοινὸν τῶν νησιωτῶν, agebantur.

Quominus hac in re Studniczkae assentiar, maxime hac re impedior, quod nullo vocabulo poeta Πτολεμαίεα vel Φιλαδέλφεια vel Εὐεργέσια commemorat. Deinde mirum esset, quod rex, cuius in honorem carmen cantatum esse vir doctissimus putat, non ipse ut deus celebratur, sed nisi uno vel duobus locis non aperte laudatur (cf. v. 25 sqq. v. 68), nonnullis aliis locis gryphis praedicatur.[1]) Ubique Apollinis persona est princeps, ut non dubitem, quin de Apollinis sollemnibus in carmine agatur. Itaque Studniczkam talia conicientem sequi non possum. Carnea autem celebrari satis, ut puto, inde efficitur, quod nullum Apollinis cognomen tam saepe invocatur quam Carnei (cf. v. 71, 72, 80, 87). Quin versibus 85 sqq. copiose describitur, quanto gaudio affecti sint Apollo nymphaque eius Carnea prope Cyrenas acta spectantes. Ζωστῆρες Ἐνυοῦς ἀνέρες . . . . μετὰ ξανθῇσι Λιβύσσαις in honorem dei choream dant, et deus ipse cum nympha sua in Myrtusa, colle Cyrenis propinquo, eam spectans stat.

Num plura argumenta desideras, quibus hymnum Cyrenensium Carneis destinatum fuisse demonstretur? Mihi quidem hoc persuasum est.

Ut in hymnis in Iovem, in Delum, in Dianam, ita etiam in hoc res aulicae respiciuntur. Hoc aperte significant versus 25 sqq.

ἱὴ ἱὴ φθέγγεσθε · κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.
ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆι μάχοιτο,
ὅστις ἐμῷ βασιλῆι, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.

Ad versum 26 scholiasta adnotat: Βασιλῆι· τῷ Πτολεμαίῳ τῷ Εὐεργέτῃ· διὰ δὲ τὸ φιλόλογον αὐτὸν εἶναι ὡς θεὸν τιμᾷ·

[1]) Etiam de hac re infra (p. 65 sqq.) disseram.

Tamen Droysenus (Epig. I. p. 263 n. 2.), Richter (l. l. p. 7 sqq.), Couatius (l. l. p. 228 sqq.), Brinker (l. l. p. 12) Gerckius (Rh. Mus. XLIV, 253) scholiastam errasse putant, cum non Euergetam, sed Philadelphum carmine celebrari dicant. Etiam Susemihlius (hist. litt. Alex. I p. 361 sq.) et Weinberger (l. l. p. 216) hymnum ei tempori tribuunt quo Callimachus eos versus de Euergeta nondum dicere potuit.

Omnes vero consentiunt Aegypti regem in hymno praedicari, ut etiam scholiasta versus 25 sqq. aperte de hoc intellegit. Quo concesso etiam id comprobandum est, hunc hymnum Cyrenaeo festo destinatum condi non potuisse nisi eis temporibus quibus poetae Aegypti regem in patria sua, scilicet Cyrenis, etiam ut Cyrenarum dominum celebrare licuit, id quod non ante Magae regis mortem factum est, qui pace anno fere 274 inita Cyrenarum rex agnitus esset neque foedere anno fere 260 icto regiam potestatem amisisset.

Itaque anno fere 260, quo sponsalia Euergetae et Berenicae celebrata sunt, neque Philadelphus Cyrenarum rex erat neque Euergeta hoc titulo significari poterat, id quod Buschio videtur factum esse, *non quo ipse rex fuerit illo tempore, sed quia regis filius fuit* (l. l. p. 40 n 20). Immo poeta Magam regem, amicum Philadelphi, maxime offendisset, si ipso omnino neglecto Philadelphum vel Euergetam regem Cyrenarum eo tempore vocasset. Deinde considera, quam non versus 25 sqq. ei tempori conveniant, quod cladem Philadelphi ab Antigono ad Leucollam promunturium acceptam subsecutum est. An putaverit quis eos versus regi paulo ante victo gratos fuisse?

Itaque sententia eorum qui hymnum anno fere 260 scriptum esse putant, reicienda est. Aegypti rex nisi post mortuum Magam vel potius post nuptias Euergetae cum Berenice factas Cyrenarum rex non erat.[1]) Quae cum ita sint, optimo iure

[1]) Hanc ob causam Wilamowitzium sequi non possum dicentem (Nachr. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1893 n. 19 p. 745): Dass der Hymnus II (auf Apollon) für Kyrene gedichtet ist, nachdem Ptolemaios ein Anrecht auf diese Stadt erlangt hatte, aber *ehe sie als Brautschatz Berenikes wirklich ägyptisch geworden war*, ergiebt eine verständige Erklärung mit Notwendigkeit (ich mag jetzt nicht tiefer darauf eingehen), und damit ist die Datierung 257—250 etwa gegeben. Ante nuptias Euergeta Cyrenis ut Cyrenarum rex celebrari non potuit.

mihi videor assentiri eis qui hymni natale tempus annum fere 247 fuisse censent.

Susemihlius quamquam de hoc cogitavit, tamen annum 260 praefert, quod litem Callimachi cum Apollonio Rhodio gestam, ad quam versus 105 sqq. spectare videntur, priori tempori tribuendam esse censet (cf. Hist. litt. Alexandr. I p. 362). Sed praeterquam, quod tota haec quaestio valde dubia est,[1]) de certaminis tempore viri docti tantopere dissentiunt[2]), ut ex eo de hymni tempore nihil nunc concludi posse videatur. Certiora invenies, si ex hymni tempore de litis diuturnitate concludes. Idem valet de Thalysiis Theocriti, quorum versus 45 sqq. in Apollonium scripti esse putantur. Ceterum quoquo tempore certamen ortum est, sive anno fere 260 (cf. Susemihl l. l., Knaack l. l.) sive prius (Gercke Mus. Rh. XLIV p. 253)

[1]) Hanc litem unquam fuisse Spironem (Rendiconti della accademia de Lincei, Ser V, vol. II fasc. 5) omnino negasse nuper in ephemeridibus philologicis legi, commentationem ipsam inspicere nondum potui. Sed utut res se habet, certe e nonnullis inter Callimachi versus 97 sqq. et Apollonii Rhod. libri II vss. 701 sqq. similitudinibus alterius poetae versus alterius animo obversatos esse aperte efficitur (cf. F. Bredau, De Callimacho verborum inventore, diss Vrat. 1892, p. 20). Neque vero Bredavio assentiri possum neganti (l. l.) fieri potuisse, ut Callimachus verba ex adversarii carmine mutuaretur. Dicit enim: *at Callimachus, si ab eo poeta sententias singulasque voces mutuatus esset, quem in eodem carmine post paucos versus acerbissimis verbis invectus est, nonne hoc modo sibi suaeque gloriae magis nocuisset quam illius?* Sed non est, cur Callimachum quasi ab iniuria atque ab ineptia defendamus et Apollonium e Callimachi carmine hausisse putemus. Callimachus adversarium vel, si de lite inter hos duos poetas dicere non licet, aequalem non imitatus est, quasi nova fingere non posset, sed singulis eius vocibus sententiisque usus aperte demonstravit, quis esset ille, quem sive laudare sive cavillari sive vituperare voluit. Similiter viri docti etiam Theocritum nonnullis locis Apollonium Rhodium fere eius ipsius verbis atque sententiis quasi vollicasse ostenderunt. Cf. Brinker l. l. p. 10 sq.; Mertens (Quaest. Theocr., Lötzen 1887) p. 6 sqq.; Gercke, Mus. Rh. XLIV p. 139 sqq.; Susemihl (Hist. litt. Alex. cap. V, n. 34 sq.) Nec non amicos idem poeta ita significat, ut eorum vel consuetudines vel carmina vel ipsa nomina tecte indicet; qui loci quamquam nobis maximam partem sint obscuri, aequalibus plane erant perspicui. Cf. Meineke, Anal. Alexandr. p. 250; Hempel l. l. p. 52 sqq. U. de Wilamowitz-Moellendorff (De Lycophron. Alexandra, Ind. lect. Gryph. 1883/4 p. 12 sqq.); Haeberlin (De fig. carm. Graec., Gott. 1886, p. 38 sqq.); Gercke (Mus. Rh. XLII p. 600 sqq. XLIV p. 143 sqq.); Susemihl (Hist. litt. Alex. c. IV, n. 47—49); Reitzenstein (Epigramm u. Skolion, Giss. 1893, p. 228 sqq.), alios.

[2]) Cf. Susemihl, Litt. Alex. cap. XIV n. 51. Knaack (Pauly-Wissowa R. E. s. v. Alexandrinische Litteratur, I, p. 1402).

sive post id tempus (Couat), quousque poetae in certando perseveraverint, statui non potest, neque quisquam hymnum nisi statim post coeptam litem non conditum esse iure dixerit. Etiam Susemihlius ipse certaminis tempus diuturnum fuisse concedit (Anal. Alexandr. chronol. II p. XIV et Litt. Alex. cap. V p. 209 n. 36); Gerckius (Mus. Rhen. XLIV p. 150 et 255/56) inimicitias non ante mortem Callimachi finitas esse putat. Ac ne Thalysia quidem Mertensius (Progr. Lötzen 1887 p. 6 sq.) et Haeberlinus (Carm. fig. Gr. p. 54) anno circiter 250 tribuere dubitant, quamquam versus 45 sqq. ad eam litem pertinere censent. Itaque Studniczka (Herm. XXVIII, 13) hanc dubitationem Susemihlii inanem esse rectissime censuit.

Ut de tempore hymni, ita etiam de persona regis cum Studniczka plane consentio. Qui aeque atque antea Richter nonnullos hymni locos ad Demetrii Pulchri necem pertinere recte statuit. Versibus 90 sqq. sub persona Cyrenae nymphae Berenicen celebrari inde efficitur, quod Callimachus, ut Studniczka demonstrat, veterem fabulam de Cyrene nympha hymno in Dianam traditam (v. 206 sqq.) novavit; cuius rei recte eam causam statuit, quod poeta eo modo Berenicae factum fortitudinis plenum cum Cyrenes celeberrima de leone reportata victoria conferre voluerit. Similes fabulae mutationes vel novationes etiam in hymno in Dianam factas esse supra (p. 48 sq. 53) ostendi. Maxime vero Studniczkae sententiam comprobo dicentis (l. l. p. 16): „«Berenike, unsere neue Kyrene», in dieser packenden Phrase glaube ich das gesuchte äussere Motiv gefunden zu haben, welches die Concinnität des ehrwürdigen Mythos zerstörte, indem es die Verlegung des Löwenkampfes auf den Schauplatz seines aufregenden Gegenbildes aus jüngster Zeit nach sich zog."

Iam dubitari non potest quin, ut ait scholiasta, rex in hymno celebratus sit Euergeta. Si nympha Berenice est, Apollo, qui nymphae *suae* chorum saltantem ostendit (cf. v. 90 ἐῇ ἐπεδείξατο νύμφῃ) nemo est nisi Euergeta, sponsus vel potius maritus Berenicae; nam, ut supra dixi,[1]) Euergeta nuptiis demum rex Cyrenarum factus est.[2])

[1]) Cf. p. 63 et not. 1.

[2]) De Philadelpho verba ἐῇ ἐπεδείξατο νύμφῃ dici non poterant, id quod Richterum fugisse miror.

Richter et Couatius nonnullis aliis causis commoti sunt, ut regem laudatum Philadelphum esse putarent. Haeret enim ille primum in verbis scholiastae ad v. 26: διὰ δὲ τὸ φιλόλογον αὐτὸν εἶναι ὡς θεὸν τιμᾷ, quas nisi ad Philadelphum pertinere non posse censet.

Deinde versibus 28/29

τὸν χορὸν ὡπόλλων ὅτε οἱ κατὰ θυμὸν ἀείσῃ,
τιμήσει

ut Richter putat, ab adulatore poeta laudatur „die Fürsorge des Philadelphos für alle diejenigen, welche halfen, ihm seine grossartigen künstlerischen Schaustellungen und Aufzüge mit ihrer Kunst zu fördern und verherrlichen, zu denen Kallimachos mit seiner Kunst in erster Reihe gehörte."

Versus 43 sq., si Richterum audimus, Philadelphum praedicant ut eum, qui et bella gravissima feliciter gesserat et artibus litterisque maxime favebat, versus denique 56 sq. ut eum, qui permultas urbes condiderat.

Similiter Couatius iudicat (l. l. p. 232 sq.): „C'est donc bien le roi Philadelphe que Callimaque a voulu représenter sous les traits d'Apollon . . . . . L'hymne I exaltait l'établissement définitif de ce long règne, l'hymne II en raconte les derniers résultats et en particulier l'annexion de la Cyrénaique à l'Égypte."

Sed errant viri docti ex his locis de scholiastae testimonio dubitantes. Nonne etiam Philadelphus vixdum rex factus a poeta laudibus effertur propter ἔργα χειρῶν, nonne laudantur eius βίη τό τε κάρτος (cf. I v. 66 sq.), nonne praedicatur ut δώτωρ ἑάων, δώτωρ ἀπημονίης (cf. I v. 91 sq.)?

Quod scholiasta dicit Euergetam tanquam deum coli διὰ τὸ φιλόλογον εἶναι, non tanti momenti est, ut de persona regis dubitemus. Non unus Philadelphus, sed omnino primi Ptolemaei artium litterarumque amici et adiutores habiti sunt. Itaque scholiastam quaerentem, ob quas virtutes poeta regem suum celebraret, eam causam existimasse verae simillimam quis miretur? Laudes vero in ipso carmine Apollini vel regi tributae ab adulatore poeta et Philadelpho et Euergetae eo tempore impertiri poterant. Hic enim tum erat vir triginta fere annorum. Sine dubio iam multos annos pro patre podagrae doloribus cruciato regis munia domi bellique obierat. Etiam in bellis

contra Antiochum II et contra Demetrium Pulchrum gestis Euergetam summum imperium tenuisse veri est simillimum. Cuius rei testis certissimus Iustinus est, cum dicat (XXVI, 2, 6): *Itaque versis omnium* (scil. Cyrenensium) *animis in Ptolemaei filium insidiae Demetrio comparantur* . . .

Euergeta igitur, ut mihi videtur, coniurationis contra Demetrium Pulchrum factae princeps erat. Haud scio an coniuratos e longinquo opera et consilio clam adiuverit[1]), quippe cuius plurimum interesset Demetrio necato et sponsam et Cyrenarum Libyaeque regnum sibi ereptum recuperare. Itaque poeta eodem iure regni consortem atque regem ipsum laudibus efferre potuit.

Quae cum ita sint, non est, cur scholiastae testimonium repudiemus. Accedit, quod commoveri non possum, ut poetam sine causa tantae ineptiae incusem, ut senem sexaginta fere annorum laborantem ex pedibus et morbo morosum difficilemque cum Apolline conferat, deo semper pulchro et iuvene, cuius ex comis non tam unguentum quam ipsa panacea manat. Neque mihi ut Richtero assentiar, testimonium Phylarchi persuadet tradentis Philadelphum senem οὕτως ἐξαπατηθῆναι τὴν διάνοιαν καὶ διαφθαρῆναι ὑπὸ τῆς ἀκαίρου τρυφῆς, ὥστε τὸν πάντα χρόνον ὑπολαβεῖν βιώσεσθαι καὶ λέγειν, ὅτι μόνος εὕροι τὴν ἀθανασίαν (cf. Athen. XII p. 536 e.), ad quam rem, si Droysenum sequimur (Epig. I p. 263 n. 2), spectant hymni versus 45 sq.

ἐκ δέ νυ Φοίβου
ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.

Cum Richtero (l. l. p. 11) in versibus 39—46 „eine schonende Anspielung auf die Gebrechlichkeit des Philadelphos" agnoscente facere non possum. Regi senescenti aetate et morbo debilitato mentio senectutis atque fragilitatis, quamvis in verbis poetae valde lateret, quin ingrata esset, fieri non potuit. Immo non dubito, quin futurum fuerit, ut poetae potius ludificationi et protervitati tribueretur, si eo tempore Philadelphum cum Apolline comparasset. Praeterea, ut iam supra commemoravi, Philadelphus non ipse rex Cyrenarum erat, sed Euergeta nuptiis cum Berenice Cyrenarum regnum accepit. Itaque in monumento Adulitano (C. I. G. III 5127) in numero earum terrarum, quas

[1]) Fortasse Apollinis epitheton ἑκάεργε (v. 11) eo spectaverit.

Euergeta a patre accepit hereditarias, Cyrenae non commemorantur.

Restat, ut de aliis quibusdam locis dicam, qui ad res aulicas referendi sunt. In quibus interpretandis maximam partem cum Richtero et Studniczka consentio.

Sicut versibus 90 sqq., ita etiam versibus 95 et 100 sqq. poeta Demetrii necem quasi digito demonstrat. Verba μνωόμενος προτέρης ἁρπακτύος κτλ. viri docti rectissime interpretantur Apollinem-Euergetam recordatum ereptae ipsi antea a Demetrio virginis regnique tum victo hoste laetum Cyrenensium urbi maxime favere:

οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα, τόσσα Κυρήνῃ
μνωόμενος προτέρης ἁρπακτύος.

Et versibus 100 sq. Apollinis victoriam de Pythone angue reportatam laudibus efferentibus etiam Euergeta grypho adulationis pleno ut immanis Demetrii victor aptissime celebratur.

Praeterea eius temporis rerum statui optime respondent versus 25 sqq. Nam superato atque interempto communi Cyrenensium Aegyptiorumque hoste eodemque Berenicae et Euergetae adversario Cyrenenses laetitia victoriae elati gaudio triumphant. Deus ille, qui iam non procul est (cf. v. 7) et in templum suum introiturus a laeto populo et a poeta salutatur, nemo est nisi Euergeta, qui nuptiis cum Berenice regina factis ad ineundum Cyrenarum regnum in urbem invehitur. Quem populus Cyrenensium faustis acclamationibus consalutat sperans novum regem patriae salutem sempiternam allaturum esse. Nam sagittis Apollo-Euergeta Cyrenas tutabitur et ab hostibus externis defendet (cf. v. 43 sq.), ut Philadelphus pater,[1]) artibus

[1]) Num Philadelphus eo tempore vixerit, dubium est. Nuptias ante eius mortem factas esse neque ex Iustini (XXVI, 3,6) neque ex Catulli (Com. Beren. v. 15) verbis effici Vahlenus (Sitz.-Ber. d. Berl. Ak. d. W. 1888 p. 1381 et n. 1) contra Niebuhrium, Droysenum, Gerckium recte statuit. Neque vero Catulli versibus 11. 19. 27 sq. tantum tribuo, ut Philadelphum ante nuptias mortuum esse cum Vahleno ex iis concludam. Haud scio an ex Callim. II, 29 tenebris lucem afferamus. Conici potest Iovem, cuius ad dexterum latus Apollo-Euergeta sedet, esse Philadelphum, Aegypti regem, firmissimum Cyrenarum praesidium, cuius ad latus Euergeta ut regni socius sedet. Etiam Gerckius (Mus. Rh. XLII p. 623 n. 2) tali modo Apollinis potentiam affirmari miratur dicens: „So begründet man nicht die Macht wirklicher Götter.“ Sed

litterisque favebit (cf. l. 1). Ex Apollinis-Euergetae comis profluit panacea (v 39 sq.) i. e pax pacisque munera et commoda.[1]) Urbs intestinis tumultibus et externis bellis vexata erat aegrota: Apollo-Euergeta Παιάν (vs. 97. 103)[2]) pace, optimo remedio, sanitatem restituit secum ferens quasi acceptissimum donum πανάκειαν.

tamen haec coniectura valde dubia est. Neque ex verbis ἡμετέροις βασιλεῦσιν (v. 68), quibus veteres Cyrenarum reges significari Gerckius (Rh. Mus. XLIV, 253) et Maassius (Herm. XXV, 410 sq.) ostenderunt, de hac re certi quidquam efficitur.

[1]) Cf. h. III v. 129 sqq.

[2]) Cf. etiam Thrigium (Rer. Cyren. p. 283): *Apollo denique medicus Cyrenis potissimum cultus est, hinc* Παιάν *audit, eidemque hic, ut alibi* Ἰὴ ἰὴ παιῆον *acclamatum est.*

Quae hoc libello continentur, sunt:

Typis G. Zahn et H. Baendel, Kirchhainiensium

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN

HERAUSGEGEBEN
VON
RICHARD FÖRSTER
PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE
AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU

SIEBENTER BAND
VIERTES HEFT

DE HYLA

SCRIPSIT
GUSTAV TÜRK

BRESLAU
VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS)
1895

DE HYLA

SCRIPSIT

GUSTAV TÜRK

VRATISLAVIAE
APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS)
1895

Corrigenda.

p. 20, 24	*legas*	verisimile est iam ante Apollonium hoc novatum esse.			
„ 50 n. 1	„	pulcherrimus	*pro*	pulcherimus.	
„ 53, 33	„	eam	„	etiam.	
„ 56, 34	„	*v. 6*	„	*v. 67.*	
„ 61, 15	„	fortitudine	„	fortitutidine.	

De Hyla quamquam satis multi viri docti occasione data paucis egerunt, tamen nemo adhuc continuam rei memoriam ita recoluit, ut varias quae de illo apud Graecos Romanosque ferebantur fabulas enumeraret et ad suos, quoad fieri posset, fontes redigeret. Hoc igitur munere suscepto putavi me ad historiam fabularum Graecarum et Romanarum posse quantulamcunque partem conferre.

A.

De memoria litteris servata.

I. De Hylae sacris et origine.

In Bithyniae urbe Cio, quae ad Propontidis oram sita erat et sub Bithyniae regibus Prusias („ad mare") vocabatur, antiquitus dies quidam festus quotannis agebatur, quem Strabo XII 4, 3 p. 564 C. paucis describit: . . . *καὶ νῦν δ' ἔτι ἑορτή τις ἄγεται παρὰ τοῖς Προυσιεῦσιν καὶ ὀρειβασία θιασευόντων καὶ καλούντων Ὕλαν, ὡς ἂν κατὰ ζήτησιν τὴν ἐκείνου πεποιημένων τὴν ἐπὶ τὰς ὕλας ἔξοδον.* Comperimus igitur civium Cianorum multitudinem in montes silvasque sollemniter processisse Hylamque vocasse, tamquam eum quaererent. Nomen montis accipimus ex iis quae paulo supra idem Strabo dicit: *ὑπέρκειται δὲ τῆς Προυσιάδος ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀργανθώνιον.* In hunc montem sine dubio procedebant. In hoc enim Hylas raptus esse dicebatur, id quod Strabo sic narrat: *ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσι τὸν Ὕλαν, ἕνα τῶν Ἡρακλέους ἑταίρων, συμπλεύσαντα ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς αὐτῷ, ἐξιόντα δὲ ἐπὶ ὑδρείαν ὑπὸ νυμφῶν ἁρπαγῆναι.* Itaque apud Mysos — nam hi sunt harum regionum incolae inde ab antiquis temporibus — vetus Hylae cultus fuit maximeque ad montem

Argauthonium pertinuit. Quod apud Strabonem legimus ἐπὶ τὰς ὕλας ἔξοδον, veriloquii causa additum esse patet. Cum his in universum concinunt quae tradit Servius in Verg. buc. VI 43[1]) *postea cum esset cognitum, quod perisset in fonte, ei statuta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut eius nomen clamaretur in montibus . . . per transitum rem veram tetigit; tertio*[2]) *enim ab ephebo puero in monte comitantibus universis nomen eius clamabatur.* Adulescens autem Hylam nomen clamabat, quia numen ipsum iuvenili florens aetate repraesentare videbatur[3]). Alius caerimoniae, postquam Hylae fabulam narravit, mentionem facit Nicander in Ἑτεροιουμένων lib. II (frg. 48 Schneider = Antonin. Liberal. 26)[4]). Verba haec sunt : . . . Ὕλᾳ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπιχώριοι, καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος εἰς τρὶς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ καὶ εἰς τρὶς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν ἠχώ. Etiam in his circa lacum factis caerimoniis non solum sacerdotem sed omnes qui aderant Hylam vocasse loco probatur Solini cap. 42, 2 . . . *Prusiadem urbem et adluit Hylas flumen et perspergit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delicias Herculi, Hylam puerum, Nymphis rapinam : in cuius memoriam usque adhuc sollemni cursitatione lacum populus circumit et Hylam voce clamant.* Lacus quem dicit vix alius esse potest atque lacus ille Ascanius prope Cium situs, ex quo fluvius effunditur urbem adluens, quem hic vocat Hylam. Parum tamen accurate res a Solino tractata est. Nam lacus ipse Cium urbem non perspergit.

Praeterea caerimonia vocandi in Hylae honorem celebrata nonnullis locis commemoratur:

Apollonius Rhodius, qui passim id agit, ut mores atque imprimis sacra Asiae earumque regionum, per quas Argonautae profecti sunt, ex illa expeditione repetat, postquam Hylae fatum

---

[1]) Alfredus Moeller (Quaestiones Servianae, Kiliae 1892) pleniorem qui dicitur Servium esse integriorem mihi persuasit.

[2]) *tertio* = ter.

[3]) Accedit quodammodo hic usus ad ea, de quibus disseruit Fridericus Back (de Graecorum caerimoniis in quibus homines deorum vice fungebantur, Berolini 1883).

[4]) De Antonini Liberalis fontibus in codicis margine adscriptis cf. p. 31 cum adnot. 1.

fusius descripsit, unum versum (I 1354) de illo more sacro Cianorum addit :

τούνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι[1]) *Κιανοί.*

Neque aliter res describitur in Photii lexico s. v. *Ὕλαν κραυγάζειν : . . . καὶ νῦν δὲ Κιανοὺς ἔτι ἀπομίμημα τῆς ζητήσεως ποιουμένους ἑορτάζειν τῷ ἥρωι.* Quo loco vox *ἥρως* docet rem Graeco sensu intellegi.

Cf. etiam Prov. Bodl. 888 . . . *καὶ ἔτι δέ φασι τοὺς Κιανοὺς ὡρισμένην ἡμέραν κατ᾽ ἔτος ἀνακαλεῖσθαι τὸν Ὕλαν.*

Cii Hylam, ut deum indigenam, usque ad postremam aetatem multum valuisse etiam nummis sub imperio Alexandri Severi excusis probatur[2]), in quibus figura adulescentis est urnam tenentis, ex qua aqua effluit; quem vix quisquam aliter appellet atque Hylam.

Quaeramus nunc, quae natura illius numinis fuerit. Quam ad rem perspiciendam maximi momenti est, quod ad fontem quendam colebatur, quod apud Cianos Hylas idem significabat atque *fons*, siquidem Hesychio credere licet, qui glossam hanc habet : *Ὕλας· κρήνας Κιανοί*, denique quod secundum Plinium nat. hist. V 143 (et Solinum 42, 2 supra laudatum) fluvius illius regiònis Hylas vocabatur[3]).

Quae cum ita sint, puto Hylam pro eo deo habendum esse, qui hominibus aquam fontium fluviorumque ac fortasse cuiusque modi praebet, quem verisimile est ea potissimum anni aetate invocari, qua natura tamquam siti laborare atque languescere videatur. Sed fortasse verum illius dei nomen omnino ignoramus; nam si vox *hylas*, quam Graeci in sollemnitate illa Cianorum audiebant, ipsum fontem vel eius aquam significabat, res ita

---

[1]) Cf. schol. *ἐρέουσιν· ἀντὶ τοῦ ἐρευνῶσιν, ζητοῦσιν. Ὅμηρος „τὰς ἐρέων Ὀδυσῆι συνήντετο“ καὶ „κνημοὺς ἐξερέησι“.*

[2]) Mionnet, Descr. des médailles antiques V p. 253 n. 1480. Cf. n. 1482 et p. 255 n. 1492.

[3]) Quamquam locus Plinianus haud ita dilucidus atque expeditus est; dicit enim . . . *postea sinus in quo flumen Ascanium, oppidum Bryalion, amnes Hylas et Cios cum oppido eiusdem nominis* etc. Cum vero Ascanius et Cius sine dubio eiusdem fluvii nomina sint — alterum ab lacu Ascanio, ex quo effluit, alterum ab urbe ei inditum — suspicor ne Hylam quidem Plinii aliter intellegendum esse. Nam ad Cium unum tantum flumen exstat, quod omnino nomine dignum videatur. Cf. Henr. Kiepert, Specialkarte vom westlichen Kleinasien, Berlin 1890—92.

cogitari, si non debet, certe potest, ut Ciani id quod petebant, potius clamarent quam eius nomen, a quo petebant[1]).

Apud Hesychium locum Aeschyleum Pers. 1055 . . . κἀπιβόα τὸ Μύσιον s. v. ἐπιβόα τὸ[ν] Μ. sic invenis explicatum: ὅταν θρηνῶσιν αἱ Μυσαί[2]), τὸν Μύσιον τὸν Ὕλ[λ]αν[3]) ἀνακαλοῦνται. Si revera Aeschylus de Hyla cogitavit, Mysi eum cum lamentatione quadam coluerunt atque quaesiverunt. Sed res dubia est.

Erant autem in iisdem proximisque Mysorum Phrygumque regionibus alii cultus agrestes, qui Graecis, cum in illas immigrarent, Hylae similes videbantur quique a nonnullis viris doctis cum illo ita coniuncti sunt, ut quod revera de uno tantum veteres tradunt, ad omnes communiter pertinere putarent. Sic exstitit imago adulescentis illius mature mortui, qui sub diversis nominibus ab Asiae incolis itemque a Graecis deploratur.[4]) Significat autem adulescens ille flores herbasque aestivo calore marcescentes ac tamquam emorientes. Libenter concedo talem religionem apud gentes Asiaticas in usu fuisse, sed in singulis nominibus ac numinibus ei attribuendis cautius agendum est. Velut, si quid video, certe non in hoc numero habendi sunt Hylas et Hyacinthus, cuius quidem origo ex vetustissimo Amyclaeorum cultu derivanda atque explicanda est. De semiticis et Aegyptiis deis taceo: cum Hyla eos tantum conferam, qui apud Mariandynos et Phryges colebantur, Bormum et Lityersem. Illae enim gentes Mysis non solum regione sed etiam origine affines sunt,

---

[1]) Si res ita se habet, vox *Hylas* comparanda est cum illo *ai lenu*, ex quo nomen *Linus*, et *maa-n-chru*, ex quo *Maneros* fingebatur. Cf. *Brugsch* Die Adonisklage u. d. Linoslied, 1852; Religion d. Aegypter p. 13.

[2]) Nolo cum Schowio (*Hesychii lexicon ex codice ms. bibliothecae D. Marci restitutum . . . sive supplementa ad editionem Hesychii Albertinam auctore N. Schow, Lips. 1792 p. 285 n. 2*) lectionem codicis *αἱ Μῦσαι* corrigere in *οἱ Μυσοί*, quamquam coniectura recta observatione continetur. Nam non est, cur querellam ad solas feminas pertinuisse credamus.

[3]) De nominis forma cf. adnot. ad cap. VI.

[4]) Nec desunt qui etiam Aegyptios asciscant. Cf. *O. Müller* Dorier I 346 ss.; *Welcker* Kl. Schr. I 8 ss.; *Preller* Demeter u. Persephone p. 254—261; *Hartung* Relig. u. Myth. d. Griechen IV p. 159; *v. Hahn* Sagwissensch. Studien p. 583; *Preller* Griech. Myth. [2]II p. 328.

cum ad eandem arici generis partem eamque lingua non multum ab Armeniis distantem pertineant.[1])

De Mariandynorum Bormo locis veterum diligenter collatis egit Otto Kaemmel (Herakleotika, Progr. gymn. Plauen 1869 p. 12—17). Scientia nostra de Bormo his locis nititur:

Aesch. Pers. 937 ss. *πρόσφθογγόν σοι νόστου τὰν*
κακοφάτιδα βοάν,
κακομέλετον ἰὰν
Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος
πέμψω, πολύδακρυν ἰαχάν.

Nymphidis *περὶ Ἡρακλείας* lib. I (FHG III 13 apud Athenaeum XIV p. 619 f):

Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ᾠδῶν ἐνίας κατανοήσειεν ἄν τις, ἅς ἐκεῖνοι κατά τινα ἐπιχωριαζομένην παρ' αὐτοῖς συνήθειαν ᾄδοντες ἀνακαλοῦνταί τινα τῶν ἀρχαίων προσαγορεύοντες Βῶρμον. τοῦτον δὲ λέγουσιν υἱὸν γενέσθαι ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς καὶ πλουσίου, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ κατὰ τὴν ἀκμὴν ὥρᾳ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν· ὃν ἐφεστῶτα ἔργοις ἰδίοις καὶ βουλόμενον τοῖς θερίζουσι δοῦναι πιεῖν, βαδίζοντα ἐφ' ὕδωρ ἀφανισθῆναι. ζητεῖν οὖν αὐτὸν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας μετά τινος μεμελῳδημένου θρήνου καὶ ἀνακλήσεως, ᾧ καὶ νῦν ἔτι πάντες χρώμενοι διατελοῦσιν.

Apollon. Rhod. Argon. II 780 ss.

ἔνθα δ' ἐπὶ Πριόλαο κασιγνήτοιο θανόντος
ἡμετέρου Μυσοῖσιν ὑπ' ἀνδράσιν, ὅντινα λαὸς
οἰκτίστοις ἐλέγοισιν ὀδύρεται ἐξέτι κείνου,
ἀθλεύων (sc. *Ἡρακλῆς*) *κτλ.*

Domitii Callistrati

a) apud Apollonii Rhodii scholiastam II 780: *ἰδίως τὸν θρηνούμενον Πριόλαόν φησι τῶν ἄλλων Βῶρμον λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφις καὶ Καλλίστρατος.*

b) apud scholiastam Aeschyli Pers. 940: *Καλλίστρατος ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας Τιτυοῦ* (l. *Τιτίου*) *τρεῖς παῖδας εἶναί φησιν, Πριόλαν καὶ Μαριανδυνὸν μόνον* (l. *Πριόλαν, Μαριαν-*

---

[1]) Cf. *Lagarde* Gesamm. Abhandl. p. 291; *Fick* die Indogermanen Europas p. 409 ss.; *Kaemmel* Herakleotika p. 38—45 (de Mariandynis).

δυνὸν καὶ Βῶρμον, ὃν[1])) κυνηγετοῦντα ἀπολέσθαι, καὶ μέχρι νῦν Μαριανδυνοὺς ἀκμῇ θέρους θρηνεῖν αὐτόν. τὸν δὲ Μαριανδυνὸν αὐξῆσαι μάλιστα τὴν θρηνητικὴν αὐλῳδίαν καὶ διδάξαι Ὕαγνιν τὸν Μαρσύου πατέρα.

Ex hoc loco iam corrupto libavit

Eustathius ad Dionys. Perieg. 791: ἰστέον, ὅτι ἐπεχωρίαζον τοῖς Μαριανδυνοῖς θρήνων αὐληταί, ὡς καὶ ἡ παροιμία δηλοῖ Μαριανδυνοῦ μεμνημένη θρηνητῆρος. — Μυθεύεται δὲ παῖς Τιτίου ὁ Μαριανδυνός, ὃς τὴν ὀδυρτικὴν αὐλῳδίαν ηὔξησε καὶ ἐδίδαξε ⟨Ὕαγνιν⟩ τὸν Μαρσύου τοῦ αὐλητοῦ πατέρα, ἐξ οὗ καὶ Μαριανδυνοὶ αὐλοὶ ἐπιτήδειοι τοῖς θρηνοῦσιν. οὗτος κυνηγετῶν, φασιν, ἀπώλετο, καὶ οἱ Μαριανδυνοὶ ἐν ἀκμῇ θέρους ἐθρήνουν αὐτόν.

Poll. onomast. IV 54: βώριμος δὲ Μαριανδυνῶν γεωργῶν ᾆσμα, ὡς Αἰγυπτίων μανέρως καὶ λιτυέρσας Φρυγῶν. . . . 55: . . . ὁ δὲ Βώριμος ἦν Ἰόλλα (l. Πριόλα)[2]) καὶ Μαριανδυνοῦ ἀδελφός, Οὐπίου (l. Τιτίου)[3]) βασιλέως παῖς ἐν θήρᾳ νέος ὥρᾳ θέρους ἀποθανών· τιμᾶται δὲ θρηνώδει περὶ τὴν γεωργίαν ᾄσματι.

Hesych. s. v. Βῶρμον· θρῆνον ἐπὶ νυμφολήπτου Μαριανδυνοῦ.

Idem s. v. Μαριανδυνὸς θρῆνος· δαιμονίως γὰρ περὶ τοὺς θρήνους σπουδάζουσιν. ἄλλοι εἶδος τωθαστικῆς τὸν Μαριανδυνόν, ὡς Λιτυέρσαν.

Idem s. v. Μαριανδυνίζεις· εἰρωνεύεις.

Quod Kaemmelius dicit nomina Βώριμος, Βῶρμος, Μαριανδυνός, Πριόλας ad unum eundemque hominem vel potius deum pertinere, vix quisquam obloquatur. Ac videtur satis facile explicari posse, quomodo varia nomina in fabulam venerint. Βώριμος enim vel Βῶρμος carminis potius illius flebilis quam numinis nomen esse videtur. Μαριανδυνός est nomen gentile, quo significatur eum Mariandynorum deum esse.[4]) Restat igitur

[1]) Dindorfius male Βῶρμον ante Πριόλαν inseruit.

[2]) Consentio cum C. Muellero FHG IV 354 et eo qui Kaemmelii commentationem recensuit (Philol. Anzeiger I 1869 p. 185) verba tradita corrupta esse.

[3]) Welcker (Kl. Schr. I p. 11 n. 5) in Οὐπίου dispicere sibi visus est Ὑπίου, quod idem erat fluminis eius regionis nomen.

[4]) Mariandynus in schol. Ap. Rh. II 780 secundum quosdam pater Titiae vocatur. Vides genealogiam vacillantem.

Πριόλας; hoc videtur proprium nomen esse.[1]) Illum igitur Mariandynorum deum, quodcunque nomen habet, constat aestate carmine tibiisque defletum esse. Praeterea vereor, ne nihil de veteris illius religionis natura sciamus. Primum enim ex Hesychii illo: *ἄλλοι εἶδος ᾠδῆς τωθαστικῆς τὸν Μαριανδυνόν* et altero loco: *Μαριανδυνίζεις· εἰρωνεύεις* non audeo quicquam de re nostra concludere, cum minime exploratum sit illum eundem esse Mariandynum, de quo nos agimus. Sane si ad cantum flebilem iocosus quidam ac ludibrii plenus agricolarum usus accedebat isque tantum valebat, ut etiam in proverbium abiret, nonne iure miramur ceteros rei testes de tota ritus dimidia parte tacere? Etiam in Bormi (ut rem vulgato nomine denotem) origine definienda Kaemmelius Graecorum testimoniis nimis confidere videtur. Putat enim apud Nymphidem veterem Mariandynorum ipsorum fabulam conservatam esse, qua in re nulla iusta causa illum ceteris auctoribus praefert. Itaque cum Bormus ab hoc in aquando periisse dicatur, concludit eum fuisse deum fluviorum fontiumque aestate evanescentium. Ad hanc sententiam fulciendam eo utitur, quod Callistratus (atque ex eo vel ex eodem fonte Eustathius) de Mariandyno carmina tristia tibiis egregie modulante tradit. Id enim iure fontium et fluviorum potissimum deo attribui, cum arundinis motae sonus tibiae similis sit. At mihi satis apertum videtur ex tibiarum in Bormo deflendo usu fabulam de Mariandyno ipso tibicine exortam esse. Restat igitur, quod supra de aquando dictum est. Sed Nymphidis historiola non minus Graecorum fictionem redolet quam eorum narratiunculae, qui Bormum in venando pereuntem faciunt. Suspicionis maximam ansam dat, quod Nymphis agricolas Bormum q u a e r e r e (*ζητεῖν αὐτὸν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας*) dicit. Id enim cum lamentatione illa, de qua omnes auctores consentiunt, coniungere difficile est. Nimirum siquis ut mortuus defletur, quis eum quaeret? Praeterea etiam vox *ἀνακαλεῖσθαι* apud unum Nymphidem invenitur. Tum accedit aquatio: ut brevis sim, narratio illa videtur ad exemplum eius fabulae, quae de Hyla ferebatur, conficta neque alio loco *νυμφόληπτος Μαριανδυνός* Hesychii habendus esse videtur.

[1]) Oppidum eiusdem nominis commemoratur in schol. Ap. Rh. II 780:

Quid igitur Bormus est? De hoc, nisi fallor, opinionem dudum prolatam tenere licet. Illo carmine revera natura exarescens defleri videtur. Cum Hyla vero praeter imitationem de qua dixi, ei nihil commune est.

Lityersem Phrygum, qui Celaenis habitasse dicebatur, Kaemmelius non secus ac Bormum pro aquae daemone habet, sed in hoc quoque ea fabulae parte nimium nisus est, quae minime vetusta indigenarum opinio putanda videtur. Contra recte Guilelmus Mannhardt *Mythologische Forschungen*[1]), *Strassburg 1884 p. 1—57* cognovit Lityersem pertinere ad usum quendam messorum Phrygiorum, quo de frugum genio interficiendo agatur. Vox *lityerses* primum nomen cantus fuisse videtur (cf. Pollux I 38; IV 54. Schol. Theocr. X 41. Athenaeus XIV 10 p. 619a. Hesych. et Photii lexicon s. v., quos locos Mannhardtius p. 15 cum adnot. 1 recte censet ut ex eodem fonte ortos unius instar esse. Praeterea iam Menander, qui in Carchedonio sua versum habebat Ἄιδοντα Λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου τέως (cf. Photius et Suidas) vocem similiter usurpavit[2])). A Graecis demum rem parum intellegentibus sicut Bormus etiam Lityerses heros factus esse videtur. Fabulae autem duae species ad nos pervenerunt. Altera invenitur apud Pollucem IV 54 : Lityerses quemlibet ad metendi certamen provocabat, quemque superaverat, verberabat; postremo autem ipse victus et interfectus est. Altera species ad Sosithei Alexandrini drama satyricum redit, quod inscriptum erat Δάφνις ἢ Λιτυέρσης. Fragmenta apud complures scriptores servata collecta sunt ab Augusto Nauck, Tragic. Graecor. fragm. ed. II. p. 821—823. Secundum hanc fabulam Lityerses, si quis peregrinus accedebat, eum invitabat, ut apud se deverteretur, cibum potumque largum ei praebebat; tum vero eum cogebat secum metere. In agro caput homini desecabat corpusque manipulo circumdabat. Tandem vero Hercules Lityersem necavit, corpus in Maeandrum abiecit. — Hunc rei finem

Πριόλας . . . ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις. Cf. Nicander Alexipharm. 15 ἄστυρα Πριόλαο et Steph. Byz. s. v. Πριόλα.

[1]) = *Quellen u. Forschungen zur Sprach- u. Culturgeschichte der germanischen Völker LI.*

[2]) Invenis fragmentum apud Meinekium Comic. Graec. fragm. II 146, apud Kockium Comic. Attic. frgm. III 76.

apparet ad priscam fabulam a Graecis posteriore tempore demum adsutum esse eo consilio, ne crudelitas Lityersae impunita esset. Quod cum ita sit, ne ex fluminis quidem mentione in hoc conexu rerum facta quicquam de Lityersae natura discendum esse puto, quod Kaemmelio videbatur (p. 24). Immo proficiscendum est a Lityersae mira illa crudelitate. Homines, quorum capita desecantur, imago frugum sunt, quae demetuntur, id quod eo apertius est, quod manipulis implicantur. Ea autem quam Pollux IV 54 habet narratione res aliquantum delenitur, cum Lityerses homines non interficiat, sed tantum verberet. Summa tamen rei eadem est : Lityersem messorem esse advenisque vim afferre. Cantus Phrygum, qui ad hanc rem pertinebat, varie describitur. Est *θεριστικὸς ὕμνος* secundum Apollodorum, cuius in schol. Theocr. X 41 [1]) haec verba afferuntur : *καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις ἰάλεμος, ἐν δὲ ὕμνοις ἴουλος, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λιτυέρσας.* Accuratius carminis argumentum affertur in eodem scholio sine auctoris nomine: *ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν ἐγκωμιάζοντες ὡς ἄριστον θεριστήν.* Sed cum hac laude optimi messoris etiam querella quaedam de frugum tamquam necatarum fato coniuncta erat, si recte Pollux l. l. dicit : *ᾔδετο δὲ ὁ θρῆνος περὶ τὰς ἅλως καὶ τὸ θέρος.* Alia etiam pars illius usus ex Hesychio cognoscitur, qui s. v. *Μαριανδυνὸς θρῆνος* haec habet : . . . *ἄλλοι εἶδος ᾠδῆς τωθαστικῆς τὸν Μαριανδυνόν, ὡς Λιτυέρσαν.* Itaque ad tristiorem carminis partem accessisse videntur agricolarum quidam lusus, qui ex metendi laetitia facile intelleguntur.

Haec de Lityerse : vidimus nec de hoc nec de Hyla aut Bormo multa a veteribus tradi, ex quibus cognoscatur, quid illi a principio significaverint atque valuerint. Quod quamvis doleas, noli mirari. Nam Graeci cum illas religiones atque illos usus viderent, certe non accurate perspiciebant neque operam dabant, ut intellegerent, sed res secundum suas opiniones accipiebant fabulisque exornare non dubitabant. Attamen id ex memoriae frustulis, quantulacunque sunt, elucere puto Hylam nostrum neque cum Bormo neque cum Lityerse artiore ullo necessitatis vinculo coniunctum esse.

---

[1]) Cf. Suidas s. v. *Λιτυέρσης.*

II. De Graecorum ante Alexandrinorum aetatem fabulis.

In Graecorum fabulis Hylas Herculis comes est, a quo seiunctus nusquam invenitur. Quaerendum igitur est, quomodo factum sit, ut illi adiungeretur.

Quod sic videtur explicandum esse : Hercules in tota Propontidis atque Ponti Euxini ora colebatur et multarum urbium conditor vocabatur[1]). In quarum numero Cius erat, cuius cives Hylam quotannis vocare solebant. Nummos enim Cianorum novimus, in quibus Hercules *οἰκιστής* dicitur[2]). Alia sane de Cii urbis origine fabula exstabat, quam Aristoteles in libro de Cianorum civitate tradidit apud scholiastam ad Apoll. Rh. I 1177 : *ἔστι δὲ πόλις Μυσίας ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ . κατῴκησαν δὲ αὐτὴν πρῶτον Μυσοί, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι.* Quocum consentit Strabo XII 4, 3 p. 564 C. : . . . *Κίον δέ, καὶ τοῦτον Ἡρακλέους ἑταῖρον καὶ σύμπλουν, ἐπανελθόντα ἐκ Κόλχων αὐτόθι καταμεῖναι καὶ κτίσαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον αὐτοῦ.* Itaque praeter Herculem alius urbis conditor praedicabatur; nec vero errabimus, si hunc Cium, qui, ut saepe factum est, nomen ex urbe traxit[3]), posteriore aetate fictum esse putabimus. Quae sententia eo confirmatur, quod Cius Herculi ut socius additur; cum enim in nullo Argonautarum catalogo inveniatur, sero videtur a nescio quo scriptore vel poeta huic numero additus esse. Quod vero colonos Milesios duxisse dicitur, facile fingi poterat, cum constaret Cium urbem a Milesiis conditam esse. Contra Hercules nisi antiquum Cii cultum habebat, vix a quoquam postea oppiduli conditor factus esset. Hercules aut a Milesiis in cultum Cianorum introductus est aut iam antea ibi colebatur. Urbis nomen vix a Milesiis immigrantibus statutum esse potest, cum secundum Aristotelem iam dudum urbs primum Mysorum, tum Carum

[1]) Urbes, in quibus Hercules Conditor colebatur, enumeratas invenis apud Spyrid. P. Lampron (De conditorum coloniarum Graecarum indole praemiisque et honoribus = *τὰ κατὰ τοὺς οἰκιστὰς τῶν παρ' Ἑλλήνων ἀποικιῶν καὶ τὰς αὐτοῖς ἀπονεμομένας τιμὰς καὶ προνομίας* Lips. 1873) p. 26 ss.

[2]) Mionnet Suppl. V p. 248 n. 1457.

[3]) Cf. Spyr. P. Lampros p. 39 ss.

exstaret, cuius nomen cur immutarent advenae Milesii non habebant. Itaque etiam hac ratiocinatione probatur, quod de eiusmodi conditorum nominibus in universum constat: ea plerumque sera aetate inventa esse, qui fuit mos Ephori similiumque scriptorum.

Si igitur Hercules antiquissimis iam temporibus Cium condidisse dicebatur, facile fieri potuit, ut veteres Cianorum consuetudines atque usus ad eum ut auctorem referrentur. Velut quod Hylam vocabant, dicebant, credo, Herculem primum eundem vocasse ritumque instituisse. Iam si quis quaerebat: cur Hercules Hylam vocavit atque desideravit? fabula fingebatur. Constabat Hylam in fonte esse; itaque in fontem incidisse dicebatur. Hic vero suavissimum ac vere Graecum inventum additum est nymphas illum pulchritudine eius accensas rapuisse. Accedebat nova quaestio, qua occasione Hercules in illam regionem delatus esset. Ac satis antiquis temporibus Argonautarum expeditio ad hanc rem explicandam accita est. Nam quamquam Hercules cum Minyis illis in genuina fabula coniunctus non erat, tamen simulatque per totam Graeciam gloria eximii illius roboris praeclaraeque virtutis pervulgata est, fieri non potuit, quin summus heros fortissimorum Graecorum illi societati adnumeraretur; quod revera antiquissimis iam temporibus factum esse exemplo Hesiodi vel poetae ignoti probatur, qui secundum schol. Apoll. Rhod. I 1289 eum in *Κήυκος γάμῳ* inter Argonautas fuisse commemorat. Quod idem Herculem post brevem navigationem relictum esse narrat, non multum refert; hoc certe constat iam illa aetate fuisse, qui Herculem in Argonautarum numerum referrent. Itaque etiam Cium ille in Argonautarum expeditione pervenisse dicebatur. Sic rem iam Cinaetho Lacedaemonius[1]) narrare potuit, de quo apud schol. Apoll. Rh. I 1357 haec legis: *ὅτι δὲ Κιανοὶ ὅμηρα ἔδοσαν Ἡρακλεῖ καὶ ὤμοσαν μὴ λήξειν ζητοῦντες Ὕλαν καὶ φροντίδα ἔχουσι Τραχινίων διὰ τὸ ἐκεῖσε κατοικισθῆναι ὑφ' Ἡρακλεῖ τοὺς ὁμηρεύσαντας, Κιναίθων ἱστορεῖ ἐν Ἡρακλείᾳ*[2]). Si scholiasta rem accurate exposuit, duas po-

[1]) Qui secundum Eusebium (Chronic. II p. 81 ed. Schöne) IV. olympiade vixit. Cf. Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis etc. fragmenta ed. Marckscheffel p. 245 ss.

[2]) Marcksch. p. 249.

tissimum hoc loco res non levis momenti nacti sumus. Habemus veterem poetam, qui fabulam de Hercule et Hyla. iam copiosius tractavit et variis inventis auxit atque exornavit. Habemus praeterea exemplum, quo discimus, quo modo in hac re Apollonius auctores secutus sit, scilicet eum quae tradita erant diligenter in usum suum vocasse ac sua magis collegisse quam invenisse. Quamquam propter id ipsum, quod scholii verba cum Apollonio nimis consentiant, Seeligero (in lexico Roscheriano I p. 2793) dubium videtur, num scholiastae fides habenda sit. Sed hic omnino tam probus est auctor, ut ne hoc quidem loco ei diffidere liceat. Neque magis adsentior iis, qui in nomine Cinaethonis errorem inesse putant, cum omnino non intellegam, cur de hoc nomine dubitandum sit. Non cum Bernhardyo (Gesch. d. griech. Lit. I 308) puto *Κιναίθων* ex *Κόνων* corruptum esse — quae profecto corruptela vix explicari posset — ut malim cum Keilio dubitare, annon etiam eo loco, quo Bernhardyus coniecturam suam fulcire studet, schol. I 1165 pro Conone Cinaetho restituendus sit. Quod in illo fragmento dictum est de obsidibus Cianorum in oppidum Trachinem deductis atque omnino de quadam inter Cianos et Trachinios necessitudine, fortasse ad veram prisci aevi rerum condicionem referendum est. Apud Eustathium enim ad Dionys. Perieg. 809 legimus : . . . *ἔστι δέ, φασί, Φρυγία καί τις τόπος Εὐρωπαῖος περὶ . τὴν Οἴτην τὸ τῆς Τραχῖνος ὄρος, οὕτω κληθεῖσα παρὰ τὸ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα καυθέντα.* Cum vero Phryges atque Mysi inter se artissime cognati sint, fortasse vetus regionis Trachiniae memoria apud Mysos Phrygesque Asiaticos valebat. (Nam nomen *Φρυγία* a Phrygibus, non a verbo *φρύγειν* derivandum esse vix opus est monere.) Utut haec res se habet, certe inter Cianos et Trachinios necessitudinem quandam fuisse ipsis scholiastae verbis *καὶ φροντίδα ἔχουσι Τραχινίων* et Apollonii I 1355 s. . . . *ἐυκτιμένης τε μέλονται Τρηχῖνος* demonstratur, cum talia poetae invenire non soleant.

Circumspicientibus alia Hylae vestigia in antiquioribus litteris nobis occurrit Hellanicus. Legimus enim schol. Ap. Rh. I 131 *σὺν καί οἱ Ὕλας] οὗτος Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς δὲ Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. . . . Ἑλλάνικος δὲ Θειομένη ἀντὶ Θειοδάμαντος ὀνομάζει.* Cf. schol. I 1207 *τόφρα δ' Ὕλας] τὸν Ὕλαν ὁ μὲν*

Ἀπολλώνιος Θειοδάμαντός φησιν υἱὸν εἶναι, Ἑλλάνικος δὲ Θειομένους. Quod Hellanicus narrat, ut historicus non ipse invenit, sed ex fontibus hausit. Itaque putandum est iam ante Hellanicum fabulam de Hyla cum ea coniunctam fuisse, qua de Thiodamante vel Thiomene Dryopum rege agebatur, ut etiam ex hoc testimonio perspiciamus apud Graecos fabulam iam antiquis temporibus variis ornamentis auctam esse. Unum vero, quod apud posteriores poetas legimus, antiqua aetate nondum in fabula fuisse puto : Herculem Hylam amasse. Nam Thiodamas Herculis hostis erat filiusque eius patre interfecto vi captus servus potius quam amasius fieri debebat. Cuius rei memoria etiam apud eos poetas postea vigebat, qui Herculem Hylae amantem fecerunt. Nam etiam apud hos servi muneribus fungitur.

Aeschyleum illud *ἐπιβόα τὸ Μύσιον* iam supra p. 4 commemoravi, quod utrum ad Hylam pertineat necne, dubium est.

Exemplum hominis carissimi frustra quaesiti ac deplorati Hylas in versu illo est, qui invenitur apud Aristophanem Plut. 1127

ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς,

qui quidem iam a veteribus interpretibus ad Hylam relatus est neque iniuria, ut videtur; quem versum ab Aristophane ex tragoedia quadam desumptum esse Hemsterhusius suspicatus est. Quae opinio confirmatur Ovidii versu Tristium II 406, ubi Hylas inter tragoediarum argumenta commemoratur. Itaque illud *ποθεῖς κτλ.* a Nauckio in fragmenta tragicorum Graecorum receptum est (ed. II p. 851 adesp. 63.). Sed quid praeter illum versum in tragoedia fuerit, vix enucleari potest. Nam quae habemus ad Aristophanis locum scholia, aetatis Byzantinae sunt, quocum congruit, quod Suidas s. v. *ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα* etc. nihil commentarii addit; nec quid illi seri aevi interpretes doctrinae habuerint, quid finxerint, dinoscere possumus. Duae narrationes de Hyla in his scholiis insunt. Altera haec est[1]) : *τοῦ Θησέως Ἡρακλῆν εἰς τὴν Ἀργὼ ἐμβιβάσαντος, ἡνίκα πρὸς*

[1]) Ex codice Parisino Q (Bibl. nation. 2821 = Regio Duebneri), qui ad Plutum maxime Thomae Magistri scholia praebet. Cf. K. Zacher, Die Handschriften etc. der Aristophanesscholien (JJ. Suppl. XVI 1888) p. 627. Scholium exscripsit Duebner p. 607.

Κόλχους ἀπέστειλεν αὐτὸν κομίσοντα τὸ χρυσόμαλλον δέρας, συμπαρέλαβε μεθ' ἑαυτοῦ ὁ Ἡρακλῆς καὶ Ὕλαν τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον. ἐν δὲ τῷ παραπλέειν τῇ χέρσῳ κρήνην ἰδών τινα ὁ Ἡρακλῆς ἀπέστειλε τὸν Ὕλαν κομίσοντα ὕδωρ. ὃς καὶ ὑπὸ τῶν Νηρηίδων ἁρπαγεὶς ἀφανὴς γέγονεν. Ἡρακλῆς οὖν μηκέτι τοῦ μείρακος ὑποστρέψαντος περιῄει πᾶσαν τὴν ἐκεῖσε ὕλην ζητεῖν (l. *ζητῶν*) *τὸν ἐρώμενον καὶ ἐξ ὀνόματος καλῶν · πρὸς ὃν αἱ Νηρηίδες τοῦτ' ἔφασαν 'ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα'.* Ex hoc scholio aliud derivatum videtur[1]) : *ὁ Ἡρακλῆς εἶχεν ἐρώμενον τὸν Ὕλαν · ὅτε γὰρ παρὰ τοῦ Θήσου* (l. *Θησέως*) *ὁ Ἡρακλῆς ἐπέμφθη ἐπὶ τῷ λαβεῖν τὸ χρυσόμαλλον δέρας, εἶχε καὶ τοῦτον μεθ' ἑαυτοῦ. πέμψας*[2]) *οὖν τοῦτον λαβεῖν ὕδωρ, παρὰ τῶν Πηγῶν* (corr. Foerster hic et infra e *πηγῶν*)[3]) *ἡρπάσθη, ὡς ἱστορεῖ Θεόκριτος · καὶ τοῦ Ἡρακλέους τοῦτον ζητοῦντος παρὰ τῶν Πηγῶν τοῦτο ἤκουσε · 'ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς'.* Altera narratio his verbis continetur[4]): *Ἡρακλῆς πλέων μετὰ τῆς Ἀργοῦς εἰς Κόλχους σὺν Ἰάσονι ἐν Κίῳ τῇ νήσῳ ἐξελθὼν καὶ πέμψας τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ Ὕλλαν ὕδωρ ἀντλῆσαι, περιέμενεν αὐτόν. τοῦ δὲ ὑπὸ Νυμφῶν ἁρπασθέντος Ἡρακλῆς πολὺν χρόνον ἐζήτει · ὕστερον δὲ ὑπό τινος αἰθερίας φωνῆς ἤκουσε*

'ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς'.

ἐλήφθη οὖν τοῦτο εἰς παροιμίαν ἐπὶ τῶν μάτην προσδοκώντων. Hanc rei descriptionem haud ita commendat, quod Cius pro insula habetur[5]); num Cius urbs cum Ceo vel Chio insula confusa est? Illa suspecta est, quod Theseus Herculem impulisse dicitur, ut cum ceteris ad Colchos navigaret; neque verisimile est Herculem ex nave fontem videre potuisse, cum non solum omnino constet rem in silva accidisse fontemque silva abditum fuisse, sed in ipso hoc scholio eadem silva commemoretur. Itaque in universum utrique narratiunculae diffidendum est. Sed altera quae vocem

---

[1]) Ex codice Dorvilliano, nunc Bodleiano Dorv. X 1. 3,13.

[2]) *Πέμψας* est nominativus absolutus.

[3]) *Πηγῶν* hoc loco idem fere significat atque *Νηρηίδων*. Cf. Apoll. Rhod. I 1221 *κρήνην, ἣν καλέουσιν Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται* et 1243. Prop. I, 20, 33.

[4]) In eodem codice Dorvilliano ab Hemsterhusio collato invenitur; in editione Aldina hoc unum scholium inest.

[5]) Doctrina tantidem est, quanti Mythogr. Vatic. I 20 *Graeci dum irent contra Troiam et ad insulam, quae Aulis vocabatur, venissent . . .*

ex aethere profectam parum apte inducit etiam magis quam prior a genuina remota est.

Quoniam congessi, quae usque ad Alexandrinos de Hyla in Graecorum litteris investigari poterant, pauca addam quibus illustrem, qua ratione Hylas cum Argonautarum fabula coniunctus sit. Apollonius Rhodius, de quo paulo infra fusius dicam, propter Hylam amissum narrat Herculem, cum quaerendo tempus tereret, a sociis relictum esse. Alia est ratio Nicandri et Theocriti. Uterque enim — alter terra, alter mari — Herculem, quamquam Hylam amiserit, ad Colchos pervenire fingit. Puto utramque rationem Hylae cum Argonautis coniungendi, sive propter illum Herculem amiserunt sive non amiserunt, in carminibus Graecorum iam ante Alexandrinos fuisse. Praetera autem erant, qui Herculem Aphetis in oppido Thessaliae relictum esse narrarent. Quod in universum refert scholiasta Apoll. Rh. I 1168 *μεσόθεν ἆξεν*] *διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν φασὶ καταλελεῖφθαι τὸν Ἡρακλέα ἐν Κίῳ, οἱ δὲ ἐν Ἀφεταῖς, ἐπειδὴ ἑτεροκλινῆ τὴν Ἀργὼ ἐποίει.* Vetustissimus auctor, qui, quantum nos scimus, hoc narravit, est Pherecydes. Cf. Apollod. I 9, 19 : *Φερεκύδης δὲ αὐτὸν ἐν Ἀφεταῖς ταῖς Θεσσαλίας ἀπολειφθῆναι λέγει, τῆς Ἀργοῦς φθεγξαμένης μὴ δύνασθαι φέρειν τὸ τούτου βάρος.* Quem Antimachus secutus est. Cf. schol. Ap. Rh. I 1289 : . . . *Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ φησὶν ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος.* Idem locus, alia causa affertur in carmine vetustissimo, quod erat de Ceycis nuptiis. Cf. id. schol. : *Ἡσίοδος ἐν τῷ Κήυκος γάμῳ ἐκβάντα φησὶν αὐτὸν ἐφ᾽ ὕδατος ζήτησιν τῆς Μαγνησίας περὶ τὰς ἀπὸ τῆς ἀφέσεως αὐτοῦ Ἀφετὰς καλουμένας ἀπολειφθῆναι*[1]). Apud hos igitur scriptores Hylam commemoratum non fuisse concludemus. Quod Hesiodus de Herculis aquatione dixisse ferebatur, similis est ei aquationi, qua Hylas perit. Sed dubium est, utrum altera fabula quodammodo alterius imitatio putanda sit necne.

---

[1]) Hanc narrationem sequitur Herodotus VII 193: *ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίης, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλέα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονός τε καὶ τῶν συνεταίρων ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπ᾽ ὕδωρ πεμφθέντα . . . ἐντεῦθεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν* etc. (Nomen derivatur ex hoc *ἀφήσειν*, non ut supra); quod Diodorus IV 44,5 in hunc modum mutavit: *ὁμοίως καὶ τὸν Ἡρακλέα τινὲς παραδεδώκασι πρὸς ὑδρείαν ἐξελθόντα κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἀπολειφθῆναι.*

III. De Alexandrinis.

Poetae Alexandrini pro artis indole fabulam in deliciis habuerunt. Nam et Hercules, vir robore praestantissimus armisque et pugnis assuetus, qui tamen tenerum puerum diligenter colebat atque parentis instar magisque parente amabat, per se iis qui molles animi motus describendos ac celebrandos imprimis sibi proponerent, iucundissimum argumentum praebebat. Nec minus dolor Herculis puero amato privati idoneus videbatur, qui culte depingeretur. Accedebat nympharum amor, quo fabulae eximia gratia addebatur. Itaque mirum non est, quod haec fabula poetis illius aetatis admodum placebat et multifariam tractata est. Ad nos pervenerunt ex illis temporibus tres integrae vel paene integrae narrationes, alios poetas aut scriptores partim constat partim verisimile est de Hyla egisse, nec dubium est, quin ab aliis eadem res prolata sit, de quibus neque quicquam sciamus neque concludere possimus. Nunc vero ad singula transeamus.

1. Apollonius Rhodius

in Argonauticorum libro primo haec narrat (v. 1153—1357): Argonautae Iasone duce ad litus Cianum appropinquaverant, cum ventus plane remisit. Itaque remis, quantum quisque potuit, incubuerunt, ut navem ad oram appellerent. Qua in re Hercules quoque summa virium contentione occupatus remum fregit. Sub vesperum nave appulsa Argonautae a Mysis benigne recepti sunt; dum ceteri cenae stratisque provident, ille, ut novum remum sibi pararet, in silvam abiit. Interim Hylas (qui I 131 s. iam commemoratus est:

. . . σὺν καί οἱ Ὕλας κίεν ἐσθλὸς ὀπάων,
πρωθήβης, ἰῶν τε φορεὺς φύλακός τε βιοῖο)

cum aeneo vasculo (*χαλκέῃ σὺν κάλπιδι*) procul a turba nautarum fontis sanctos fluctus (*ἱερὸν ῥόον*) quaerebat, ut illi aquam ad cenam hauriret ceteraque absenti diligenter administraret. Nam ad talem consuetudinem Hercules eum educaverat, cum infantem ex patria domo abduxisset, filium Thiodamantis, regis Dryopum, quem necaverat. Manum cum eo conseruerat propter bovem. Thiodamantem enim in agro arando versantem ille rogaverat,

ut sibi bovem praeberet; quem cum Thiodamas dare nollet, ei invito ademerat, cum causam belli contra Dryopes quaereret propter horum iniurias iratus. Sed haec a proposito longius absunt. Hylas autem celeriter ad fontem pervenit, quem vicini Pegas vocant (*ἥν καλέουσι Πηγὰς ἀγχίγνοι περιναιέται*). Modo nympharum chorus instituebatur; cunctae enim nymphae, quae circa amoenum illum locum habitabant, Dianam nocturnis cantibus celebrare solebant. Iam accesserant, quae cacumina montium nactae erant quaeque antra et quae silvas tenebant; fontis autem pulchri nympha naias (*νύμφη ἐφυδατίη*) modo emersit : vidit illum prope se pulchritudine et gratia splendentem, cuius faciem ei lunae lux ostendebat. Statimque Venus animum nymphae insuperabili desiderio incendit. Ubi igitur ille urnam in aquam demisit ad fontem procumbens, aqua autem cum fremitu in urnam influere coepit, statim illa laevum bracchium collo Hylae circumiecit tenerum os basiare studens; dextera vero manu ulnam eius attraxit : sic ille medium in verticem incidit. Hylae clamantis vocem solus comitum Polyphemus audivit, qui longius a ceteris processerat. Herculis enim reditum exspectabat. Tum vero celeriter ad Pegas contendit atque alta voce clamans per totam regionem cucurrit gladio destricto, ut Hylam sive a praedonibus sive a bestiis liberaret. Sic gladium nudum vibrans in tenebris Herculi occurrit. Statim contentione vix halans: Miserrime, inquit, equidem tibi omnium primus gravem calamitatem narrabo. Hylas enim, qui fontem petivit, non salvus rediit; sed aut praedones eum secum abducunt aut ferae in eum impetum fecerunt : clamorem eius audivi. Quibus verbis maxime commotus Hercules abiecta pinu, quam ut remum haberet, radicitus evellerat, rursus in silvam currit tauro furenti similis, qui a tabano vexatur, et maxima voce Hylam vocat. Iam vero stella matutina apparebat ventusque aderat; quo usi urgente Tiphye gubernatore Argonautae navem conscenderunt ancorasque solverunt. Ubi autem aurora diem clarum produxit, cognoverunt se illos reliquisse, qua de re magna inter socios rixa orta est. Iasonem Telamon incusavit, quod libenter Herculem reliquisset, ne gloria sua obscuraretur. Gubernatorem autem commovisset, ut navem ad Mysorum litus reduceret, nisi Boreadae id impedivissent. Qui postea iustam

poenam non effugerunt, cum Hercules eos a ludis in Peliae mortui honorem actis redeuntes in insula Teno interficeret. Quo facto eos tumulo condidit (*ἀμήσατο γαῖαν ἀμφ' αὐτοῖς*) atque in eo columnas duas erexit, quarum altera aquilonis flatu movetur. Argonautis vero Glaucus, Nerei prudens interpres (*πολυφράδμων ὑποφήτης*), e mari emersus nuntiavit ipsius Iovis voluntate Herculem impediri, quominus cum ceteris ad Aeetem perveniret; Argis eum duodecim illos labores ab Eurystheo impositos perficere debere [1]), tum paucis sponte additis inter deos immortales receptum iri. Item Polyphemum secundum fatum ad Cii fluminis ostium in Mysis oppidum conditurum diemque supremum in Chalybum finibus obiturum esse. Hylam vero, inquit, cuius causa illi aberrantes relicti sunt, nympha diva sibi coniugem elegit. Talia locutus in mare rediit; Argonautae vero auditis laetabantur. Telamon Iasonem precatus est, ut sibi ignosceret : concordia restituta est. Nautae igitur ut antea ad remos consederunt; illi autem quod in Iovis voluntate erat fecerunt : alter in Mysis remansit oppidum conditurus, alter Argos rediit. Minatus vero est se terram Mysorum vastaturum esse, nisi quod fatum Hylae vel vivi vel mortui fuisset, invenirent. Ac pollicebantur se nunquam desituros esse Hylam quaerere huiusque rei obsides nobilissimos ei adulescentes dederunt. Quamobrem adhuc Ciani Hylam, Thiodamantis filium, quaerunt Trachisque urbs iis curae est. Nam ibi Hercules obsides a Mysis acceptos deposuerat.

Haec sane narratio, siquidem variarum rerum, quas poeta ad ipsam fabulam addidit, ambages respicimus, vere epica est. Id additamentum, quod quis maxime miretur, est de Polyphemo. Nam hic Hylam quaerens 1243—1252, Hercules idem faciens 1261—1272 ita describuntur, ut fere fabulae duplicatio exsistat, qua, ut recte Georgius Knaack [2]) dixit, vis poetica enervatur. Atque hoc quidem in propatulo est Apollonium, quod de Poly-

[1]) I 122—131 narratum est Herculem apro Erymanthio capto Argonautis Eurystheo invito se iunxisse.

[2]) Herm. XVIII p. 30.

phemo narrat, non ex suo ingenio invenisse. Nam si invenisset, operam dedisset, ut ipse sibi difficultates pareret. Immo puto eum duas diversas fabulas in unam conglutinasse, quae eius consuetudo fuit. Erant enim, qui non Iasonem, sed Herculem ducem Argonautarum facerent.[1] Apollonius, qui fabulam sine dubio vetustiorem secutus Minyarum ducem Iasonem tenuit, tamen alteram fabulam prorsus tacere noluit. Quare I 331—349 narrat Herculem quidem ab omnibus uno ore ducem appellatum esse, sed munus non suscepisse; tum illo ipso auctore Iasonem creatum esse. Hoc quamquam primo obtutu satis scite excogitatum videtur, tamen quam artificiosum sit, eum qui rem acrius examinaverit, fugere non potest. Nam Iason totam expeditionem suscepit a Pelia iussus; ceteros, quicunque erant, auxilio tantum sibi arcessivit : itaque ducem creare omnino non opus erat, cum is re ipsa ab initio designatus esset. Quod quodammodo ipse Apollonius confitetur, cum Herculem dicentem faciat I 347 :

αὐτός, ὅτις ξυνάγειρε, καὶ ἀρχεύοι ὁμάδοιο.

Aliud eiusdem consuetudinis invenio exemplum in ea ipsa parte, qua quid in Mysis acciderit tractatur, dico versus 1298—1325. Erat, ut ex scholiis ad eum locum collatis discimus, Herculis cum Boreadis simultas in fabulis Graecorum satis pervulgata; quare quod ad varias causas huius rei inventas Apollonius sive is quem sequebatur, novam eam addidit, quam vv. 1298—1309 legimus, Boreadas impedivisse, quominus Argonautae Herculem imprudenter relictum recuperarent, hoc per se nec mirandum

[1] Cf. Nicander *Ἑτεροιούμενα* II frg. 48: *Ἡρακλῆς ὅτε μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν ἔπλει, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν ἀποδειχθείς* etc. Straho quoque rem ita intellegere videtur, cum dicat Hylam unum ex sociis Herculis itemque Cium (XII 4,3 p. 564 C. . . . *τὸν Ὕλαν, ἕνα τῶν Ἡρακλέους ἑταίρων* . . . et *Κίον δέ, καὶ τοῦτον Ἡρακλέους ἑταῖρον καὶ σύμπλουν*). Hi duo testes a Seeligero (lex. Roscher. s. v. Argonautensage p. 509) omissi sunt. Praeterea Dionysius Mytilenaeus huic numero adiungendus est. Cf. Apollod. I 9, 19 *Διονύσιος* . . . *αὐτὸν* (sc. Herculem) *καὶ ἡγεμόνα φησὶ τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι.* Quem secutus est Diodorus IV 41,3 . . . *τοὺς δ' οὖν ἀριστεῖς συνελθόντας ἑλέσθαι σφῶν αὐτῶν στρατηγὸν Ἡρακλέα προκρίναντας κατ' ἀνδρείαν.* Cf. etiam scholia ad Aristoph. Plut. 1127 supra (p. 13 s.) laudata.

nec vituperandum est.[1]) Statim vero poeta aliam causam profert, qua commoti Argonautae libenter consilio Herculis quaerendi destiterint quaeque ita ad rem expediendam idonea est, ut altera prorsus superflua videatur. Glaucus enim ille senex marinus illos de Herculis, Polyphemi, Hylae fatis certiores facit, ita ut sedatis animis iter pergant. Glaucum quoque vaticinantem Argonautarum fabulae dudum insertum fuisse putandum est, cuius rei vestigium Diodori loco exstat IV, 48, 6 *τοῦ δ' Ὀρφέως, καθάπερ καὶ πρότερον, εὐχὰς ποιησαμένου τοῖς Σαμόθρᾳξι* (in reditu Argonautarum) *λῆξαι μὲν τοὺς ἀνέμους, φανῆναι δὲ πλησίον τῆς νεὼς τὸν προσαγορευόμενον θαλάττιον Γλαῦκον. τοῦτον δ' ἐπὶ δύο νύκτας καὶ δύο ἡμέρας συνεχῶς τῇ νηὶ συμπλεύσαντα προειπεῖν μὲν Ἡρακλεῖ περὶ τῶν ἄθλων καὶ τῆς ἀθανασίας, τοῖς δὲ Τυνδαρίδαις, ὅτι προσαγορεύσονται μὲν Διόσκοροι, τιμῆς δ' ἰσοθέου τεύξονται παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις* etc. Quod hoc loco Glaucus de Hercule pronuntiat, prorsus cum Apollonio consentit. Concludemus igitur vetustiorem fuisse fontem, ex quo Apollonius hoc certe hauriret, Glaucum aliqua occasione data Argonautis vaticinia edidisse; quod vero hoc potissimum loco illum de Hercule, Polyphemo, Hyla relictis vaticinantem induxit, puto ipsi poetae tribui posse. Nec male hoc inventum esset, modo Boreadas omisisset.

Redeo nunc ad Polyphemum. Quem nescio quo tempore Hylae amasium factum esse — verisimile est iam Apollonium hoc novasse — accepimus ex Socratis libri qui inscribitur *πρὸς Εἰδόθεον* fragmento in scholiis ad Apollonium et ad Theocritum servato. Habes enim schol. Ap. I 1207 . . . *Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεόν φησι τὸν Ὕλαν ἐρώμενον Πολυφήμου καὶ οὐχ Ἡρακλέους γενέσθαι.* Quo accedit schol. cod. Ambros. 222 in Theocr. XIII 7 *τὸν Ὕλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν, Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Φιλοδάμου καὶ* (pro his duabus corruptis vocibus legas *Θειοδάμαντος, Νίκανδρος δὲ) Κήυκος, Εὐφορίων δὲ Εὐφήμου* (l. *Πολυφήμου*) *τοῦ Ποσειδῶνος ἐρωμένου* (l. *ἐρώμενον*), *καὶ ἄλλοι ἄλλων.* Emendationes huius loci dudum inventae[2]) proban-

[1]) Hoc tantum cuipiam dubium videatur, num Boreadae viribus aut auctoritate soli tantum valuerint, ut ceteros omnes retinerent.

[2]) Priorem partem emendavit Io. Toupius in *Animadversionibus in scholia Theocritea* (quas reperis in editione Theocriti a Wartono a. 1770

tur iis, quae de Apollonii et Nicandri narrationibus scimus, praeterea scholio ad Apoll. modo allato, denique eo quod est ad Apoll. I 40 . . . τὸν δὲ Πολύφημον Ἐλάτου παῖδα εἶπεν Ἀπολλώνιος, Σωκράτης δὲ καὶ Εὐφορίων Ποσειδῶνος. Quod hic dicitur Σωκράτης καὶ Εὐφορίων, accipio pro „Socrate et eo quem ille in libro suo laudaverat, Euphorione“ [1]). Item totum scholium ad Theocr. XIII 7 ex eodem Socratis libro videtur excerptum esse. Iam quaeritur, quomodo Polyphemus ille vetus Lapithes Hylae amasius fieri potuerit. Quod Knaackius Herm. XVIII 30 explicare studet ex ea fabula, qua Polyphemus Cium condidisse ferebatur. Hoc si verum est, Polyphemus similiter cum Hyla coniunctus est atque Hercules. Quamquam de Polyphemo non tam apertum argumentum habemus quam de Hercule. Quod in schol. I 1470 legimus Πολύφημος ἐν Μυσίᾳ καταλειφθεὶς ἔκτισε πόλιν Κίον τὴν οὕτως ὀνομασθεῖσαν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ, per se potest ex Apollonii ipsius narratione repetitum esse; sed cum pergat scholiasta μαχόμενος πρὸς Χάλυβας οὗτος ἐτελεύτησεν, ὥς φησι Νυμφόδωρος, huius Nymphodori ea quoque esse, quae antecedunt, probabiliter conicit Knaackius l. l. n. 1. Sequitur in scholio ὅτι δὲ τὴν Κίον ἔκτισεν, εἴρηκεν αὐτὸ (corruptum videtur) χάρις (l. Χάρης [2])) ἐν πρώτῳ χρόνων (l. Χρονικῶν). Neque aut Nymphodorum aut Charetem in Chronicis hoc ex Apollonio sumpsisse probabile est, etiamsi aetate eo inferiores fuerint [3]); sed ex alio quodam fonte vetusto et illi et Apollonius sua hausisse videntur. Hic igitur secundum consuetudinem suam, quae de Polyphemo ferebantur, silentio praeterire noluit. Cum vero intellexisset praeter Herculem alium Hylae amatorem apte induci non posse, quaerendi saltem eum participem fecit. Ac si omittimus eam quam reprehendimus fabulae geminationem, cetera profecto scite composita sunt. Quod Hercules remum novum quaerens in silvam

curata I p. 219; Πολυφήμου ἐρώμενον correxit Io. Bernhardus Koehler *Notae et emendationes in Theocritum, Lubecae* 1767 p. 43. Idem invenit Wartonus, qui quidem Koehlerum non laudat.

[1]) Cf. Susemihl *Gesch. d. griech. Litter. in d. Alexandrinerzeit* II p. 59 n. 134.

[2]) Sic melius legitur quam Χάραξ, quamquam quis Chares dictus sit, ignoratur. Cf. Susemihl II p. 512 n. 23.

[3]) Cf. Susemihl I 475 s. ac maxime n. 75.

abit — hoc et quae sequuntur, ab Apollonio Polyphemi causa inventa esse credo — quod Polyphemus eius affinis[1]) atque amicissimus paulum in viam progressus illum exspectat, vocem Hylae clamantis audit statimque ei succurrere studet, dum Herculem redeuntem videt, qui puerum denuo quaerit, haec omnia bene inter se congruunt recteque procedunt. Minus probabile est, quod dicit poeta tenebris nocturnis impeditos Graecos non animadvertisse tres socios abesse. Nam non erat nox profunda, cum Tiphys gubernator socios navem conscendere iubebat; sed prima lux aderat, quoniam legimus I 1273 *αὐτίκα δ' ἀκροτάτας ὑπερέσχεθεν ἄκριας ἀστὴρ ἠῷος* etc. Praeterea nautae certo quodam ordine ad remos sedebant, ita ut vix latere posset, si quis deesset. Sed largiamur hoc Apollonio. Iam vero debebat explicare, quid tres illi relicti postea gesserint. Quod de Hyla facillimum erat dicere, cum a nympha teneretur; nec difficilior res erat de Hercule, quippe qui nondum omnes labores, quos Eurysthei iussu debebat subire, perfecisset. Restabat Polyphemus. Quem in Hyla quaerendo occupatum esse Apollonius fingere non potuit, cum casu tantum, non amore commotus ante Herculem laboranti succurrere studuisset, ac maxime ea de causa, quod Hylam quaerere secundum vetustam famam etiam apud Apollonium Mysi iussi sunt. Ut igitur etiam Polyphemus, sicut Hercules et Hylas, certo fato ab Argonautarum expeditione avocatus esse videretur, poeta, opinor, veterem quam commemoravimus famam secutus eum urbem illam condidisse narravit. Talia a Glauco audientes Graeci verum solacium habebant. Denique ne eam quidem fabulam qua Polyphemus apud Chalybes versatus et mortuus esse ferebatur, Apollonius carmini suo inserere dubitavit dicens Polyphemum postquam oppidum illud condidisset, reditus desiderio commotum per Asiam migrasse, ut Argo navem reperiret; denique ad Chalybes venisse ibique interfectum esse. Est locus IV 1472—1475 :

ἀλλ' ὁ μὲν οὖν Μυσοῖσιν ἐπικλεὲς ἄστυ πολίσσας
νόστου κηδοσύνῃσιν ἔβη διζήμενος Ἀργὼ

[1]) Cf. schol. I 1241 . . . *γυναῖκα δὲ ἔσχεν ὁ Πολύφημος Λαονόμην, Ἡρακλέους ἀδελφήν, Ἀμφιτρύωνος καὶ Ἀλκμήνης θυγατέρα.*

τῆλε δι' ἠπείροιο· τέως δ' ἐξίκετο γαῖαν
ἀγχιάλων Χαλύβων· τόθι μιν καὶ Μοῖρ' ἐδάμασσεν.

Quasi vero urbem ille paucis diebus condidisset, ut omnino sperare posset navem ex illis regionibus nondum excessisse; quae etiamsi tamdiu in Ponto Euxino versabatur, ab illo vix inveniri potuit. Haec de Polyphemo. — De Thiodamante Hylae patre accuratius agam, si ad Callimachum venero. — In Hylae raptu describendo locum, quo res accidit, certe denotat Apollonius secundum fontes, quos non novimus; quo etiam nomen *Pegae* pertinet. Quod cum etiam apud Propertium I 20, 33 occurrat, quem infra videbimus Apollonio non usum esse, sequitur etiam alium quendam poetam aetatis Alexandrinae idem nomen habuisse; hunc vero nomen non ex vetere fonte, sed ex Apollonio hausisse dissimillimum veri est. Si Apollonio credendum est, hoc ipsum nomen ab incolis quoque illius regionis aquae ibi nascenti inditum erat. Cf. I 1221 s.:

αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσιν
Πηγὰς ἀγχίγνοι περιναιέται.

Quae de Hylae raptu sequitur narratio Apollonii propria ac nisi fallor ab eo inventa est: cum nymphae omnes illius regionis secundum consuetudinem noctu in Dianae honorem in prato saltaturae et cantaturae essent, Hylam accessisse et ab ea nympha, quae in fonte habitaret, detractum esse, ut eius coniunx fieret. Apud Theocritum quoque complures nymphae commemorantur, sed hae omnes in fonte sunt ibique etiam choreas agunt id. XIII 43:

ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χορὸν ἀρτίζοντο,
Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις.

Atque Hylas ab omnibus quoque amatur et rapitur. Nec secus res narratur ab eo quem Propertius secutus est I 20, 45—47:

Cuius ut accensae dryades candore puellae
Miratae solitos destituere choros,
Prolapsum leviter facili traxere liquore.

Itaque vix dubium est quin in genuina de Hylae raptu fabula complures nymphae fuerint eaeque omnes ad fontem Hylamque pertinuerint; quod praeter eos quos dixi poetas etiam Nicandri testimonio probatur. Etiam nympharum ille chorus antiquiore tempore inventus videtur; de hac re Nicandro teste caremus,

quamquam ex iis quae Antoninus Liberalis XXVI narrat, conicere non debemus chorum nympharum in ipso Nicandri carmine non fuisse. Apollonio vero non placuit — sic enim res explicanda videtur — in uno fonte complures nymphas habitare; itaque totam rem immutare debebat. Choreas illas suavissimas cum neglegere nollet, finxit ab illa una fontis nympha cum ceteris eiusdem regionis, quae montes, specus, silvas tenebant, agi idque ut decebat, non in fonte, sed in regione iuxta fontem sita. Id autem scite inventum est, Hylam eo tempore in silvam venisse, cum nymphae undique ad chorum accurrerent; nam modo nox, cui tales res tribuuntur, ingruerat, cf. I 1172 ss. In hac tota narratione quid reprehendendum sit, non invenio; hoc dico, quod Georgio, Knaack res displicuit. Dicit enim Herm. XXIII p. 137 . . . *Apollonius bemüht eine Berg-, Wald- und Quellnymphe und lässt doch nur die letzte von Liebe zu dem holden Knaben ergriffen denselben in die Tiefe hinabziehen* . . .; vituperat igitur poetam, quod nimio apparatu rem ornaverit. Hoc vero prorsus iniuria : nam primum res ab Apollonio brevissime describitur vel potius tangitur; tum monendum est chorum omnino eam ob causam solam commemorari, ut sciamus, cur hoc ipso tempore nympha ex fonte emergat, quo factum est, ut Hylam conspiceret; ceterum etiamsi nympharum chorum fusius descripsisset, poetae epico ignoscerem.

De obsidibus Cianorum ceterisque rebus quas secundum scholiastam Apollonius ex Cinaethone desumpsit, iam supra p. 11 ss. dictum est.

2. Theocritus

de Hyla carmen pulcherrimum XIII composuit : Amor, inquit, non solum hominibus, qui nunc sumus, mortalibus, sed iam Herculi illi heroi fortissimo non ignotus erat; is enim, qui leonem ferum sustinuit, Hylam amabilem, puerum cincinnatum (*τοῦ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος*) tenere atque diligenter colebat. Omnia eum edocuit patris instar, quae ipsi gloriae fuerant; numquam eum a se dimisit. Cum vero Iason vellus aureum peteret, qua in re fortissimi Graecorum viri eum adiuvabant, Hercules quoque cum Hyla Argo navem conscendit, quae saxis Cyaneis evitatis ad Phasin feliciter pervenit; tertio autem die secundo vento

Hellespontum intraverunt. Ad Propontidis litus, ubi Ciani habitabant, navem appulerunt atque in terram egressi sunt die vesperascente. Dum sibi Argonautae cenam parant κατὰ ζυγά, ut in remigando sic in cenando coniuncti, ac suum quisque lectum herbis ac caespite componit, Hylas flavus (ὁ ξανθός) abiit aquam ad cenam hausturus ipsi Herculi et Telamoni, qui amicitia coniunctissimi etiam mensam coniungebant, aeneam urnam gestans (χάλκεον ἄγγος ἔχων). Brevi fontem conspexit in loco demisso (ἡμένῳ ἐν χώρῳ) circumdatum arundine et herbis. In media autem aqua nymphae chorum parabant (χορὸν ἀρτίζοντο), numina agricolis periculosa, Eunice et Malis et cuius ex oculis ver tibi adridet, Nychea :

Εὐνείκα καὶ Μαλὶς ἔαρ θ' ὁρόωσα Νύχεια.

Iam adulescens urnam undis admovit in aquam demissurus; illae vero statim omnes manu eum prehenderunt, nam omnium animos amor Graeci pueri ceperat :

πασάων γὰρ ἔρως ἀπαλὰς φρένας ἐξεσόβησεν
Ἀργείῳ[1] ἐπὶ παιδί . . .

ac subito decidit in aquam, ut stella splendens de caelo repente in mare procidit nautis ventum secundum denuntians. Nymphae autem adulescentulum flentem blanditiis consolabantur. At Hercules de puero anxius percurrit regionem arcum Scytharum more curvatum et clavam gestans, quam dextera tenere solebat. Ter Hylam vocavit quam altissima potuit voce; ter quoque puer vocem audivit, sed ex aqua tenuis tantum respondentis sonus evasit, ut quamquam proximus erat, remotissimus videretur. Hercules igitur eum procul clamare arbitratus, sicut leo procul ex saltibus cervae clamore audito statim ex cubili ad cenam iucundam contendit, non minore impetu per vias sentibus impeditas latum spatium percurrens puerum requirebat. Miseri sunt amantes : quae tum ille passus est montes silvasque pervagans, duriora erant quam omnes Iasonis labores. Interim cum navis

[1] Ἀργεῖος sine dubio secundum usum poetarum inde ab Homeri temporibus notissimum est „Graecus“, non Argis oriundus, ac Theocritus certe Hylam, non secus atque erat in fabula satis pervulgata, filium Thiodamantis putavit. Suspicor vero quempiam ex illa voce conclusisse Hylam Argis ortum esse, quem secutus esse Hyginus videtur fab. XIV p. 46 Schmidt: *alii aiunt ex Argis comitem Herculis.*

ad iter pergendum parata esset, tamen socii aliquantum temporis Herculem manebant. Hic vero quo pedes ferebant, furenti similis contendebat misero amore actus. Sic factum est, ut Hylas ille pulcherrimus inter divos haberetur; Herculem quidem socii increpabant, quod navem deseruisset; at ille pedibus ad Colchos profectus est. — Hoc Theocriti carmen iis quae in Apollonii Argonauticis legimus, fere contrarium est. Illius ars continetur variis rebus quam plurimis colligendis, ut legentium animi copiosa expeditionis clarissimae imagine delectentur; itaque Thiodamantem, Polyphemum, Glaucum, Cianorum usum et urbem conditam pluribus tractat neque quid curae rixaeque Hercules relictus Graecis attulerit, ornate explicare omittit : denique id studet ut epicus poeta, ne quid praetereat, quod in illa expeditione acciderit, quo fit, ut quae de Hyla habet, compluries etiam interrumpantur. Theocritus aliter : unum sibi proposuit Hylae fatum describendum, quo duae res contineantur : Hylae rapina et Herculis dolor; ceterum artis finibus rem suam circumscripsit idque maxime operam dedit, ut omnia omitteret, quae non ad illas res describendas pertinerent. Rem vero ipsam omni arte ornavit, ut exsisteret parva quidem sed bene composita absolutaque imago et verum *εἰδύλλιον*. Hic nihil est illorum additamentorum quae supra commemoravimus; tamen una re Theocritus fabulam auxit eaque potissimum re eximium artis specimen dedit. Nescio an nunquam amor pueri in Graecorum poesi elegantius pulchriusque descriptus sit quam quo amore Hercules apud Theocritum Hylam colit. Apollonius narrat Hylam ad varia servi munera educatum esse, inter quae etiam illa aquatio est et quod puer I 131 dicitur *ἰῶν τε φορεὺς φύλακός τε βιοῖο*; I 1211 *δὴ γάρ μιν τοίοισιν ἐν ἤθεσιν αὐτὸς ἔφερβεν.* Huic versui tamquam argumenti loco additur puerum ab Hercule vi captum esse. Hylam ab Hercule amari Apollonius diserte non dicit, ac nisi id sciremus, paene miraremur, quod tanto studio tantoque dolore permotus postea Hercules servum suum quaerit. Contra Theocritus cum intellexisset servitium cum amore male coniungi, illud omnino omisit : quod Hylas aquam Herculi et Telamoni hausturus abit, facit sua sponte, ut decet filium pium patri servire. Nam plus studii ac benevolentiae pater in filium non potest conferre quam Hercules v. 8

—15 in Hylam contulisse dicitur, qui eum ad omnem virtutem instrueret atque ita diligeret, ut semper secum haberet salutemque eius anxie curaret. Quoniam tantum fuisse amorem audimus, facile credimus, quae inde a v. 55 de Herculis dolore narrantur. Puto vero, si quicquam, praeclaram illam descriptionem qua Hercules Hylae amans depingitur, Theocriti propriam esse. In fonte describendo Theocritus quam proxime ad veram rerum naturam accedere studuit, cum eum talibus herbis circumdaret, quales prope fontem nasci facile putes, non liliis illis et papaveribus, quae apud Propertium invenis. Quod in fonte complures nymphae sunt, id iam diximus poetam ex fabula tradita hausisse; certus vero quem habet trium nympharum numerus ab illo ipso inventus videtur itemque nomina, quae nymphis dedit, ipse, credo, ad suum arbitrium elegit.[1]) Iam vero postquam descripsit ipsam rapinam, sequitur suavissima quaedam res, quam non dubito Theocriti ingenio tribuere, v. 53. 54:

Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κοῦρον ἔχοισαι
δακρυόεντ᾽ ἀγανοῖσι παρεψύχοντ᾽ ἐπέεσσιν.

---

[1]) Puto non aliter intellegendum esse Knaackium dicentem (Herm. XXIII p. 137) . . . *bei Theocrit sind es drei Quellnymphen mit anmuthig klingenden (doch wohl frei erfundenen) Namen, die zusammen den schöpfenden Knaben rauben* . . . Nomen *Εὐνείκα* (= ea de qua multum certatur, cf. Lehrs, Pop. Aufs. Lips. 1875² p. 120) iam inter quinquaginta illas Nereides, quae ab Hesiodo theog. 240 ss. enumerantur, reperitur. Praeterea a Suida s. v. *Σαπφώ* inter Sapphus discipulas *Εὐνείκα Σαλαμινία* commemoratur, et auctor carminis quod fertur inter Theocritea XX vv. 1 et 42 mulieri cuidam idem nomen dat. *Μαλίς* vel *Μηλίς* nomen est totius cuiusdam generis nympharum sive pecoris curam significans (a voce *μῆλον*) sive derivatum a *μηλέα* vel *μηλίς* „quae ad malum pertinet“ (cf. Schoemann, De Nymphis Meliis, Gigantibus et Erinysin p. 5 = opusc. II p. 127). Tum mulieri cuidam nomen est *Μηλίς* in titulo fere anni 240 a. Chr. n. prope Oropum invento, quo de rebus quibusdam Amphiarai sacris reficiendis agitur, cf. CIG I n. 1570 p. 748 s. = Dittenberger Inscr. Graeciae septentr. 303. Commemoratur *Μηλὶς Φιλήμονος Χαιρωνέως θυγάτηρ* Dittenb. 3314. *Νύχεια* praeter nostrum locum est in epigrammate incertae aetatis AP IX 648:

Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Τηθύος εἰμὶ Νύχεια
κρήνη· Τηλεβόαι γάρ με τόδ᾽ ὠνόμασαν.
Νύμφαις μὲν προχέω λουτρόν, θνητοῖσι δ᾽ ὑγείην·
θῆκε δέ με Πτερέλας υἱὸς Ἐνυαλίου.

His verbis, ut nymphae Hylam, ita poeta legentes consolatur de pueri sorte, quippe in quem illae nihil nisi amorem et benevolentiam conferant. Quod Hercules ad Hylam quaerendum non clamore aliquo aut nuntio audito, sed simpliciter cura pueri nimium morati impellitur, id praeter Theocritum etiam Nicander habet : quamobrem puto hoc ad vetustiorem fabulae formam redire. Quod vero Hercules Hylam ter vocat, apud neminem alibi legimus; aut Theocritus memor erat illius Cianorum ritus, secundum quem, quod ex Nicandro discimus, Hylas ter vocabatur, aut omnino, ut certum numerum haberet, rem ita finxit. Hoc vero, quod posteriore loco posui, verisimilius est, quoniam vidimus Theocritum rem ex omni conexu illius modi solvisse. Hylas ex aqua respondens, sed tenui voce, ita ut procul abesse videretur, item Theocriti proprius est.

Qui sequitur error Herculis omnium scriptorum communis est; unum autem tantum apud Theocritum et Propertium reperitur, quod amore dicuntur maximi nasci labores. Hi sunt loci: Theocr. v. 66. 67:

σχέτλιοι οἱ φιλέοντες · ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν
οὔρεα καὶ δρυμούς, τὰ δ' Ἰήσονος ὕστερα πάντ' ἦς.

Prop. I 20, 3:

Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti

et 13—16:

Ne tibi sit (durum) montes et frigida saxa,
Galle, neque expertos semper adire lacus,
Quae miser ignotis error perpessus in oris
Herculis indomito fleverat Ascanio.

Quae inter hos locos intercedit similitudo mihi non videtur mero casu orta esse; quomodo res explicanda sit, infra exponam, cum ad Propertium venero. Id autem pro explorato habeo hanc sententiam, quae maxime id continet quod Germanico vocabulo dicitur *sentimental*, non ante Alexandrinorum aetatem fabulae nostrae additam esse. Hylam rapina illa divum immortalemque factum esse Theocritus diserte dicit; idem legitur Orph. Argonaut. 651; Apollonius cum narrat nympham illum sibi coniugem elegisse, certe idem intellegit. Ac sine dubio, simulatque fabula Graeca de Hyla composita est, hic eventus rei factus est.

Herculem socii apud Theocritum quoque relinquunt, sed non imprudentes; credunt enim eum ab expeditione defecisse — quod num bene inventum sit sive a Theocrito sive iam ante eum, dubitari potest, cum vix credibile sit Graecos, qui in Argo erant, Herculis sui fidem non pluris aestimasse.

Herculem pedibus ad Colchos profectum esse nisi apud Theocritum nusquam legimus; hoc si non ab ipso Theocrito fictum est, certe in genuina Argonautarum fabula nondum erat, cum secundum eam qui expeditionis participes erant nave ad Phasin pervenire consentaneum sit — aut igitur Hercules inter nautas usque ad finem erat, aut si in itinere relictus erat, inde ab eo tempore sociis erat ereptus. Utut hoc est, certe carmen Theocriteum hoc modo simpliciter et apte concluditur.

Hic ego quoque eorum quae de Theocrito disserenda sunt, finem facerem, nisi Wilamowitzii quadam coniectura, quam Georgius Knaack Herm. XVIII 29 et XXIII 137 commemorat ac nimia fiducia hoc loco etiam probasse sibi videtur, retinerer. Putat enim Wilamowitzius Theocritum carmine suo Apollonium tacite correxisse.[1]) Sane vidimus rem a Theocrito prorsus aliter tractatam esse atque ab Apollonio; sed pleraque quibus illi differunt, ex diversa carminis epici et idyllii indole facile explicantur. Nec mea quidem sententia Apollonius tantopere vituperandus est quantopere Knaackius vult, qui eum dicit *masslos ungeschickt*. Quae enim res ad hoc iudicium fulciendum afferuntur? *Statt der vom Scholiasten als unpassend getadelten κάλπις trägt Hylas bei Theokrit einen χρωσσός* : tales minutiae ad rem probandam nihil valent; praeterea vereor, ne Knaackius quaerenti, cur χρωσσός ille alteri voci quam Apollonius usurpavit, praestet, respondere nequeat. Quod Apollonius non modo, ut Knaackius dicit, unam oreadem, unam silvestrem nympham unamque naiadem, sed multas illius regionis nymphas ad chorum convenire dicit, quamquam una fontis nympha in Hyla rapiendo

[1]) Hoc Susemihlius (Gesch. d. griech. Litt. in d. Alexandrinerzeit) I 208 s. cum versibus illis carminis VII (quod inscribitur Θαλύσια) 45—48 coniungit, quibus verisimillimum est Apollonium secundum morem Callimacheum reprehendi, ac putat Theocritum carmen XIII omnino componere constituisse, ut Apollonio adversaretur Callimachi partes secutus. Qua re etiam ad carminis tempus constituendum utitur. Cf. id. I 351.

occupatur, hoc minime vituperandum esse iam supra demonstratum est. Quod Polyphemo accito incommoda fabulae geminatio exsistit, concessi : sed etiamsi quis poeta Apollonium nec noverat nec corrigere volebat, facillime rem sine Polyphemo componere poterat.[1]) Quod Knaackius dicit: *an sein* (sc. Polyphemi) *μελέη δέ οἱ ἔπλετο φωνή* (1249) *erinnert deutlich das Theokriteische ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνά* (59; *von Hylas gesagt*), si eum recte intellego, putare videtur Theocritum, cum Hylae ex fonte respondenti vocem tenuem tribueret, hanc voluisse inducere pro Polyphemi clamore frustra edito: qualis haec correctio sit, nescio. Denique quod sequitur: *Fügen wir noch hinzu, dass von Hylas alles Individuelle, Vaterland, Abstammung u. s. w. abgestreift ist, so ist wohl die Bezugnahme auf die Episode bei Apollonios nicht zu verkennen*, vel eo quod supra de carminis universa indole dixi, refutatum est. Sed Theocritus etiam alias res praeter eas quas Knaackius enumeravit, aliter atque Apollonius descripsit, velut quod Hercules ter Hylam vocat, quod socii Herculem ut perfidum reprehendunt, quod Hercules relictus tamen ad Colchos proficiscitur etc. Numquis audeat etiam his locis correctiones Apollonii agnoscere? Equidem profecto nullum vestigium video, quo cognoscatur Theocrito in carmine suo faciendo Apollonii Argonautica obversata esse. Fieri sane potuit, ut Theocritus, si Hylam in Argonauticis invenerat commemoratum, ea re induceretur, ut ipse quoque suo more carmen de Hyla scriberet, sed plane nescimus, utrum illud composuerit, antequam Apollonii Argonautica edita essent, an postea. Itaque malumus putare Theocritum argumenti ipsius suavitate commotum rem carmine celebrasse atque carmen carminis causa composuisse.[2])

3. Nicander Colophonius

Hylae fabulam in carmine illo quod inscribitur Ἑτεροιούμενα narraverat. Quod commemorat scholiasta in Apollon. Rhod.

---

[1]) Sane quod Valerius Flaccus Polyphemum omisit, effecit ut rem melius describeret quam Apollonius.

[2]) Apostolium VIII 34 sua omnino, Eustathium ad Dion. 805 e parte Theocrito debere infra ostendam.

I 1236 . . . καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἑτεροιουμένων ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν ἁρπαγῆναι νυμφῶν, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὑπὸ μιᾶς. Item in schol. Theocr. XIII 46 legimus . . . συμφωνεῖ δὲ τῇ ἁρπαγῇ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος καὶ Νίκανδρος. Antoninus Liberalis in ea quam maximam partem secundum Nicandrum conscripsit Μεταμορφώσεων Συναγωγῇ cap. XXVI Hylam tractavit, cui loco in margine codicis Palatini addita sunt verba Ἱστορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων δ΄. Quae etsi non ab ipso Antonino Liberali addita sunt, tamen debentur homini docto fideque digno.[1]) Itaque quamquam Nicandrum ipsum non habemus, tamen ex copiosa illa epitome satis accurate discimus, quid de Hyla scripserit. Sane quo in libro Ἑτεροιουμένων Hylas fuerit, utrum in altero an in quarto, diiudicare non possumus, cum nesciamus, utri testium error tribuendus sit. Sed haec res est levissima. Narratio haec est: Hercules cum se Argonautis adiunxisset, dux ab iis creatus secum Hylam habebat, filium Ceycis,[2]) adulescentulum pulcherrimum. Cum vero ad angustias Ponti (πρὸς τὸ στενὸν τοῦ Πόντου) venissent atque Arganthi montis (τῆς Ἀργανθώνης) radices praetervecti essent, tempestate exorta coacti sunt ancoras eicere atque in itinere subsistere. Hercules sociis cenam praebuit. Hylas autem puer cum urna (ἔχων κρωσσὸν) ad Ascanium flumen venit, ut illis aquam hauriret. Quem conspicatae nymphae, fluvii illius filiae, amore incensae haurientem in fontem deiciunt (εἰς τὴν κρήνην καταβάλλουσιν). Hylas igitur evanuit (ἀφανὴς ἐγένετο), Hercules vero, cum ille non rediret, a sociis abiit totamque silvam perquisivit Hylam saepe vocans. Nymphae autem timentes, ne Hercules apud se abditum inveniret, eum in echo commutaverunt (μετέβαλον τὸν Ὕλαν καὶ ἐποίησαν ἠχώ). Atque ad Herculis vocem saepe resonuit. Ille vero cum summa contentione (πλεῖστα πονησάμενος[3])) Hylam invenire non posset,

[1]) Cf. Hercher, Herm. XII p. 306 ss. et Erw. Rohde, d. griech. Roman p. 115.

[2]) Locus non integer est: παῖδα μὲν Κήυκος ἴτυπος νέον δὲ καὶ καλόν. Fortasse illud ἴτυπος mendosa tantum est antecedentis Κήυκος repetitio. Cf. editionem a Georgio Aenotheo Koch a. 1832 curatam p. 237 s.

[3]) Locum emendavit (codices habent ποιησάμενος) Aug. Otto (de fabulis Propertianis I p. 48).

ad navem rediit et ipse quidem cum ceteris iter perrexit, Polyphemum autem in regione illa reliquit, ut Hylam, si posset, inveniret. Polyphemus quidem priusquam hoc ei contingeret, mortuus est (ἔφθη τελευτήσας), Hylae vero indigenae adhuc ad fontem sacrificant, atque eum nomine ter sacerdos vocat terque echo respondet. —

Nicander inter eos quos adhuc novimus, Graecorum scriptores primus[1]) Herculem ducem Argonautarum fecit. Qua cum re cohaeret, quod ille non, ut in vetere fabula — id ex Apollonii et Theocriti consensu concludere licet — propter Hylam amissum a sociis relinquitur. Nimirum ducem ceteri exspectare debebant, etiamsi diutius moraretur: fieri non potuit, ut eum vel imprudentes relinquerent vel crederent eum perfide a se abscessisse. Ad eundem rerum conexum pertinet cena ab Hercule sociis data; nam talis liberalitas ducem potissimum decet. Praeterea Hercules cum dux esset, Polyphemum poterat iubere Hylam quaerere. Vides Nicandrum alteram illam fabulam de Polyphemo aptius cum Hercule coniunxisse quam Apollonium. Sane apud Nicandrum quoque et Hercules et Polyphemus Hylam quaerunt, sed non ita, ut narrationis ipsius geminatio oriatur. Quamquam Apollonium non cum Knaackio (Herm. XVIII 30 s.) eam ob rem vituperem, quod Polyphemus, qui primo quidem Hylam cum summo studio quaesiverit, postea eum prorsus neglegere videatur. Nam quod antea silvam perquisivit, secundum Apollonium casu factum est; atque ubi Hercules ipse rem curare coepit, non mirum est, quod de Polyphemo tacetur. Ceycem Hylae patrem fuisse Nicander solus narrat; fortasse ipse rem novavit. Certe is qui hoc finxit, non male secum reputaverat aptius esse Herculem amore prosequi filium amicissimi quam hostis eumque armis captum, qui servitute potius quam amore dignus videretur. Quod Argonautae tempestate coguntur ad Mysorum regionem navem appellere, a Nicandro additum videtur, ut certa causa proferatur, qua commoti in illum potissimum

[1]) Omittitur a Seeligero lex. Rosch. I p. 509, qui videtur putare Dionysium Mytilenaeum etiam hoc novasse in fabulis Graecis, quoniam hunc solum testem affert. Suspicor ne Susemihlium quidem (II p. 49/50 n. 83) aliter de hac re iudicare.

locum Graeci escenderint. Ceterum quo egressi sint, ex iis quae apud Antoninum Liberalem legimus, non dilucide apparet, sive is sive ipse Nicander rem confudit. Nam *ἐπεὶ πρὸς τὸ στενὸν ἐξίκοντο τοῦ Πόντου* aliter intellegere non possum, nisi ita ut ad Bosporum fere pervenerint; itaque quae sequuntur *καὶ τὰ σφυρὰ παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης* non possunt verti „cum advecti essent ad Arganthum montem“, sed „cum praetervecti essent.“ Sic autem ad montis illius septentrionalem partem perveniunt, non ad eam partem, ubi Cius sita est. Sed voluit sine dubio Nicander, ut ceteri, rem ad hanc partem pertinere, cum infra dicat Hylam ad Ascanium venisse, quem vidimus eundem esse atque Cium amnem. Ipse Ascanius novam difficultatem praebet. Cum enim audiamus Hylam ad hunc fluvium devenisse statimque addatur eum a nymphis eiusdem fluvii filiabus in fontem detractum esse, dubium non est quin Ascanii ipsius fons intellegendus sit. Ascanius autem ex lacu Ascanio effluit; itaque ad Ascanii fontem res pertinere non potest. Rem confusam sic puto explicari posse: Nicander apud eum scriptorem ex quo suam Hylae cognitionem hauriebat, Ascanii mentionem invenerat ad Cium urbem totamque regionem pertinentem; praeterea legerat Hylam a nymphis in fontem aliquem illius regionis detractum esse : has duas res commiscuit atque hanc coniunctionem fluvii nympharumque etiam ita demonstravit, ut eas ex illo ortas fingeret.

Venio nunc ad eam rem, quam, si quicquam, a Nicandro in fabula nostra novatam esse mihi persuasum est. Certe ut apud Apollonium et Theocritum, sic in vetere fabulae conformatione Hyla a nymphis rapto res ad finem perducta erat nec quisquam exspectaverit Hylae fatum iterum mutari. At Nicander rei optime conclusae suam insuper clausulam addidit: Hylas a nymphis modo raptus echo fit. Quod apparet rei affictum esse, ut fabula iure inter *Ἑτεροιούμενα* illa haberetur. Atque commutatio illa eo magis adventicia putanda est, quod cum genuina fabula haud ita bene convenit. Nam nymphae Hylam ad se detrahunt, ut eius amore fruantur : eaedem statim eum ita commutent, ut se ipsae puero amato privent? Causa, qua commotae tam mire agant, affertur, quod Herculem timent. Sed non est, cur eum timeant.

Quod in fine narratiunculae Nicandro placuit ritum Cianorum satis accurate describere, iam expositum est.

4. De Callimacho.

Callimachum quoque de Hyla egisse perspicitur ex schol. Apoll. Rhod. I 1207: ἀπρεπὲς δὲ νεανίαν ὑδρίαν βαστάζειν. Ὅμηρος δὲ πρεπόντως παρθένον. πιθανώτερον δὲ ἦν ἀμφορέα (cod. ἀμφότερα; corr. A. Heckerus comm. Callim. p. 78) εἰπεῖν, ὡς Καλλίμαχος. Certe haec fabula in Aetiis erat ac ritu Cianorum describendo concludebatur. Recte autem Knaackius (Herm. XXIII 136) iudicat illud fragmentum unum certum rei testimonium esse. Nam alterum fragmentum, quod legitur schol. Theocr. VIII 30 p. 290 Ahrens : Vet. ἰυκτά] ὁ συρικτὴς ὁ λιγύφθογγος· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἰυκτής. Καλλίμαχος· ἰύζων δ' ἀν' ὄρος vel in codice Ambrosiano p. 63 Ziegler : ἰυγκτά] κράκτης. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἰύζειν. Καλλίμαχος· ἰύζων δ' ἀν' ὄρος = frgm. 512 Schneid. (= 507 Blomfield), sane ad Herculem pertinere potest, qui per saltus silvasque Hylam quaerit, quod putant Dilthey *de Cydippa* p. 88, Rauch *die Fragmente der Aitia des Kallim.* p. 36. 39 (nr. 67); sed res incerta est. Quod vero Rauchius nr. 66 (p. 35. 39) ex Etymologico Magno addidit, ubi haec inveniuntur p. 223, 32 ss. : Γέγειος, ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ, καὶ Καλλίμαχος 'ἢ ῥ' ὅτι τοὺς ὁ γέγειος ἔχει λόγος' καὶ ἤχεῖ (leg. ἦχι) γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε' etc., putans hanc papaveris mentionem conferendam esse cum versibus Propertianis I 20, 37. 38

Et circum irriguo surgebant lilia prato
Candida purpureis mixta papaveribus

et fuisse in carmine Callimacheo, quo de Hyla ageretur, ad Hecalen referendum videtur [1]. Attamen Knaackio non adstipulor dicenti (Herm. XXIII p. 138) *die Hylassage war von Kallimachos nur berührt, nicht ausführlich erzählt worden.* Neque enim intellego, quomodo Callimachus ἀμφορέα illum commemorare potuerit, nisi aliquam saltem partem fabulae accuratius tractavit. Atque ea causa qua Knaackius ad sententiam suam adduc-

[1]) De hoc loco novissimus egit Reitzensteinius ind. lect. Rostoch. 1890/91 p. 13, ubi ex codice Vaticano 1818 pleniorem lectionem restituit (βόες) ἦχι γέγειαι ἄνθεα μήκωνός τε καὶ ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι.

tus est, mihi parum valida videtur. Putat enim, si Callimachus iam aliquid de Hyla scripsisset, Theocritum suum carmen compositurum non fuisse, nam si Callimachus ipse Apollonium Rhodium correxisset, alio carmine non iam opus fuisse. Quasi poetis nunquam liceret res quas plures tractaverunt celebrare.

Aut eodem aut alio carmine Thiodamantis fatum continebatur; hoc certum est Hylam a Callimacho quoque sicut ab Apollonio filium Thiodamantis dictum esse atque omnino Callimachum de Herculis cum Thiodamante Dryopibusque pugna fusius egisse. Legimus enim ad versum 1212 libri primi Argonauticorum hoc scholion: *νηπιάχοντα] Ἡρακλῆς γήμας Δηιάνειραν τὴν Οἰνέως θυγατέρα καὶ διάγων ἐν Καλυδῶνι ἐν συμποσίῳ Κύαθον, ἤτοι τὸν Οἰνέως οἰνοχόον, Ἀρχιτέλους δὲ παῖδα, πλήξας κονδύλῳ ἀνεῖλεν, ὅτι αὐτῷ τὰ ποδάνιπτρα ὕδατα ἀγνοῶν ἐπὶ τῶν χειρῶν ἐπέχεεν. φεύγων οὖν τὸν φόνον καὶ σὺν τῇ γαμετῇ στελλόμενος ἀνεῖλεν ἐν Εὐήνῳ ποταμῷ Νέσσον Κένταυρον, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος ἱστορεῖ. ἔπειτα προϊὼν ἔφερεν καὶ Ὕλλον τὸν υἱὸν καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν Δρυοπίαν, (ληστρικὸν δὲ τὸ ἔθνος ὁμοροῦν τοῖς Μηλιεῦσιν, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ τρίτῃ φησίν) τοῦ παιδὸς πεινῶντος καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ Λίχα ἀπολιμπανομένου συντυχὼν τῷ Θειοδάμαντι ᾐτεῖτο ὀλίγην τροφήν· ὁ δὲ οὐκ ἐδίδω. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Ἡρακλῆς καὶ ἀποσπάσας αὐτοῦ τὸν ἕνα βοῦν θύσας εὐωχεῖτο. ὁ δὲ Θειοδάμας ἐλθὼν εἰς τὴν πόλιν ἐστράτευσε καθ' Ἡρακλέους, καὶ εἰς τοσαύτην ἀνάγκην κατέστη ὁ Ἡρακλῆς, ὡς καὶ τὴν γυναῖκα Δηιάνειραν καθοπλίσαι, καὶ λέγεται καὶ κατὰ μαζὸν τότε τετρῶσθαι. περιγενόμενος δὲ αὐτῶν καὶ ἀνελὼν τὸν Θειοδάμαντα ἐδέξατο τὸν τούτου υἱὸν Ὕλαν, καὶ τὸ πᾶν δὲ ἔθνος διὰ τὴν ληστείαν μετῴκισεν περὶ Τραχῖνα τὴν Θεσσαλικὴν πόλιν καὶ τὴν Οἴτην τὸ ὄρος πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Φωκίδος, ἵνα τῇ πολλῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιμιξίᾳ τοῦ ληστρικοῦ ἤθους ἀπόσχωνται. τούτων δὲ καὶ ὁ Καλλίμαχος μέμνηται* etc.

Accedit, quod est in Etym. Magno 154,8: *Ἀσινεῖς· οἱ Δρύοπες οἱ τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντες. Καλλίμαχος* (frg. 151 Schn.)

δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπὶ τριπτῆρες ἁρπάσας[1]).

---

[1]) *τριπτῆρος ἁπάσας* Vat. 1818, ut Reitzensteinius mecum communicavit, praebet. Versum corruptum tangere nolo. Varia conamina hominum doctorum

εἴρηται, ὅτι Ἡρακλῆς τοὺς Δρύοπας ληστεύοντας ἀπὸ τῶν περὶ Πυθὼ χωρίων ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μετῴκισεν, ἵνα διὰ τὴν πολυπληθίαν τῶν ἐνοικούντων εἴργοιντο τοῦ κακουργεῖν· καὶ διὰ τοῦτο Ἀσινεῖς αὐτοὺς ὀνομάσθαι, ὡς μηκέτι κατὰ τὸ πρότερον σινομένους.

Minus certo dici potest, num etiam fragm. 186 Schn. ad eandem rem referendum sit. Steph. Byz. I p. 79, 16 Mein.: Ἄλυκος, πόλις Πελοποννήσου. „εἰς Ἀσίνην Ἄλυκόν τε καὶ ἄμ πόλιν Ἑρμιονήων“ Καλλίμαχος. Res dubia est, quoniam frg. 151 una tantum urbs Asine commemoratur[1]).

Verisimile est ad Thiodamantem pertinere duo fragmenta. Alterum est apud Schneiderum 491[b]. Etym. Magn. p. 229, 44. 43.: Γειομόρος, ὁ γεωργός. Καλλίμαχος[2])·

τέμνοντα σπορίμην αὔλακα γειομόρον.

Recte cum hoc versu confert Knaackius Apollonium Rhodium I 1213—1216:

. . . Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν ἔπεφνεν
νηλειῶς βοὸς ἀμφὶ γεωμόρου ἀντιόωντα.
ἤτοι ὁ μὲν νειοῖο γύας τέμνεσκεν ἀρότρῳ
Θειοδάμας ἄτῃ βεβολημένος etc.

Apollonium cum hos versus scriberet, Callimachi memorem fuisse Knaackio facile credo. Atque etiam quod historiam de Thiodamante satis breviter complexus est, cum ceterum non dubitaret res suas copiosius tractare, ac narrationem praecidit hoc versu (1220):

ἀλλὰ τὰ μὲν τηλοῦ κεν ἀποπλάγξειεν ἀοιδῆς,

optime ita intellegitur, ut putemus eum noluisse simpliciter

---

invenis apud Schneiderum. Satis habeo ex hoc versu perspexisse Callimachum urbem Asinen in illo rerum conexu commemorasse.

[1]) Naekius (Hec. p. 208 ss.) versum Hecalae tribuit, Schneiderus (Callim. II p. 185) eum secutus est, uterque non inepte. (Ex fragmento satis grandi nuper ex papyro Raineriana edito de hac re nihil apparet. Cf. Mitteil. aus d. Papyr. d. Erzherz. Rainer V.) Ad nostram rem locum arcessiverunt Alph. Hecker (Comment. Callim. p. 78), Rauchius p. 38 nr. 60, Knaackius (Herm. XXIII 135). Diodorus Siculus (IV 37) tria oppida commemorat: Ἀσίνην, Ἑρμιόνην, Ἠιόνα, sed conexus rerum alius est.

[2]) Gaisf. καλεῖται. Genuinum Καλλίμαχος recuperatum est ex Etymologico quod vocatur Florentinum (E. Miller, Mélanges de litt. grecque p. 75), postquam ab Heckero (Philol. IV 479) iam dudum postulatum est.

repetere, quod Callimachus haud ita multo ante fusius narraverat quodque ipse propriis inventis immutare aut non poterat aut nolebat. Quamquam hoc conicere tantum licet; aperte non dicitur. Haec de fragmento 491[b]. Alterum, quod ad eundem rerum conexum pertinere videtur, est frg. 435 Schn. ex Apollonii Sophistae lexico petitum, ubi s. v. ὀψείοντες legis (p. 125 Bekk.) ὁ τύπος τῆς λέξεως Ἀττικός· κλαυσείοντες γὰρ λέγουσιν ἀντὶ τοῦ κλαυστικῶς ἔχοντες. καὶ Καλλίμαχος· οἵ κεν βρωσείοντες ἐμὸν παρίωσιν (corr. Toupius Add. Theocr. p. 395 ed. Warton. pro παριῶσιν) ἄροτρον, ἀντὶ τοῦ βρωτικῶς ἔχοντες. Quem locum Naekius p. 130 parum apte ad Hecalen referre conatus est, qua de re cf. Schneiderum. Optime vero convenit cum iis quae de Thiodamante ex Nonno in Gregorii invect. I 41 (= Mythograph. graec. ed. Westermann p. 370 s.) comperimus: . . . οὕτω λεγόμενον (sc. Thiodamantem) εὑρὼν ᾔτησεν ὁ Ἡρακλῆς ἄρτον. ὁ δὲ οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ὕβρισεν. Dixerit igitur haec fere : „non possum omnes qui aratrum meum praetereunt esurientes satiare.“ Itaque eis adstipulor qui versum Thiodamanti dant, ut Heckerus comm. Callim. p. 78, quem secuti sunt Rauchius p. 37 nr. 59, Schneiderus, Knaackius p. 134. Fames Herculis et Thiodamas arans a Callimacho tangitur in hymno III., qui inscribitur εἰς Ἄρτεμιν, v. 160 s. :

. . . ἔτι οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη,
τῇ ποτ' ἀροτριόωντι συνήντετο Θειοδάμαντι.

Praeterea Rauchius duos locos Callimacheos adiungere conatur, qui ex eodem rerum conexu repetiti sint, dico nr. 61 (= 309 Schn.): Suid. Γέντα. τὰ μέλη. γέντα βοὸς μέλδοντες· Καλλίμαχος. et nr. 62 (= 526 Schn.): Schol. vet. in Lycophron. 249 . . . ὀρχηστὴς Ἄρης, ἐπειδὴ ἐπετήδευον πάλαι μέλη τινὰ πρὸς τὸ παροξῦναί τε καὶ εἰς ἀνδρείαν κινῆσαι τοὺς ἀκούοντας. καὶ Καλλίμαχος 'νόμον δ' ᾔειδεν Ἄρηος.' Sed de his locis certi nihil effici potest.

Adhuc collegimus eos locos quibus nomen Callimachi adscriptum erat. Iam circumspiciamus, num inveniantur, qui Callimachum imitati vel secuti de Hyla agant. Knaackius quidem p. 133 s. affert locum Gregorii Nazianzeni (Orat. IV in Iulianum 122): ὁ Βουθοίνας τὸν γεωργὸν τυραννήσας καὶ τὸν ἀρότην βοῦν λαφύξας καὶ τὴν κλῆσιν λαβὼν ἐκ τῆς

πράξεως. Haec putat ex Callimacho petita esse, qui Gregorio non fuit ignotus,[1]) probatque conferens Carm. XXVI 5 s.:

ἄλλην μέν τ' ἄλλος τις ἀνὴρ βιότοιο κέλευθον
τέμνει γειομόρος, αὐτὰρ ὁ ποντοπόρος etc.

cum Callim. frg. 491b *τέμνοντα σπορίμην αὔλακα γειομόρον*. Etiam quod dicit de eis quae Nonnus iam supra laudatus narrat, verisimillimum videtur. Leguntur haec Nonni narrat. ad Gregor. invect. I 41 (Mythogr. gr. p. 370 s.): *Ὁ Ἡρακλῆς ἐστιν ὁ καλούμενος Βουθοίνας. ἐκλήθη δὲ διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τὴν Δρυοπίδα γῆν παρῄει ὁ Ἡρακλῆς βαστάζων καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ὕλλον. εἶτα πεπεινακότος τοῦ Ὕλλου καὶ αἰτοῦντος τροφὴν ἀροτριῶντά τινα Θειοδάμαντα οὕτω λεγόμενον εὑρὼν ᾔτησεν ὁ Ἡρακλῆς ἄρτον. ὁ δὲ οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ὕβρισεν. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕνα τῶν ἀροτριώντων βοῶν λαβὼν ἔσφαξε καὶ ἐθοινήθη καὶ αὐτὸς καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ὕλλας. καὶ ἐκλήθη διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην Βουθοίνας, ἐπειδὴ ὅλον ἐθοινήθη τὸν βοῦν, ἔνθεν τῷ Ἡρακλεῖ γέγονεν ὁ πρὸς τοὺς Δρύοπας πόλεμος. τοῦ γὰρ Θειοδάμαντος ἀνελθόντος εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰπόντος, ὡς „πολέμιος ἦλθεν εἰς τὴν χώραν ἡμῶν", ἐξῆλθον κατ' αὐτοῦ οἱ Δρύοπες, καὶ νενίκηκε πάντας αὐτοὺς ὁ Ἡρακλῆς καὶ λαμβάνει αἰχμάλωτον τὸν Ὕλαν τὸν υἱὸν τοῦ Θειοδάμαντος.*

Haec narratio cum schol. Ap. Rh. I 1212 optime consentit, nisi quod nonnulla adduntur, dico, quod Thiodamas Herculi maledicit, quod is ex hac occasione *Βουθοίνας* appellatus est, quod Thiodamas civibus suis nuntiat hostem adesse; contra ipsius pugnae descriptio brevissime conficitur. Iam supra vidimus illud *ἀλλὰ καὶ ὕβρισεν* fragmento quodam Callimacheo optime illustrari. Thiodamas suos auxilio arcessens, ut Knaackius p. 134 bene monuit, reperitur apud Ovidium Ib. 487 s., quem locum unusquisque credet ex Callimacho petitum esse:

Tamque cadas domitus quam quisquis ad arma vocantem
Iuvit inhumanum Thiodamanta Dryops.

Etiam quod restat, nomen *Βουθοίνας* illa ex occasione explicatum ad Callimachi *Αἴτια* egregie referri potest.

Itaque non dubito cum Knaackio putare Nonnum ex Callimacho sua hausisse neque apud hunc nomen *Βουθοίναν* defuisse.

---

[1]) Cf. Naeke, opusc. I 236 ss.

Quae cum ita sint, satis accurate quid Callimachus de Herculis cum Dryopibus pugna scripserit, perspicimus. Dubium quidem est, quid ex scholio ad Ap. Rh. I 1212 in Callimachum transsumendum sit. Certe ad eum referendum est, quod legitur inde a verbis *ἔπειτα προϊὼν ἔφερεν καὶ Ὕλλον* usque ad verba *τούτων δὲ καὶ ὁ Καλλίμαχος μέμνηται*. Cum Apollonio Callimachus consentit, nisi quod ille Thiodamantem regem Dryopum dicit (v. 1213 *δίου Θειοδάμαντος*), Callimachus non ita. Nam neque quod apud Ovidium Dryopes Thiodamantem iuvant, de rege intellegendum videtur, quem quidem sui, ut iubet, sequi debeant, non sua tantum sponte adiuvare; et apud Nonnum *ἀροτριῶντά τινα Θειοδάμαντα οὕτω λεγόμενον* aperte de simplici quodam agricola dicitur, quodque infra Thiodamas ille Dryopes non arma capere iubet, sed eos certiores tantum facit de hostis adventu, ad eandem causam referendum videtur.[1])

Historiolam de Hyla his quae de Dryopibus narrata erant, a Callimacho adiunctam esse veri simile est, quoniam res per se facillime coniungi poterant. Multo minus probari potest eodem carmine Callimachum etiam de Cyzico egisse; cf. Rauchius p. 33. De Hyla vero ipso quid Callimachus scripserit, nihil scimus, nisi quod Thiodamantis filium ab Hercule captum, denique in aquando periisse eum dixit.

5. De Phileta.

De Phileta unum vestigium habemus, e quo fortasse conici possit illum quoque Hylae mentionem fecisse. Est locus ille Etym. Magn. p. 135, 26, apud Bachium p. 58 incert. fragm. 11 et totius seriei 23: *Ἀργανθών, οἷον, Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο* (Ap. Rh. I 1178). *τινὲς δὲ Ἀργανθώνην αὐτήν φασιν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλητᾶς* (codd. *Φιλίας*; correctio manifesta est) *Ἀργανθώνιον λέγουσι διὰ τοῦ ι, οἷον*

Χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος.

Qui versus utrum Euphorionis an Philetae sit, disceptari non potest. Omnino autem ex sola montis Arganthonii mentione nihil certi colligere licet.

---

[1]) Callimachus igitur Thiodamantem descripsit ei similiorem, qui apud Lindios ferebatur homo rusticus.

6. De Euphorione.

Plus quam de Phileta accepimus de Euphorione. Legimus enim in schol. Theocr. XIII 7 (= fragm. 149 Meineke) *τὸν Ὕλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν, . . Εὐφορίων* (cod. *Εὐφορίδης*) *δὲ Πολυφήμου τοῦ Ποσειδῶνος) ἐρώμενον* (cod. *ἐρωμένου*. corr. Koehler), *καὶ ἄλλοι ἄλλων*. Euphorio igitur Hylam Polyphemi amasium habebat, non primus, si recte se habent quae p. 18 ss. disputavimus. Praeterea quoniam schol. Ap. Rh. I 40 *Σωκράτης καὶ Εὐφορίων* laudantur (quod accipiendum est pro Euphorione apud Socratem commemorato[1])) et in schol. Ap. Rh. I 1207 quod modo Euphorioni tribui vidimus, Socrati datur: *Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεόν φησι τὸν Ὕλαν ἐρώμενον Πολυφήμου καὶ οὐχ Ἡρακλέους γενέσθαι*, puto etiam quod schol. Theocr. XIII 7 Socrates Hylam Herculis filium dicit, ad Euphorionis carmen redire. Sane si quis poeta Hylam Polyphemi amasium dicebat nec tamen Herculis in eundem studium notissimum neglegere volebat, non inepte poterat illum Herculis filium facere.

IV. De posterioribus scriptoribus Graecis.

His adiungam, quae ceterorum poetarum scriptorumque aetatis Alexandrinae eorumque qui p. Chr. floruerunt, de Hyla fragmenta ad nos pervenerunt.

1. Anticlides[2])

qui sub primis fere Ptolomaeis floruit, in Deliacis narravit non Hylam, sed Hyllum Herculis filium in aquando periisse. Schol. Ap. Rh. I 1207 . . . *Ἀντικλείδης ἐν Δηλιακοῖς ἱστόρησεν οὐ τὸν Ὕλαν εἰς τὴν ὑδρείαν ἐξεληλυθέναι, ἀλλὰ τὸν Ὕλλον καὶ ἀνεύρετον γενέσθαι.*

Schol. Ap. Rh. I 1289 extr.: . . . *ἰδίως δὲ Ἀντικλείδης ἐν τῇ β' τῶν Δηλιακῶν Ὕλλον φησὶ τὸν Ἡρακλέους υἱὸν ἀποβάντα ἐφ' ὕδωρ μὴ ὑποστρέψαι.*

---

[1]) Cf. p. 21 adn. 1.

[2]) Cf. Script. rer. Alex. ed. Car. Mueller 1846 p. 147 et Susemihl l. l. I p. 584 ss.

2. Mnaseas

laudatur schol. Ap. Rh. I 131 *σὺν καί οἱ Ὕλας] οὗτος Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς δὲ Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. καὶ Μνασέας μὲν οὕτως.* Qui in Periegesi sua occasionem habebat Hylae commemorandi.

3. De Socrate

iam p. 20 s. dictum est, qui (schol. Theocr. XIII 7 et schol. Ap. Rh. II 207) Hylam Herculis filium, amasium Polyphemi perhibens videtur Euphorionem secutus esse.

4. Onasus

in libro qui inscriptus erat *Ἀμαζονικά* Hylam in fontem incidisse et ita periisse dixit. Schol. Ap. Rh. I 1236: . . . *Ὄνασος δὲ ἐν τῷ α' τῶν Ἀμαζονικῶν πεσόντα τὸν Ὕλαν φησὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι.* Cf. schol. Theocr. XIII 48: . . . *ὁ μέντοι Ὄνασος ἐν (τοῖς) Ἀμαζονικοῖς φησιν αὐτὸν εἰς τὴν κρήνην πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν.* Quod repetitur etiam schol. Ap. Rh. I 1207: *Ὄνασος δὲ ἐν πρώτῳ Ἀμαζονικῶν ἀληθέστερον τὴν ἱστορίαν ἐκτίθεται, οὐχ ἡρπάσθαι αὐτὸν ὑπὸ Νυμφῶν, ἀλλὰ κατενηνέχθαι εἰς κρήνην καὶ οὕτως ἀποθανεῖν.* Habes igitur in hac quoque fabula Euhemerismi exemplum. Nec fortasse aliter Anticlides rem illustraverat.

5. Dionysius

Perieg. vv. 805—808:

Βέβρυκες δ' ἐπὶ τοῖσι καὶ οὔρεα Μυσίδος αἴης,
ἧχί περ ἱμερόεντα Κίος προΐησι ῥέεθρα,
τοῦ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν Ὕλαν ἡρπάξατο Νύμφη,
ὀτρηρὸν θεράποντα πελωρίου Ἡρακλῆος

aperte Apollonium sequitur, quoniam ab una nympha Hylam raptum esse dicit. Atque etiam in ipsis verbis vides eum Apollonii vestigia prementem (cf. I 1178 *ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο*, praeterea I 131 *Ὕλας κίεν, ἐσθλὸς ὀπάων* et I 1209 s. . . . *ἄλλα τε πάντα ὀτραλέως κατὰ κόσμον ἐπαρτίσσειεν ἰόντι*).

6. Memno

historicus cap. 41 (= Phot. bibl. p. 293 Bekk.) haec habet: *Αὕτη δὲ* (sc. Prusias urbs) *Κίερος τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο* (confundit hoc nomen cum Cio), *ἐν ᾗ καὶ ἡ τῆς Ἀργοῦς ἄφιξις λέ-*

γεται καὶ ὁ τοῦ Ὕλα ἀφανισμὸς καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους ἐπὶ τὴν τούτου ἀναζήτησιν πλάνη, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἕτερα.

7. Philostratus

her. III 1 (p. 165 Kayser) Hylam inter Herculis amasios commemorat: λέγεται δὲ καὶ ἁλῶναι αὐτοῦ (sc. Νέστορος) ὁ Ἡρακλῆς συμφρονεστάτου τε ὄντος καὶ καλλίστου ἀγαπῆσαί τε αὐτὸν μᾶλλον ἢ τὸν Ὕλλαν τε καὶ τὸν Ἄβδηρον· οἱ μὲν γὰρ παιδάρια ἦσαν καὶ κομιδῇ νέοι, Νέστορι δὲ ἐφήβῳ ἤδη ἐντυχεῖν αὐτὸν καὶ ἀρετὴν ἀσκοῦντι, ὁπόση ψυχῆς τε καὶ σώματος, ὅθεν ἀγαπῆσαί τε καὶ ἀγαπηθῆναι. Nestorem ab Hercule amatum a Ptolomaeo illo Hephaestionis filio in libro qui inscribitur Καινὴ ἱστορία primum fictum videtur, cf. Photii bibl. p. 147 a, 37 Bekker: ὅτι Νέστορά φασιν ἐρώμενον Ἡρακλέους γενέσθαι. Quem Philostratus secutus est [1]), nisi quod fortasse nimiam iuventutem Hylae ex Theocrito, apud quem ille παῖς dicitur, sumpsit.

Alius est locus eiusdem dialogi Philostratei, ex quo cognoscimus Philostratum Hylae interitum similiter atque Onasum intellexisse: her. XIX 2 p. 197 ed. II Kayser.: ᾖδε δὲ (sc. Achilles, cum a Chirone musicam didicisset) τοὺς ἀρχαίους ἥλικας τὸν Ὑάκινθον καὶ τὸν Νάρκισσον καὶ εἴ τι Ἀδώνιδος. προσφάτων δὲ ὄντων τῶν περὶ Ὕλλᾳ τε καὶ Ἀβδήρῳ θρήνων, ἐπειδὴ ἄμφω ἐφήβω ὄντε ὁ μὲν ἐς πηγὴν ᾤχετο ἀφανισθείς, τὸν δὲ αἱ τοῦ Διομήδους ἵπποι ἐδαίσαντο, οὐκ ἀδακρυτὶ ταῦτα ᾖδεν.

Tangitur Hylas Philostr. ep. 8 vol. II p. 228 Kayser.: οὐ μὴν ὁ Βράγχος ἔφευγε τὸν Ἀπόλλωνα ὡς ξένον, οὐδὲ ὁ Ὕλλας τὸν Ἡρακλέα, οὐδὲ ὁ Λικύμνιος [2]) τὸν Ῥαδάμανθυν etc.

Restat, ut de mythographis dicam qui ex illa aetate servati sunt, dico Apollodori bibliothecam, quacum Hyginum optime coniungi puto.

8. Apollodorus

totus pendet ex Apollonio Rhodio. Haec enim narrat I 9, 19: ἐνταῦθα δὲ (sc. in Mysia) Ἡρακλέα καὶ Πολύφημον κατέλιπον.

---

[1]) Cf. Hercher JJ. Suppl. I (1855) p. 283 n. 20.

[2]) Pro quo Wilamowitzius (Commentariol. gramm. II. p. 14) legendum proponit Ἀτύμνιος, quod probandum videtur.

Ὕλας γὰρ ὁ Θειοδάμαντος μὲν παῖς, Ἡρακλέους δὲ ἐρώμενος, ἀποσταλεὶς ὑδρεύσασθαι διὰ κάλλος ὑπὸ Νυμφῶν ἡρπάγη. Πολύφημος δὲ ἀκούσας αὐτοῦ βοήσαντος, σπασάμενος τὸ ξίφος ἐδίωκεν, ὑπὸ λῃστῶν ἄγεσθαι νομίζων. καὶ δηλοῖ συντυχόντι Ἡρακλεῖ. ζητούντων δὲ ἀμφοτέρων τὸν Ὕλαν ἡ ναῦς ἀνήχθη, καὶ Πολύφημος μὲν ἐν Μυσίᾳ κτίσας πόλιν Κίον ἐβασίλευσεν, Ἡρακλῆς δὲ ὑπέστρεψεν εἰς Ἄργος. Apollonium tam aperte sequitur, ut versuum quorundam fere ipsa verba repetat [1]), dico versus I 1250—1252:

αἶψα δ' ἐρυσσάμενος μέγα φάσγανον ὦρτο δίεσθαι,
μήπως ἢ θήρεσσιν ἕλωρ πέλοι ἠέ μιν ἄνδρες
μοῦνον ἐόντ' ἐλόχησαν, ἄγουσι δὲ ληίδ' ἑτοίμην.

Unum mythographus non accurate reddidit, quod a Nymphis, non a Nympha Hylam raptum esse dicit. Hoc ex vulgata fabula in Apollonii narrationem intulit [2]).

9. Hyginus

Hylae tribus locis mentionem facit : 1) fab. XIV in Argonautarum enumeratione (p. 46 Schmidt): *Hylas Thiodamantis et Menodices nymphae Orionis filiae filius, ephebus ex Oechalia. alii aiunt ex Argis comitem Herculis* [3]).

2) in eadem fabula XIV p. 48 Schm., ubi enumerantur qui in itinere mortui aut relicti sunt: . . . *Hylas enim in Mysia a nymphis iuxta Cion flumenque Ascanium raptus est, quem dum Hercules et Polyphemus requirunt, vento rapta navi deserti sunt. Polyphemus ab Hercule quoque relictus condita in Mysia civitate perit apud Chalybas.*

3) fab. CCLXXI inter ephebos formosissimos commemoratur *Hylas, Thiodamantis filius, quem Hercules amavit.*

Vides etiam Hyginum maximam partem cum Apollonio

[1]) Quod iam Carolus Robert de Apollod. bibl. p. 79 animadvertit.

[2]) Quod dicit ζητούντων ἀμφοτέρων, item minus accurate cum Apollonio congruit, quoniam is hoc loco Polyphemum neglegens Herculis tantum furorem describit.

[3]) Cave credas, quae Koehnius (Mém. de la soc. d'arch. et de numism. de St.-Pétersb. I 1847 p. 17) dicit uno hoc loco nisus: *Dieser* (sc. Hylas) *war nach der gewöhnlichen Sage des Theiodamas, Fürsten von Argos oder Oechalia, und der Nymphe Menodike Sohn.*

concinere, sed res non est tam facilis quam in Apollodoro. Haec animadverto: Nymphas complures habet non secus atque Apollodorus [1]. Ascanium flumen nescio unde [2] haustum addit. Prorsus novum est nomen Menodicae, matris Hylae, quod, quantum video, in tota antiquitate hoc uno loco legimus. Orionis filiae apud Nicandrum (Antonin. Liber. 25) Metioche et Menippe nominantur. Sed ex hac re nihil concludere audeo. Verba quae sequuntur *alii aiunt ex Argis* etc., iam supra [3] mihi videor illustrasse.

Iam e carminibus postremae aetatis

10. Argonautica quae feruntur Orphei

commemoranda sunt. In enumeratione Argonautarum postremus Hylas positus est, v. 226 ss.:

σὺν δέ οἱ (sc. Acasto) *ἦλθ' ἕταρος Ἡρακλῆος θείοιο,*
καλὸς Ὕλας, τῷ δ' οὔπω ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου
ἀργεννὰς ἐρύθηνε παρηίδας ἁβρὸς ἴουλος,
ἀλλ' ἔτι κοῦρος ἔην, πολὺ δ' ἥνδανεν Ἡρακλῆι.

Adulescentem igitur illum poeta dicit et pulchrum et ab Hercule amatum; eundem servum quoque fuisse non narrat, hac in re elegantior quam Apollonius. In Mysia Herculem Hylamque relictos esse satis breviter describitur v. 639—657:

Ἡρακλέης δ' ἠπείγετ' ἀν' ὑλήεντας ἐναύλους
τόξον ἔχων παλάμαις ἰδὲ τριγλώχινας ὀιστούς,
ὄφρα κε θηρήσαιτο, πόροι δ' ἐπὶ δόρπον ἑταίροις
ἢ σύας ἢ πόρτιν κεραὴν ἢ ἄγριον αἶγα.
τοῦ δ' ἀφαμαρτήσαντος Ὕλας ἐξίκετο νηὸς
λάθρῃ ἐπισπόμενος, σκολιῆς δ' ἀλίτησεν ἀταρποῦ
ὕλῃ ἔνι πλαγχθείς, ἐν δὲ σπέος ἤλυθε Νυμφῶν
λιμναίων, αἵ δέ σφιν ἐσαθρήσασαι ἰόντα
κοῦρον ἔτ' ἠίθεον καιερύκακον, ὄφρα σὺν αὐταῖς
ἀθάνατός τε πέλῃ καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
ἀλλ' ὅτε πρὸς μεσάτην ἠῶ τρέπεν ὠκέας ἵππους

[1] Scilicet et Apollodorus et Hyginus hauserunt sua ex eodem enchiridio mythologico, cuius de Argonautarum expeditione auctor praecipuus fuit Apollonius. Cf. Er. Bethe, Quaestiones Diodoreae mythogr. p. 87 ss.

[2] Ex Nicandro? an ex Propertio (I 20)?

[3] p. 25 n. 1.

Ἠέλιος, κραιπνὸς δ' ἐξ οὔρεος ἔπνεεν οὖρος,
ἐν δ' ἔπεσ' ἀργενναῖς ὀθόναις, ἐγεγώνεε Τῖφυς
νηὸς ἔσω περάαν, θινὸς δ' ἐκ πείσματα λύειν.
οἱ δὲ κυβερνητῆρος ἐφημοσύνῃσι πίθοντο.
Εἰλατίδες δ' ἀνὰ πρῶνα θοῶς Πολύφημος ἔβαινεν,
ὄφρα κεν Ἡρακλῆα θοῶς ἐπὶ νῆα καλέσσαι.
ἀλλ' οὔ οἱ ξύμβλητο, μολεῖν δέ οἱ οὔτι πέπρωτο
Φᾶσιν καλλίροον μένος ὄβριμον Ἡρακλῆος.

Complura novavit poeta, nam non dubito ei ipsi haec tribuere: Hercules venatum abit, ut sociis cibum paret; ceteri in navi remanent praeter Hylam, qui illum clam sequitur. In silva errans non ad fontem, sed in specum Nympharum devenit, a quibus retinetur. Tum nautae propter ventum secundum vincla solvunt, ut apud Apollonium, sed meridie, non mane. Item Herculem socii non imprudentes relinquunt, sed antequam proficiscuntur, Polyphemum mittunt, qui eum requirat. Quod per fatum Herculi non licet usque ad Phasin pervenire, huic poetae cum Apollonio commune est, nisi quod hoc quoque brevissime conficitur. Quamquam, ut vidimus, quaedam aptius quam ab Apollonio inventa sunt, tamen in universum haec rei descriptio non magni aestimanda est. Nam primum probabilis causa, qua commotus Hylas in silvam abierit, non profertur. Quid Hylam iuvabat Herculem sequi, quem vix invenire posset? Neque intellego, cur clam ex navi egressus dicatur. Id unum videtur poeta egisse, ut Hylam nymphis traderet: cetera num recte procederent, non curavit. Denique unum omisit, quod ad rei suavitatem multum valet neque ab ullo priorum poetarum neglectum est. Hylas enim apud illum non quaeritur, quoniam a nullo desideratur minimeque ab Hercule [1]).

11. De paroemiographis.

Venio nunc ad paroemiographos. „Hylam quaerere" in proverbium abierat, quod significabat irritam quamlibet curam

---

[1]) Non prorsus recte a Seeligero (lex. Rosch. s. v. Hylas I p. 2794) Hylas dicitur apud hunc poetam in venando periisse, cum tale quiddam non addatur atque vix subaudiendum sit.

atque laborem. Itaque s. v. Ὕλαν κραυγάζεις [1]) fabulam nostram varie tractatam invenimus.

Zenobius VI 21 duos rei commentarios praebet. Alter hic est: ἐπὶ τῶν μάτην βοώντων ἡ παροιμία εἴρηται. Ἐπειδὴ τὸν Ὕλαν ἀφανῆ γενόμενον ὁ Ἡρακλῆς ἀποβὰς τῆς Ἀργοῦς καὶ μετὰ κραυγῆς πολλὰ ζητήσας οὐχ εὗρεν. Haec brevis descriptio quae fabulam vulgatam paucis complectitur, sine dubio in vetere Zenobii collectione inerat. Repetitur ita, ut leves tantum verborum discrepantiae accedant, a Suida s. v. Τὸν Ὕλαν κραυγάζεις et ab Apostolio sub eadem voce, qui Suidam exscripsit [2]).

Altera „Zenobii" VI 21 (codicis Parisini) narratio haec est: Ἱστορεῖται δὲ περὶ τοῦ Ὕλα, ὅτι ἡρπάγη παρὰ τῶν Νηρηΐδων διὰ κάλλος. Φασὶ γάρ τινες καὶ τὸν Ἡρακλέα σύμπλουν γενέσθαι τῷ Ἰάσονι μετὰ καὶ τοῦ Ὕλα, διὰ δὲ τὴν τούτου ἀπώλειαν λυπηθέντα τὸν Ἡρακλέα εἰς Μυσίαν ἀπολειφθῆναι.

Ἐκεῖσε γὰρ οἱ Ἀργοναῦται προσχόντες (l. προσσχόντες) τὸν Ὕλαν Ἡρακλέους ἐρώμενον πρὸς θήραν πέμπουσιν· ὁ δὲ διὰ κάλλος ὑπὸ Νηρηΐδων ἁρπαγεὶς ἀνεβόησε. Καὶ Πολύφημος ἀκούσας αὐτοῦ βοήσαντος, σπασάμενος τὸ ξίφος ἐδίωκεν, ὑπὸ λῃστῶν ἄγεσθαι νομίζων. καὶ δηλοῖ περὶ τούτου Ἡρακλεῖ. ζητήσαντος δὲ πολλὰ τὸν Ὕλαν Ἡρακλέους καὶ μὴ ὑποστρέψαντος διὰ λύπην. ἐπεὶ τὸν ζητούμενον οὐχ εὗρεν, ἡ ναῦς ἀνήχθη. Καὶ Ἡρακλῆς πρὸς Ἄργος ὑπέστρεψεν [3]). De hac altera narratione in editione quam curaverunt Leutschius et Schneidewinus, adnotatum est: *Historiola fluxit ex Apollod. I 9, 19.* Quod recepit Seeligerus lex. Rosch. I p. 2794: *die ἱστορία bei Zenobius aus Apollodor.* Sed res non est tam expedita. Immo qui historiolam illam in Zenobium intulit, idem enchiridion, quod Apollodorus, in manibus

---

1) vel τὸν Ὕλαν κραυγάζεις. Sic habet cod. Athous (M) I ια' (cf. L. Cohn JJ. 1886 p. 840) et cod. Laur. 58, 24 (L[2]) 6 (cf. Leop. Cohn, Bresl. philolog. Abh. II 2 p. 27); cod. Laur. 80, 13 (L) IV ζ ὕλλαν κραυγάζεις (cf. Jungblut Rh. M. 38 p. 406). Certe Ὕλαν per unam λ scriptum genuinum est.

2) Eandem narrationem iterum in corpore paroemiographorum, ut nunc est, incomposito invenis sub nomine Diogen. VIII 33 = Prov. Bodl. 888.

3) Locus male consutus est ex duabus partibus, quarum utraque totam rem continebat, altera brevius, altera copiosius. Quo fit, ut quaedam bis narrata inveniantur.

habuit, ex quo uterque verba *Πολύφημος δὲ ἀκούσας* — *Ἡρακλεῖ* et *Ἡρακλῆς πρὸς Ἄργος ὑπέστρεψεν* desumpsit [1]). Haec vero Zenobii interpolator aliter atque Apollodorus describit: hic pergit *ζητούντων δὲ ἀμφοτέρων τὸν Ὕλαν*, ille de Hercule tantum dicit, quod ad Apollonii Rhodii verba magis conformatum est. Pro nymphis *Νηρηΐδας* posuit. Gravissima vero discrepantia est, quod Hylas apud Apollodorum dicitur *ἀποσταλεὶς ὑδρεύσασθαι*, noster narrat: *οἱ Ἀργοναῦται ... τὸν Ὕλαν ... πρὸς θήραν πέμπουσιν.* Quae cum ita sint, puto sicut de aliis, etiam de hac re in communi fonte Apollodori et „Zenobii" narrationem pleniorem exstitisse, in qua etiam variae famae relatae erant; unde uterque, quod ei placebat, elegit.

Aliam de Hyla historiam invenis in Photii lexico eandemque apud Suidam s. v. *Ὕλαν κραυγάζειν*: *ἱστοροῦσιν Ὕλαν τὸν Θειοδάμαντος καλὸν τὴν ὥραν ἐρώμενον Ἡρακλέους, ὅτε συνέπλει τοῖς Ἀργοναύταις, γενόμενον* (rectius Suid. *γενομένων*) *δὲ κατὰ Μυσίαν ἐξελθεῖν ὑδρευσόμενον, ὑπὸ Νυμφῶν δὲ ἀφανισθῆναι· τούτου δὲ ἐπὶ ζήτησιν Πολύφημον πεμφθέντα κεκραγέναι καὶ ὀνομαστὶ ἀνακαλεῖν τὸν Ὕλαν, μηδὲν περαίνοντα· διὸ καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων λέγεσθαι· καὶ νῦν δὲ Κιανοὺς ἔτι ἀπομίμημα τῆς ζητήσεως ποιουμένους ἑορτάζειν τῷ ἥρωι.* Hanc igitur narrationem Photius et Suidas e communi quodam fonte [2]) hauserunt. Sed num huic singularis auctoritas tribuenda sit, mihi valde dubium videtur. Mirum est, quod Hylas Herculis amasius dicitur nec tamen Hercules eum quaerit, sed Polyphemus mittitur. Vereor autem ne hoc Suidae loco nimium nisus sit Seeligerus lex. Rosch. I p. 2794 dicens: ... *in der That finden wir Polyphmus ... in allen Erzählungen von Hylas' Raub genannt* (fallitur, quoniam Theocritus Polyphemum minime commemorat); *vielleicht ist er in dieser Sage ursprünglicher als Herakles: bei Suidas s. v. Ὕλαν κραυγάζειν wird das Sprichwort darauf zurück-*

---

[1]) Ipsum Apollodorum interpolator ille sequi non videtur, nam si omnes eiusmodi historiolas cum Apollodoro comparas, praeter ea quae ad verbum congruunt, non pauca invenis, quae aut discrepent aut aliter disposita sint.

[2]) Suidam non ex Photio, sed ex eius auctore pendere demonstravit P. Roellig, Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat (= Diss. phil. Halens. VIII 1887 p. 1—66) imprimis p. 15 ss. Cf. etiam H. Diels, Herm. XXVI p. 255 n. 1.

geführt, dass Polyphemos vergeblich den Hylas gerufen habe. Equidem puto ex uberiore narratione, quae ad Nicandrum propius accessisse videtur (quippe qui ipse quoque Polyphemum quaerere iussum praebeat), nostram satis neglegenter excerptam esse, ita ut Hercules omitteretur.

Versus ille Aristophaneus *ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς*, qui apud Suidam nulla explicatione addita affertur, apud Apostolium VIII 34 paulo immutatus atque dimidia parte omissa repetitur : *Ζητεῖς τὸν οὐ παρόντα*, quod sic illustratur : *ὁ Ἡρακλῆς συμπλέων τοῖς Ἀργοναύταις περί τινα κρήνην ἀποστέλλει τὸν Ὕλαν ὑδρεύσασθαι. Νηρηΐδες δὲ τὸν νεανίαν λαβοῦσαι τοῖς ὕδασιν ἀπεθέωσαν. Ἡρακλῆς δὲ μηκέτι τοῦ μειρακίου ὑποστρέφοντος πᾶσαν ὕλην καὶ κρήνην περιτρέχων τὸν οὐ παρόντα ζητῶν κατεφαίνετο· περὶ οὗ φησι καὶ Θεόκριτος·*

Κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἴσων.

(cod. *ὕδας . . . οἴγων*). Huius historiolae fontem esse Theocriti carmen apparet. Cum scholiis ad Aristophanis locum, de quibus supra egimus, haec explicatio nihil commune habet, nisi quod nymphae *Νηρηΐδες* vocantur.

Restat ut Eustathii scholion afferam ad Dionysii Periegetae versum 805 et qui sequuntur pertinens : *περὶ δὲ τὸν Κίον ποταμὸν ἡ θρυλουμένη ἁρπαγὴ τοῦ Ὕλα συνέπεσεν. ἑταῖρος δὲ Ἡρακλέους ὁ Ὕλας. νύμφη γάρ, φησίν, ἐκεῖ ὑδρευόμενον τὸν Ὕλαν καθήρπασεν, ὃν καὶ ἀνακαλούμενος ὁ πελώριος Ἡρακλῆς οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ μακρὰ καὶ κενὰ βοήσας ἀπηλλάγη, ὡς καὶ Θεόκριτος ἱστορεῖ. ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνακαλουμένων τοὺς μὴ ἀκούοντας, Ὕλαν καλεῖς.* Haec explicatio ex ipsis Dionysii verbis et Theocrito, cuius carmen certe Eustathius memoria tenebat, consuta est. Proverbium *Ὕλαν καλεῖς* idem est quod *Ὕλαν κραυγάζεις*.

Proverbium etiam a Theodoro Hyrtaceno commemoratur ep. 56 (= Notices et extr. des man. d. l. bibl. nat. VI p. 22): *Ποθεῖν δὲ τὸν μὴ παρόντα καὶ μάτην καλεῖν, ὡς Ἡρακλῆς Ὕλαν, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀξυντελὲς καὶ ἀνόητον.*

V. De Hyla in Graecorum litteris obiter commemorato.

Quoniam vidimus fabulam de Hyla a Graecis satis antiquo tempore excultam postea poetarum Alexandrinae quae dicitur

aetatis in deliciis fuisse atque etiam recentiore aetate secundum veteres auctores occasione data saepius repetitam esse, ita ut Hylas nunquam desineret inter notissimas fabularum Graecarum personas haberi, non frustra illius mentionem hic illic factam exspectabimus, ubi non fabula tractetur, sed exemplum quoddam notum ex fabulis petatur. Afferam testimonia [1]:

Cephalion. frg. 1 (FHG III p. 626 ex Georgio Syncello p. 167): . . . *ὁ τῶν Ἀργοναυτῶν στόλος ἔπλευσεν ἐπί τε Φᾶσιν καὶ Μηδείην τὴν Κολχίδα, καὶ Ἡρακλέα πλανηθέντα ἀπὸ τῆς νεὼς διὰ τὸν ἔρωτα τὸν Ὕλα λέγουσι περὶ τοὺς Καππαδόκας ἀληθῆναι.*

Lucian. navig. 43 extr. : . . . *καὶ ὅλως ὑπὲρ τὸν Ὑάκινθον ἢ Ὕλαν ἢ Φάωνα τὸν Χῖον εἶναί με.* Proferuntur illi ut adulescentes pulcherrimi maximeque amabiles. Eodem spectat alter locus ver. hist. II 17 : . . . (in insulis beatorum) *εἶδον καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους · περὶ δὲ αὐτὸν ἦσαν Ὑάκινθός τε ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ ὁ Θεσπιεὺς Νάρκισσος καὶ Ὕλας καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ καλοί.*

Clem. Alexandr. protrept. II 33 p. 28 P. : . . . *οὐδὲ παίδων ἀπέσχοντο οἱ παρ' ὑμῖν θεοί, ὁ μέν τις Ὕλα, ὁ δὲ Ὑακίνθου, ὁ δὲ Πέλοπος, ὁ δὲ Χρυσίππου, ὁ δὲ Γανυμήδους ἐρῶντες.* Quem sequitur Arnobius adv. nat. IV 26 : . . . ***Hylam nescio quis diligit, Hyacintho est alius occupatus, ille Pelopis desideriis flagrat, hic in Chrysippum suspirat ardentius, Catamitus rapitur*** etc.

Nonn. Dionys. XI 224—231 :

καί τις ἰδὼν Σατύρων κεκονιμένον ὑψόθι γαίης
Ἄμπελον ἱμερόεντα δυσάγγελος ἤλυθε Βάκχῳ.
καὶ θεὸς εἰσαΐων ταχὺς ἔδραμεν εἴκελος αὔραις ·
οὐ τόσον Ἡρακλέης δρόμον ἤνυεν, ὁππότε Νύμφαι
ἁβρὸν Ὕλαν φθονεροῖσι κατεκρύψαντο ῥεέθροις
νυμφίον ἰκμαλέῃ πεφυλαγμένον ἅρπαγι κούρῃ,
ὡς τότε Βάκχος ὅρουσεν ὀρίδρομος · ἐν δὲ κονίῃ
κείμενον ἔστενε κοῦρον ἅτε ζώοντα δοκεύων.

[1]) In hoc numero locum Clem. Rom. hom. 5, 15, ubi Hylas ab Apolline amatus dicitur, non habendum, sed pro Hyla Hippolytum restituendum esse docuit Wilamowitzius, Commentariol. grammatic. II Gryph. 1880 p. 13. Paulo infra Hylas inter Herculis amasios refertur.

Nicet. Choniat. p. 828 Bekker (de reb. post capt. urb. gestis) *ὁ δὲ* (sc. Alexius, Davidis Comneni frater) *ἔμελλεν ἀεὶ χρονίζων ἐν τοῖς τῆς Τραπεζοῦντος μέρεσι, καὶ παροιμιακὸς ἐδείκνυτο Ὕλας, φωνούμενος καὶ μὴ ὀπτανόμενος.*

Hylas igitur erat exemplum celeberrimum pulchritudinis [1]), sed etiam hominis frustra quaesiti — Nicetae loco confirmatur eum vere in proverbium abisse — nec miramur Herculis in eum amorem eiusdemque dolorem atque errorem ab hominibus posterioris aetatis memoria teneri.

VI. De Hyla nomine proprio Graeco.

Apud Suidam invenis hanc glossam: *Ὕλας* [2]) · *ὄνομα κύριον* [3]). Primum quidem nomen occurrit apud Aristophanem Equ. 67; Demosthenes servus cum Nicia servo queritur:

. . . *Παφλαγὼν δὲ περιθέων τοὺς οἰκέτας*
αἰτεῖ, ταράττει, δωροδοκεῖ λέγων ταδί·
ὁρᾶτε τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον;
εἰ μή μ' ἀναπείσετ', ἀποθανεῖσθε τήμερον.

Ὕλας igitur servus quidam nominatur. Civis Atticus nomine *Ὕλας* invenitur CIA III 1, 1128 v. 55; hic enim inter ephebos phylae Oeneidis est *Ἀνδρέας Ὕλα Ἀχαρ(νεύς)*. Sed hic titulus est anni p. Chr. 164/5 vel 165/6 (cf. adnot. ad hunc tit. et ad nr. 1112), itaque facile potest ille *Ὕλας* peregrinus quidam fuisse atque recens inter cives receptus. In eodem titulo est alius Hylas, is quoque ephebus, v. 94 sub voce *ἐπένγραφοι*: *Ὕλας Β[ε]νούστου*, filius Venusti cuiusdam, hominis aperte Romani. Neque quicquam nos cogit, ut eum Hylam ex vetere gente

---

[1]) Hylas appellativi loco = homo pulcherimus CIG 6309 (= Epigr. Kaibel. 711): *Εἰπεῖν τίς δύναται σκῆνος λιπόσαρκον ἀθρήσας, εἴπερ Ὕλας ἢ Θερσείτης ἦν, ὢ παροδεῖτα.*

[2]) Formam nominis genuinam esse *Ὕλας* per unam *λ* scriptam ex Apollonii Rhodii et Theocriti versibus satis elucet; ubi invenitur *Ὕλλας*, nomen cum Hyllo Herculis filio confusum est. Sed haec confusio ubi in libris invenitur, magis ad librarios recentioris aevi quam ad scriptores antiquos pertinere videtur.

[3]) Quid faciam loco Hesychiano: *Ὕλας . . . καλοῦνται δὲ καὶ βαρβάρων γένος οὕτως*, nescio.

Attica oriundum putemus, qui nominatur in columella sepulcrali CIA III 2, 3460:

Κυμητήριον Ὕλα κὲ Σαββάτους.

Assentior prorsus Wilamowitzio Hylam vocem Graecae esse originis neganti. Nec potest esse, si recte Hylam indigenam esse regionis Mysiae [1]) statuimus. Itaque cum in prytanium Cyzicenorum indice edito a Lollingio (Mitt. d. athen. Inst. XIII 304) inveniatur Ζώσιμος Ὕλα, hac quidem in regione, quae non longe a Cio urbe absit, nomen veteris stirpis fuisse puto.

VII. Quomodo poetae Romani fabulam de Hyla narraverint.

1. Propertius

inter Romanorum poetas primus fusius de Hyla egit. Qui huic rei praeter consuetudinem totum carmen I 20 pulcherrimum dedit. Quamquam enim carmina sua fabulis largiter ornavit, plerumque eas quam brevissime commemoravit atque iis ita usus est, ut tantum argumento earum proposito id quod volebat confirmaret atque illustraret. Tria tantum exempla plenioris narrationis exstant: carmen I 20 de Hyla, II 18 [2]) de Aurora, III 15 de Dirce [3]). Haec igitur carmina magis fabularum quam sententiarum

---

[1]) Quae Wilamowitzius (Aristoteles und Athen II de nomine Ὕλας p. 177 n. 17) docet, haec sunt: „ . . . Ὕλας Ritt. 8. es muss dort ein beliebiger sclavenname sein, und das ist der name des schönen Knaben, den Herakles liebte, wol für Rom, aber nicht für das alte Athen. Wo aber hat jener Hylas den namen her? nicht aus dem griechischen, denn die erste Silbe ist kurz . . . Hylas ist ein Mariandyner, den erst die Herakleoten annectirt und in die Heimat versetzt haben: nur Mariandyner klagen um ihn. so findet sich denn auch der sclavenname Ὕλλας CIA II 4202. ich möchte aber ebenso deuten den bisher rätselhaften Ὄλας ἀνέρ I 274. mariandynisch dürfte der name Vola gelautet haben." Hoc utut se habet, certe quod Hylam Mariandynum dicit, recte se non habere ex iis quae supra (p. 1 ss.) exposui elucebit.

[2]) In numeris carminum afferendis sequor editionem Hauptianam a Vahleno denuo curatam, nisi quod a tradito librorum numero (IV) non recedo.

[3]) Nam quo iure quartum exemplum Aug. Otto (de fabul. Propert. I p. 7) attulerit carmen III 11, 9 ss., equidem non video. Hoc enim in carmine non una quaedam fabula explicatius narratur, sed multae eaeque satis breviter

causa composita videntur (cf. Otto l. l.). Quamquam ne haec quidem carmina mera epyllia sunt, sed hic quoque poeta consuetudinem tenuit fabulae ad vitae quendam casum illustrandum utendae. Sic ad nostrum carmen fingendum aptam ansam invenit, cum Gallus amicus servum puerum pulchrum haberet nomine Hylam, quod nomen fortasse ipse illi dederat eius, quem Hercules amaverat, memor. Hunc puerum amatum ne nymphae propter pulchritudinem sibi rapiant, caveat neve idem patiatur, quod Hercules Hylae causa passus sit, id poeta amicum monet. Qua occasione data quidnam Hylae acciderit, enarrat : cum Argonautae in Mysorum litus escendissent, Hylas Herculis comes a ceteris aliquantum discessit aquam ex fonte quodam hausturus. Quem amore incensi Boreadae secuti sunt basiare studentes, sed cum iis non obsequeretur, dimiserunt. Tum vero ad Pegas progressus, quae in regione amoenissima sitae erant, postquam in floribus decerpendis aliquamdiu moratus est imaginesque quas limpidus fons praebebat, inspexit, urnam in aquam demisit, ut officio suo satisfaceret. Nymphae autem puerum vix conspexerunt, cum subito amore incensae sunt choreisque omissis illum ad se detraxerunt. Hercules eum semel atque iterum vocans echo tantum audivit [1]).

Ad carmen accuratius tractandum accedens primum de verborum contextu pauca dicam. Accipio eam carminis scripturam, quae est in editione Hauptiana a Vahleno curata V (ut in IV.). Lego igitur in versu 12 *adryasin* (*adriacis* codd.), in versu 32 *hamadryasin* ((*h*)*amadrias hinc* codd.), in versu 45 *dryades* (*driades* codd.), quamquam non minus quam Robertus Unger (Analecta Philetaea et Propertiana 1850 p. 25—28) pro certo habeo eas nymphas, a quibus Hylas raptus esse dicitur, non ad arbores,

---

enumerantur, summa vero carminis omnino non in fabulis, sed in rebus vere gestis versatur.

[1]) De carminis argumento atque sententia mira quaedam commentus est Antonius Marx, De S. Propertii vita et librorum ordine temporibusque, Lips. 1884 p. 36: „. . . Non lenius Gallus eluditur carmine vicesimo. Primum poeta tradit Gallum pueros amare, deinde monet ne incuriosior puerum quem amet a nympharum rapinis non defendat, hoc est, Gallus iubetur videre ne puer puellas Gallo anteponat. Fortasse tales rapinas iam factas stultus ille vir non viderat, donec poetae irrisionibus comperiret.“

sed ad fontem pertinere. Tamen Ungeri mutationes (v. 12 *Hydriasin*, v. 32 *At dolor ibat Hylas, ibat at Hydriasin*, v. 45 *Hydriades*) necessariae non sunt. Profecto mirus esset casus, si scribae errantis manu tres illi loci eundem in modum corrupti essent. Itaque Schoemannus (de nymphis Meliis etc. ind. lect. Gryphisw. 1846/7 p. 7 = opusc. acad. II p. 129 s.) suo iure ex his solis locis conclusit quibusdam poetis „Dryades non diversi generis ab aquarum nymphis, Naiadibus v. Naidibus, fuisse visas esse", pergens: „id quod Propertii doctissimi poetae versus demonstrant de Hyla ab aquarum nymphis rapto" eqs. Aug. Otto (Herm. XXIII 27) alia eiusdem usus exempla contulit. Ipse Propertius habet (II 32, 37):

hoc et hamadryadum spectavit turba sororum,

quem versum sequitur 40:

supposita excipiens naica dona manu.

Egregium confusionis exemplum apud Ovidium est Fast. IV 231 s.:

Naiada volneribus succidit in arbore factis.
Illa perit. fatum Naidos arbor erat.

Atque ex loco Metam. I 690 s.:

Inter hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit, nymphae Syringa vocabant

discimus vocem *hamadryas* atque vocem *nympha* eadem significatione usurpari, quamobrem etiam Naïades inter Hamadryades sunt. Cetera exempla quae Otto affert, cum dubia sint, omitto.

Pro versu 26:

Hunc super et Zetes, hunc super et Calais

Otto l. l. legendum proposuit:

Nunc super est Zetes, nunc super est Calais. Offendit in anaphora: „*In der That ist die Anaphora bei dem einfachen Gedanken sehr auffällig*". Sed equidem nihil offensionis invenio. Sane res simplex est; sed quidni poetae liceat etiam simplicem rem tali verborum constructione tamquam ante oculos proponere atque etiam similitudinem, quae inter fratres illos intercedat, vocabulorum repetitione illustrare? Praeterea si versum accipimus, qualis est, sententia bene procedit, cum *Zetes* et *Calais* appositionis loco ad *Aquilonia proles* pertineant et *sectati* cum *instabant* recte cohaereat; sin autem, ut Otto vult, legimus, sententia male interrumpitur.

Versum 49, qui in codicibus legitur:

cui procul Alcides iterat responsa; sed illi

cum Hauptio emendandum puto:

cui procul Alcides iterat, responset: at illi,

cum non dictum sit, cuinam Alcides responderit [1].

Versum 49 s.: *at illi nomen ab extremis fontibus aura refert* Otto l. l. p. 48 ad Hylam in echo mutatum spectare putavit. Ad hunc errorem perductus est, quod ea quae apud Nicandrum diserte exposita sunt, apud alios quoque scriptores etsi brevius invenienda esse opinatus est. Ac praeter Propertium inventum illud Nicandreum apud Valerium Flaccum reperire sibi videbatur, qui haec habet III 596 s.:

rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat
avia; responsant silvae et vaga certat imago.

Sane id quod silvae responsant et vaga illa imago, quae in vocando cum Hercule certat, echo est; sed siquis dicat Hylam esse in illam mutatum, aperte erret. Vide enim, quae ipse Valerius Flaccus de Hylae sorte narret IV 22 ss.:

Ecce puer summa se tollere visus ab unda
frondibus in croceis et iniquae munere nymphae
stansque super carum talis caput edere voces:
quid, pater, in vanos absumis tempora questus?
hoc nemus heu fatis mihi iam domus, improba quo me
Nympha rapit saevae monitu Iunonis; in arces
nunc Iovis accessus et iam mihi lumina caeli
conciliat iungitque toros [2] *et fontis honores.*

Atque eo loco quo Mopsus vates fata sociorum praedicit, I 218 ss. de Hyla haec invenis:

... subita cur pulcher harundine crines
velat Hylas? unde urna umeris niveosque per artus
caeruleae vestes?

Itaque Valerius Flaccus nihil de ista mutatione Nicandrea habet. Neque aliter Propertius. Qui, si, quod Otto censet, recte

---

[1]) Is conexus quem Rauchius (p. 36) inter versus 48 et 49 intercedere putat, *das Plätschern des Wassers schreckt Herakles auf*, statui non potest. Nam aquae sonitus Herculem non necessario Hylae monere putandus est.

[2]) Cf. Apoll. Rh. I 1324 s.: *αὐτὰρ Ὕλαν φιλότητι θεὰ ποιήσατο νύμφη ὃν πόσιν, οἷόπερ οὕνεχ᾽ ἀποπλαγχθέντες ἔλειφθεν.*

se haberet, ipse sibi obloqueretur. Nam nihil aliud cavendum esse dicit, nisi amorem atque cupiditatem nympharum; non id Gallum timere iubet, ne puer eius in echo mutetur, sed ne a nymphis rapiatur atque teneatur.

Difficillimus carminis locus est de Boreadis 25 ss.:

hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles,
hunc super et Zetes, hunc super et Calais,
oscula suspensis instabant carpere palmis
oscula et alterna ferre supina fuga.
ille sub extrema pendens secluditur ala
et volucres ramo submovet insidias.

Suspensae palmae idem fere atque passae Hylamque versus extensae manus esse videntur. Quomodo Hylas se a Boreadis liberet, Lachmannus hunc in modum explicare studet: „Hylas", inquit, „non inepte se a Boreadum osculis defendit. Eorum alterum, cum supra caput suum suspensis palmis, ut oscula supina ferret, vagantem videt, sinistra manu extremam alam, hoc est, remigum pennarum longissimam arripit itaque, dum ille altius volare nititur, sub ala pondere deorsum tracta pendet, qua arte ab ore appetentis secluditur ac removetur; alterius volucres insidias ramo in dextram sumpto a se submovet". Sane si quis verba accurate interpretatur, sic fere rem intellegere debet; unum tantum non credo Hylam eodem tempore altera manu alam capere, altera ramum ducere. Sed mihi videtur res ita intellegenda esse, ut postquam se ab illis removit, tum demum ramo utatur. Puto primum Boreadas ad Hylam tam prope accedere, ut eum capere possint, qua in re quocunque modo „sub extrema ala" pendeat, — quamquam confiteor mihi quomodo id fiat, obscurum esse — tum illum se solvere atque novas insidias ramo arcere. Miretur quispiam Boreadas puero cedere. Atque revera vix credendum est puerum illum tenerrimum robori duorum virorum resistere potuisse. Sed ludunt, non pugnant Boreadae. Itaque cum Hylam obstinate amores suos repudiantem videant, cedunt.

Quae Propertius de Boreadis Hylam persequentibus narrat, apud nullum alium scriptorem inveniuntur. Item descriptio fontis totiusque regionis singularis est; quam si cum Theocrito comparamus, Propertium cum hoc una re consentire videmus, quod regio fusius describitur, descriptiones vero ipsas inter se

contrarias esse. Alter enim rem secundum naturam describit, alter exquisita arte colligit, quae ad fertilitatem atque pulchritudinem regionis maxime pertinere videntur. Nec quae sequuntur de Hyla in floribus decerpendis morato atque fontis imagines admirante, lepide excogitata, praeter hunc locum usquam inveniuntur.

Quaeritur, unde Propertius sua sumpserit. Neque enim quicquam fabulae ipsi eum de suo addidisse puto, quoniam hic non eius mos est. Etiam quod de Boreadis narrat, mihi ex Graeco aliquo poeta desumptum videtur, quamquam fontem monstrare non possum. Idque eo magis mihi persuasum est, quod ille locus ad totum carminis conexum minime necessarius est. Si Propertius Boreadas omisisset ac de nymphis tantum dixisset, rem suam non minus demonstrasset, quoniam nymphas, non Boreadas puero periculosas esse monet. Etiam brevitas illa qua res non tam depingitur quam adumbratur, ut R. Foerster me monet, fontem uberiorem monstrare videtur.

Quae cum ita sint, plus etiam certo concludi posse censeo : scilicet Propertium omnia, quae de Hyla narrat, ex uno auctore hausisse, cui placuerit ante verum nympharum periculum Boreadas ludentes inserere. Ut Augustus Otto, ego quoque amplecti nolo, quod Erwinus Rohde exposuit (d. griech. Roman p. 105 n. 3) narrationem Propertianam ex variis auctoribus contaminatam ratus : *Propertius I 20 combinirt verschiedene Versionen, schliesst sich aber hauptsächlich dem* N i c a n d e r *an (Arganthi v. 33 = Arganthonion bei Nicander [freilich auch bei Apoll. Rhod. I 1178]; Ascanius v. 4. 16. = Nic. bei Anton. Lib. [anders z. B. Dionys. Perieg. 806]; in den Hylas verlieben sich* a l l e *dryades nymphae v. 45 : so auch bei Nicander [freilich auch bei Theocrit] : s. Schol. Ap. Rh. I 1236: anders bei Apollonius. Endlich machen bei Nic. die Nymphen den Hylas zur ἠχώ, καὶ πρὸς τὴν βοὴν πολλάκις ἀντεφώνει Ἡρακλεῖ. Nur vom Echo kann man doch auch die Verse 49. 50 des Properz verstehen : cui procul etc. Allerdings ist bei Properz [v. 67] Hylas nicht, wie bei Nicander, ein Sohn des Keyx, sondern, wie bei Hygin f. 14, Apollonius u. A., ein Sohn des Theiodamas).* Eorum quae Propertius ex Nicandro hausisse dicitur, gravissimum esset, quod Hylas in echo mutatus sit, nisi illum de tali mutatione non cogitasse iam perspexis-

semus. Cetera eiusmodi sunt, ut nihil inde efficere liceat, praesertim cum non soli Propertio cum Nicandro communia sint.

De Boreadis Knaackius (Herm. XXIII p. 136 n. 1) non sine aliqua specie haec protulit: *Man hat noch nicht beachtet, dass die Verfolgung des Hylas durch die Boreaden (Prop. I 20, 25 ff.) deswegen erfunden ist, um die spätere Bestrafung derselben durch Herakles (Apoll. I 1300 ff. mit Schol.) zu motiviren: das war also in der Vorlage des Properz erzählt und die Verse sind nur im Zusammenhange mit anderen Heraklesthaten verständlich, während sie bei dem römischen Nachdichter ohne Störung des Zusammenhanges ausgeschieden werden können*[1]. Sed percenseamus, quae causae afferantur, quibus permotus Hercules in Boreadas ira incensus fuerit eosque necaverit. Secundum Apollonium Rhodium I 1300 ss. Boreadae suaserunt, ne socii Herculem exspectarent. Si igitur Hercules postea comperit se illis auctoribus in aliena ignotaque terra cum uno comite Polyphemo relictum esse, haec irae satis magna causa erat. Quae ab aliis causae inventae dicuntur, eo spectant, ut Hercules aut aperta inimicitia aut invidia commotus sit. De insidiis Herculi structis narraverunt Nicander et Aenesidemus. Schol. 1300: *Νίκανδρος δέ φησιν οὕτως „ἐπειδὴ Ἡρακλῆς ἐμνησικάκει τῷ Βορέᾳ“*; schol. 1304: *Νίκανδρός φησι . . . Βορέαν αἴτιον γεγονέναι τοῦ θανάτου τῶν προειρημένων διὰ τὸ χειμάσαι τὸν Ἡρακλέα εἰς Κῶ ὑποστρέφοντα.* Schol. 1300: *Αἰνησίδαμος ἐν Τηνιακοῖς, ἐπειδὴ τὸν Ἡρακλέα ξενίσαντες ἐνήδρευσαν αὐτὸν φονεῦσαι βουλόμενοι.* De invidia haec inveniuntur (Schol. 1304): *Σῆμος δέ φησι διὰ τὸ ληφθῆναι δρόμῳ τὸν Ἡρακλέα ὑπὸ τῶν Βορεαδῶν, Στησίμβροτος δέ, ὅτι διαφορὰν ἔσχον πρὸς τὸν Ἡρακλέα περὶ τῶν δεδομένων δώρων ὑπὸ Ἰάσονος τοῖς ἀριστεῦσι.* Haec omnia quae proferuntur, satis gravia sunt ad Herculis iram explicandam. Sed si quis propter Hylam fingere volebat Boreadas ab illo interfectos esse, sine dubio de vera vi puero illata dicendum erat, non de levi illo conatu, quem facile Hylas ramo arceret. Atque illa vis Hylae illata

---

[1]) Knaackii sententiam amplexus Ernestus Maas, Aratea (= Kiessl.-Wilam. Philol. Unters. XII) p. 337 adn. conicit Rhiani Heracleam et Apollonio et Propertio praesto fuisse, „ob puerilem amorem vel in heroum vita moribusque a Rhiano expressum.“

alio in conexu commemorari debebat, non, ut apud Propertium, ita, ut Boreadae illi nihil noceant, nymphae solae periculo sint: nam Propertium rem ex alio quodam conexu solvisse atque insuper immutasse, id solum agentem, ut Boreadas sibi minime necessarios in carmen suum insereret, vix quisquam credet. Itaque equidem in contrariam partem discedens historiolam de Boreadis, qualem apud Propertium legimus, in nullo alio nisi hoc ipso conexu intellegi posse arbitror [1]). Is poeta quem Propertius secutus est, Boreadas arcessivit, ut demonstraret nisi casu quodam infelici Hylam Herculi eripi non potuisse. Nam quamquam multis propter pulchritudinem placuit [2]), inter hos Boreadis, tamen soli Herculi deditus ceteros reppulit; a nymphis nulla sua culpa raptus est.

Iam si conamur extricare, quis ille poeta sit, id certum est neminem eorum esse, quorum carmina etiamnunc habemus: nam nulla earum quas Propertius uberius tractavit rerum apud alium scriptorem invenitur, dico Boreadas, regionis circa fontem sitae descriptionem, Hylae flores decerpentis moram [3]).

Restat igitur, ut inter eos quaeramus carminis nostri auctorem, quos iam non habemus. Atque quoniam constat a Propertio ipso Callimachum et Philetam inter elegiarum poetas Alexandrinos longe plurimi aestimatos esse, verisimillimum est alterum eorum fontem Propertii fuisse. Rauchius (p. 34) carmen Callimacho nullo negotio attribuendum esse putavit: *für den von den Alexandrinischen Dichtern mehrfach behandelten Raub des Hylas durch die Nymphen ersetzt uns Propertius den Mangel an Fragmenten, in dessen 20. Elegie des I. B. die Kalli-*

---

[1]) Non nego Boreadas potissimum Hylam sequentes fingi, quod constabat eos alias quoque Herculis aemulos esse.

[2]) Cf. Val. Flacc. Argon. III 599 s.: . . . *omnibus aeque grata rudimenta.*

[3]) Non recte Fritzschius Theocr. II vol. II p. 1: *Imitandi* inquit, *materiem hoc carmen (Theocr. XIII) praebuit Propertio I 20.* Cf. Knebelium in libro *Elegieen von Properz, Leipz. 1798 p. 50: Eine genauere Vergleichung mit der Erzählung, wie sie unser Dichter darstellt, und der vom Theokrit müsste . . . unterrichtend sein.* Equidem praeter versus p. 28 laudatos nullam Theocriti imitationem video. Atque hos ipsos versus iam auctor Propertii ad illius exemplum conformare potuit.

macheische Färbung sich um so weniger verkennen lässt, als die zarte Schilderung, der leichtere und klare Fluss der Dichtung den treuen Anschluss an das griechische Original deutlich beweist. Sed haec est parum valida argumentatio, praesertim cum optio sit inter Callimachum et Philetam, inter quorum dictionem certe summa erat similitudo. Ungerus (Anal. Prop. p. 26) de Phileta cogitavit, sed ne hic quidem certa causa prolata : . . . *ne iam quid coniectura prosequar argumenterque non solum Arganthonii montis mentionem, verum etiam omnem Hylae fabulam a Phileta sumpsisse Propertium.* Otto (p. 49) animadvertens Ungeri sententiam „non sat idoneis argumentis esse confirmatam" Philetam tamen tenuit, cum sibi videretur certiora argumenta nactus esse. Enumerat enim p. 48 s. eos locos quibus Propertius cum Theocrito vel Apollonio quibusque Apollonius et Theocritus consentiant. Sed his rebus talia immiscuit, qualia mihi dissentire potius videntur, quam consentire, velut antri nympharum descriptionem Prop. v. 35 ss. et Theocr. v. 40 ss., de qua supra dictum est; cetera vero tam levia sunt, ut ad fontem communem cognoscendum nihil valeant, ac maximam partem eiusmodi, ut facile a compluribus poetis similiter fere proferri potuerint. Quod igitur ex illis locis Otto satis certo putat communem fontem agnosci posse eumque Philetam fuisse dicit, quoniam Theocritus discipulus eius fuerit, equidem assentiri non possum. Mihi rectius videtur confiteri propter argumentorum penuriam certi quicquam effici non posse.

2. Valerius Flaccus

in Argonauticis Hylam longe aliter atque Propertius tractavit id quidem studens, quod ille non studuerat, ut fabulam ad suum arbitrium exornaret atque mutaret (III 481 ss.). Omnino enim de Argonautis sic scripsit, ut Apollonium Rhodium respiceret nec tamen in rebus fingendis suo ingenio indulgere dubitaret. De Hyla quidem in summa tantum rei cum Apollonio congruit: Hylam ab una nympha in fontem detractum, Herculem autem propter illum amissum in Mysorum regione a sociis relictum esse. De relicto rixa inter Argonautas oritur, in qua Telamon potissimum amicum expectandum monet. Inter eius adversarios Calais eminet (III 692), ut apud Apollonium ambo Boreadae. Sed

multo plura innovata sunt. Totum illud fatum dolo Iunonis Herculi inimicae [1]) efficitur, cum illa Dryopae nymphae Hylam coniugem destinet. Iunonis voluntate Herculem in Mysia relictum esse iam Graeci quidam auctores dixerant, ut docet schol. Theocr. XIII 75 *τοῦτο ἰδίως ὁ Θεόκριτος λέγει, ὅτι πεζῇ ἦλθεν εἰς Κόλχους τῶν ἄλλων λεγόντων μὴ παραγενέσθαι, ἀλλὰ κατὰ βουλὴν τῆς Ἥρας ἀπολειφθῆναι.* Qui hoc modo Iunonem rei arbitram fecerunt, eos id studuisse apparet, ut quod apud Apollonium casui tribueretur, ad certum aliquod maiusque consilium referretur. Singulas res Valerius Flaccus ex suo ingenio narrare videtur. Iuno igitur, cum Hercules in silvam Mysiam remi parandi causa, ut apud Apollonium, abiisset Hylasque eum sequeretur, *tempus rata nocendi* (III 488) Minervam ad res Colchicas constituendas dimisit, ne ab illa impediretur. Quo facto in silvam illam se contulit, ubi Dryopen convenit, quae ex fonte evaserat tumultu Herculis varias feras venantis excitata inque domicilium suum reditura erat. Statim ei nuntiat Hylam modo advenisse adulescentem Baccho Apollinique pulchritudine parem promittitque hunc illius coniugem fore. Cervo pulcherrimo a Iunone misso Hylas ad venandum pellectus et ab Hercule ipso admonitus, ne praedam dimitteret, brevi procul ab amico abductus est longoque errore denique defessus ad fontem pervenit, ubi cervus evasit. Tum vero Hylas ad fontem amoenum procubuit, ut requiesceret nymphaeque in amplexum devenit Hercule frustra vocato. Interim hic, qui ornum in montibus aptam invenerat, Hylam alio itinere reversum esse arbitratus ad navem rediit neque usquam comitem vidit. Polyphemus, cui Apollonius multos versus dedit, non commemoratur. Tum copiose (572—597) describitur, quomodo Hercules Hylam — frustra — quaesiverit. Socii non, ut Apollonius dixit, imprudentes Herculem relinquunt, sed quamquam ventus a Iunone secundus dabatur, per complures dies exspectant, cf. v. 652 :

septimus hic celsis descendit montibus auster.

Itaque etiam hic in locum casus illius, quem in Apollonii

---

[1]) Iunonem Herculi inimicissimam esse atque aegre ferre, quod is, in quem omnia mala moliri semper sit parata, eius ipsius expeditionis cui illa maxime faveat, particeps fiat iam in libro I v. 111 ss. a poeta demonstratum est.

narratione haud ita credibilem esse vidimus, certa quaedam ratio supposita est. Tandem vero Iason commemorato oraculo, quo sibi responsum esset ante scopulos errantes fato sociorum fortissimum ab expeditione avocatum iri, suis optionem dat, utrum navem solvere an diutius illius adventum exspectare mallent. Plerique proficisci gestiebant repugnante uno Telamone; cui maxime obloquebantur Meleager et Calais. Itaque, ut apud Apollonium, Argonautae sine Hercule proficiscuntur. Initio libri quarti fusius narratur, quod apud Apollonium deest, quid Hercules solus, ut erat, gesserit, quomodo denique ad quietem pervenerit. Hercules enim nectare a Iove in tempora instillato consopitus somnio Hylam vidit et fata sua narrantem audivit. Item quae inter socios ante profectionem disputata sint, ille cum Hercule communicat. Tum minus apte quam rhetorice Herculem adulescentulus monet, ut in fortitutidine perseveret, cuius praemium caelum ei datum iri, neve sui obliviscatur. Haec cum audivisset Hercules Hylam quaerere desiit. Nec vero, ut apud Apollonium, ad labores illos continuandos in Peloponnesum abit, sed ad Prometheum Caucaso affixum liberandum mittitur. Interim Argonautae mari placido profecti nondum Herculis relicti reminisci desinunt. Sed omnes curas Orpheus dulci carmine dissolvit. Itaque non, ut Apollonius, poeta vaticinio etiam Argonautas de sociis relictis certiores fieri narrat, sed quamquam res in dubio versatur, paulatim, ut fit, animi sedantur.

Longe aliter atque omnes quos percensuimus poetae

3. Dracontius

(carm. prof. II) argumentum tractavit. Is rem ad Peneum flumen transtulit, ubi Clymene nympha a Sole amata habitabat. De Cianis eorumque sollemnitate etiam Propertius et Valerius tacuerant, quippe quae hominibus Romanis remota atque abscondita esset; tamen regionem Mysiam tenuerant. Dracontius etiam hanc neglexit atque rem e genuino conexu prorsus exemit. Neque in Argonautarum expeditionem eam inseruit; sed Hercules (v. 94) *post bella suis victor ibat,* laboribus superatis domum revertebatur. Hylas a matre Herculi deditus (cf. v. 159 : *Quid matri narrabo tuae, quae te mihi parvum deposuit*) illum sequitur *gestans fulminei*

pellem cum dentibus apri. Praeterea Dracontius rem ex initio plane novo repetit, cum fingat nymphas amore Hylae a Venere punitas esse, quod illam offendissent. Qua occasione utitur, ut longum sermonem habitum inter Venerem Amoremque eius filium referat, quo amoris potentia celebratur exemplisque fabulosis divinis humanisque illustratur. Venus irata, quod nymphae illae Clymene stimulatrice ignominiam eius cantaverant — scilicet eam cum Marte a Sole conspectam, a Vulcano deprehensam esse — filium demittit, ut nymphas Hylae amore incendat; quae vere poena illis est, cum Hylas nondum pubes ad cupidinem nympharum explendam annis compluribus demum praeteritis idoneus futurus sit. Hoc plane absonum est; namque omnes de quibus egimus poetae rem ita descripserunt, ut Hylas nymphis statim gratus comes atque coniunx esset [1]). Amor igitur armis suis instructus ad fontem in quo nymphae habitabant, devolavit. Lapide in fontem proiecto eas terruit, ita ut in terram provenirent. Ipse specie vesteque virginis assumpta illis se immiscuit. Tum Hercules cum Hyla praeteriit; puer nymphis valde placuit. Quem dum admirantur atque praedicant, Amor eas telis suis cunctas vulneravit, ut puerum rapere et in undis detinere constituerent. Brevi Hylas ad fontem casu pervenit aquam hausturus atque a nymphis submersus est, quae flentem blande consolantur. Quomodo ab Hercule, quocum advenerat, secesserit, non explicatur. Herculis error breviter describitur. Quid Hyla factum sit, ab Amore ipso in caelum redeunte comperit. Ac pauca de amisso puero lamentatus celeriter hac re se solatur, quod Hylas inter divos receptus sit. Quo nuntio etiam matris dolorem in gaudium commutatum iri confidit.

Pulchritudo Hylae a poeta quam maxime praedicatur atque etiam nimium effertur, cum eum nymphae non solum

---

[1]) Nec vero Dracontius inventum suum usque ad finem tenuit: quamquam enim dicit (v. 69 s.):

Haec illis sit poena nocens, ut vota trahantur
Ipsarum in longum, donec pubescat amatus,

tamen infra rem sicut ceteri narrat: postquam Hylas in fontem demersus est, de dolore nympharum aut de vana cupiditate nihil commemoratur, immo mero gaudio affectae sunt, quod desiderium earum expletum est, v. 139. 140:

Tu noster iam sponsus eris sine fine dierum.
His dictis mentem pueri mulcebat amica.

Hippolyto, Paridi, Iasoni, sed etiam Baccho et Apollini praeferant (v. 104 ss.):

Non fuit Hippolytus talis, non pastor ab Ida,
nocturnae fulgore deae non pulcher Iason,
nec Bromius iam talis erit nec magnus Apollo.

Ipse Hylas describitur v. 65 ss.:

Alcidis comes est comis puerilibus annis,
quem rubor ut roseus sic candor lacteus ornat,
illi purpureus niveo natat ignis in ore [1]).

Dracontius quamquam fabulam ad suum prorsus arbitrium conformavit, tamen non ignoravit, quae Valerius Flaccus de eadem re conscripserat. Cf. v. 95--99:

. . . *cui iunctus Hylas pulcherrimus* h a e r e t
g e s t a n s *fulminei pellem cum dentibus apri,*
et licet invalidus haec pondera ferre laborat,
ipse tamen g a u d e t, *quasi iam commune trophaeum*
gestet et Alcides non solus fuderit aprum

et hos locos Valerii Flacci: (I 108—111)

. . . *Arcadio cuius flammata veneno*
tela puer facilesque umeris g a u d e n t i b u s *arcus*
g e s t a t *Hylas: velit ille quidem, sed dextera nondum*
par oneri clavaeque capax.

(III 486) h a e r e t *Hylas lateri passusque moratur iniquos* [2]).

Fatum Hylae etiam

4. Ausonius

epigrammate 98 Schenkl (= 97 Peiper), quod inscribitur: *De Hyla quem Naiades rapuerunt*, non male describit:

Adspice, quam blandae necis ambitione fruatur
Letifera experiens gaudia pulcher Hylas.

---

[1]) Hic Dracontius Statii vestigia premit (cf. Ach. I 161). Cf. omnino de eis locis carminis quibus Statiana repetuntur, Conradum Rossberg, De Dracontio et Orestis quae vocatur tragoediae auctore eorundem poetarum Vergilii Ovidii Lucani Statii Claudiani imitatoribus, Nordae 1880 p. 26.

[2]) Praeterea apud Dracontium ut apud Valerium Flaccum Hylas cum Baccho et Apolline comparatur. Denique, ut Riccardus Foerster me monet, Deiopeae nomen (v. 131) ad exemplum Dryopae (Arg. III 529) fictum est.

Oscula et infestos inter moriturus amores
Ancipites patitur Naidas Eumenidas.

Quattuor versibus quattuor modis demonstratur fatum illud anceps esse, cum amor nympharum Hylae et gaudio et perniciei sit. Fortasse poetae tabula quaedam picta ante oculos versata est, ut illud *adspice* proprio sensu intellegendum sit.

Iam vero ad difficilem rem accedo. Hoc enim quod modo tractavimus epigramma alio excipitur, quod inscribitur *Nymphis quae Hylam merserunt*; constat autem his tribus versibus :

Furitis procaces Naides
Amore saevo et irrito :
Ephebus iste flos erit.

Qua re commotus Ausonius vel, si non ipse finxit, eius auctor Hylam in florem mutatum dicat, equidem explicare non possum. Rei difficultatem levare studuit Riccardus Foerster (Jahns Jahrb. 135 ann. 1887 p. 174) : *Dass Hylas in eine blume verwandelt worden sei, ist meines wissens nirgends überliefert. dass Ausonius aber denselben mit Hyakinthos oder Narkissos verwechselt habe, ist besonders im hinblick auf epigr. 98 aspice etc. höchst unwahrscheinlich. ich möchte daher in epigr. 99 . . . statt flos lesen fons, indem ich einerseits auf Valerius Flaccus Arg. IV 26 ff. „hoc nemus heu fatis mihi iam domus, improba quo me nympha rapit saevae monitu Iunonis; in arces nunc Iovis accessus et iam mihi lumina caeli conciliat iungitque toros et fontis honores“, andererseits auf Hesychios u.* Ὕλας· κρήνας Κιανοί *verweise.* Quae quamvis nunc Foerstero minus placere sciam, laudasse satis habeo : ipse melius rem expedire nescio.

Extremo huius capitis loco ea affero, quae apud mythographos Latinos excepto Hygino (cf. p. 43 ss.) inveniuntur.

5. De mythographis.

Ad fontem mythographum certe redeunt scholia ad carmina Vergiliana sub variis nominibus servata. Itaque haec coniungo cum mythographis qui dicuntur Vaticanis. Locos mihi liceat ita afferre dispositos, ut facile quae singulis communia sint et ad unum auctorum referenda, perspiciatur:

Serv. in Verg. buc. VI 43

Hylas puer, Thiodamantis filius, ob speciem Herculi fuit carissimus, quem secutus navigantem cum Argonautis in finibus Ioniis iuxta Moesiam apud fontem calciamnis (l. Ascanii amnis) [1]) *cum aquatum iisset, a nymphis raptus est. . . . puerum, comitem Herculis, quem perdidit in finibus Ioniis iuxta Mysiam nec usquam potuit reperire. Postea cum esset cognitum, quod perisset in fonte, ei statuta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut eius nomen clamaretur in montibus : ad quam imitationem nunc dicit 'ut litus Hyla Hyla omne sonaret.' Per transitum rem veram tetigit; tertio enim ab ephebo puero in monte comitantibus universis nomen eius clamabatur.*

Serv. Aen. I 619 :

historia hoc habet, Herculem cum Colchos iret perdito Hyla, qui aquatum profectus, ut fabula loquitur, a nymphis adamatus et raptus est, ut veritas habet, lapsus in fontem altissimum necatus est [2]), *post peragratam Mysiam navibus Troiam venisse. a cuius portu cum eum Laomedon arceret etc.*

[1]) Haec emendatio probatur loco qui infra (p. 66) afferetur Prob. Georg. III 6.

[2]) Cf. mythogr. Vat. II supra.

Mythogr. Vat. I 49

Hercules cum accessisset comes Argonautis, Hylam Thiodamantis filium secum duxit armigerum admirandae pulchritudinis iuvenem. Ipse vero fregerat remum in mari, dum pro suis remigat viribus, cuius reparandi gratia Mysiam petens silvam fertur ingressus. Hylas vero cum aquatum perrexisset, conspectus a nymphis raptus [1]) *est. Quem dum Hercules quaerit, relictus ab Argonautis est in Mysia.*

[1]) Cod. *receptus*, corr. Maius.

Mythogr. Vat. II 199

Hercules cum comes Argonautis accessisset, Hylam Thiodamantis filium admirandae pulchritudinis iuvenem secum duxit armigerum. Qui [1]) *remum fregit in mari, dum* [2]) *pro suis remigat viribus, cuius reparandi gratia Mysiam petens silvam fertur ingressus. Hylas vero cum aquatum cum urna perrexisset, in fluvium cecidit* [3]): *unde a nymphis raptus esse dicitur. Quem dum Hercules quaerit, ab Argonautis impeditus esset* [4]) *in Mysia est relictus. Postea cum cognitum esset in fonte eum perisse, statuta sunt ei sacra, in quibus mos fuerat, ut nomen eius clamaretur in montibus. Ad quam imitationem Virgilius dicit : litus Hyla omne sonaret. Hercules perdito Hyla post peragratam Mysiam Colchos pergens navibus venit Troiam, a cuius portu etc.* [5]).

[1]) *Qui* (non *idem*) cod. teste O. Rossbachio.

[2]) *cum* cod. teste Rossbachio.

[3]) Idem Euhemerismus apud Serv. Aen. I 619.

[4]) An scribendum *quaerit nec reperire potest, ab Arg.?*

[5]) Cf. mythogr. Vat. III 8 p. 175 (Mai), qui Servium, ut saepius, laudat. Servius Hylam tangit etiam ad Aen. XI 262 *causam belli fuisse Troiani . . . quod Herculem quaerentem Hylam suscipere noluerunt.*

Ex hac farragine, quae de ritu Cianorum narrantur, ut suo loco (p. 2) commemoravimus, inter bona veteris memoriae frustula habenda sunt. Mythographos Vaticanos multa ex Servio, eoque hic illic pleniore quam quem nos habemus, atque omnino ex scholiis ad Vergilii carmina pertinentibus hausisse constat. Quibus locis ea quae de Hyla exscripsimus, addenda esse apparet ex verbis *ad quam imitationem Virgilius dicit etc.* Nec vero ipsi mythographi I et II ex scholiis illis libaverunt, sed communis eorum auctor, ex quo illi partim eadem, partim diversa excerpserunt.

Etiam haec scholia ad Hylam pertinent: Prob. Georg. III 6 *Hylas, Thiodamantis filius, Dryopum regis, quorum gens subiecta Parnaso fuit, qui patre interfecto Herculem secutus fuit, studio eius virtutis ardens. Cum ex comitatu Argonautarum in Mysia Hercules recessisset ad materiam quaerendam remi, quem fractum volebat reficere, et Hylas ad hauriendam aquam fluminis Ascanii* [1]) *urnam extulisset, dum accedit ad ripam, adamatus a nymphis est. Propter hunc Hercules comites deseruit nec secutus Iasonem, ut refert Apollonius in Argonauticis : eius fluminis † Nympha † Madide † tunicae partus est.* [2]) *Et Apollonius refert in Argonautis † ἀλεξιονην ὀνομακριτο.* [3]) Praeter Apollonium in hac narratione etiam Theocritea et Nicandrea inveniuntur : *studio eius virtutis ardens* fere Hylas etiam apud Theocritum est. Quod de fluminis partu dicitur, Nicandrum redolet, quoniam nymphas ille Ascanii filias dicit, ac si recte intellego etiam nomina tria nympharum agnoscenda esse, hac in re Theocritum cum Nicandro mixtum habemus. Verba *propter hunc Hercules comites deseruit nec secutus Iasonem* de Herculis quodam consilio videntur intellegenda esse — non de Hercule invito relicto — quod probatur loco Prob. Ecl. VI 43 : *Argonautae Colchos migrantes cum aquatum descendissent, Hylas, Thiodamantis filius, qui in deliciis Herculis erat, ad fontem venit et adamatus a nymphis immersus*

[1]) Hoc uno scholiorum Vergilianorum loco nomen verum fluminis legitur, cum ceteris habeas *caici* vel *eelei* vel *cetei*. Vix dubium est quin ii loci, quibus hae corruptelae inveniuntur, communem habeant fontem, recte autem legatur *Ascanii,* quod nomen aut ex Nicandro aut ex Propertio ad mythographos pervenerit.

[2]) Legendum videtur : *eius fluminis Nychea, Malis, Eunice partus est.*

[3]) Locus desperatus est.

est. Eapropter Hercules sequi Argonautas noluit, quod indiligentes custodiendo comiti suo fuissent.

Euhemerismus qui dicitur, praeter Servium Aen. I 619 et mythographum Vaticanum II 199 etiam in scholiis Bernensibus exstat ad Ecl. VI 43 (ed. Hagen JJ. Suppl. IV p. 799): *Hercules cum Argonautis navigans reficiendi remi causa in silvam processit, quem comitatus est Hylas, Theodamantis filius; sed dum Hercules optatam arborem quaerit, puer aquandi gratia ad fontem venit Cetei fluminis, qui a Nymphis adamatus et raptus est, vel sicut alii volunt, in eodem fonte praeceps lapsus et necatus est, quem cum diutius clamitans quaerit, ab Argonautis relictus Prometheum solvisse dicitur. . . . Hylan] comes Herculis et cum Argonautis navigans navi excidens interiit. Quidam eum dicunt ad puteum Moesiae vel fontem Caici*[1] *venisse atque ibi praecipitatum interisse. Quem fingunt esse a Nymphis adamatum atque raptum. — Relictum] perditum vel ablatum iuxta actum*[2] *civitatem Moesiae.*

Nanciscimur hoc scholio novam de Hyla Euhemerismi formam, sc. nave eum excidisse.

Denique reliqua scholia, quoniam nihil novi ex iis discimus, exscripsisse satis habeo:

Serv. Georg. III 6 *Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus raptus est a nymphis in Mysia.*

Schol. Veron. Georg. III 6 *Hylas Thiodamantis filius, inter Argonautas comes Herculis, in Mysia raptus ab nymphis et fonte immersus*[3] *est.*

Schol. Bern. Georg III 6 *Hylas puer] Hic secutus Herculem, ut aiunt, ab eodem dilectus, a Nymphis adamatus in fontem praecipitatus est, quem cum quaererent nautae nomine suo saepius vocarunt dicentes 'Hyla, Hyla'. Iunilius dicit.*

Schol. Bern. Ecl. VI 44 *Ut litus Hyla Hyla! omne sonaret] quaerenti Herculi vel a Nymphis adamatus quaeritur.*

---

[1]) Sic Hagen secundum Servium. (Codd. *vel caiaei*). Sed puto etiam hoc loco *Ascanii* restituendum esse.

[2]) Legendum est *Cium.* Ex *cium* per errorem factum est *ctum,* quod stupide in *actum* suppletum est.

[3]) Sic cod. Veron. 38 secundum Arnoldum Herrmann, Die Veroneser Vergilscholien I. II Donaueschingen 1869—70. Keilius habet [*haus*]*tus.*

Ut brevi complectar, quod de tota hac copia mythographa censeo, suspicor unum fuisse librum, in quo fabulae uberrime narratae erant. Ex quo libro varii scriptores varia elegerunt simili ratione atque Graeci ex eo enchiridio hauserunt, quod fons est Apollodori bibliothecae aliorumque librorum.

VIII. De Hyla a scriptoribus Romanis obiter commemorato.

Hylas inde a primo a. Chr. saeculo inter eas personas e fabulis Graecis petitas numerandus est, quae etiam apud Romanos notissimae celeberrimaeque erant. Quod vel ex uno loco Vergiliano Georg. III 6 apparet. Vergilius enim enumerans, quae fabulae maxime vulgatae sint, haec dicit v. 4—8:

omnia iam volgata: quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?
cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos
Hippodameque umeroque Pelops insignis eburno,
acer equis? . . .

Iterum Vergilius Hylam tangit ecl. VI 43 s. Silenum enim fingit cecinisse, quomodo mundus ortus esset, tum hominum ex lapidibus originem, aetatem auream, Promethei fatum; deinde pergit:

his adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
clamassent, ut litus 'Hyla, Hyla' omne sonaret.

Hoc quoque loco elucet hanc fabulam inter clarissimas habitam esse, cum ex omni Argonautarum expeditione ea potissimum a Sileno deligatur.

Argonautas Hylam vocasse apud Vergilium primum legimus; neque obloquar, si quis dicat illi Graecum aliquod exemplar obversatum esse. Hoc amplexus est Valerius Flaccus (III 724 s.):

omnis adhuc vocat Alciden fugiente carina,
omnis Hylan, medio pereuntia nomina ponto.

Ovidius Hylam ut exemplum pulchritudinis egregium profert art. amat. II 109 s.:

Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero,
Naiadumque tener crimine raptus Hylas.

Alter locus est in Tristium libro secundo (iam p. 13 commemoratus), ubi varia tragoediarum argumenta v. 381—408 enumerantur. Qua in enumeratione legimus v. 405 s. :

Huc Iole Pyrrhique parens, huc Herculis uxor,
Huc accedat Hylas Iliacusque puer.

Seneca Hylam commemorat in ‚Medea' (649 ss.) :

. . . meruere cuncti
morte quod crimen tener expiavit
Herculi magno puer inrepertus.
raptus heu tutas puer inter undas.

Statius Hylae exemplo varie utitur : (Silv. I 2, 197—199)

Asteris et vatis totam cantata per urbem,
Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu,
Quantum non clamatus Hylas.

Hic igitur inducitur ut homo summo cum desiderio quaesitus.

Nymphae, quae Hylam rapuit, bis mentio fit — quod vero unam nympham habet, secutus est Valerium Flaccum, cuius aliam imitationem infra commemorabimus : Silv. I 5 poeta nymphas invocat (v. 15 ss.), ut in balneo Claudii Etrusci habitent exceptis tamen iis, quae culpa aliqua aquam infamaverunt :

(v. 20—22) . . . *procul hinc et fonte doloso*
Salmacis et viduae Cebrenidos arida luctu
Flumina et Herculei praedatrix cedat alumni.

Silv. III 4 Venus Flavi Earini pulchritudinem praedicans dicit (v. 40—43) :

. . . cedat tibi Latmius ultro
Sangariusque puer quemque irrita fontis imago
Et sterilis consumpsit amor. te caerula Nais
Mallet et apprensa traxisset fortius unda.

Praeterea cum Hyacintho Hylas ut puer pulcherrimus commemoratur Silv. II 1, ubi Glauciae, qui fuerat Atedio Meliori dilectissimus, forma laudibus summis effertur, v. 112

Oebaliden illo praeceps mutaret Apollo,
Alcides pensaret Hylan etc.

Denique huc pertinet Theb. V 441—444, ubi inter Argonautas, de quibus Hypsipyle plura narrat, Hercules cum Hyla nominatur :

Audet iter magnique sequens vestigia mutat
Herculis et tarda quamvis se mole ferentem

Vix cursu tener aequat Hylas Lernaeaque tollens
Arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.

Quo loco vox *gaudet*, praeterea sagittae hydrae veneno imbutae, gradus Hylae Herculem non aequantis ita cum Valerio Flacco conspirant, ut Statium eius memorem fuisse appareat.

Martialis non paucis locis Hylae mentionem facit. Epigr. V 48, 5 eius capillos laudat :

Talis raptus Hylas, talis deprensus Achilles
Deposuit gaudens matre dolente comas.

Epigr. VI 68 Eutychus puer a Castrico amico Martialis amatus propter pulchritudinem fatumque cum Hyla comparatur : (v. 3 ss.)

Inter Baianas raptus puer occidit undas
Eutychus ille, tuum, Castrice, dulce latus.
Hic tibi curarum socius blandumque levamen,
Hic amor, hic nostri vatis Alexis erat.
Numquid te vitreis nudum lasciva sub undis
Vidit et Alcidae nympha remisit Hylan?

Similiter de Hercule dicit Domitiani faciem gerente Ep. IX 65, 13 s. :

Nunc tibi Iuno favet, nunc te tua diligit Hebe;
Nunc te si videat nympha, remittet Hylan.

Vides Martialem sicut Statium de una nympha verba facere. Huc pertinet etiam Epigr. VII 15, 1 s. :

Quis puer hic nitidis absistit Ianthidos undis
Et fugitat dominam Naida? numquid Hylas?

Cf. praeterea Ep. IX 25, 7 :

Trux erat Alcides, et Hylan spectare licebat

et X 4, 3 s. :

Quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopaeus et Attis,
Quid tibi dormitor proderit Endymion?

Denique is locus afferendus est, quo uno aperte Herculis amor in obscoenum deflectitur, Ep. XI 5 s. :

Incurvabat Hylan posito Tirynthius arcu :
Tu Megaran credis non habuisse nates?

In Iuvenalis satiris semel Hylas invenitur. Enumerat enim ille in satira prima res quasdam fabulosas, quas sine periculo ad suum quisque arbitrium tractare possit (v. 162—164) :

securus licet Aenean Rutulumque ferocem
committas, nulli gravis est percussus Achilles
aut multum quaesitus Hylas urnamque secutus.

Rufius Festus Avienus in periegesi secundum Dionysii opus composita haec habet (III v. 976 ss.) :

. . . *Mysos tacitum diffusus in aequor*
Tergaque flavescens sulcat Cius : huius ad undam
Pulcher Hylas nymphis quondam fuit anxia cura.

Avienus igitur — aliter ac Dionysius — vulgatiorem fabulae formam praetulit.

Similiter rem describit Priscianus in periegesi v. 773 ss. (PLM ed. Baehrens V p. 301) :

Bebrycii post hos et Mysia montibus alta,
Qua Cius egregia decurrens murmurat unda :
Qua nymphas perhibent comitem rapuisse potentis
Alcidae puerum tristissima fata gementis.

Praeter Arnobium, qui supra (p. 49) una cum Clemente Alexandrino commemoratus est, a scriptoribus christianis his locis Hylas ut impuri amoris exemplum proponitur :

Tertull. ad nation. II 14 :
Adicite potius titulis Herculaneis stupra puellarum, uxorum, et fascias Omphales, et ob decori pueri amissionem turpiter desertam militiam Argonautarum.

Firmicus Maternus de errore prof. gent. c. 12, 2 : *puerorum aliquis delectatur amplexibus : Ganymedem in sinu Iovis quaerat, Herculem videat Hylam impatienti amore quaerentem, Hyacinthi desiderio captum Apollinem discat, Chrysippum alius, alius Pelopem videat, ut per deos suos sibi licere dicat quicquid hodie severissime Romanis legibus vindicatur.*

Aurelius Prudentius contra Symmachum I 116 ss. :

Herculeus mollis pueri famosus amore
Ardor, et in transtris iactata efferbuit Argo,
Nec maris erubuit Nemea sub pelle fovere
Concubitus et Hylam pereuntem quaerere caelebs.

Postremo loco pono epigramma incertae aetatis haud magni aestimandum

Anthol. Salm. 69 (Riese):

Raptus aquator Hylas. Nympharum gaudia crescunt.
Herculis ira tumet. raptus aquator Hylas.

IX. De hominibus qui puerili aetate mortui a nymphis rapti dicebantur.

Fabula ab hominibus doctis et poetis exculta etiam vulgo valde placuit. Itaque sicut a Martiale poeta VI 68 Eutychi pueri fatum cum Hyla comparatur, etiam ab aliis invenimus mortem praematuram interdum ita explicari, ut qui mortuus sit, a nymphis raptus esse dicatur, si pulcher fuerit. Collegit nonnulla eiusmodi epitaphia Iosephus Kamp (Festschrift z. Feier d. 50jähr. Best. d. K. Friedrich-Wilhelms-Gymnasiums zu Köln 1875 part. 5: „Ein Ganymed-Torso in Köln. — Hylas" p. 86 s.). Sunt hi tituli: (de puella) Epigr. Kaibel. 570 = CIG 6201

. . . *παῖδα γὰρ ἐσθλὴν*
ἥρπασαν ὡς τερπνὴν Ναΐδες, οὐ θάνατος.

(Item de puella) AP XII 285 = CIG 6293

Νύμφαι κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο,
Καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τοῦτ' ἔπαθον
Νηπίη οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

Muratori, Nov. thesaur. vet. inscr. II p. 1231 (nr. 3) (Romae in urnula:) *Hic situs est M. Ulpius Firmus A. L. anima bona superis* r e d d i t a *raptus a nymphis. vix. ann. VIII m. VI. deceptor. parentorum Ulpius Nymphicus fil. dulcissimo.*

Mazocchi, Epigr. urb. Romae 148, 3 [1]: *Fundi huius dominus infans hic iacet similis deo. Hunc ab* [2] *ante oculis parentis rapuerunt nymphae in gurgite. monimentu(m) quot filius patri facere debuerat, ipse fecit.* [3]

---

[1]) Kampius eundem titulum inveniri dicit apud Gruterum p. 713, 11, sed hoc loco non exstat.

[2]) *ab* omisit Kampius.

[3]) Ad hanc seriem non pertinet carmen Anthologiae Latinae (Burmann-Meyer) II 1164, cuius initium Kampius p. 87 laudat:

Raptus ego superis patribusque ablatus
Cum frui debueram aetate, torrida fata negarunt.
Praecipitem memet superi mersere sub undas.

Hic enim de nymphis non agitur.

X. De Hylae nomine apud Romanos obvio.

Imperatorum aetate nomen Hylas servis saepe dabatur, quamobrem etiam libertini eiusdem cognominis non raro inveniuntur; accedunt liberi quidamhomines, sed nomen ita accepisse videntur, ut maiores eorum servi fuerint. Locos multos collatos invenis in onomastico Vincentii de Vit s. v., quibbus addas: CIL II 4974, 23. III 968. V 7787. 8110, 404. VI 19609—19612 VII 328 a. X 769. 1403 g 3, 6. 1574. 7632. 8053, 159. XII 1252. 4316. 5690, 48. XIV 1073. 1976. 2408 II 2. C. I. Rhenan. (Brambach) 447, Jahrb. d. Vereins v. Altertumsfr. i. d. Rheinl. 48 ann. 1867 p. 157, Not. d. scavi d. ant., Roma 1881 p. 65, Bull. d. arch. crist. s. III ann. II Roma 1877 p. 9, Bull. d. comm. arch. com. s. III v. XII Roma 1884 p. 272 n. 3, vol. XVI 1888 p. 38 n. 2045, p. 39 n. 2048 etc.

Quibus exemplis apparet nomen per totum imperium Romanum pervulgatum fuisse.

B.

De monumentis.

Monumenta quae Hylam repraesentant, quot quidem hodie exstant vel nota sunt, ad artem quam vocant Alexandrinam referenda sunt, cuius eadem argumenta propria erant quae a poetis illius aetatis imprimis colebantur.[1] Quamquam si ea quae habemus carmina ac monumenta comparamus, non invenimus artificem poetae verba accurate illustrantem. Neque ullius artificis opus tantum valuisse videtur, ut multis exemplum esset.

Agnosco vero Hylam in iis monumentis, ubi puer cum urna conspicitur a nymphis circumdatus; neque seiungendi videntur nummi Ciani puerum cum urna ostendentes hac in urbe vix aliter nominandum. Statuas puerum cum urna repraesentantes, quae apud antiquos crebrae fuisse videntur, Hylae aut alius nomine ex fabulis desumpto notandas esse certo probari quidem non potest, sed silentio praeterire nolui.

a.

De anaglyphis.

(I—V ad fontes aquasque, VI—VIII ad mortem sepulcraque pertinent.)

I. De anaglypho musei Capitolini.

Raphaelis Fabretti de columna Traiana syntagma, Romae 1690 cap. VI p. 174 ss.

---

[1]) De hoc artis genere praeclare disseruit Michaelis, Verh. d. 39. Vers. deutsch. Philol. 1887 p. 41 s.

Museo Capitolino IV tab. 54 p. 253 s.
Millin, Galerie mythol. CXXVII 475.
Righetti, Descr. d. Campid. I p. 149 tab. 147.
Raoul Rochette, Choix de peintures de Pompéi p. 205.
B. v. Köhne, Die grossen Silbergefässe des Kaiserlichen Museums der Eremitage (= Mémoires de la société d'archéologie et de numismatique de St.-Pétersbourg vol. I 1847) p. 21 s.
Panofka, Arch. Zeit. VI (1848) p. 269 s.
O. Jahn, Archäol. Beitr. p. 62 n. 34 tab. IV 2.
— Ber. üb. d. Verh. d. k. sächs. G. d. W. phil.-hist. Cl. 13. Bd. 1861 p. 361 s.
— Denkschriften d. kais. Ak. d. W. phil.-hist. Cl. 19. Bd. Wien 1870 p. 38.
CIL VI 1, 166.

Anaglyphum marmoreum paulo ante annum 1690 ante portam Capenam ad ipsam viam Appiam effossum est (cf. Fabretti). In media parte stant in basi satis rudi Mercurius et Hercules, uterque adverso pectore, capite ad sinistram verso, ille chlamyde indutus, ceterum nudus, cum caduceo et marsupio (?) in sinistro basis margine, hic in dextera parte cum pelle leonina, sinistra ramum gestans, dexteram ad frontem tollens ut *ἀποσκοπῶν* [1]), corona pinea ornatus, quod quidem Righetti I p. 150 testetur *(la destra accosta al capo coronato di pino)*. Ante hanc basin accubat sinistram versus vir barbatus seminudus, dextera arundinem gestans, sinistra innixus urna inclinata, ex qua aqua profluit, ut facile agnoscas deum fluvii, cui id quoque convenit, quod capilli (diademate cincti) tamquam umidi undique in frontem ac tempora dependent.

Sinistram partem anaglyphi tres Gratiae obtinent inter se amplexae, quales in multis antiquae artis monumentis cernuntur.

His a dextera parte respondet Hylas a duabus nymphis circumventus. Hic adulescens chlamyde indutus, quae in dextero umero affixa praeter partem pectoris brachiumque sinistrum nihil obtegit, cum balteo, ex quo gladium in sinistro latere dependere putandum est, pleno gradu dexteram versus tendit manu sinistra paulum sublata, dextera demissa urnam tenens. Brachium eius dexterum retrahitur dextera manu nymphae, quae a tergo instat dextrorsum versa veste longa induta, ut

---

[1]) Non se coronans, ut Fabretti putavit. De hoc gestu quo significatur quod dicitur Graece *ἀποσκοπεῖν*, cf. Lud. Stephani, Mél. gréco-romains I p. 552 ss.

brachia tantum nuda remaneant, et sub pectore cincta. Capilli, si imago apud Righettium accurate picta est, non solum huius et alterius nymphae, sed etiam Hylae ita compti sunt, ut circum verticem capiti adstricti sint, inferior tamen pars coronam satis latam efficiat, qua frons temporaque cingantur. Sinistrum nymphae brachium item ad Hylam detinendum sublatum est, sed maior pars Hylae corpore tegitur. Altera nympha ipsa quoque usque ad pedes stolata (differt quod non cincta est vestisque manicas breves habet) ad Hylam a dextero latere modo accurrit, quod ex sinistro crure admodum inflexo atque ex vestis motu, praecipue eius quae ab umero dextrorsum volitat, satis apparet. Manum utramque Hylae obtendit, ut eum teneat sororemque adiuvet.

Sub hac tota figurarum serie inscriptum est *Epitynchanus M. Aureli Caes. lib. et a cubiculo fontibus | et nymphis sanctissimis titulum* [1]) *ex voto restituit.* [2]) *Titulus* totum anaglyphum significare videtur. M. Aurelius fuit *Caesar* per annos 138—161; cumque hoc temporis spatio anaglyphum restitutum sit, non post primum p. Chr. saeculum factum esse concludemus.

Iam si quaerimus, quid harum figurarum coniunctio significet, argutius quam rectius agere mihi videntur, qui artifici nimium consilii tribuentes singulas monumenti partes per allegoriam explicare student, velut Gratias in altera parte significare fertilitatem agrorum, quae maxime fontibus ac nymphis debeatur, in altera parte Hylam raptum imaginem esse fontium interdum exarescentium atque evanescentium. Equidem nihil video nisi compositionem figurarum inter se bene respondentium nec non affinitatis quodam vinculo coniunctarum. Quod in anaglyphi inscriptione nymphae et fontes commemorantur, monet me R. Foerster fortasse ex artificis sententia illis Gratias, his virgines Hylam rapientes respondere. Hercules et Mercurius hic pro diis fertilitatis habendi [3]) ut summa regionis numina

---

[1]) Sic intellegendum esse lapidis IIIVIVM observavit Marini, Atti e monumenti de' fratelli Arvali, Roma 1795 p. 376.

[2]) Quod posteriore aetate in ipso anaglypho inter Gratias et basin insculptum est *Bonifati vivas sacerdus*, ad nos nihil pertinet.

[3]) Hercules cum Diana, nymphis, Silvano in anaglypho 'nymfabus' devoto invenitur Mus. Pio-Clement. (Visconti) VII p. 16 ss. tab. X. Cf. O. Jahn,

eiusque tutores basi insignes sunt, minore quam ceteri statura tamquam signa, non ipsi dei. Sub iis accubat fluvius vim fontium quibus opus dedicatum est magnifice repraesentans; si nomen desideras, Tiberis fortasse, minime vero Ascanius dicendus est, cum haec media pars summa rei sit nec possit scaenae dexterae tamquam appendix putari. Gratiae apte adduntur, cum nymphis ita sint similes, ut interdum cum iis etiam confundantur. Nec male ab artifice Hylas cum duabus nymphis electus est, qui Gratiis responderet. Hylam vero ornamenti loco potius quam ipsius fabulae causa hic positum esse vel ex eo cognoscitur, quod fontis, ex quo aquam hausturus sit et in quem nymphae eum detracturae sint, in marmore nullum vestigium exstat. Apparet artificem rem ex simili monumento petivisse, quod Hylae fabulam repraesentabat neque fonte carebat, ut etiam ceteras anaglyphi figuras non princeps invenit.

Quisquis vero primus Hylam cum duabus nymphis finxit, non poetas ullos respexit rem ita describentes qui in nostris manibus non iam sint, ut putat Iac. Gronovius (Thesaur. Graecar. antiquit. I ed. 2, 1732 Hhh 2): *Sed fuisse etiam, qui duas* (sc. nymphas Hylam rapientes) *prodiderint, clamat hoc . . . marmoris frustum.* Immo si quis Hylam a nymphis raptum fingere volebat neque religiose poetas curabat, facillimum erat duas nymphas adhibere, alteram a sinistra, alteram a dextera illum circumsistentes. Itaque hic numerus quem in litteris nusquam invenimus e sola artis ratione explicandus est. Recte Koehnius (Mémoires d. l. société d'archéol. et d. num. de St. Pétersb. I 1847 p. 57 n. 82) adnotat: *die Zahl der Nymphen wird verschieden angegeben, wie die Phantasie der Dichter und Maler, oder auch bei letzteren die aesthetische Anordnung des Kunstwerkes es verursachte* [1]).

Arch. Beitr. IV 1. Hercules etiam fontium aquarumque deus erat, cf. Roscher lex. I p. 2237. Mercurium apte Gratiis propius stare me R. Foerster monet, quoniam interdum dux illarum appelletur. Cf. ipsum Foersterum in *Zeitschr. f. vergleich. Literaturgeschichte hrsg. v. Max Koch* 1894 p. 484 c. adn.

[1]) Quamquam quae vir d. addit, valde incaute dicta sunt: *Apollon. Rhod. erwähnt nur eine, an einer andern Stelle* (IV 1427) *aber drei: Hespera, Erytheis, Aegle* (hic vero locus ad Hylam omnino non pertinet; a Koehnio

II. De anaglypho putealis.

Minerva, et Maanedsskrivt. April, Maj og Junii 1799 (Hauniae) p. 139 ss. (continet litteras a Georgio Zoega 24. VI. 1797 Roma ad academiam Hauniensem datas, quae ipsae adhuc exstant in bibliotheca regia Hauniensi, Ny Kgl. Saml. 2164 d 4°).[1])

Guattani, Monumenti antichi inediti 1805 p. XXXIX—XLVII. tab. VII. VIII.

Fr. Wieseler, Die Nymphe Echo, Göttingen 1844 p. 9. 11. 12 tab. I.

L Stephani, Antiqu. du Bosph. Cimm. I 1854 ad tab. 39 n. 3.

C. Ludov. Müller, Musée Thorvaldsen. 4e section. Plâtres (Copenhague 1851) n. 298.

Puteal alterius fere p. Chr. saeculi ex marmore Lunensi factum, anno 1797 a Fagano ad Ostiam effossum, ut Zoega testatur, accuratissime atque elegantissime elaboratum atque praeter faciem Hylae, Narcissi, unius nymphae (cuiusnam Z. non dicit) optime conservatum. Ubi hodie sit, ignoratur. In museo Thorwaldseniano Hauniae exstat ectypum gypseum; cf. catalogum supra laudatum [2]).

Anaglyphum quo puteal ornatur ex duabus partibus quamquam inter se non divisis constat, quarum altera Narcissus a nymphis amatus, altera Hylas raptus repraesentatur. Regio in qua rapina fit, silvestris tribus arboribus significatur, quarum una (sinistra) e fronde fructibusque laurus intellegenda est — in hac etiam avis quaedam sedet — ceterae quales sint, non apparet. In parte antica aqua fluit, in qua pisces aliaeque bestiolae versantur. Ad huius aquae marginem Hylas [3]) appropinquat nudus chlamyde a brachio sinistro dependente ad dexteram incedens genu sinistro praeposito totoque corpore paululum proclinato — gradiens igitur fingitur — sinistra iaculum utrimque cuspidatum gestans, dextera demissa urnam inclinatam tenens; capilli densi ac cincinnati in cervicem profluunt. Hylam

falso exscriptus est Gronovii l. l.). . . . *Bei anderen kommen zwei Nymphen vor* (! hic ipse Gronovium laudat).

[1]) Gratias ago ex animo C. Jörgensenio Hauniensi, qui me non solum de hac re certiorem fecit, sed etiam totam epistulam in nostram linguam vertit.

[2]) Ad huius anaglyphi exemplum Thorwaldsenus in altero quo Hylae rapinam expressit anaglypho (musei nr. 484) nonnulla finxisse videtur. Quod Jörgensenii benignitate imaginem photographicam nactus observo.

[3]) Zoega dicit: *Han er af en herculisk Charakter, bredbrystet og musculos, og tillige rank* (= Herculeo corpore est, lato pectore, nervosus idemque gracilis).

a tergo retinet nympha seminuda, quae sedens in saxo vel simili re, quae non cernitur, sinistram versus corpore tamen ac facie ad dexteram vertitur atque sinistra manu Hylae corpus a tergo paulo supra coxam amplectitur, dextera brachium illius dexterum arripit. Capilli huius nymphae, ut alterius atque tertiae, similiter atque Hylae in cervicem promissi sunt, ita tamen, ut in vertice adhaereant, inferiore autem parte circum tempora torum efficiant. A dextero latere altera nympha item seminuda genu dextero innixa sinistrum pedem ita retro ponens, ut genu humum attingat, sinistra femur, dextera articulum manus sinistrae Hylae tenet. Tertia nympha in dextera parte in saxo assidet corpore ad dexteram verso, ita ut specie fere respondeat sinistrae nymphae, sinistram manum in genu, dexteram in sedem imponens, vestimento sub pectore cincto magis quam ceterae velata, cum tantum brachia, imi pedes atque umerus sinister nuda sint. Caput ad Hylam ceterasque nymphas vertit, ut eius multum interesse videatur scire, quid ab his geratur. Arbore inter has et illam in parte postica posita visus eius non impeditur. Itaque quamquam haec nympha non in ipso opere sorores adiuvat, tamen et specie et studio ita cum iis coniuncta videtur, ut neque Echo, ut Wieseler, neque nympham regionis eam appellandam putem. Rem potius sic explico, ut tres nymphae Hylae cupidae sint; duas tantum artifex ei manus inferentes fecit, quod sic res, praesertim in anaglypho, multo facilius fingi poterat.

III. De anaglypho situlae Petropolitanae.

Köhne, die grossen Silbergefässe d. Kais. Mus. d. Erem. p. 1 ss.
Panofka AZ VI 1848 p. 269 ss.
Raoul Rochette l. l. p. 203.
Stephani, Antiqu. du Bosph. Cimm. I pl. 39.
Gazette archéologique XII 1887 p. 76.

Situla argentea alta $5^1/_4$ werschok = 0,23 m, 5—6 wersch. diam., anno fere 1837 in ea regione quae nunc appellatur Moldau, ad vicum quendam in pago Dorogoisk situm in dextera ripa Pyreti sub arena reperta est. In hoc vase tria argumenta mythologica caelata sunt: Leda cum cycno, Apollo cum Daphne, Hylas cum nymphis, quae quidem scaena a Leda arbore divisa est. Hylas a quattuor nymphis circumdatus nudus poplite

sinistro cruri dextero imposito stat. Cubito sinistro in urnam magnam innititur, quae sub ansa persona quadam, fortasse Panis, ornata est, dextera manu sublata nympham arcet, ad quam etiam faciem leviter inclinatam capillis promissis comptam advertit. Nympha illa sedet in saxo nuda praeterquam quod vestimentum quoddam, in quo etiam insidet, pedem dexterum fere totum tegit et sinistro femori leviter iniectum ab altera parte dependet. Sinistrum genu inflexum est, pes a corpore amotus digitis tantum humum tangit. Sedens sinistram versus partem nympha faciem Hylae advertit eiusdemque brachium amplectitur in eum inhians. Collum torque, brachium dexterum duabus armillis ornatum est; sinistri maxima pars non cernitur. Capilli compti sunt paucis tamen cincinnis libere volantibus. Ab huius nymphae tergo alia nympha stat nuda, ceterum eodem modo compta et ornata. Huius in sinistro quoque brachio duae armillae perspiciuntur. Manibus sublatis (dexteram quidem supra caput tollens) urnam inversam tenens aquam largiter effundit, quae in genua alterius nymphae profluere videtur. Ab Hylae dextero latere item duae nymphae sunt. Quarum altera stat paulum ad dexteram conversa, nuda, dextero pede paululum reducto ac digitis tantum insistente. Armillis et torque, ut ceterae, ornata capillos ita habet comptos, ut singuli tori a facie ad verticem pertinentes sulcis tamquam distinguantur; in vertice autem singulorum tororum fines compositi sunt, ut globulus fere efficiatur. Eodem modo comptas esse secundum nummorum imagines Plautillam Caracallae uxorem et Lucillam, L. Veri uxorem, observavit Koehnius p. 24. Nympha de qua agitur manum utramque habet sublatam. Dextera tenens, nisi fallor, vasculum quoddam, quod tamen plane dinoscere non possum, sinistram imponit urnae inversae, quam ab altera parte quarta nympha tenet, ita ut aqua inde in pelvim defluat, quam eadem nympha sinistra manu fert. Haec nympha in humili quodam saxo sedet, vestimento simili atque ea quae Hylam amplectitur induta, ita ut tergum, quod spectanti adversum est, nudum relinquatur. Caput sinistrorsus torquet paulum in altum prospiciens, quod explicatur pelvi et urna, de quibus diximus. Capilli ita compti sunt, ut duae partes distinguantur : altera in vertice tenuis adhaeret taeniaque continetur, altera soluta in

cervicem promissa est. Armillae ei quoque nymphae quattuor ornamento sunt. Dicitur etiam torquem habere Gaz. arch. l. l., quem tamen in imaginibus quas vidi non repperi. Koehnius etiam sub pectore eam cinctam esse addit. Quod Hylas cum quattuor nymphis coniungitur, non ad fabulam quandam amissam, sed ad solum artificis arbitrium redire Koehnius recte vidit (p. 22 : *Es versteht sich von selbst, dass die Zahl derselben* [sc. der Nymphen] *nur von dem künstlerischen Gefühl des Meisters, welcher den Kados herstellte, abhängig war*). Ausus est artifex quattuor nymphas fingere, quo partes imaginis melius inter se responderent. Etiam in reliquis satis libere versatus est. Nam hoc opus a ceteris omnibus ea re differt, quod Hylas non in aqua haurienda a nymphis modo comprehenditur, sed iam apud eas paulisper moratus urna deposita tranquillus nititur. Nymphae cum eum iam possideant, securae sunt : una tantum Hylae animum advertit. Hoc tamen simile est ceteris imaginibus, quod Hylas ab huius nymphae blanditiis se defendit.

Secundum ea quae de capillis nymphae in dextera parte stantis observata sunt, situla nostra altero fere p. Chr. saeculo facta esse videtur. Compositio figurarum non mala est; atque etiam singula diligenter elaborata sunt, quamquam, si picturae fides habenda est, complura invenis haud recte delineata : sinistrum femur nymphae in sinistra parte sedentis nimis crassum est, crus nimis tenue; male delineatum est brachium Hylae sinistrum et eiusdem sinistrum femur, alia eiusmodi.

IV. De situla Herculanensi.

Winckelmann, Sendschreiben v. d. Herculanischen Entdeckungen an d. Reichsgrafen von Brühl (= Werke II p. 83 Fernow; II p. 181 Eiselein).
Gazette archéol. X 1885 p. 334.

In situla argentea, quae ubi nunc sit, nescio, Hylas caelatus est, qui in aquando a nymphis rapitur. (Winckelm. : *hier fällt mir ein ein länglich rundes Gefäss, wie ein kleiner Eimer, von Silber, mit einem Henkel zum Tragen, auf welchem, wo ich nicht irre, von getriebener Arbeit Hyllus* (Eiselein : *Hylas*) *vorgestellt ist, wie er von den Nymphen entführt wurde, da ihn Hercules ausgeschickt hatte, Wasser zu holen*).

V. De opere tectorio colorato Pompeis in thermis Stabianis.

Fausto e Felice Niccolini, Le case ed i monumenti di Pompei disegnati e descritti vol. I 1854 Napoli (Terme presso la porta Stabiana tav. VIII).
Minervini, Bullettino archeol. napolit. n. s. IV 1856 p. 23.
Helbig, Wandgemälde der vom Vesuv verschütteten Städte Campaniens n. 1260 b.
Dilthey, Bull. d. Inst. 1869 p. 155.
Giuseppe Fiorelli, Descrizione di Pompei, Napoli 1875 p. 163.
Overbeck, Pompeji 1884[4] p. 223.

Inter varias imagines, quibus thermae magnae iuxta portam Stabianam sitae ornatae sunt, Hylas cum tribus nymphis invenitur. Chlamyde a tergo volitante indutus, quae dextero femori iniecta est, sinistra duo iacula tenens, dexteram cum urna protendens sinistram versus procurrit aquam hausturus. Fons sane non cernitur, sed significatur nymphis duabus seminudis ex urnis aquam effundentibus; altera nympha Hylae propior adverso pectore sedet sinistrum brachium vasi imponens, dexterum supra caput tollens, sese coronans, ut videtur — altera spectanti tergum ostendit urnam ambabus manibus in genu sinistro tenens. Ex altera parte tertia nympha et ipsa seminuda in genu sinistrum demissa manus protendit tamquam adulescentem captura. Diltheio teste haec quoque nympha aquam ex urna profundit.

Campus est rutilus, vestimenta caerulea, crines Hylae et nympharum flavi. Anno 1869 Diltheius lineamenta tantum imaginis dinoscere poterat.

Simile opus in museo Neapolitano exstare testatur idem vir doctus l. l. his verbis : *Somigliante rilievo di stucco, di cui pare non è più rimasto che il disegno, e provenuto, se non mi sbaglio, da Pozzuoli, si conserva fra le pitture del museo nazionale.* Qua de re nihil certius comperire potui.

VI. De cippo sepulcrali Igelensi.

C. Osterwald, Das römische Denkmal in Igel u. seine Bildwerke mit Rücksicht auf das von Hrn. Zumpft nach dem Originale ausgeführte . . . Modell beschrieben und durch Zeichnungen erläutert. (Praemissa est Goethii commentatiuncula.)
Lud. Schorn, Versuch einer vollständigen Erklärung d. Bildwerke an dem röm. Denkm. in Igel (= Abh. d. philos.-philol. Cl. d. k. bayer. Ak. d. W. I München 1835 p. 257—306).

Raoul Rochette l. l. p. 204.
Römische, Byzantinische u. Germanische Baudenkmale in Trier und Umgebung, hrsg. von Christ. Wilh. Schmidt, 3. Lief. 2. Heft, 1845 (ubi de monumento Igelensi egit Franc. Kugler) cum tabula.

Cippus ille Romanus ingens (23 m alt., 5 m lat.) memoriae gentis Secundinorum dedicatus, qui est in vico Igel prope Augustam Treverorum sito, saeculi tertii parte altera exstructus videtur (cf. Schorn p. 277). Inter multas huius monumenti imagines in tympano ad meridiem spectante Hylas a duabus nymphis raptus cernitur, id quod sane eiusmodi monumento aptum est[1]. Hylas[2] chlamyde ex umero dextro dependente sinistra sublata iaculum, dextera demissa urnam tenens advenit pleno gradu ad sinistram tendens, ubi fortasse fons agnoscendus est[3]; nihilominus pectore paene adverso est. A sinistra parte nympha pallio, quo inferior corporis pars tegitur, umero sinistro ac brachio superiecto manus brachio Hylae dextero circumicit, ut eum ad se detrahat. Ab altera parte nympha nuda, nisi quod ex umero dextro utrimque vestimentum quoddam dependet, accedit et utraque manu alterum brachium Hylae arripit. Capilli et Hylae et nympharum breves sunt. Quod duae hic nymphae fictae sunt, non ita explicem ut Ludovicus Schorn (p. 283: *auch scheint die Anzahl der Nymphen absichtlich zur Bezeichnung des Rheins und der Mosel gewählt zu sein*), sed hanc ut facillimam rei imaginem etiam in hoc monumento, praesertim cum tympani formae bene conveniat, adhibitam esse mihi persuasum est.

---

[1]) Simili modo Ganymedes ab aquila sublatus, qui in summa monumenti parte est, ad sepulcrum ornandum adhibitus est ut imago mortis iucundae. Quod in tympano occidentali Mars et Rhea Silvia effícti sunt, imago Romanae originis, in monumento hominis Romani nobilissimi non ineptum est. Phoebi autem et Dianae capita in tympani lateribus septentrionali et orientali temporis cursum significare videntur, quo homines ad mortem deducuntur.

[2]) Quod hoc loco certam descriptionem proferre possum, debeo Felici Hettner, qui mihi non solum imaginem huius partis photographicam misit, sed etiam ea quae ego ne hoc quidem auxilio recte perspexeram, ex sua accurata monumenti ipsius cognitione diligenter correxit.

[3]) Hettner: *Die Quelle ist, glaube ich, in der l. Giebelecke dargestellt. Man sieht dort Linien, die genau dem Wasser auf dem Thetis-Achillesbilde der Igeler Säule gleichen.*

VII. De urna Cirtensi.

Urna ab Ioanne Schmidt in urbe Cirta (postea Constantina appellata) reperta est[1]). Ectypon ab illo factum delineavit Eichler. Cuius delineationis imaginem mihi petenti benigne misit Carolus Robert. Monumento ad pueri sepulcrum destinato Hylae rapina egregie convenit.

Cum urna aetate satis afflicta sit, singulae res iam non accurate discernuntur. Id tamen apparet Hylam nudum balteo pectorali praecinctum urceum sinistra manu demissa tenentem, cum dexteram retrorsus alte tollat, dexteram versus ingredi genu sinistro inflexo atque anteposito. Ei obsistit nympha vestita quae ad sinistram genibus inflexis inclinata est. Hylae manum sinistra, dextera umerum sinistrum tenet. Altera nympha, quae a sinistra parte accedit, sinistra manu brachium Hylae dexterum arripit, quod ille quam maxime tollens se eripere contendit. Fons num ab artifice redditus sit, non apparet.

Ab hac scaena arbore divisus Hercules cernitur, quem facile agnoscas clava, quam sinistra manu tenet umeroque habet impositam, et pelle leonina, cuius pars infima dependens inter pedes apparet. Nudus barbatusque dexteram versus in celeri motu esse videtur, cum utrumque genu satis sit incurvatum. Dexterum brachium leviter inflexum protendit digitis paulum distentis, quo gestu sine dubio Hylam quaerens significatur.

VIII. De sarcophago Matthaeiano.

Vetera monumenta quae in hortis Caelimontanis et in aedibus Matthaeiorum asservantur, nunc in usum collecta et adnotationibus illustrata (a Ridolf. Venuti et Giov. Christof. Amaduzzi) III 31.
Raoul Rochette l. l. p. 204.
Matz-Duhn, Antike Bildwerke in Rom II p. 259 n. 2899.

Opus serae aetatis est nec tamen neglegenter factum. Hylas chlamyde indutus, facie iuvenis paulo aetate provectioris, quae certi cuiusdam hominis similitudinem prae se fert, cum brevi barba et capillo, dextra urceum, sinistra arundinem tenens[2]),

---

[1]) Cf. AZ 41, 1883 p. 191.

[2]) Arundine significatur Hylam in fonte habitaturum esse; cf. Val. Flacc. I 218 : *Dubita cur pulcher arundine crines Velat Hylas?*

a nympha retinetur, quominus ad dexteram pergat, cum illa manu dextera eandem illius manum capiat, quare commotus Hylas caput nymphae advertit. Haec quae faciem anilem et capillos more saeculi tertii comptos habet, pallio magno induta est; tamen superior pars corporis fere tota nuda est. (Sed Matzius ex Zoegae apparatu adnotat nihil antiquum esse huius nymphae nisi caput et manum dexteram.) Inter Hylam et hanc mulierem cernitur caput puellae ad dexteram conversum eodem modo comptum itemque certae cuiusdam personae imago. Matronam illam Amor a sinistra amplectitur, cuius ex collo bulla pendet. (Zoega animadvertit hunc Amorem non esse antiquum; sed recte suppletum esse apparet ex parte alae antiquae servata.) Caput hic ad sinistram partem iuveni faciem pinguem, capillos tonsos habenti advertit, qui dextera coronam tollit[1]. A tergo eius alius Amor[2] est cum bulla, dextera facem tenens. Hylae a dextera sedet puella seminuda dexteram manum sublatam umero sinistro Hylae impositura. Ad has medias figuras a dextera parte vir nudus chlamyde, ut ille qui urceum et arundinem tenet, indutus et cum bulla, facie senili item atque ceterorum certam quandam similitudinem referente, capillis brevissime tonsis accurrit; dextera manu corpus Amoris sibi praecurrentis amplectitur, qui dextera facem tenens ad sinistram tendit ac virum illum secum ducere videtur. Viri manus sinistra aperta satis longe a latere amota est. Ab illius tergo alter Amor est sinistra facem tenens. Humi in utraque parte imaginis inter pedes virorum ab Amoribus circumdatorum gallus uvas edens cernitur.

Videmus sub specie fabulae nostrae familiam quandam Romanam depictam. Viri illi duo ab Amoribus circumdati ad medias figuras accedunt, quod ad familiam pertinent; de Hercule et Polyphemo (cf. Monum. Matth. III 57) non cogitandum est. Recte Matzius iudicat : *Eine ganze römische Familie scheint sich in diesem Relief mit grossem Aufwande von Geschmacklosigkeit verewigt zu haben.*

---

[1]) Caput tantum et manus cum corona sunt antiqua.
[2]) Hic quoque restauratus est.

b.

De picturis.

Praemitto, quae Petronius c. 83 de Hylae rapina, quam in tabula picta viderit, narrat: . . . *hinc aquila ferebat caelo sublimis Idaeum, illinc candidus Hylas repellebat improbam Naida.* Eandemque rem paulo infra repetit: *Hylan Nympha praedata temperasset amori suo, si venturum ad interdictum Herculem credidisset.* Si Petronius imaginem illam secundum veram aliquam tabulam finxit, demonstratur illo loco rem sic depictam fuisse, ut Apollonius Rhodius scripserat, una nympha adhibita. Sed res non quavis dubitatione exempta est.

Iam enumerentur picturae quas adhuc habemus.

IX. Mus. nation. Neapol. I 270.

Pitture antiche d' Ercolano e contorni IV 1765 tab. 6.
Real museo Borbonico I t. 6 (commentarium scripsit Guilelmus Becchi).
Millin, Gal. mythol. CVI 420*
Panofka, AZ VI 1848 p. 269.
Köhne, Die gr. Silbergefässe d. K. Mus. d. Er. p. 19 s.
Helbig l. l. n. 1260.
Dilthey, Bullettino d. I. 1869 p. 155.

Pictura parietaria Herculanei reperta est in domo 1079 d. 18 Aug. anni 1761, lat. 0,93 m, alt. 0,42 m. Media in silva regionis montuosae arboribus virgultisque densis fons est circumdatus, in quem Hylas a tribus nymphis arundine coronatis circumventus dimidia corporis parte demersus est. Hic adulescens nudus colore paulo adustiore promissis capillis leviter cincinnatis iisque fuscis — castaneae simili colore — manibus protensis tamquam natans se supra undas tenere conatur. Dextera urnam aëneam tenet qua aquam hausturus erat. Corpus ad dexteram inclinat, facie tamen ad alteram partem reversa. Hic enim ea nympha est, cuius vim maxime timet ac vultu pavido tamquam deprecatur. Haec nympha nuda, ut ceterae colore tenero, capillis flavis comptisque, in litore genubus inflexis assidet ac proclinato corpore manum dexteram capiti, sinistram, quae non cernitur, tergo Hylae imposuit, ut eum deprimat. Haec, cuius dexterum latus adspicimus, adiuvatur ab alia, quam adverso pectore facie ad sinistram conversa videmus a parte

dextera dimidio corpore ex aqua emersam. Tertia media est: a tergo Hylae ipsa quoque evadit manumque sinistram capiti eius imponit. Sic ille a nymphis vere circumvenitur. Ac propter eam potissimum rem haec tabula summa laude digna est, quod figurae ita dispositae sunt, ut Hylas medius sit, nympharum autem unaquaeque actus pariter fere particeps fiat. Haec vero Hylae rapina densa silvae umbra pulchre circumdatur, ut convenit rei absconditae. Sed nondum omnia quae in tabula sunt, percurrimus: restat vir quidam nudus fusco colore, qui compluribus arboribus ab ipsa re seiunctus, ita ut eam non videre putandus sit, a dextera appropinquat. Quoniam satis magnus angulus tabulae periit, superior tantum pars inde a pectore cernitur. Caput, ut Helbigius testatur, pelle leonina tectum est, ut Herculem agnoscamus, qui quidem Hylam quaerens apte appositus videatur. Digitum manus dexterae ad os admovet, quod est circumspicientis atque quaerentis [1]).

Tres nymphae huius tabulae numero a Theocrito assumpto respondent. Tamen ne artificem ullum in Hyla effingendo id egisse credas, ut accurate exprimeret, quod Theocritus scripserat. Immo si quis pictor id studebat, ut poetae cuidam accurate se adaptaret, Apollonium amplecti debebat, qui rem profecto ita describit, ut accurate depicta amoenissima futura fuerit (1234—1239):

αὐτὰρ ὅγ᾽, ὡς τὰ πρῶτα ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισεν
λέχρις ἐπιχριμφθείς, περὶ δ᾽ ἄσπετον ἔβραχεν ὕδωρ
χαλκὸν ἐς ἠχήεντα φορεύμενον, αὐτίκα δ᾽ ἥγε
λαιὸν μὲν καθύπερθεν ἐπ᾽ αὐχένος ἄνθετο πῆχυν
κύσσαι ἐπιθύουσα τέρεν στόμα· δεξιτερῇ δὲ
ἀγκῶν᾽ ἔσπασε χειρί, μέσῃ δ᾽ ἐνικάββαλε δίνῃ.

Aliter Theocritus: *ταὶ δ᾽ ἐν χερὶ πᾶσαι ἔφυσαν.* Facile intellegis hoc ad pingendum idoneum non esse. Praeterea apud Theocritum omnes nymphae in aqua sunt. Id quoque pictor recte neglegens unam prorsus in terra versantem, ceteras dimidia saltem parte ex aqua evadentes finxit. Atque omnino quicunque Hylam depingebat a nymphis raptum, illud neglegere debebat.

---

[1]) Diltheius l. l. deum quendam montium intellegere mavult, sed dubiis causis allatis.

Tabulae, quae sine dubio artem Alexandrinam imitatur, compositioni labor impar est, id quod maxime de nympharum facie vultuque valere videtur. Neque igitur probandum est, quod Raoul-Rochette l. l. p. 203 dicit : *une peinture . . . où la grâce de la composition s' allie au charme de l' exécution, de manière à en faire un des morceaux les plus remarquables de la toechographie antique qui soient venus jusqu' à nous.*

X. Mus. nation. Neapol. I 283.

Museo Borbon. XIII t. 46 (cum descriptione a Bernardo Quaranta facta). Köhne l. l. p. 20; Raoul Rochette l. l. p. 199 s.; Helbig l. l. 1261; Dilthey, Bull. d. Inst. 1869 p. 155.

Pictura parietaria est Pompeiana ex 'casa delle forme di creta' (XVIII), alt. 0,81 m, lat. 0,72 m. Regio est montuosa. In saxis asperis nudisque una arbor eaque parva cernitur. Infra rupes in anteriore parte tabulae aqua est, quae secundum Rochettium (*La source . . . tombe de ces rochers, en formant une espèce de cascade*) de rupibus decurrit. Hylas chlamyde versicolori partim viridi partim fusca (*grün u. braun schillernd* Helbig) indutus, quae tamen totum fere pectus nudum relinquit, cum in tergo dependeat, gladio lateri ex balteo adhaerente, urnam aëneam sinistra tenens ad fontem accedit spectanti adversus, ut aquam hauriat. Accedentem tres nymphae retinent. Quarum duae stolatae stant : altera, cuius albo vestimento praeter pedes dexterum pectus cum brachio nudum relinquitur cuiusque caput rutilo panno tegitur (*mit rötlichem Kopftuch* Helbig), a tergo adulescentis dexterum brachium sublatum sinistra manu arripit; dextera non cernitur; sine dubio nympha illum ad se attrahere studet. A sinistra parte altera ei auxilio venit induta chitone pullo (*grau-braun*), pallio albo; cum dexterum crus promoveat, pes paulo magis quam alterius nymphae nudatur. Utramque manum ad idem Hylae brachium dexterum protendit, quod modo assecuta, nondum amplexa est. Contra tertia nympha, quae in capite subalbum pannum habet, veste viridi induta genibus inflexis humi sedet ac manibus protensis crus dexterum Hylae amplectitur. Haec nympha sororibus multo minor est, id quod certe neglegentiae artificis tribuendum est. Hylas nympharum quas descripsimus

amplexus effugere studens, ut par est, ad alteram partem inclinat, genu sinistro fortiter inflexo nisus. Suo iure Helbigius miratur, quonam nymphae illum trahant : *Sonderbarer Weise ziehen sie ihn in entgegengesetzter Richtung von dem im Vordergrunde befindlichen Gewässer, was zum mindesten eine eigenthümliche Version des Hylasmythos voraussetzt.* Sed quoniam omnes quos quidem noverimus poetae, qui Hylam cum urna ad fontem accedentem faciunt, in hunc ipsum a nymphis detrahi narrant et vix credibile est apud perditorum quemquam scriptorum rem prorsus aliter descriptam fuisse, equidem, quod Helbigius miratur, artificis arbitrio vel potius oscitantiae tribuo [1]).

Denique in tabulae superioris partis dextero angulo duos nudos adulescentes fusco colore cernis, in saxis alterum sedentem, alterum cum pedo adstantem; utriusque facies ad ea quae infra geruntur conversa est. Quos regionem illam pastoribus opportunam significare recte Helbigius intellexit.

Haec pictura ab ea quam sub num. IX tractavimus, toto caelo differt. Illae nymphae nudae sunt, hae vestitae. Illarum duae ex aqua modo emerserunt, ut plus dimidia parte in aqua etiam lateat, hae omnes in terra sunt. Illic Hylas in undis est; hic fontem nondum tetigit. Illic densa silva maxima pars tabulae completur; hic nudae fere rupes circum rigent.

Illius tabulae compositio sine dubio pulchrior est. Tamen etiam in hac pictura labor compositione multo deterior est, id quod etiam Raoul-Rochette concedit.

IX. Pompeis reg. VI ins. 13.

Sogliano, Giornale degli scavi di Pompei n. s. III 1874 p. 51 s.
Bull. dell' Inst. 1875 p. 189 s.

Pictura parietaria a. 0,44 m, l. 0,44 m similis est ei quam modo descripsi. Differt his rebus : adulescentes qui νομάς significant agnosci non possunt, quamquam in pictura fuisse videntur. Tertia nympha, quae in illa pictura humi sedet, hic usque ad mammas in aqua stat. Aqua autem a tergo Hylae sinistram

---

[1]) Cf. Dilthey : *Non vedo motivo a supporre una special versione del mito, siccome le ninfe solo procurano arrestare Ila.*

versus fluit — in hac parte nympha modo dicta est — tum secundum sinistrum latus partis anticae profunditur [1]). In hac rerum compositione dubitari nequit, quonam nymphae Hylam trahant. Quod vero tabulam X ad propriam aliquam fabulae speciem redire negavi, hac pictura confirmatur:

XII. Pompeis reg. IX ins. 7 [2]).

L. v. Urlichs, Das hölzerne Pferd. 14. Progr. des v. Wagnerschen Kunstinstitutes. Würzb. 1881 p. 8.

A. Mau, Bull. d. Inst. arch. 1883 p. 127.

Pictura est parietaria a. 1,12 m, l. 0,71 m [3]). In antica parte regionis montuosae et silvosae aqua cernitur, ex qua plantae quaedam nascuntur. Ultra aquam pinus est et ultra hanc saxum coni figura, in quo columnam truncam vides. In aqua Hylas coloris fusci iuvenis chlamyde indutus stat facie fere adversa, dextera demissa urceum tenens; crura dimidia aqua alluuntur. Circumvenitur a tribus nymphis vestitis coronatisque (folia longa arundinis esse videntur). Una a dextera, altera a sinistra, altera manu sinistra, altera dextera manus eius capiunt, alteris manibus in umerum sinistrum eius iniectis; quid tertia agat, quae Hylae a tergo est, distingui non potest. Sub pinu supra commemorata figura quaedam est quae pedibus humi cubantibus sinistro brachio nititur, dexteram manum capiti imponit. Veste longe induta videtur; utrum vir an mulier sit, discerni non potest, cum figura leviter tantum adumbrata sit. Sinistrum brachium rei cuidam imponit. Veri est simillimum quartam nympham agnoscendam esse. Utrum artifex, id quod Mauius credit, hanc voluerit proprie fontem significare, in quem ceterae Hylam detrahunt, an nullo tali consilio ex multitudine nympharum, quae in regione illa atque etiam in ipso fonte essent, unam addiderit, dubitari potest.

---

1) Bull. l. l.: *Il rivo è rappresentato in maniera che prima corre dietro Ila verso sin. — e qui sta la ninfa suddetta — poi, curvandosi al di fuori del quadro, torna a correre lungo la parte sin. del primo piano.*

2) Cf. Bull. d. Inst. 1882 p. 137.

3) In pictura describenda, cum delineatio non exsistat, unum Mauium sequor.

XIII. De opere musivo ex Bassorum basilica nunc in Albanorum domo servato.

Ioannes Ciampini, Vetera monimenta, in quibus praecipue musiva opera . . . illustrantur I Romae 1690 cap. VII p. 60 tab. XXIV.
Winckelmann, Monum. ined. I p. 89.
Visconti, Museo Pio-Clement. VII p. 80.
Heinr. C. v. Minutoli, Ueb. die Anfertigung u. die Nutzanwendung der farb. Gläser bei den Alten, Berlin 1835 p. 15 tab. IV.
Raoul Rochette l. l. p. 205; Koehne l. l. p. 20; Panofka, AZ VI 1848 p. 269 s.
de Rossi : La basilica profana di Giunio Basso sull' Esquilino dedicata poi a. S. Andrea ed appellata catabarbara patricia, Bullettino di archeologia cristiana II s. II Roma 1871 p. 5—29; 41—64.
Alexander Nesbitt, On Wall Decorations in Sectile Work etc., Archaeologia XLV 1880 p. 267 ss.
Blümner, Technol. u. Terminol. III 342.
Matz-Duhn, l. l. III n. 4114.
Or. Marucchi, Bull. d. comm. arch. comun. di Roma 1893 p. 89 ss.

Bassorum basilica Romae anno, ut videtur, 317 exaedificata picturis musivis largiter ornata erat, quarum paucae ad nostram aetatem pervenerunt. Saeculo XVII^{mo} duae, quarum altera Hylam cum tribus nymphis exhibet, in domum cardinalis Maximi, quae erat ‚alle quattro Fontane', translatae sunt, quae postea erat cardinalis Nerli, tum Albanorum gentis; denique facta est principis del Drago. Hac autem in domo illa opera musiva etiam nunc exstant [1]).

Totum opus, in quo Hylas est, in formam pallii conformatum est, cuius pars exterior viridis, interior alba est cum multis variatisque figuris intextis. Inde a superiore margine exterior pallii pars semiorbem efficit, in quo Hylas depictus est. Hic campus rotundus excipitur lato clavo albae partis [2]); infra quem pars viridis pergit multos sinus efficiens. In lateribus pallium retortum clavum albi coloris habet. Cum utroque clavo margo superior 1,20 m latus est; pars viridis sola 1,11 m.

Hylas dexteram conversus, nudus, chlamyde cuius exterior pars rubra (*feuerrot*), interior fusca est (*braunrot*), a tergo

---

[1]) *Nella sala nobile del secondo piano* (Marucchi p. 97), postquam diu in atrio fuerunt.

[2]) In quo ritus quidam Aegyptius effictus est.

volitante, capillis flavis, in quibus taenia cernitur, (Matz *ein Reif*), cum gladio ex balteo dependente, manu sinistra sublata, dextera quam demittit urceum album inclinatum tenens, sinistro genu saxo innititur, dextero pede in fonte insistit, qui a sinistra ex urna sub saxo iacente profluit. Toto corpore paulum procumbit ut ad aquam hauriendam paratus. Sed antequam urnam in undas demittat, a duabus nymphis circumvenitur. Altera a sinistro latere ab eius tergo accurrit, id quod vestis superiore parte celeri motu amplum sinum efficiente demonstratur nec non pedibus dispositis. Sinistrum pedem ita ad Hylam admovit, ut eius dextero crure partim tegatur. Corpus inde a gremio usque ad talos velatum est vestimento croceo, intra cyaneo pedibus ipsis nudis. Superior pars vestis in dextero umero et in dextera coxa adhaerens, ut dictum est, a tergo volitat; est autem paene albo colore (pars interior cana est). Praeterea ab umero dextero per sinistrum pectus angustus clavus ducitur. Capilli flavi taenia, ut videtur, aurea et arundine cincti sunt; torquem etiam et in dextero brachio duas armillas nympha habet; in altero brachio sine dubio item duae armillae cogitandae sunt, quarum altera cernitur, altera Hylae brachio tecta est. Brachia enim nympha ita ad Hylam attendit, ut sinistram manum post dexterum illius brachium habeat, paulo supra cubitum, dextera manum eius attingat. Hylas cum se ab illa teneri sentiat, ad eam caput convertit. Altera nympha a dextero latere in saxo sedet, simili vestimento induta, quod dextero femori circumiectum atque supra dexterum umerum ductum in tergo dependet, ut in parte illa etiam insideat. Ornata est eundem in modum atque nympha sinistra — etiam quarta armilla cernitur. Brachia sustulit, ita ut manu dextera occipitium Hylae, sinistra brachium quod ille sustulit tangat. Pedes ita collocati sunt, ut manuum ac totius corporis motus adiuvetur; corpore enim paulum procumbit vultu cum desiderio in Hylam directo. Ut igitur firmius se teneat, sinistrum pedem paulum promovet, dexterum crus retrahit atque ad saxum acclinat.

Quaeritur, quomodo trium harum figurarum gestus explicandus sit. Qua in re dissentio cum Matzio, qui dicit : *An seiner Bemühung das Trockene zu gewinnen, hindern ihn zwei Nymphen : die eine, hinter ihm, schreitet aus n. l. u. sucht ihn am Arme wieder ins Wasser zurückzuziehen, die andere, vor ihm auf dem Fels*

sitzend, fährt ihm mit beiden Händen an den Kopf, wie um ihn zurückzuschieben. Sed huic explicationi neque Hylae neque nympharum gestus favet. Hylas enim, si iam rediturus erat, tergum vertere debebat, non in saxo genu insistere. Hic motus non est abeuntis, sed eius qui firmiter in ipso loco inniti vult, ut facile ad aquam hauriendam se demittat. Etiam urnam ita tenet, ut vix cogitari possit eam iam plenam esse. Itaque non dubito quin in hoc monumento, sicut in ceteris, Hylas pictus sit aquam hausturus, non qui hauserit. Etiam quid nymphae velint, aliter ac Matzius explicem. Dextera nympha non utramque manum ad caput Hylae attendit, sed sinistra manu brachium tantum atque umerum tangit. Sic utraque nympha Hylam altera manu a tergo prehendit — haec in capite, illa in brachio dextero — atque haec summa rei videtur, quam alterae manus a fronte obnixae tantum adiuvant. Puto igitur Hylam a nymphis in praeceps dari.

Tertia nympha a dextera parte stat seminuda, vestita atque ornata ut ceterae — etiam angustus ille clavus obliquus in pectore est, ut in sinistra nympha — poplite sinistro dextero genu imposito, sinistro cubito in urnam innixa, ex qua aqua effluit. Est facie adversa neque eius quicquam interesse videtur, quid prope geratur, ut hic quoque Hylas a duabus nymphis rapiatur tertia tantum praesente. Nec tamen artifex, ut figurae melius inter se responderent, in sinistra parte operis quartam nympham addidit, id quod in situla Petropolitana factum est, sed spatium vacuum magno saxo explevit.

Opus quod descripsimus musivum eius generis est quod dicitur sectile. Campus est ex viridi porphyrite (*serpentino*); saxa ex alabastrite variato (*alabastro fiorito*); Hylas et nymphae ex marmore quod dicitur *giallo antico*; crines, ut videtur, ex genere quodam alabastritae. Urceus quem Hylas habet, armillae et torques nympharum ex unionum conchis sunt. Aqua, partes caeruleae vestimentorum, quibus nymphae indutae sunt, et chlamys Hylae ex vitro facta sunt. Volitans vestis nymphae sinistrae ex marmore est, quod dicitur *palombino*.

Si nostram tabulam cum altera[1]) comparamus, quae ex eadem basilica Bassorum in domum Albanorum translata est,

---

[1]) Qua consulis pompa depicta est.

intellegimus opere nostram illi multo praestare. Hoc Matzio assensus non ita explico, ut Hylas multo ante alterum opus compositus ex aliquo vetustiore monumento in novam basilicam transportatus sit, sed inde repeto, quod huius imaginis ex fabulis desumptae bona exempla erant, ad quae etiam deterior artifex manum dirigens rem satis concinnam perficere posset, cum in argumento ex vera vita petita tali auxilio destitutus sua sola arte niteretur.

Nemo dubitabit quin etiam haec imago musiva imitatio artis Alexandrinae sit, sicut totius operis forma imitatur tapetia quae vocantur Alexandrina.

c.

XIV. De nummis Cianis.

a) Dumersan, Description des médailles antiques du cabinet de feu M. Allier de Hauteroche, Paris 1829 p. 68.
Domenico Sestini, Lettere e dissertazioni numismat. tom. VIII, Firenze 1820 p. 13 n. 19.
Mionnet S. V p. 253 n. 1480.

Nummus aëneus Alexandri Severi. In parte aversa: *ΚΙΑΝΩΝ*. Adulescens cum urna, ex qua aqua effluit.

b) Sestini VIII p. 14; Mionnet II p. 496 n. 464.

Nummus aëneus cum capite Tranquillinae; in parte aversa: *ΚΙΑΝΩΝ*. Figura virilis nuda dexteram versus incedens, brachio dextero extenso, manu sinistra urnam tenens, cum veste volitante.

c) Vaillant, Imp. num. Gr. XI n. 163; Mionnet S. V p. 253 n. 1482.

Nummus aëneus Maximini; in parte aversa: *ΚΙΑΝΩΝ*. Figura virilis nuda cum strophio, manu dextera extensa, sinistra magnam urnam portans.

d) Mionnet S. V p. 255 n. 1492.

Nummus aëneus Volusiani, in parte aversa: *ΚΙΑΝΩΝ*. Vir nudus ad dexteram tendens et respiciens, chlamyde in umero sinistro volitante, brachio dextero extenso, sinistro urnam portans.

In his nummis vix alium atque Hylam esse effictum putandum est. Ubi vero urna deest, omni ansa caremus. Itaque de nummis Mionn. II 446, S. V 1445—1448 taceo [1]).

[1]) Cf. Head, Hist. Num. p. 439.

De statuis pueri sine iusta causa ad Hylam relatis.

I. De statuis Musei Campana.

Galerie des marbres antiques du musée Campana à Rome. Sculptures grecques et romaines avec une introduction et un texte descriptif par M. Henry d' Escamps, 2. éd. Berlin 1868 n. 33. 34.

E. Guedéonow, Notice sur les objets d' art de la galerie Campana à Rome acquis pour le musée impérial de l'Ermitage, Paris 1867 p. 76 n. 34. — Ermitage impérial, musée de sculpture antique, éd. 2. Pétersb. 1865 n. 151.

Statua marmorea est in via Flaminia reperta, alta 1,36 m, apud Escampium delineata sub num. 33. Altera huius simillima 34 (*qui lui sert de pendant*) tantum commemoratur; unde venerit, non additur.

33 nunc est in museo Parisino, ut Antonius Héron de Villefosse cum Richardo Foerster communicavit, multifariam afflicta et resarta, sed ita ut in universum antiquam speciem tenuerit. Caput praeter frontem, nasum, sinistrum oculum antiquum est. Altera, 34, nunc in museo Petropolitano, ut mihi G. Kieseritzky scribit, non melius servata est. Huius caput recens est, sine dubio ad exemplum alterius restauratum. Utriusque statuae dexterum brachium fere inde ab umero restauratum est; cum vero (in 33) urna cum adminiculo in quo posita est eoque clavo, quo dextera sura cum adminiculo configitur, conservata esset, dubitari non potuit, quomodo brachium restaurandum esset. Sinistrum brachium praeter manum in 33 antiquum, in 34 pars inferior restaurata est.

Puer nudus est suavi forma sinistro pede insistens, dextero genu leviter inflexo, corpore paulum ad dexterum latus inclinato, manu dextera, quae demissa urnam tenet, adminiculo innixus, sinistro brachio paulum sublato. Caput leviter tollit oculis tamquam longinqua petens. Capilli densi atque cincinnati in cervicem profluunt supra mediam frontem divisi, ceterum usque ad minutias diligenter elaborati, compti similiter atque in Apolline Vaticano.

Signa, quae certe ad exemplum Graecum bonae artis redeunt, fonti vel puteo ornamento fuisse videntur.

II. De statua glyptotheoae Monacensis.

Heinr. Brunn, Beschreibung d. Glyptoth. Kön. Ludw. I. in München, 3. Aufl. München 1873 p. 154 n. 121.

Clarac, Musée de sculpture antique et moderne t. V Paris 1851 p. 36 n. 2019 tab. 804.

Secundum Brunnium statua est ex marmore Pario, alta 0,58 m, Romae empta. Suppleta sunt: nasi acumen, labrum superius, brachium sinistrum usque ad manum huiusque quattuor digiti, pars brachii dextri inferioris cum capillorum particula, duo manus dextrae digiti. Desunt pedes summa tantum femorum parte servata.

Est puer amabilis, qui duobus brachiis amphoram inclinatam supposito vestimento in sinistro umero portat. Caput ad dexteram versus inclinat. Cincinnos habet multo simpliciores quam I. Hoc quoque signum ad putei ornamentum pertinuisse videtur, id quod Claracius etiam ex tergi specie concludendum esse observat. Haec figura item Romana aetate bene ad Graecum exemplar elaborata est, quod quidem arti Alexandrinae talia in deliciis habenti Brunnius recte tribuit.

III. De statua musei Capitolini.

Descrizione del Campidoglio di Pietro Righetti vol. II p. 91 tab. 286.

Similis figura, nisi quod urnae nullum vestimentum suppositum neque caput inclinatum est. Righettius in vultu aliquid vinolenti deprehendens puerum ad potandi ministerium paratum esse putat.

Etiam huius figurae pedes desunt.

Denique e numero monumentorum huc pertinentium prorsus excludenda esse iudico:

1) gemmam (cameo) musei Neapolitani (Raspe nr. 4867 pl. 39, cfr. AZ VI 1848 p. 267 tab. 9,2) ab hominibus doctis varie explicatam, quae sive ad ascoliorum ludum sive ad aliam quandam rem pertinet, certe Hylam non exhibet.
2) gemmam dactyliothecae Smithianae (I tab. 83), cuius puerum florem quendam tenentem Hylam esse Dietrichsonius (Antinoos p. 282 nr. 106) vix cuiquam persuaserit.
3) nummum urbis Magnesiae ad Maeandrum sitae, in quo Sestinius Lett. e. diss. n. 9 p. 87 et Cavedonius Bull. d. Inst. 1837 p. 39 s. Hylam cum tribus nymphis expressum esse

putaverunt, sed multo verisimilius est flumen Maeandrum agnoscendum esse, praesertim cum sit „vir nudus insidens urnae inversae". Atque cum in nummo inscriptum sit *ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΚΟΛΠΟΙ*, Drexlerus (Rosch. lex. mythol. I p. 2796) recte nymphas *κόλπους* illos vel saltus significare putat.

Agitur in hoc libello:

Explicantur vel emendantur hi loci:

Buchdruckerei Maretzke & Märtin, Trebnitz in Schles.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

SIEBENTER BAND.

FÜNFTES HEFT.

DE ΤΕΤΡΑΠΤΛΩΝ VOCABULORUM GENERE QUODAM.

SCRIPSIT

AUGUSTUS GROSSPIETSCH.

BRESLAU.

VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS).

1895.

DE ΤΕΤΡΑΤΤΑΩΝ VOCABULORUM GENERE QUODAM.

SCRIPSIT

AUGUSTUS GROSSPIETSCH.

VRATISLAVIAE.
APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS).
1895.

Parentibus Carissimis

S.

Prolegomena.

De vocabulorum quae *τετραπλᾶ* vocantur, quodam genere acturo mihi, quid hoc nomen significet paucis exponere necessarium esse videtur. Grammatici nostrates vocabulum ignorant aut certe ei in arte grammatica civitatem non dederunt. Diu studioseque quaerenti mihi testimonium antiquum occurrit unum, e quo sensus vocis satis intellegitur, locus Aristotelis de arte poetica cap. 21 p. 1457 a 34 *ὀνόματος δὲ εἴδη τὸ μὲν ἁπλοῦν (ἁπλοῦν δὲ λέγω ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων σύγκειται, οἷον γῆ), τὸ δὲ διπλοῦν· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐκ σημαίνοντος καὶ ἀσήμου (πλὴν οὐκ ἐν τῷ ὀνόματι σημαίνοντος καὶ ἀσήμου), τὸ δὲ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. εἴη δ' ἂν καὶ τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν ὄνομα καὶ πολλαπλοῦν, οἷον τὰ πολλὰ τῶν μεγαλείων, οἷον †Ἑρμοκαϊκόξανθος.* E toto autem horum quadruplicium vocabulorum genere ea quae a tribus praepositionibus incipiunt, tractanda elegi. Ac revera, quamquam de nominum compositione permultae exstant commentationes, ad vocabula sic constituta raro viri docti animum attenderunt hanc, ut suspicor, ob causam, quod veteres grammatici cum vocibus compositis tractandis rarius [1]) operam dederunt, tum talia composita paene neglexerunt. Quorum e scriptis, quae quidem nobis tradita sunt, solus Apollonii Dyscoli de constructione liber IV vocis hoc modo compositae rationem habet, ubi de praepositionum cum verbis compositione quaestionem instituit. Ibi § 6 (p. 321, 19 Bekker) haec leguntur: *τοῖς γε μὴν*

[1]) Cf. Curtius, Erltrg. z. Schulgr. § 359: „Dass die griechischen Grammatiker die Komposita überhaupt eingehender untersucht oder sich mit ihrer Bedeutung beschäftigt hätten, ist nicht bekannt.“

ῥήμασι συντάσσονται πάντοτε (*προθέσεις*) *κατὰ τὴν σύνθεσιν· ἐν γὰρ τῷ καταγράφω καὶ τῷ ἐξυπανέστη καὶ τῷ παρακατατίθεμαι καὶ εἴ τινα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι*, et § 9 (p. 331, 26) *καὶ δεδομένου τοῦ ὅτι ἐν συνθέσει ἀπάντοτε μετὰ τῶν ῥημάτων αἱ προθέσεις, δοθείη ὅτι καὶ ἐν συνθέσει λόγου τὸ ἐξυπανέστη.*

Plura de hoc compositionis genere discimus e posteriorum testimoniis, quae ex eodem fonte hausta esse facile perspicitur. Atque hi consentiunt praepositiones non alia ex causa, nisi ut res describendae clarius vividiusque (ut ajunt, *ἐμφατικῶς*) explicentur, cumulatas esse. Primum afferantur Homeri scholiorum loci: Ven. A ad Il. B, 267 (Dind. t. I p. 97) *ἐξυπανέστη*] *ἀνέστη ἀπὸ τῆς πληγῆς τῆς χρυσῆς ῥάβδου, ἐμφατικῶς, ὡς τὸ ὑπεξαναδύς.* Ven. Marc. 453 in eundem locum (Dind. t. III p. 110) *ἐξυπανέστη*] *ἐμφατικῶς δὲ πυκνὰς τὰς προθέσεις ἔλαβεν ἐν τῷ ἐξυπανέστη, ὡς ἐν τῷ ὑπεξαναδύς.* Eadem fere verba in Townleyanis scholiis leguntur.

Ven. Marc. 453 in Il. N, 352 (Dind. t. IV p. 17) *ὑπεξαναδύω*] *ἡ ὑπό τὴν κάτω δηλοῖ σχέσιν, τὴν ἔξω ἡ ἐξ, καὶ τὴν ἄνω ἡ ἀνά· ἢ περισσὸν τὸ ὑπέξ· ἀναστρέφει δὲ αὐτὸ ἐν τῷ ἐξυπανέστη. ταπεινὸς δὲ ὁ λάθρα θέλων βοηθεῖν* .... *ἡ δὲ συνέχεια τῶν προθέσεων τὸν λάθρα μέν, προθύμως δὲ ἀναδύοντα δηλοῖ.* Eadem fere habes in scholiis Townleyanis.

Simillima iis quae haec Homeri scholia de *ἐξυπανέστη* protulerunt, in his reperiuntur scriptis: Scholl. in Dionysii Thracis grammaticam (Bekker, Anecd. II p. 925) *ἔσθ' ὅτε καὶ κατὰ σύνθεσιν παρατίθενται* (*προθέσεις*) *ἐμφάσεως ἕνεκα πλείονος, οἷον παρακαταθήκη, ἐξυπανέστη, ὑπερκατέβησαν.* Epimerism. Homer. (Cramer, Anecd. Oxon. I p. 136, 22) *ἐξυπανέστη·* (Il. B, 267) *τὸ αὐτό ἐστι τὸ ἀνέστη τῷ ἐξυπανέστη· ἢ οὕτως· κανὼν ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι αἱ προθέσεις ἐπισυντιθέμεναι διεγείρουσι τὴν ἔμφασιν παρά τι πλέον, οἷόν ἐστι τὸ προπροκυλινδόμενος καὶ παρακαταθήκη καὶ ἐξυπανέστη.* Idem fere legitur in Etymolog. Magn. p. 349, 2 *ἐξυπανέστη· Τὸ αὐτό ἐστιν ὑπανέστη καὶ ἐξυπανέστη, Ἰλιάδος β'. Ἢ ὅτι αἱ προθέσεις ἐπισυντιθέμεναι (λέγει ὁ κανών) διεγείρουσι τὴν ἔμφασιν περί* (corr. *παρά*) *τι πλέον, οἷόν ἐστι τὸ προπροκυλινδόμενος καὶ παρακαταθήκη.* Neque ab his Eustathius dissentit in Il. B, 267 (p. 217, 20) *σμῶδιξ ἐξυπανέστη· Ἰστέον ὅτι οὐδαμοῦ στοιβὴν προθέσεων μάτην οὕτω τίθησιν ὁ ποιητής, ἀλλ'*

ἑκάστη τῶν συγκειμένων προθέσεων σημαίνει τι, ὡς καὶ ὅτε εἴπῃ ἡμιόνους ὑπεκπρολυθῆναι ἀπήνης. in Il. N, 352 (p. 936, 47) ὑπεξαναδύω · ὅτι οὐδ' ἐνταῦθα στοιβὴ μάτην οὕτω κεῖται προθέσεων ἐν τῷ· Ποσειδῶν Ἀργείους ὀρόθυνε μετελθὼν λάθρῃ ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός. in Od. ζ, 87 et 88 (p. 1553, 7) Ἐν δὲ τῷ ὑπεκπρορέει καὶ ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης οὐκ ἀλόγιστος ἡ ὁμοιότης τῆς τῶν ἐπαλλήλων προθέσεων συνθέσως.

Praeter hos locos, quorum pars quamquam Homeri voces diserte explicat, tamen in omnia vocabula eodem modo composita valet, alios qui huc pertinerent, in Graecorum litteris ut invenirem mihi quidem non contigit. Atque etiam nostrates plerumque satis habuerunt dixisse talia composita a Graecis esse ficta et quanti in litteris essent momenti breviter indicasse. Qui primus de his compositis verba fecisse videtur Thierschius in artis grammaticae § 140, 4 (Lipsiae 1818) haec dixit: „Eigen ist der griechischen Sprache die Verbindung mehrerer Präpositionen mit dem Verbum z. B. ἡ σοφία σου διεξέλαμψε, deine Weisheit strahlt durch alle hervor, ὑπεκφεύγειν, heimlich entfliehen, σμῶδιξ ἐξυπανέστη, die Schwiele hob sich (ἔστη) empor (ἀνά) aus dem Rücken (ἐξ) unter dem Scepter (ὑπό), so ὑπεκπροφυγών, ὑπεκπροθέων u. a.“ (ubi „die häufige Verbindung“ potius scripsisset vellem, quia neque sanscritica neque latina lingua, id quod infra accuratius exponam, talibus compositis carent) et § 279, 4—6: „Solche Präpositionen, die häufig in das Gebiet der Verba eintreten, werden auch mit denselben verbunden. In andern Fällen wiederholt sich die Präposition oder tritt ein, während schon eine andere, besonders κατά, das Verbum besetzt hat. — Auch wo ἀνά im Verbum ist. Auch diese 2. Präposition wird zum folgenden Verbum gezogen, wozu noch eine 3. Präposition tritt.“

Ex iis qui postea fusius Graecorum grammaticam tractaverunt, hanc materiam attigerunt Kuehner, Ausführliche Grammatik d. griech. Sprache, pars II p. 458[a] = § 444, 2 (ed Blass I, 2 p. 321 = § 339) et Krueger, Griech. Sprachlehre f. Schulen I, 2[5] § 68, 46 A. 19. Carolus Brugmann, Griech. Grammatik § 199 exposuit iam antiquissimis temporibus praepositiones esse coagmentatas praecipue eas, quae quodammodo inter se propinquae erant et saepius se excipiebant.

Longior in his compositis tractandis fuit Pottius (quaestt.

etymol. I[2]), qui cum p. XI egisset de commodo linguarum indogermanicarum in usu vocabulorum, quae iam praepositionata dicere liceat, deque illarum facultate praepositiones varie consociandi et p. 45 sq. de illorum compositorum praestantia, p. 48 ad decomposita ipsa, quae a tribus incipiunt praepositionibus, animum advertit. Ubi postquam haec etiam in lingua sanscritica inveniri ostendit, nonnulla *τετραπλᾶ* non solum e vetustissimis, sed etiam posterioribus litterarum graecarum temporibus enumeravit.

Neque plane defuerunt, qui talium vocabulorum maiorem copiam colligerent. C. A. Kissnerus postquam in commentatione „de pleonasmo praepositionum Graecarum in compositione" conscripta (progr. gymnasii Lyck. 1846) p. 2 tres veterum scriptorum de his vocibus locos *Eustath. 217. 20 et 1553. 7 et Schol. Vill. p. 61* protulit, in altera commentatione „de praeverbio *ὑπό* in compositis abundante" (progr. gymnasii Lyck. 1854) p. 41—43 breviter egit de *προπροκαταΐγδην* Apoll. Rhod. II. 595, *συνεπεκπίνω* Anthol., brevissime de Homeri verbis quadruplicibus[1]) addens verborum *ὑπεκπροθέειν* locos Apoll. Rhod. et Oppiani, *ὑπεκπροφεύγειν* locos Hesiodi, Quinti Smyrnaei, *ὑπεκπροτέμνειν* locum Apoll. Rhod., atque 90 fere vocabula cum tribus praeverbiis composita enumeravit, sed locos non apposuit. Quaestionem autem de his singulis in aliud tempus, ut ipse dicit, distulit, id est, ut nunc res se habet, aliis reliquit.

Complures vocabulorum quadruplicium loci ex Polybio congesti sunt a G. Mollenhauero in libello „de eis verbis cum praepositionibus compositis, quae a Polybio ipso novata sunt" (progr. gymnas. Merseburg. 1888.) Fr. Schubert in commentatione „Zur mehrfachen präfixalen Zusammensetzung im Griechischen"[2]) vocabula quadruplicia, quae usque ad Platonem in litteris graecis invenit, locis appositis congessit, sed parum accurate, et libros qui sub Hippocratis nomine feruntur, prorsus neglexit.

---

[1]) Sic iam brevitatis gratia in sequentibus vocabula quae a tribus incipiunt praepositionibus vocabo.

[2]) Xenia Austriaca. Festschrift d. österreichischen Mittelschulen zur 42. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Wien I. Abtlg. Wien 1893 p. 195.

Ex his dilucide apparet nos adhuc carere vocabulorum quadruplicium indice, quo quis nisus de his vocibus recte iudicet. Quamobrem equidem auctore R. Foerster V. D., qui ipse collectione praeiverat, quam maximam harum vocum copiam congerere studui. Atque hos mihi fines posui, ut omnia quidem vocabula quadruplicia ex omnibus scriptoribus inde ab initio litterarum usque ad IV. saeculum p. Chr. n. colligerem, illo a tempore usque ad saeculum VII. plurimos scriptores exceptis ecclesiasticis perscrutarer, in reliquorum locis afferendis Stephani thesauro, lexicis Sophoclis [1]) et Kumanudis [2]) uterer. Neque vero laborem levare dubitavi usurpandis scriptorum indicibus, si hi sufficere mihi videbantur [3]). Etiam in Corpus inscriptionum graecarum indice a Roehlio confecto et in epigrammata e lapidibus collecta Kaibeliano me usum esse profiteor.

Praeterea mihi liberalissime R. Foerster collectanea obtulit sua, e quibus solis sumpsi voces quadruplices Oppiani, Quinti Smyrnaei, Orphicorum, Theodori Prodromi, Tzetzae Allegg., Asclepiodoti, Libanii, Mauricii.

---

[1]) Greek Lexicon of the Roman and Byzantine Periods. New-York—Leipzig 1888.

[2]) *Συναγωγὴ λέξεων ἀθησαυρίστων ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς λεξικοῖς. Ἀθήνησιν* 1883.

[3]) Scriptorum quos ipse non perquisivi, indices adhibui hosce: Ebelingii Lex. Homericum, Dindorfii Lex. Aeschyl., Ellendtii Lex. Sophocl. [2], Beckii Ind. graecit. Euripideae, Lipsiae 1788, Nauckii Ind. tragicae dictionis, Caravellae Ind. Aristophan., H. Iacobi Ind. comicae dictionis Graecorum (Meineke fr. com. vol. V), Ind. verbb. Anthol. gr. editionis Brunckianae III, 3 (1814), Rumpelii Lex. Theocriteum, Wellaueri Ind. Apoll. Rhod., O. Schneideri ind. Nicandri, Schweighaeuseri Lex. Herodoteum, Astii Lex. Platonicum, Sturzii Lex. Xenophonteum, Reiskii indices in oratores atticos (ed. T. Mitchell), Preussii Ind. Demosthenicum, (Aeschinem et Hyperidem ipse perquisivi), Bonitzii Indicem Aristotelicum (*Ἀθηναίων πολιτείαν* ipse percurri), Heibergii in Archimedem, Hultschii in Autolycum indicem, Schweighaeuseri Lex. Polybianum, Wyttenbachii ind. graecitatis Plutarcheae, Schweighaeuseri Indicem Epicteteae philosophiae monumentorum, Rosii in Sorani Gynaecia, Rutherfordi in Phrynichum, Schweighaeuseri in Appianum, Reitzii lex. Lucianeum et indicem Iacobitzianum, Dindorfianum in Clementem Alexandrinum, Bekkeri in Sextum Empiricum, Sturzii in Dionem Cassium (Excerpta Vaticana ed. Mai, vol. IX. ed. Sturz. ipse percurri), Meinekii in Athenaeum, Hultschii in Pappum Alexandrinum, Niclasii in Geoponica, Walzii in rhetores graecos.

Hac vocabulorum quadruplicium copia sic congesta quaestiones sequentes nituntur. Quas, quasi omnium aetatum omnes voces mihi in promptu essent, instituere plerumque non sum veritus, quia contendere mihi licet vix ullam vocem ex temporibus inde a saeculo IV. usque ad saec. VII. deesse, neque multas ex scriptis posterioribus addi posse iis quae mihi praesto sunt.

Caput primum.

De vocabulorum quadruplicium in litteris graecis frequentia et praepositionum conglutinationibus.

Quamquam de origine harum vocum prius, quam de frequentia disserere, fortasse consentaneum esset, tamen hanc anticipare malui, quod ad illam quaestionem melius instituendam cognitio vocabulorum ipsorum numerique eorum utilis esse mihi videtur.

Linguis stirpis indogermanicae commune fuisse studium quoddam voces quadruplices formandi inde elucet, quod et in sanscritica et latina lingua, quamquam non tam saepe, quam in graeca, composita quae a tribus incipiunt praepositionibus, inveniuntur. De lingua sanscritica Pottius (quaestt. etym. I² p. 48) haec dixit: „Dekomposita mit sogar mehr als 2 Präfixen: Sskr. z. B. fthâ (stare) mit sam — upa — â (servare, observare; verm. als ein achtsames Dabeistehen) oder mit praty — abhi — pra (proficisci), worin, da prati selbst schon aus pra und ati besteht, sogar 4 Präfixe zusammengeheftet werden. In Folge der fortschreitenden Einnahme von immer neuen Fussstellungen wiederholt sich auch das Stehen und kann daher, trotz seiner eigentlichen Bedeutung als Verbum der Ruhe, nicht grade in einem Verbum befremden, das Bewegung ausdrückt. Vgl. Skr. sad (sitzen), aber auch Gehen (*ὁδός*), wohl wegen des Aufstützens in beiden Fällen. I (ire) mit samb — abhy — â (congregari). Im Griechischen gar nicht selten u. s. w.“

Neque Latini talia composita, quamquam apud eos plerumque tertia praepositio magis latet et cum verbo in novum quasi

vocabulum coartata est, fingere sunt veriti. Quod Draeger (Historische Syntax d. lat. Sprache I² (1878) p. 138: „Eine dreifache Zusammensetzung, wie sie das Griechische z. B. mit ὑπεκπρο bei 7 Verbis schuf, hat das Lateinische nie gewagt" iniuria negavit. Iam Teipelius anno 1850 in commentatione „Lateinische Verba mit 2 oder mehr Präpositionen zusammengesetzt" (Neue Jahrbb. f. Phil. u. Paed. 16. Suppl. p. 555 ff.) haec congessit dicens: „*conresuscitare* Tert. de res. carn. 23. Vulgata Ep. 2, 6. *adinsurgo* fehlt bei Scheller u. andern, ist aber auch bei Liv. 22, 4 zweifelhafte Lesart. *praecompono* Ov. fast. 6, 674. *praeconsumo* Ov. met. 7, 489. *prodeambulare* Ter. Andr. 5, 1, 4." Sed etiam maior eorum copia mihi praesto est praecipue e C. Pauckeri commentatione „Die mit Präpositionen zusammengesetzten Verba" (Vorarbeiten z. lat. Sprachgeschichte I Berlin 1884), qui p. 25 asseveravit: „Aber von Zusammensetzungen mit mehr als 2, namentlich mit 3 Präpositionen kennen wir sichere Beispiele erst aus der späteren Sprachzeit." *coadimplere* Rustic. c. Aceph. p. 1205 et 1219 D. *discooperire* Vulgata Levit. 18, 7. 8. 20, 19. 21, 10. Luc. 5, 19. Num. 5, 18. 6, 20. Ruth. 3, 4. 7. Ies. 20, 4. 47, 2. 57, 8. Ierem. 49, 10. Ezech. 22, 10. 23, 10. 18. Dan. 13, 32. Thren. 4, 22. Hier. Iesai. 7, 20 no 16. Gloss. Reichenav. fol. 23 *denudare discoperire*. *decooperio* Vulg. 1. Sam. 22, 17. *percooperire* (Th. Prisc. 4, 1. Gromat. vet. p. 307, 5). *inabscondere, supercomprehendere*. E Skutschii nostri collectaneis per Foersterum benevole mecum communicatis sumo *superaccommodare* Cels. 8, 10, 1.

Qua in re quanto graeca lingua latinam superet, ex hoc intelleges, quod e litteris graecis equidem voces quadruplices 268 congessi. Hoc sane numero hae quoque inclusae sunt, quae non omnino stabilitae aut ab hoc illove critico in dubium sunt vocatae exceptis *ἀντιδιεπάγω*, *ἐγκατεφάλλομαι*, *ἐπενδίεσαν*, *παρεγκάθημαι*, *προανεκφώνησις*, *προσεπανήκω*, *συμπαρεισφθείρομαι*, *συνεπεισπίπτω* (hae enim nimis dubiae esse mihi videntur) et illae, quarum tertia praepositio cum quarta decompositi parte sic coartata est, ut haec non sine illa exstet (excepto *προκατεπείγω*, de cuius origine adhuc dissentiunt viri docti), ut *ἀπαντιπρόσωπον*, *ἐνδιενθυμοῦμαι*, *ὑποπαρενθυμοῦμαι*, *προεξαναλίσκω*, *προκαταναλίσκω*, *συμπαραναλίσκω*, *συνεξαναλίσκω*, *προκατεγγυάω*, *προπαρεγγυάω*, *συμπαραπολαύω*, *συναπεμπολάω*, *συνδιενεργέω*, *συνεξυπ-*

ηρετέω, συνυπεξούσιος; nam incipiunt omnes a tribus praepositionibus, quamquam revera tertia et quarta pars unum idemque individuum efficiunt, quod in plerisque derivatum est (ἐνθυμοῦμαι ab ἔνθυμος, ἐγγυάω ab ἐγγύη, ἐνεργέω ab ἔνεργος, ὑπηρετέω ab ὑπηρέτης etc.) Neque προυξεπίσταμαι et προσεπαπειλέω ab hoc numero segregavi, sed haec omnia cruce significavi.[1])

Sed iam ut commode omnes huius generis voces simul cum testimoniis cognoscas, ad litterarum ordinem digestae proferantur non demtis, quae alicubi leguntur, sed procul dubio repudiandae sunt:

ἀνθυπεκκαίω Niceph. Basilaca (Walz, rhett. gr. I p. 497, 19.)

ἀνθυπεξάγω Marc. Eugenicus de terminis vitae (Boiss. Anecd. nov. p. 354 f).

ἀνθυποκαθίστημι Plut.[2])

ἀνταποκατάστασις Hermes Trism. *Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν* cap. 11, 2.

ἀνταποκαταστατικός Metaphrasis pedestris Maximi poematis *περὶ καταρχῶν* ed. Ludwich, p. 80, 3 et 8.

ἀντεξανίσταμαι Plut. de primo frigido cap. 3[3]). Heliod. Aeth. VII, 19. Andr. Cret. Magni Canonis Ode VII. ὁ *Εἱρμός* (Patr. gr. 97 p. 1369 B). Anna Comnena, Alex. XIV, 9.

ἀντεξαποστέλλω Ioann. Hierosol. Vita Ioannis Damasc. XVI (Patr. gr. 94 p. 456 B).

ἀντεπανάγομαι Thuc. IV, 25, 1[4]) *ἀντεπαναγόμενοι πρός τε Ἀθηναίων ναῦς.*

ἀντεπάνειμι Andr. Cret. in transfigurationem Domini (Patr. gr. 97 p. 945 A).

---

[1]) Asterisco * significavi vocabula, quae neque in Stephani Thesauro neque in lexicis Sophoclis et Kumanudis apparent, uncis rectis[, quae auctoritate carent.

[2]) Nullius loci auctoritate hoc compositum fulcitur, sed in Stephani et Passovii lexicis Plutarcho tribuitur; et in Papii lexico additum est: „ἀνθυποκαταστα‌θείς *magistratus suffectus.* Plut.“ In Wyttenbachii indice Plutarcheo deest.

[3]) Pro *ἀντεξίσταμαι* Bernardakis hoc compositum ex codice Palat. 170 recipiendum iure commendavit in *Ἀδριατικὴ ἐπιθεώρησις* 28./29. April 1892, ut R. Foerster mecum communicavit.

[4]) Codd. plerique sane habent *ἀντεπαγόμενοι*, sed verum est, quod editur *ἀντεπαναγόμενοι*. Nam nusquam Thucydides de eis qui in impetum provehuntur, *ἐπάγομαι* dixit, sed *ἐπανάγομαι* et *ἐπαναγωγή*.

ἀντεπανέρχομαι Timarion cap. 4 (Ellissen, Analect. IV p. 45).

* ἀντεπανίσταμαι Phot. epistt. lib. I epist. XXIV, 3 f (Patr. gr. 102 p. 797 C).

ἀντεπαφίημι Lucian. Zeux. 9. Eustath. opusc. ed. Tafel, p. 336, 58.

ἀντεπεισάγω Timaeus Locr. de anima mundi et natura § 9 *ῥεῖ γὰρ διὰ τῶ σώματος ἔξω θύραζε τὰ πνεύματα, ἀντεπεισάγεται δὲ διὰ τᾶς ἀναπνοᾶς τῷ τε στόματι καὶ ταῖς ῥισίν.* Aëtius de placitis philos. IV 22, 2 (Plut. II, 903 E) *καὶ τοῦ ἀέρος ἀντεπεισαχθέντος*[1]) *εἰς τὰ διὰ τοῦ αἵματος ἀραιώματα.* Porphyr. quaestt. Hom. in Il. *Π*, 152.

[ἀντεπείσειμι cf. ἀντεπεισάγω not. 1.

ἀντεπεισέρχομαι Eustath. orat. ad regem Manuelem 10 (Tafel, de Thessalonica p. 413).

ἀντεπείσοδος Aëtius de placitis philos. IV, 22, 1 (Plut. II, 903 D) *τῷ ἀερώδει τὴν ἀντεπείσοδον παρεχομένου;* eadem verba invenis Galen. XIX p. 317.

ἀντεπεισφέρω[2]) Aëtius de placitis philos. IV, 22, 3 (Plut. II, 903 E), cf. Galen. XIX p. 318.

ἀντεπεκκλίνω Theophanis vita Parisina (Theoph. ed. de Boor II p. 29, 28.)

ἀντεπέκτασις Hesych. s. *τόξον πῆχυν.*

* ἀντεπεκτείνω Galen. XVIII, 1 p. 213.

ἀντεπεμβαίνω Theod. Prodr. Rhod. et Dos. VI, 358.

* ἀντεπεξαγείρω Theod. Prodr. Rhod. et Dos. II, 11. V, 280.

ἀντεπεξάγω Thuc. VIII, 104, 4. Ioseph. Archaeol. VI, 9, 1. VIII, 14, 4. Dio Cass. XXXVIII, 48. XLVI, 37. L, 31. Lucian. Bacch. 3 § 77. Georg. Pisid. de expeditione Persica III, 216. Constant. Manass. compend. chron. v. 1266. Andr. Cret.[3]) Patr. gr. 97 p. 937 B. 1109 B. 1116 B. 1144 C. 1153 D. Phot. Amphiloch. anecd. *ΜΕ* (A. Mai. scriptt. vett. nova collectio I p. 33). Eustath. opusc. ed. Tafel p. 121, 19.

---

[1]) Dielesius (Doxogr. gr. 412 a [31]) auctoritate codd. Mosquensis et Marciani nisus mavult *ἀντεπεισιόντος*, sed *ἀντεπεισαχθέντος* verbo patrocinatur et locus ante allatus et Galen. XIX p. 317, ubi hoc idem enuntiatum invenitur.

[2]) Hoc verbum in Stephani Thesauro Cyrillo quoque tribuitur (C. Iul. 10 p. 326), sed forma *ἀντεπενηνέχθαι* in errorem induxit.

[3]) In huius scriptis hoc compositum a propria vi recedit.

169, 61. 207, 70. 299, 6. 301, 80. 325, 87. comment. in Il. *A*, prooem. = p. 14, 33, *A*, 325. orat. ad regem Manuelem 26 (Tafel, de Thessalonica p. 413). supplicat. Manuel. Comn. 4 (ibd. p. 437).

ἀντεπέξειμι Thuc. VII, 37, 3. 42, 6. Ctes. de rebus Persicis cap. 52 (absolute.)[1]) Xen. Cyr. III, 3, 30 et V, 4, 21 (absolute). Dionys. Hal. A. R. III, 24 et 52. IV, 51. IX, 10 et 13 (absolute) VIII, 86[2]). Strab. VIII, 3, 29. Pausan. IV, 7, 3 (absolute). Polyaen. I, 14[3]). Lucian. Bacch. 3 § 78 *ἐπ' αὐτοὺς ἀντεπεξῄεσαν*. Dio Cass. XLVIII, 40. XLIX, 8. Liban. IV, 1047, 4 (absolute). Basil. Magn. epistt. class. II ep. 217. Eustath. opusc. ed. Tafel p. 105, 29. 232, 63. 291, 8 (absolute). Cum illis locis, ubi *ἀντεπέξειμι* hostilia indicat, differunt hi: Her. Spirital. (vett. math. p. 156.). Phot. ad Amphilochia quaest. I, 18, ubi *ἀντεπέξειμι* absolute adhibitum „repugno“ significat.

ἀντεπεξελαύνω Thuc. IV, 72, 3.

ἀντεπεξέρχομαι. Suidas composito *ἀντεπεξελθεῖν* apponit: *δοτικῇ. καὶ ἀντεπεξέρχομαι.* Thuc. IV, 131, 1. Strabo VIII, 3, 28. Ioseph. bell. Iud. I, 17, 6. Ael. Aristid. vol. I p. 150, 1. p. 150, 8 (vulgo legitur *ἀντεπελθεῖν*, sed cod. *E* praebet *ἀντεπεξελθεῖν*). Dio Cass. XLI, 20. Frg. ex libro XIX (Bekker, anecd. gr. I, p. 124, 7.). Andr. Cret. Patr. gr. 97 p. 1132 A vi „repugnandi“ verbum instructum est, ceteris locis notionem „prodeundi in pugnam adversus invadentem“ habet. Eustath. opusc. ed. Tafel p. 233, 1.

[*ἀντεπεξίημι* cf. *ἀντεπέξειμι* Polyaen.

ἀντεπέξοδος Dio Cass. XLVII, 37.

ἀντιδιέξειμι Aeschin. c. Tim. § 155, 6.

ἀντιδιεξέρχομαι Plat. Theaet. 167 D.

[*ἀντιδιεπάγω* Dionys. Hal. VII, 34 *ἀλλ' ἐμνησικάκουν τῆς ψευσθείσης αὐτοῖς πολλάκις ὑποσχέσεως περὶ τῶν ἐπικουρίας*

---

[1]) Plerumque verbum cum dativo coniungitur.

[2]) Cod. Vat. praebet *οἱ δ' οὐκ ἀντεξῄεσαν*, neque Iacobyus *ἀντεπεξῄεσαν*, quod in vett. codd. exstat, recepit.

[3]) *ὁπλιζομένων ἀνθωπλίζοντο, ἐπεξιόντων ἀντεπεξῄεσαν* scribendum esse, quamquam cod. F *ἀντεπεξίεσαν* exhibet, nemo negabit.

δεομένων ἀπόρων, ἀντιδιεπαγόντων[1]) *τῶν ὑπ' ἐκείνοις ψηφιζομένων.*

ἀντιπαρακάθημαι Eustath. opusc. ed. Tafel p. 44, 89. 111, 61. 189, 39.

ἀντιπαρεισαγωγή[2]) Plotin. Enn. II, IX, 5 *ἄλογος δὲ καὶ ἀντιπαρεισαγωγὴ αὐτοῖς τῆς ἑτέρας ψυχῆς ταύτης.*

ἀντιπαρεκδύομαι Synes. Cyr. in Arcad. cap. 17.

ἀντιπαρέκτασις Chrysipp. apud Stob. Ecl. I cap. 17 ter. Pariter Alexander Aphrod. (de mixt. cap. 3 ed. Bruns, Suppl. Aristot. II, 2 p. 216, 29. 217, 9) hoc compositum in numero vocum Chrysippearum habendum testatur. Philo Iud. ed. Richter vol. II p. 288. Hippolyt. philos. 21, 5[3]). Greg. Naz. or. 43, 71.

ἀντιπαρεκτείνω[4]) Chrysippi locum ex libro III physicorum affert Diog. Laert. VII, 151. A Stobaeo quoque Ecl. I cap. 17 et Alexandro Aphrod. de mixt. cap. 3 (bis) et 4 (ed. Bruns, Suppl. Aristot. II, 2 p. 216, 26. 217, 6 et 29) Chrysippum hoc verbum usurpasse discimus. Philo Iud. ed. Richter vol. II p. 288. IV p. 163. Ioseph. bell. Iud. III, 7, 24. V, 3, 5. Sext. Empir. ed. Bekker p. 443, 24 et 33. 465, 29 et 32 (bis). 522, 13. 703, 30 et 31. 704, 4.

* *ἀντιπαρενίστημι* Georg. Choerobosc. orthogr. (Cramer, Anecd. gr. Ox. II p. 180, 19).

ἀντιπαρεξάγω per *ἀντιτάσσω* explicatur in lexicis Hesychii, Suidae[5]), Zonarae, qui *ἐξ ἐναντίας παρατάττεσθαι* addit.

---

[1]) Hanc lectionem quae ab omnibus exhibetur codicibus, esse spuriam iure viri docti consentiunt, dissentiunt autem de loci sanandi ratione. Reiskius locum foedissime corruptum ab ingenio restitui posse negavit, ceteri diversissima proponunt: Lapus *ἀθετουμένων*, Sylburgius *οὐδὲν δ' ἐπὶ τέλος ἀγόντων τῶν ὑπὲρ ἐκείνης ψηφιζομένων*, Kayser, Ann. phil. 1866 p. 43 *καὶ ἀντέπραττον τοῖς ὑπ' ἐκείνων ψηφιζομένοις*, Meutzner ib. p. 260 *ἀντία* (vel *ἐναντία*) *δὲ πασχόντων τῶν ὑπὸ δεινοῖς ψηφιζομένων*, Schenkl ib. p. 36 ⟨*ὡς*⟩ *ἀντία διεπιτελούντων* ⟨*αὐτῶν*⟩ *τῶν ὑπ' ἐκείνων ψ.*, Iacobius *τἀναντία ἐπαγόντων τῶν ἐπ' ἐκείνοις ψηφιζομένων*. Equidem malim: *ἀντία διεπαγόντων τῶν ὑπ' ἐκείνων ψ.*

[2]) Edd. habent *παρεισαγωγή*, sed *ἀντιπαρεισαγωγή*, quod. codd. praebent, praeferendum est.

[3]) Legitur hic *σώματα δὲ πάντα ὑπέθεντο καὶ σῶμα διὰ σώματος μὲν χωρεῖν, ἀλλὰ ἀνάστασιν εἶναι*, sed Dielesius bene coniecit *ἀντιπαρέκτασιν*.

[4]) Hoc compositum excepto Iosepho a philosophis tantum usurpatur.

[5]) Hic enim in *ἀντιπαρέξειν* latere *ἀντιπαρεξάγειν* quis est, qui neget?

Epistula Philippi in Demosth. or. de corona § 39 p. 239. Polyb. III, 90, 1 [1]). Ioseph. Arch. XVIII, 8, 1. Plut. Aem. Paul. 30, 1. Aristid. 16, 6. Pyrrh. 16, 9. Lucull. 27, 5. Nic. 3, 1. Brut. 49, 2. de tranquill. anim. 10, 1. Dio Chrysost. or. VII, 98. Arrian. Anab. V, 17, 1. Polyaen. strateg. III, 10, 6. IV, 3, 9. VIII, 23, 9. Galen. VIII p. 715. XI p. 174. Sext. Empir. ed. Bekker p. 227, 10. 287, 27. Aelian. v. h. IV, 9. Orig. excerpt. in Psalmos (Patr. gr. 17 p. 125 D). Euseb. Pamph. adv. Hierocl. 445. demonstr. evang. X, 8, 92. Themist. or. ed. Dindorf p. 334, 26. Greg. Nyss. ed. Migne (Patr. gr.) II p. 397 D. p. 404 B. 412 A. III p. 801 B. Cyrill. Alex. VI, 262, 23 Pusey. cf. Journal of phil. vol. VII p. 44. Zachar. Mytilen. Patr. gr. 85 p. 1104 A. Niceph. Chumn. epist. 61 (Boiss. anecd. nova p. 68).

ἀντιπαρεξαγωγή Plut. de libidine et aegritudine V, 5. Sext. Empir. ed. Bekker p. 224, 5. Greg. Nyss. epist. III [2]).

ἀντιπαρέξειμι Plut. Cic. 43, 3. Ps. Plut. reg. et imp. apophthegm. Fab. Max. 1 *ἐπηκολούθει διὰ τῶν τραχέων καὶ ὀρεινῶν ἀντιπαρεξιών.* [3]) Ioseph. Arch. II, 9, 4. Greg. Nyss. I, 248 C ed. Migne.

ἀντιπαρεξέρχομαι Dio Cass. XLVII, 46.

ἀντιπαρεξετάζω Dionys. Hal. A. R. I, 3. III, 11. XI, 34. Epist. ad. Cn. Pomp. 1, 14 f. de Thuc. iud. 16, 4. 35, 3. 41, 8. de admirab. vi dicendi Demosth. 33. Theodor. Mopsuest. in epist. ad Galatas 3 (ad vers. 23). Olympiodor. cat. in Iob (p. 185). cat. 15, v. 5, 6. (P. gr. 93 p. 174 B).

ἀντιπαρεξέτασις Suid. s. *Ἡμένη πελειάς.* Eustath. opusc. ed. Tafel p. 255, 40.

ἀντιπροκαταλαμβάνω Anaxim. rhet. ad Alex. 19 (Aristot. ed. Bekker p. 1433 b 1).

---

[1]) Hoc loco, quo solus codex Augustanus exhibet: *διόπερ κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους ἀντιπαρεξῆγε τοῖς πολεμίοις ἀεί* (ceteri *ἀντιπαρῆγε*) equidem propter antecedens *ἐπεξιόντος* III, 89, 1 *ἀντιπαρεξῆγε* scribendum commendem.

[2]) Hic, ubi Stephanus Thes. *ἀντιπαρεξαγωγή* legi testatur, exstat (Patr. gr. 46 p. 1024 A): *καὶ τί βούλεται ἡ τῶν καινῶν θυσιαστηρίων ἀντεξαγωγή;*

[3]) Eadem verba leguntur apud Apostolium proverb. XVIII, 22 *χειμάσει ποτὲ κ. τ. λ.* (Paroemiogr. gr. II p. 723 L.).

† ἀπαντιπρόσωπον [1]) Clem. Alex. strom. VII 7, 34.

ἀπεκπροθέω Greg. Nyss. ed. Migne II p. 365 A.

διανακαθίζω Hippocrat. de mulierum morb. II, 201 ed. Littré VIII p. 384. (cod. Θ Ermerinsii praebet ἀνακαθίζειν.)

† διεκπροαλὲς Apoll. Rhod. III, 73 καί μ' ἀναείρας αὐτὸς ἑοῖς ὤμοισι διεκπροαλὲς φέρεν ὕδωρ. [2])

διεξανίσταμαι Eunap. Sard. fr. 76 apud Suid. s. v. διηυχενίζετο.

ἐγκατεφάλλομαι Oppian. Hal. IV, 661 πόντῳ δ' ἐγκατέπαλτο λίνων ὕπερ.

ἐμπαρεισφρέω Tzetz. epist. 50 (ed. Pressel p. 43).

ἐμπαρενείρω Ioann. Diac. serm. in vitam Iosephi Hymnogr. 1 (Patr. gr. 105 p. 941 A).

† ἐναπενιαντίζω [3]) Parmeniscus, scholl. in Eurip. Med. 273.

† ἐνδιενθυμοῦμαι Gregor. Agrigent. in Ecclesiasten lib. V § 9 (Patr. gr. 98 p. 948 A).

ἐνσυγκαταζέω Mnesitheus Cyzicenus apud Oribasium I p. 279, 9.

* ἐνσυνυπάρχω Dexipp. in Aristotelis categ. dubitationes et solutiones lib. III cap. 5. (Spengelius ἐνυπάρχει mavult.)

ἐξεπανοίγομαι narr. amat. de Callim. et Chrysorrh. v. 302, (ed. Spyr. Lambros, collect. de romans grecs, Paris 1880 p. 13).

ἐξεπεξάγω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 177, 19.

* ἐξυπανέχω Anna Comn. Alex. I, 11.

ἐξυπανίστημι Hom. Il. B, 267 σμῶδιξ δ' αἱματόεσσα μεταφρένου ἐξυπανέστη, qui versus repetitur in Centon. Hom. p. 59, 29 (de scholiorum et Eustathii explicatione huius

---

[1]) Cum codicum lectio sit: ἵνα οἱ ἅπαν τι πρόσωπον τῶν ἀγαλμάτων ἱστάμενοι πρὸς ἀνατολὴν τρέπεσθαι διδάσκωνται, praestans facilisque est coniectura Sylburgii ἀπαντιπρόσωπον, nisi ἀπαντιπροσώπως praeferendum; cf. Aristot. p. 835 b 11 καὶ ὅταν διώκωνται, φεύγειν καὶ εἰσδύντας ἀντιπροσώπως ἵστασθαι. (Dindorfius proposuit ἀντιπρόσωποι.)

[2]) Haec est lectio cod. Laurentiani; Guelf. exhibet δι ἐκ προαλὸς (ὁ in ras.). Scholiasta explicat: κατώφορον, κατωφερὲς καὶ ἐπὶ τὴν ἅλα προϊόν, ῥοῶδες.

[3]) Hoc verbum num inter huius generis composita numerari possit, valde dubium est. Nam praeterquam quod prius ἐν non satis est stabilitum, neque ἐν praepositionem latere in verbo ἐνιαυτίζω pro certo scimus, neque, si latet, sentiebatur.

compositi cf. p. 2). Pythagorae versus a Porphyrio in vitae Pythagoricae cap. 40 servatus πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστάς.[1]) Pseudo-Callisth. apud Eustath. in Il. p. 918, 40. Anna Comn. Alex. XIII 3.

*ἐπανεξέτασις. Lib. Iurid. alphab. cod. Paris. reg. gr. 1382 (ed. Zach. de Lingenthal Ius graeco-romanum II p. 5.)

ἐπεγκάθημαι Eustath. opusc. ed. Tafel p. 317, 24.

ἐπεκδιήγησις Basil. Magn. homil. IV. in Hexaëmeron (Patr. gr. 29 p. 89).

ἐπεκδιηγοῦμαι Plat. Phaed. 97 D et E. 98 B. Clem. Alex. Strom. IV cap. 7 s. 45. Procl. in Platonis theol. I, 2. V, 11. Marin. Procli vita 23.

[ἐπενδίεσαν Hesychius per ἐπηφίεσαν explicat, sed exemplo non illustrat.

ἐπεξανάπτω Georg. Pisid. apud Suidam s. v. ἐνθουσιώσας.

ἐπεξανίσταμαι Philo ed. Richter vol. VI p. 124.

ἐπιδιέξειμι Diogenes Babylonius de principatu animae apud Galen. V p. 242 ἐμφανὴς γοῦν ἐστι διὰ τῆς ἀρτηρίας ἐπιδιεξιοῦσα.[2]) Plut. de Herod. malign. 1, 3 (II, 854 F) ἐπεὶ τά γ' ἄλλα ψεύσματα καὶ πλάσματα βουλομένοις ἐπ⟨ιδι-⟩εξιέναι, πολλῶν ἂν βιβλίων δεήσειεν. Polyaen. strateg. IV, 20 ὁ μάντις ἐπιδιεξιὼν τοὺς λοβοὺς καὶ τὴν χολὴν (sed cod. Florentinus exhibet ἐπεξιών).

*ἐπιδιεξέρχομαι Epicur. Eth. col. XVII ἄρξωμαι νῦν ἀνηνύτου κακοπαθείας εἶτ' ἐπιδι⟨εξελ⟩θῶ[ν][3]) μεταξύ. Galen. XVI p. 699 ἀλλ' εἰ μὲν προστεθείη, τὸν ἐφεξῆς χρόνον δηλώσει τῷ προειρημένῳ, εἰ δ' ἀφαιρεθείη, τὸν ἔμπροσθεν, οὐ μὴν ἴσον γε οὐδ' ὅμοιον προδιεξέρχεθαι τὸ ἕτερον θατέρου λέγειν ἢ ἐπιδιεξέρχεσθαι.

ἐπιπαρεμβάλλω Polyb. III, 115, 10. XI, 23, 4 et 5. XII, 19, 6.

---

[1]) Exstat versus cum pentametro in codice Monacensi August. 490 inter v. 39 et 40 Aurei carminis interpositus. A docto lectore ex Porphyrio eum descriptum esse Nauckius suspicatur.

[2]) Haec est lectio Aldinae. Struvius προσδιεξιοῦσα mavult, Kuehnius διεξιοῦσα.

[3]) Hoc restituendum proposuit Comparetti, Frammenti inediti dell' etica di Epicuro, Riv. di filol. VII p. 418 et Museo italiano di antichità classica I (1885) p. 77. 85. Usener Epicurea p. XLIX scribit ἐπιδιασκευθῶ.

ἐπιπαρέξειμι Aristot. probl. I *E*, 7 (ed. Bekker p. 912a 11).
ἐπισυνεισφέρομαι Epiphanius (Patr. gr. 41 p. 686 B).
ἐπισυνεισφορά Epiphanius (Patr. gr. 42 p. 597 D).
ἐπισυνέμπτωσις Eustathius comment. in Il. *Ψ* 116 p. 1291, 42 καὶ λέγεται ἡ τοιαύτη ἐπικὴ κακία ἐπισυνέμπτωσις, οὖσα λέξεων ὁμοιοκαταληξία καὶ τῶν αὐτῶν συμφώνων ἐπαλληλία. Anonymus Ambrosianus de re metrica ed. Studemund, Anecd. gr. p. 214, 23 τῶν δὲ μέτρων κακίαι εἰσὶ πέντε· χασμῳδίαι, ἐπισυνέμπτωσις, κ. τ λ. l. 32 et 34.
καθυπεκδέχομαι Nicetas Choniatas de Alexio Isaacii Angeli fratre I, 7 f.
καθυπεμφαίνω Eustathius Macrembol. Hysm. IV 18, 11 et 13 [1]). Eustath. opusc. ed. Tafel p. 321, 51.
καθυπενδίδωμι Nicetas Choniatas de Manuele Comneno V. 2 f.
[κατενεγγύησα Ioseph. Ant. Iud. XVI, 7, 6. Aristaen. II, 8 est vitiosa lectio.
κατεξανάστασις lib. περὶ ὕψους cap. 7, 3. Iamblich. vit. Pythag. XVI. XXXI.
κατεξαναστατικός Marc. Antonin. comment. VIII, 39. Sext. Empir. ed. Bekker p. 566, 23. 567, 6.
κατεξανίσταμαι [2]) Polyb. apud Suid. s. κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος, quod explicatur per προμηθῶς βουλευσάμενοι:

---

[1]) Codd. Monacenses 96 et 405 utroque loco habent καθυποφαίνει.

[2]) κατεξανίσταμαι inter omnia huius generis composita latissimam tenet provinciam neque a rerum scriptorum nec philosophorum nec rhetorum ac ne a poetico quidem sermone, quamquam in hunc sero irrepsit, est absonum. Mihi ut plus septuaginta loci triginta scriptorum in promptu sunt, ita numerus et scriptorum et locorum quin augeri possit, non dubito. Prima litterarum graecarum aetas hoc verbum ignoravit, sed inde a Polybio, qui primum exemplum praebet, unaquaque aetate saepe deprehenditur. Ab Hesychio et Zonara per κατεπαίρομαι explanatur, eique explicando inserviunt verba Eustathii (comment. in Il. *Α*, 534 p. 146, 13): ὅρα δὲ τὸ ἀρχαϊκὸν τῆς λέξεως τοῦ ἐπανίστασθαι. πάλαι μὲν γάρ ποτε τὸ ἐπὶ τιμῇ ἀνίστασθαι ἐδήλου· ὕστερον δὲ μάχιμος ἡ λέξις τοῦ ἐπανίστασθαι καὶ τῆς ἐπαναστάσεως τῆς ἐπὶ προθέσεως τὸ κατὰ δηλούσης, ὡς καὶ ἐν τῷ, ἥκεις ἐφ' ἡμᾶς, παρ' Εὐριπίδῃ, καὶ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας παρ' Αἰσχύλῳ, ἤγουν κατὰ Θηβῶν· ὡς εἶναι παρὰ τοῖς ὕστερον τὸ ἐπανίστασθαι ὅμοιον τῷ κατεξανίστασθαι. Genetivum huic verbo adiungi dicit Suidas s. κατεξανιστάμενος neque ab hoc praecepto recedit usus scriptorum, nisi quod quinque locis recentiorum scriptorum κατεξανίσταμαι absolute usurpatur et uno loco quintae quam statuo aetatis κατὰ cum genetivo invenitur.

διὸ κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος παρῃτήσαντο τοὺς πρυτάνεις ἐκπέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον, συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας. (Polybii frgg. 152 (149) ed. Hultsch). Diod. Sicul. X, 7, 4 *κατεξαναστάντα τοῦ πάθους.* XVII, 21, 3 *παντὸς δεινοῦ κατεξανίστατο.* XXXIII, 21a *παντὸς πόνου καὶ κινδύνου κατεξανεστηκώς.* XXXIV/XXXV, 25 *κατεξανίσταται καὶ τῶν νόμων.* XXXVII, 20 *κατεξανίστασθαι τῶν περὶ ψυχὴν παθῶν.* Heraclit. Allegor. Homer. cap. 14 (Anecd. gr. ed. Matranga I p. 309). Philo Iud. ed. Richter vol. I p. 166. II p. 194. 195. 210. III p. 105. IV p. 67. V p. 215. Ioseph. Arch. VIII, 2, 8. XVI, 9, 3. Plut. Alex. 6, 1. (I, 667 C). Phoc. 10, 4 (I, 746 D). Demetr. 22, 3 (I, 898 F). de Alex. s. virt. s. fort. or. I, 9 (II, 331, B). Marc. Antonin. comment. V, 15. Clem. Alexandr. Strom. VI, 9 s. 72. VII, 11 s. 64. 65. 12 s. 70. 79. Sext. Empiric. ed. Bekker p. 186, 9. 321, 11. 587, 26 (ubi iisdem verbis utitur ac p. 186, 9). Diog. Laert. VII, 182. Origen. exhort. ad martyr. 23 (ed. Migne XI p. 593) *ἐπὶ τοῖς κατεξανισταμένοις τῶν τηλικούτων πόνων* (cf. Diod. Sic. XXXIII, 21a). comment. in Matth. Tom. XVI, 8 med. (Migne XIII p. 1392 B). Euseb. Pamph. demonstr. evang. III, 7, 39. Basil. Magn. comment. in Isaiam Proph. XIII (Patr. gr. 30 p. 569 C) *κατεξανιστάμενος τῶν παθῶν* (cf. Diod. Sic. X, 7, 4. XXXVII, 20). lib. de virginitate cap. 11 (P. gr. 30 p. 692 C). constitutt. monastic., cap. 6, 2 (P. gr. 31 p. 1361 C) (ubi absolute adhibetur). cap. 32 (31 p. 1421 B). Pseudo-Liban. (Boiss. Anecd. gr. I, 166). *οὕτως ἥδοντος κατεξανιστάμην παντός.* Greg. Naz. or. 25, 4 (Patr. gr. 35 p. 1204). Ioann. Chrysost. Patr. gr. 57 p. 37. 181. 189. 326. 655 *κατεξανιστάμενον τῶν νόμων* (cf. Diod. Sic. XXXIV/XXXV, 25). p. 741. 742. in epist. I. ad Corinthios hom. XXIII, 2. (ed. Montfaucon X p. 202). Synes., calvitii encom. cap. 2 *καὶ ὁ λόγος ἀντεισιὼν κατεξανέστη τοῦ πάθους* (cf. Diod. Sic. X, 7, 4. XXXVII, 20. Basil. Magn. comment. in Isaiam proph. cap. XIII). de providentia cap. 10 med. Dio cap. 7 (absolute usurpatum). Heliod. Aethiop. II, 28. VIII, 5. Eunap. Sard. apud Suid. s. *Εὐτρόπιος* (Müller, F. H. G. IV p. 44). Procl. instit. theol. 143. Hesych. explicat

Ὑπερῇρτο per κατεξανίστατο, Καταπλήσσει per καταράσσει, φοβερίζει, κατεξανιστᾷ, quo uno loco activa forma occurrit. Andr. Cret. Patr. gr. 97 p. 1281 C. Michael Monach. vita Theodori Abbatis cap. 62 (Patr. gr. 99 p. 320 C) Ἐρρέτω φθόνος ὁ κατὰ τοῦ δικαίου Θεοδώρου κατεξανιστάμενος. Phot. epistt. I, 14 (Patr. gr. 102 p. 741 D). ep. 24, 27 (Patr. gr. 102 p. 820 D). II, 73 med. (Patr. gr. 102 p. 884 B). Amphilochia anecd., ζ f. (Mai, scriptt. vett. nova collectio I p. 6). praeterea Photius locum Asterii servavit bibl. p. 501, 14a τῶν ἀπόντων κατεξανίσταται. Suid. s. v. Ἀβεσαλώμ. s. v. ἐγκραγών · λόγοις κατεξαναστάς, διαλοιδορησάμενος. s. v. κατεξανιστάμενος · τούτους δὲ δορυφορῶν καὶ κατεξανιστάμενος τοῖς χορηγίοις ἑτοίμως παρεσκεύασε συναγωνιστάς.[1]) καὶ κατεξανίσταμαι γενικῇ. Theodor. Prodrom. Rhod. et Dos. V, 154 καὶ τῶν ἐν αὐτῷ θυμικῶν πυρεκβόλων — σπινθηριώντων ἐν μέσῃ τῇ καρδίᾳ — κατεξανέστη πῦρ λαλῶν καὶ πῦρ πνέων. Anna Comn. Alex. XIII, 62. Eustath. opusc. ed. Tafel p. 23, 82. 29, 23. 48, 67 (absolute usurpatum). 157, 31. 209, 86. 317, 12. 320, 20. Theodor. Metochit. miscell. cap. 10. cap. 55 (absolute usurpatum). cap. 58.

κατεπαναγεύω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 293, 10.

κατεπανίσταμαι (act. κατεπανίστημι rarius)[2]). Athanas. apolog. contra Arianos 44 (Migne I p. 324 B) τοσοῦτον δὲ λοιπὸν κατεπανέστησαν κατὰ τῆς πίστεως. Basil. Magn. homil. in Psalm. 140 (Patr. gr. 29 p. 488 C). Maxim. Confessor, quaestt. ad Thalassium (Patr. gr. 90 p. 425 C). Ephraim archiep. de miraculo, quod in puero factum est a S. Clemente cap. IX (Cotelerius, Patr. Apostol. I p. 817) (absolute dictum). Theodor. Metochit. miscell. cap. 12. Activa forma occurit: Michael Monach. vita Theodori Studitae cap. 123 (Patr. gr. 99 p. 225 B). Phot. ad Amphiloch. quaest. 225.

[κατεπανουρεύω in versione Veteris Testamenti a LXX facta exstare prius opinabantur viri docti, sed Tischendorfius

---

[1]) De his verbis valde ambigitur. Cf. Bernhardyus ad hunc locum.

[2]) Suidas s. v. adnotat γενικῇ, quod non in omnes locos quadrat, cum iam apud Athanasium, qui inter primos hoc composito usus est, κατά cum genetivo adhibitum reperiatur.

Psalm. XXCIII, 3 (XXCII Tischend.) pro *κατεπανουρεύσαντο* bene restituit *κατεπανουργεύσαντο* verbi *καταπανουργεύω* formam).

κατεπεμβαίνω Pseudo-Ioann. Chrysost. in Publicanum et Pharisaeum cap. 1 (ed. Montfaucon VIII p. 117 E). Theodoret. graec. affect. cur. IV p. 56, ubi legitur *ἀλλήλοις ὡς πολεμίοις ἀνέδην κεχρημένοι*, codd. C. Vb. Sirm. exhibent *κατεπεμβαίνοντες*, quae est genuina lectio, cum *ἀνέδην κεχρημένοι* pro glossa quae in textum irrepserit habenda sit. Append. proverb. Bodl. centur. IV s *ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπνίγειν· παρεγγυᾶται μὴ τοῖς δυστυχοῦσι*[1]) *κατεπεμβαίνειν* (Paroemiogr. gr. I p. 441). Olympiodor. in beatum Iob cap. 21 v. 27, 28. (Patr. gr. 93 p. 232 D). scholl. in Oppian. Hal. II, 34. Nicet. Choniat. Alex. Manuelis Comn. fil. cap. 7 (ed. Bekker p. 311, 1). de Andronico Comn. I, 7 (ib. p. 389, 5). Eustath. opusc. ed. Tafel p. 228, 12. Theodor. Metochit. miscell. cap. 5.

μετεξανίσταμαι Lucian. conviv. 13.

[*παρεγκάθημαι* in Stephani Thesauro affertur his additis: *assideo, inter alios sedeo. VV. LL. quae tamen expos. ab ἐγκάθημαι recedit;* mihi nusquam occurrit.

παρεκπροφεύγω Il. Ψ, 314. Scholl. et Eustathius de hoc verbo quadruplici tacent.

[*παρενεγγύησε*, quod Suidas s. v. per *παρήνεσε, συνεβούλευσε* explicat, nihil nisi falsa lectio pro *παρενεγύησε* videtur.

παρενεισαγωγή[2]) Alexand. Aphrodis. de febr. (initio) (Museum criticum, Cantabrig. 1826, vol. II p. 362) *Ἀμέλει*

[1]) His tribus locis dativus voci subiungitur, ceteris genetivus.

[2]) Hoc compositum, quamquam codicis auctoritate est stabilitum, Passovium offendit, cui praepositiones *ἐν* et *εἰς* in eodem vocabulo positae displicebant. Verba eius (opusc. acad. p. 606) haec sunt: „*hanc praepositionum sibi invicem adversantium ἐν et εἰς coniunctionem nec sibi permiserunt Graeci nec poterant permittere. Litteris igitur transpositis scribendum videri possit ὡς ἐν παρεισαγωγῆς τρόπῳ, ut paulo infra, ὡς ἐν εἰσαγωγῆς λόγῳ, sed possit quoque ὥσπερ ἐν εἰσαγωγῆς τρόπῳ, et ita statim ab initio, ὥσπερ ὑπόμνημα: nec diffitendum hoc magis placere: nam neque vocabulum παρεισαγωγή apte quadraret ad sententiam, et auctor ipse eandem quam hic introductionem in fine capitis εἰσαγωγήν, non παρεισαγωγὴν vocavit: ipsius igitur codicis lectionem, etsi perperam intellectam, exhibuisse videtur Schinas, ὡς παρενεισαγωγῆς τρόπῳ.*“ Cui adstipulari nequeo. Nam dixit, ut exemplum afferam, Timaeus Locr.

καὶ ἔδοξέ μοι ὡς παρενεισαγωγῆς τρόπῳ τὸ παρὸν συντάξασθαι σύγγραμμα.

[*παρεπεισοδιάζω* est varia lectio Eustath. comm. in Il. *Δ*, 265 = p. 100, 40 pro *παρεισοδιάζω*.

παρυπεμφαίνω Nicet. Choniat. Alex. Man. Comn. fil. cap. 15 ed. Bekker p. 337, 21.

περισυγκαταλαμβάνω [1]) Aristot. de aud. (ed. Bekker 803 b 41) *διὰ γὰρ τὸ περισυγκαταλαμβάνεσθαι τοὺς ἑτέρους ἤχους ὑπὸ τῶν ἑτέρων καὶ γίγνεσθαι τὰς καταπαύσεις αὐτῶν ἅμα λανθάνουσιν ἡμᾶς αἱ μεταξὺ γιγνόμεναι φωναί.*

[*προανεκφώνησις* [2]) Herodian. rhet. *περὶ σχημάτων* (Walz VIII p. 594, 14).

προαντανίσχω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 353, 87.

προαπανίσταμαι Georg. Pachymer. de Andronico Palaeologo IV, 21. V, 26 med.

προαπεκβαίνω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 146, 83.

προαποκατάστασις Procl. comment. in rempubl. Platonis p. 690 (Schoell, Anecd. gr. p. 110, 7).

προδιακατέχω Soran. de mul. 37.

---

p. 99 E *εἰς τὴν μάθησίν τινα ἐνάγω.* Studium cumulandi in verbis praepositiones illo tempore magnum erat, et eaedem praepositiones in compositis graecis inter se excipiunt, ut in *προπροκυλίνδομαι* Il. X, 221. Od. ρ, 525., *προπροκαταΐγδην* Apoll. Rhod. II, 595, *ἐνεμπίπλημι* bis apud Galen. XV p. 193, aut discretim in eadem voce cumulantur, ut in *ἐξεπεξάγω, ἐμπαρενείρω, ἐνδιενθυμοῦμαι,* de quibus infra verba faciam. Si cui *παρά* supervacaneum aut minus ad sententiam quadrare videtur, animum attendat ad Nicetae Choniatae compositum *παρυπεμφαίνω* (Alex. Man. Comn. fil. cap. 15 *ἣν δὲ τῶν γραφομένων ὁ νοῦς, εἰ συγχωρηθήσεται προβῆναι συνάλλαγμα γαμικὸν βραχὺ μὲν ἢ οὐδὲν παρυπεμφαῖνον τὸ ἄσεμνον*) et dicat, quid aliud de huius verbi *παρά* statuat. Adde quod *ἐν* iuxta *τρόπῳ* hoc loco melius deest. Firmissimum autem meae sententiae adminiculum habere mihi videor, quod *ἐνεισάγω* apud quamvis recentem scriptorem exstat Ephraemium (Chronic. v. 7466 *καὶ καταλαβὼν τὴν Νικαέων πόλιν ὁμευνέτιν φίλτατα τῇδ' ἐνεισάγει*), atque etiam in verbo *ἐμπαρεισφρέω* praepositiones *ἐν, εἰς, παρά* consociatae exstant.

[1]) Dindorfius aut *περικαταλαμβάνεσθαι* aut *συγκαταλαμβάνεσθαι* scribendum coniecit, iniuria, quia suam quaeque praepositio vim habet ita ut qui unam demat, totius verbi imminuat notionem.

[2]) Haec est lectio duorum codicum Parisinorum pro *προαναφώνησις*: *τὰς γὰρ κατασκευὰς τοῦ λόγου οὐ συναριθμητέον τοῖς σχήμασιν, οἷον τήν τε προοικονομίαν καὶ προαναφώνησιν κ. τ. λ.*, sed huic patrocinantur Excerpta ad Dionys. Thracem (Cramer anecd. Ox. IV p. 314 *Πρόλογός ἐστι προαναφωνητικὸς τῶν διὰ τοῦ δράματος εἰσάγεσθαι μελλόντων*).

προδιαναπαύω Diocles apud Oribasium III p. 174, 6. Procop. Gaz. in Genes. eclog. epit. 1 (Mai, auctores class. tom. VI p. 36).

προδιανίστημι Phot. bibl. p. 477, 41 b. Nicephor. Chumn. laud. in Cyr. Andron. (Boiss. Anecd. gr. II p. 25).

προδιανοίγω Athanas. I p. 815. Method. episcop. et martyr. serm. de Simeone et Anna cap. 4 (Patr. gr. 18 p. 356 C).

προδιασυνίστημι Schol. Ven. A in Hom. Il. B, 718 (Dind. I p. 127).

προδιεξάγω[1]) Porphyr. apud Cyrillum c. Iulianum lib. III (Patr. gr. 76 p. 645 B).

προδιέξειμι Cyrill. c. Iulianum lib. X (Patr. gr. 76 p. 1009 D). Manuel. Palaeol. ad Asanem de insomniis (Boiss. anecd. nov. p. 240).

προδιεξέρχομαι Xenoph. Cyneg. V, 4 *ταραχώδη (ἴχνη) δέ, ὅταν ἀλώπεκες προδιεξέλθωσι, γίγνεται*, unde sumpsit verba Pollux V, 66 *γίγνεται δὲ μάλιστα τὰ τοιαῦτα, ἢν προδιεξέλθωσιν ἀλώπεκες.* Aeschin. c. Tim. § 8. Galen. XVI p. 699. Liban. IV, 827, 28. Gregor. Nyss. (Patr. gr. 45 p. 680 A). Olympiodor. in beatum Iob. cap. 35 v. 1 (Patr. gr. 93 p. 368 A).

προδιεξοδεύω Sext. Empir. ed. Bekker p. 232, 5. Euseb. Hist. eccl. V, 7, 1. X, 1, 2.

προεγκάθημαι Polyb. III, 15, 9.

προεγκαταβάλλω Euseb. ecl. prophet. I, 1 (Patr. gr. 22 p. 1024 D).

προεγκατοικίζω Michael Psell. hist. Byz. cent. (Sathas, biblioth. gr. med. aev. vol. IV p. 204 i).

*προεμπαρίημι Mauricius strateg. XII, 9.

προεναπόκειμαι Basil. Magn. homil. in principium proverbb. (Patr. gr. 31 p. 405 B) *ὁ δὲ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην μὴ ἔχων προεναποκειμένην αὐτοῦ τῇ ψυχῇ.* Hoc enuntiatum paene verbo tenus habet Leo eclog. prooem. (collectio librorum iuris graeco-romani ineditt. ed. Zach. a Lingenthal p. 12) *οἱ γὰρ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς προεναποκειμένην μὴ ἔχοντες.*

---

[1]) Verba a προδιεκ incipientia praeter προδιεξάγω ubique exceptis locis Xenophontis et Pollucis translato sensu adhibita esse observare licet.

προεναποτίθημι Eustath. comment. in Hom. Il. Ψ, 170.
προεννπάρχω Nicephor. Blemmyd. epitom. physic. cap. 15.
προεξανάγω Thuc. VII, 70, 1 προεξαναγόμενοι[1]) δὲ οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ σύμμαχοι ναυσὶ παραπλησίαις τὸν ἀριθμὸν καὶ πρότερον.
† προεξαναλίσκω Ioseph. bell. Iud. IV, 33. Arch. II, 11, 2 τῶν γὰρ χωρίων δυσύδρων ὄντων προκατελάμβανον οἱ ποιμένες τὰ φρέατα, ὅπως μὴ προεξαναλωμένου[2]) τοῦ ὕδατος ὑπὸ τῶν ἄλλων σπανίζοι ποτοῦ τὰ θρέμματα.
προεξανίστημι[3]) Herod. VIII, 59 b ὦ Θεμιστόκλεις, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται, quem locum levissime mutatum exhibent Plutarchus (Rom. 16, 4) et auctor apophthegmatum regum (cf. infra) IX, 62 a. Demosth. de cor. § 163 = p. 282, 2. Aristot. polit. Athen. cap. 18 § 3. Polyb. XXII, 20, 2. Diod. Sic. XIV, 101, 2. XVIII, 10 προεξανίστασθαι γὰρ αὐτὸν τῶν καιρῶν (cf. Synes. de prov. I cap. 2). Dionys. Hal. A. R. II, 33 προεξαναστάντων προχειρότερον τῶν ἐκ τῆς Καινίνης (quem locum ad verbum transcripsit Nicolaus Damascenus frg. 70 (Mueller, F. H. G. III p. 412). IV, 27. VIII, 75. Philo Iud. ed. Richter vol. IV p. 282. Ioseph. Arch. XVIII, 6, 10. Plut. Romul. 16, 4. Themist. 11, 3 ἐν τοῖς ἀγῶσι τοὺς προεξανισταμένους ῥαπίζουσι (cf. Hdt. VIII, 59 b et Ps. Plut. reg. et imperat. apophthegm. Themist. (II, 185 B) τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν (ἀεὶ) κ. τ. λ.) Eumen. 7, 6. Anton. 63, 4. Arat. 44, 2. de cohibenda ira XI (II, 459 E). Dio Chrys. or. 48, 3. Trallian. epist. ad. Brut. (= Bruti epist. 56. Hercher, epistologr. gr. p. 188). Polyaen. III, 9, 28. Lucian. de merc.

[1]) Codicum sane lectio est προεξαγαγόμενοι, sed Dionysius Hal. de Thuc. histor. iud. XXVI praebet προεξαναγόμενοι et hoc melius se habet.

[2]) Cod. S² exhibet προεξαναλουμένου, R O A E ἐξαναλουμένου (λου ex λω corr. A), M ἐξαναλωμένου. (Cf. Niesii notam).

[3]) Hesych. s. v. προεξαναστῆναι adnotat πρὸ τοῦ καθήκοντος ποιῆσαι, sed haec explicatio parum iusta mihi videtur; nam verbo προεξανίσταμαι non modo indicatur aliquem praemature et intempestive, verum etiam ante alium aut ante quoddam tempus surgere. Plerumque verbum absolute est positum, rarius genetivus et semel πρίν adiunguntur, ut terminus, ante quem aliquid fiat, indicetur aut ille, quem quis praeveniat.

cond. 18. Basil. Magn. Epistt. cl. II epist. 136, 2. (Patr. gr. 32 p. 576 B). Liban. or. II, 592, 6. Themist. oratt. ed. Dindorf p. 263, 21. Synes. de provid. I, 2 *σφαδάζουσι καὶ προεξανίστανται τοῦ καιροῦ οἱ κύνες*. (cf. Diod. Sic. XVIII, 10). Charit. V, 5, 6. Activa forma uno loco exhibetur: Schol. in Clem. Alex. Paedag. III cap. 3, 20 s. *λορδουμένους*] *οἱονεὶ τὰ ὀπίσθια τῶν ψυῶν συνιζάνοντας τὰ στήθη προεξανιστᾶν προπετῶς*.

προεξαποστέλλω Polyb. III, 86, 3. XVIII, 2, 5 et 6. Vers. Veteris Testamenti a LXX facta Macc. II, 12, 21 *τὴν δὲ ἔφοδον μεταλαβὼν Ἰούδα ὁ Τιμόθεος προεξαπέστειλε*[1]) *τὰς γυναῖκας*.

προεπανασείω Thuc. V, 17, 2; schol. explicat *προαπειλέω*.

προεπαφίημι Lucian. Toxar. 54 *καὶ ἐπειδὴ προσιόντας εἴδομεν αὐτούς, ἀντεπήγομεν προεπαφέντες*[2]) *τὸ ἱππικόν*.

προεπεγγελάω Eustath. comment. in Hom. Od. σ, 163.

προεπεισφέρω Inscript. Fourmont.; cf. Osann. Anecd. Lexx. Gr. p. 138.

[*προεπεξορμάω* Lucian. dial. mort. 27, 3; vide p. 29 sub *προϋπεξορμάω*.

† *προκαταναλίσκω* Satyrus de characteribus apud Athenaeum IV, 66. Dionys. Hal. A. R. III, 44. Athen. V, 52 f. Achill. Tat. I, 3. Phot. Amphilochia anecd. ζ B (Mai, scriptt. vett. nova collectio I p. 74). Anna Comnen. Alex. VI, 5.

† *προκατεγγυάω* Tzetz. in Lycophr. v. 538 (ed. Mueller II p. 675). Eustath. (Geogr. gr. ed. Mueller II p. 271, 20).

προκατεισδύνω Her. Spirital. init. (Vett. math. p. 146 infra).

προκατεπαγγέλλομαι Ioseph. Arch. VII, 4, 4 *οὐ προστήσεσθαι καὶ προνοήσειν ὡς πατὴρ υἱοῦ προκατεπηγγέλλετο*.[3])

† *προκατεπείγω* Ioseph. bell. Iud. I, 19, 6.

---

[1]) Hoc restituendum est ex Tischendorfiano codice pro *προσεξαπέστειλε*.

[2]) Codd. Gorlicensis et Parisinus 3011 falso *προεπαχθέντες* exhibent.

[3]) Hoc compositum, quamquam auctoritate optimorum codicum Vindobonensis, Parisini gr. 1419 nititur, improbatum est. Niesius iniuria scripsit *κατεπήγγελτο*, quod exhibent excerpta Peiresciana.

†*προπαρεγγυάω* Suid. s. *προπαρεγγυηθέν*, quod explicatur per *προπαραγγελθέν*.

†*προπροκαταΐγδην* Apoll. Rhod. II, 595 *ἡ δ' ἄφαρ ὥστε κύλινδρος ἐπέτρεχε κύματι λάβρῳ προπροκαταΐγδην κοίλης ἁλός*. Scholiasta hanc profert interpretationem : *εἰς τοὔμπροσθεν ἄνωθεν καταφερομένη*. Cf. p. 19 not. 2.

προσαναπαράγω Hippolyt. philos. IX, 8 *ἀλλ' εἰ καὶ πρότερον ἔκκειται ὑφ' ἡμῶν ἐν τοῖς Φιλοσοφουμένοις ἡ δόξα Ἡρακλείτου, ἀλλά γε δοκεῖ προσαναπαραχθῆναι καὶ νῦν, ὅπως κ. τ. λ.*; cod. habet *πρὸς ἀνπαραχθῆναι*.

[*προσανταποδίδομαι*, quod Buttmannus apposito „Sylb." in indice ad Apollonii Dyscoli de constructione libros confecto inter illius voces affert, neque Sylburgius neque Bekker habet neque varia est lectio. p. 315 *ἀνταποδίδοσθαι* legitur.

προσαντεπιτάττω Dio Cass. XXXVIII, 43 *καὶ προσεξελέγχει καὶ ἐκεῖνο αὐτὸν οὐ κατ' ἄλλον τι πεποιηκότα, ἢ ὅτι οὔθ' ὑπακούειν ἐς οὐδὲν ἡμῖν, καὶ προσέτι καὶ προσαντεπιτάττειν*[1]) *πάντα παρεσκεύασται*.

προσαπεκδύομαι Greg. Naz. orat. IV c. Iulianum II cap. 124 (Patr. gr. 35 p. 664) *ποῦ δὲ καὶ παρὰ τίσιν ἀνθρώπων εἰπέ μοι, τὸ λοιδορουμένους εὐφημεῖν . . . γυμνουμένους προσαπεκδύεσθαι.*[2])

προσδιανίσταμαι Simplic. comment. in Epicteti enchir. cap. 10 f (p. 70 C).

προσδιανοίγω Theodor. Studit. orat. IV in ss. angelos cap. 9 (Patr. gr. 99 p. 741 B).

προσεξανίσταμαι Plut. Pyrrh. 3, 3. Dio Cass. LX, 6.

[*προσεξαποστέλλω* cf. *προεξαποστέλλω*.

προσεπανάγω Ioseph. Hymnogr. Mariale ode 7 lib. II (Patr. gr. 105 p. 996 C) *ὡς ὡραία τὸν ὡραῖον ἀπεκύησας, τὴν ἀμορφίαν ἡμῶν — προσεπανάγοντα εἰς πρώτην ἐμφέρειαν, Κόρη πανάμωμε.*

---

[1]) Hoc loco si quis *πρός* ut supervacaneum propter *προσέτι* omittendum esse censeat, in memoriam eius revoco locos Charitonis V, 5, 6 *ἔφθη προεξαναστάς*, Greg. Naz. IV c. Iulianum I cap. 64 (Patr. gr. 35 p. 585) *πρὸς μὲν θανάτῳ προϋπεξαγαγὼν πρότερον*.

[2]) Nonnulli editores codicum auctoritate neglecta falso *προσαποδύεσθαι* praetulerunt.

προσεπανάδοσις Phoebamm. schol. de fig. rhet. (Spengel, rhett. gr. III p. 55, 12) *κατὰ δὲ πλεονασμὸν συνεμπίπτει τῇ ταυτολογίᾳ τὸ πολύπτωτον καὶ ἡ κλῖμαξ καὶ ἡ ἐπιτίμησις τῇ ἀναδιπλώσει, ὁμώνυμον καὶ ἡ ἀντιστροφὴ καὶ ἡ ἐπίζευξις τῇ παρονομασίᾳ, . . . τῇ ἐπιμονῇ ἡ προσεπανάδοσις.*

προσεπανηρόμην Dio Cass. LXXVII, 8.

[*προσεπανήκω* Appian. Illyr. cap. 24 *καὶ ὁ μέν, τὰ δ' ἐργασάμενος ἐς Ῥώμην ἀνέζευξεν, ὡς προσεπανήξων*[1]) *ἐς τὴν Ἰλλυρίδα.*

προσεπανίσταμαι[2]) Euseb. hist. eccl. IX, 8, 2.

προσεπανορθόω Cyrill. de adoratione in spiritu et veritate lib. XII (Patr. gr. 68 p. 796 C). Chrysobul. canon. Nic. oec. Synod. (Synt. can. t. II p. 6:9).

†*προσεπαπειλέω* Dio Cass. XXXVIII, 35. XLI, 33. Euseb. praep. evang. XIV, 27, 1 ex Dionysii episcopi *περὶ φύσεως πρὸς Ἐπίκουρον.* Andreas Cret. in S. Georgium (Patr. gr. 97 p. 1184 B).

προσεπεισάγω Galen. vol. VIII p. 575.

* *προσεπεισπνέω* Tzetz. epist. 51 (ed. Pressel p. 44).[3])

προσεπεισφέρω lib. *περὶ ὕψους* cap. IX, 12. Pollux V, 140, ubi verba „bene faciendi" et „gratias agendi" vi instructa afferuntur: *εὐεργετεῖν, εὐποιεῖν, χαρίζεσθαι, δωρεῖσθαι, διδόναι χάριν τοῖς εὐεργέταις, εἰσφέρειν χάριν, προσεπεισφέρειν.*

* *προσεπεισφορέω* Philodem. de morte IV (ed. Mekler XXXVII col. 38); vide Sitzungsberichte d. Wien. Ak. phil.-hist. Klasse 110 (1886) p. 350 V. 38 col. 8. et Buresch, historia consolationum p. 162.

προσεπεισφρέω Theodor. Studit. epist. I, 8 f (Patr. gr. 99 p. 937 B).

---

[1]) Hanc codicum lectionem Musgravius optime in *ἦρος ἐπανήξων* emendavit.

[2]) Plut. adversus Colotem 7 (II, 1110 B) *προσεπανίσταμαι* verbum codicibus traditum sensum contextumque loci turbat et iure exsulare iussum est; optime Reiskius coniecit *ὅτι δὲ τούτοις πρὸς πᾶν ἔστι χρῆσθαι* pro *ἔτι δὲ τούτοις προσεπανέστη χρῆσθαι.*

[3]) Legitur: *Ἡρόδοτος μὲν γὰρ Ὀξύλου ὁ συγγραφεὺς γράφων περὶ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας φησὶν, ὡς αὔρα τις ζεφυρῖτις ἡδεῖα προσεπιπνέουσα ἀρωματίζει καὶ δένδρα καὶ γῆν;* cod. B. praebet *προσεπιεισπνέουσα,* unde *προσεπεισπνέουσα* efficiendum puto.

προσεπεκτείνω Galen. II p. 655. 742. XVIII, 2 p. 451. Niceph. Patriarch. apologet. pro sacris imaginibus cap. 62 f (Patr. gr. 100 p. 749 B). Mich. Psell. epitaph. = *φ* 85 (ed. Sathas, Biblioth. gr. med. aevi tom. 5 p. 62).

προσεπεμβαίνω ab Hesychio explanatur per *ἐπιβαίνω*, *ἐπιτωθάζω*, *ἐπιγελῶ* et omnibus locis qui mihi in promptu sunt, „insuper insultandi“ vi instructum est. Greg. Naz. or. XIV de pauperum amore cap. 29 (Patr. gr. 35 p. 897). Io. Chrysost. de Lazaro cont. II (ed. Montfaucon I p. 735 E). Olympiod. in beatum Iob. cap. 19 v. 5 (Patr. gr. 93 p. 204 B). scholl. recc. in Soph. Aiac. v. 1348 s. *οὐ γὰρ θανόντι*] *ἤγουν θανόντι δὲ οὐ χρή σε προσεπεμβῆναι, τουτέστι πρὸς τῷ μισεῖν καὶ ἐπεμπηδῆσαι.*

προσεπεμβάλλω Dioscorid. de mater. med. I, 62 med. et 72. Galen. VI p. 637. X p. 164. 366. 577. 867. XI. p. 144. XIV p. 46. XV p. 848.

προσεπεννοέω Eustath. comment. in Od. *ρ*, 415 (p. 1826, 28).

προσεπεξεργάζομαι Philo Iud. ed. Richter vol. IV. p. 274. Dionys. episcopus apud Euseb. praep. evang. XIV, 26, 1. Exemplum quod in Stephani Thesauro ex Porphyrii Isag. in Aristot. vol. I. p. 11, 22 (ed. Sylb.) indicatur, non exstat, si recte recentiores scripserunt *προσεξεργαζόμενοι*, quod sane quo iure fecerint codicum memoria destitutus disceptare non possum. Ioann. Siceliot. comment. in Hermog. de inv. I. e codice Barocciano (fol. 13 a), qui a Richardo Foerstero descriptus et mecum communicatus est. Eustath. (Geogr. gr. ed. Mueller II p. 206, 39).

προσεπεξεργασία num recipiendum sit, ambigo, quia, quamquam Budaeus a rhetoribus usurpatum esse asseverat, nullo loco mihi occurrit.

προσεπεξευρίσκω Thuc. II, 76, 3. Dio Cass. LIX, 14. Dionys. episcop. apud Athanasium de sententia Dionysii (Migne I p. 255 C).

προσεπεξηγέομαι Clem. Alex. Paedag. lib. III, 11 s. 83.

* *προσεπιδιαιρέω* Galen. II p. 229 *ἀναγκαῖόν γε μὴν ἐστιν καὶ προσεπιδιαιρεῖν ἔνια μόρια τῶν διηκούσας εἰς βάθος ἐχόντων στενὰς τρώσεις.*

* *προσεπιδιακαίω* Galen. apud Oribasium II p. 325 *διακαιό-*

μενα γὰρ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς θερμασίας τὰ σπλάγχνα προσεπιδιακαίεται[1]) *κἀξοπτᾶται.*

προσεπιδιορίζω Galen. de phlebot. 20 vol. XI p. 308.

προσεπικαταβάλλω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 280, 73.

προσεπικαταδέω Pseudo-Hippocr. de articul. 62 (Ermerins III p. 74. Littré IV p. 120) *εἰσὶ δὲ δή τινες, οἳ ἐπεσοφίσαντο ἤδη μολύβδιον βαρὺ προσεπικαταδεῖν*[2]), *ὡς καταναγκάζειν τὸ ὑπερέχον.*

προσεπικατατείνω Pseudo-Ioseph. orat. in Maccabaeos 9.

**προσεπικαταψεύδομαι* Galen. apud Oribasium I p. 82 *καὶ διὰ τοῦτο προσεπικαταψεύδονταί*[3]) *τινες αὐτοῦ.*

προσεπισυγκρίνω Ps. Ptolem. tetrabibl. ed. Camerarius p. 27 (2).

**προσεπισυνάγω* Euseb. demonstr. evang. X 1, 11.

προσεπισυνάπτω Phot. bibl. p. 380, 4a. Eustath. opusc. p. 202, 90. In cod. *E* ad librum iuridicum alphabeticum sive synopsin minorem in margine leguntur verba *ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τρόποις καὶ οὗτος ἐδείκνυε τὸν παῖδα αὐτεξούσιον, ... ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦτο προσεπισυνάπτομεν, ὡς κ. τ. λ.* (Ius graeco-rom. ed. Zach. de Lingenthal II p. 249).

προσεπισυνείρω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 245, 5.

**προσεπισυνετίζω* Philodem. *περὶ ποιημάτων* libri II. frgg. ed. A. Hausrath 40. cl. IV. Col. XCIX (Jahrbb. f. Philol.

[1]) In Galeni editionibus nunc legitur *προσέτι διακαίεται,* sed pro certo equidem habeo Oribasium Galeni verba recte servasse. Nam cum male bis in eodem enuntiato auditur *διακαίομαι,* tum composito praepositionem addi, ut eius vis augeatur, apud Galenum minime insolitum est, id quod perspicitur e *προσεπεμβάλλω* vol. VI p. 637 et X p. 164. Adde quod *προσεπιδια* aeque ac *προσεπικατα* ab huius sermone non abhorret (cf. *προσεπιδιαιρέω, προσεπιδιορίζω*).

[2]) Quamquam codd. B M N (apud Ermerinsium) *προσκαταδεῖν* praebent, tamen *προσεπικαταδεῖν* satis est stabilitum, praesertim cum etiam a Galeno XVIII 1, p. 408 haec verba afferente exhibeatur.

[3]) In Galeni editionibus (VI p. 640) legitur *προσεπιψεύδονται.* Verum *προσεπικαταψεύδονται* genuinam lectionem esse inde elucet, quod neque cum *ἐπιψεύδομαι* neque cum *ψεύδομαι* coniungitur genetivus, ut ille de quo falsa dicuntur, indicetur, sed cum illo dativus (Apoll. Rhod. III, 381 *Οἷα δὲ καὶ μακάρεσσιν ἐπεψεύσασθε θεοῖσιν*), cum hoc (*ψεύδομαι*) *κατά* vel *περί* c. gen., *καταψεύδομαι* autem cum genetivo solo „mendaciter fingo aliquid de aliquo" significat (Plat. republ. III p. 391 *Οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν.* II p. 381 D *μηδὲ Πρωτέως καὶ Θέτιδος καταψευδέσθω μηδείς*).

Supplbd. 17 (1890) p. 257) *ἀλλ' οὐχί ποτ' [ε]ὐσύνετον ποιεῖν τὸ διανόημα, τὰ δὲ προδιδάσκειν τι τῶν συμβαινόντων, ἃ προσ[ε]πισυνετί[ζ]η τὰ ἤ[θ]η ἢ πάθη τ]ῆς ψυ[χῆς].*

προσπαρεισέρχομαι Eunap. Sard. vitt. sophist. p. 53, 4 ed. Boiss. *ἥ τε τῶν τὰ φαιὰ ἱμάτια ἐχόντων ἀκωλύτως προσπαρεισελθόντων ἀσέβεια.*

προσπαρεισκρίνω Gregor. Agrig. in Ecclesiasten lib. V § 5 (Patr. gr. 98 p. 769).

προσπαρεμβάλλω Ulpian. schol. in Demosth. c. Leptinem p. 508, 10 (ed. Mueller II p. 660) *ἀλλ' ἃ δίκαια ἐγνώκατε.*

προσπαρενοχλέω Manuel. Palaeol. declam. adv. ebr. (Boiss. Anecd. gr. II p. 301 f).

* *προσσυναποβάλλω* Philo *περὶ τοκιστῶν* (Philonea ed. Tischendorf. p. 27) *τοιγάρτοι συναλγεῖ μὲν οὐδείς, ὅταν ὀρεχθεὶς πλειόνων προσσυναποβάλῃς καὶ τὰ ὄντα.*

προσυναπάντησις Alexand. Numen. de fig. 27 (Spengel, rhett. gr. III p. 40) *περὶ προσυναπαντήσεως. προσυναπάντησίς ἐστιν, ὅταν δύο ἐξενεγκὼν ὀνόματα πρὸς τὸ τελευταῖον πρότερον τὴν ὑπάντησιν ποιήσηται.*

* *προσυνδιατρίβω* Theophan. chronograph. I, 64, 18 *οἱ δὲ Γότθοι ὑπὸ Οὔννων πολεμηθέντες βοήθειαν αἰτοῦνται παρὰ Οὐάλεντος δι' Εὐφίλα, ἐπισκόπου αὐτῶν Ἀρειανόφρονος προσυνδιατρίψαντος*[1]) *ἐπὶ Κωνσταντίου Εὐδοξίῳ καὶ Ἀκακίῳ τοῖς Ἀρειανοῖς.*

προσυνδιαφθείρω compositi solus testis est R. Constantinus in Lex. gr.-lat. apud P. Balduin. 1611.

προσυνεισέρχομαι Constantin. Porphyrogenit. de caeremoniis aulae Byz. II, 5 (corp. scr. h. Byz. 9 p. 706).

προσυνεξυφαίνω Isidor. Thessalonic. serm. in annuntiationem B. V. Mariae cap. 23 (Patr. gr. 139 p. 105 A).

προσυνεπισωρεύω Iamblich. in Nicomachi arithmet. ed. Tennulius p. 46 D.

προσυπαναπτύσσω Liban. vol. IV p. 813, 35 R.

προσυπανάπτω Eustath. opusc. ed. Tafel p. 73, 82.

---

[1]) Haec lectio ut optimi codicis auctoritate satis confirmata est, ita facillime in *προσσυνδιατρίψαντος*, quod alii codices exhibent, corrumpi potuit.

προσυπανέχω Michael Acominat. alloc. ad. Magn. Duc. § 39 (ed. Spyr. Lambros tom. I p. 339, 12).

προσυπεμφαίνω scholl. in Aesch. Sept. 483 *ὅλη γὰρ ἡ ἀσπὶς περιφερὴς καὶ κοίλη προσυπεμφαίνεται.*

† προυξεπίσταμαι Aeschyl. Prometh. 101. 699 (701).

προυξεφίεμαι Soph. Trach. 759.

προϋπαναχωρέω Leo philos. tactic. appendix cap. 55 med. (Patr. gr. 107 p. 1120 B).

προϋπεκλύω Heliodor. Aeth. IX, 17.

προϋπεμφαίνω compositi certum testimonium in lexicis non affertur; nam loco quem profert Kumanudes s. v. Mich. Monach. vit. Theod. Stud. cap. 49, exstat (Patr. gr. 99 p. 160 D) *ὑπεμφαίνω.* At equidem προϊπεμφαίνω inveni in Georgii Cedreni historiarum compendio (ed. Bekker I p. 394, 10) *τοῦτο γὰρ προϋπεμφαίνων ὁ θεῖος Δαβὶδ ἔλεγε πρὸς αὐτὸν κ. τ. λ.*

προϋπεξάγω Gregor. Naz. orat. IV. c. Iulianum I. cap. 64 (Patr. gr. 35 p. 585).

προϋπεξέρχομαι Dio Cass. XXXVIII, 16. XLVIII, 13.

προϋπεξορμάω Lucian. dial. mort. 27, 3 *ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς διηγεῖτο, πολὺ τῶν ἄλλων προϋπεξορμήσας.* [1])

[συγκατεξανίσταμαι. cf. infra s. *συνεξανίσταμαι* Plut. Caes. 8, 2.

συμμετανίσταμαι Gregor. Nyss. de vita Moysis (Migne I p. 312 C).

συμπαρακαθέζομαι Plat. Lys. 207 *B ἰδὼν οὖν αὐτὸν ὁ Λύσις ἔσπετο καὶ συμπαρεκαθέζετο μετὰ τοῦ Μενεξένου.* Themist. or. p. 331, 4 ed. Dind.

συμπαρακαθίζω Demosth. c. Aphob. § 15 (p. 840, 9) *συγκαλέσας τούτους τρεῖς ὄντας καὶ συμπαρακαθισάμενος Δήμωνα.* Themist. or. p. 233, 13 ed. Dind. *φιλοχωρεῖν καὶ συμπαρακαθίζειν ἁγνὴν ἐν ἁγνῷ θρόνῳ.*

---

[1]) In hoc composito *προεπεξ* latere sunt qui credant, at in hoc verbo crasin atticam apud Lucianum agnoscendam esse nego. Dixit etiam *προεπαφίημι*, et sensus et codicum memoria composito *προϋπεξορμᾶν* magis favet. Codicum varias lectiones affert Fritzschius has: *ὑπεξορμήσας Ψ, προ ὑπεξορμήσας Φ* (sic m. pr.), *ὑπεξορμήσας B O Δ, προεξορμήσας Α* A F M *Ω, προσεξορμήσας* C, *ὑπερεξορμήσας* Marcianus 436.

συμπαρακάθημαι Confessio Cypriani (actt. S. S. Sept. t. 7. p. 236, 24).

συμπαρακατακλίνω Dio Cass. LX, 18.

συμπαρακαταμίγνυμι Greg. Nyss. in Christi resurrectionem Orat. I (Migne III p. 620 D).

συμπαρακατέχω Gregor. Agrigent. in Eccles. lib. I. § 12 (Patr. gr. 98 p. 784).

† συμπαραναλίσκω Dio Cass. XLVII, 39. Basil. Magn. epistt. cl. II epist. 227 (Patr. gr. 32 p. 853 A).

† συμπαραπολαύω Basil. Magn. t. 2 p. 587 C [1]) ἵνα μὴ συμπαραπολαύσῃ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ.

συμπαραπόλλυμι Demosth. de falsa leg. § 175 (p. 396, 3).

συμπαρεισάγω Gregor. Nyss. contra Eunomium lib. III (Patr. gr. 45 p. 596 C).

* συμπαρεισδύω Phot. epist. II, 84 med. (Patr. gr. 102 p. 893 A). Eustath. opusc. ed. Tafel p. 70, 86.

συμπαρεισέρχομαι Lucian. Tim. 28. Gregor. Nyss. contra Eunomium lib. VIII (Migne II p. 800 B).

συμπαρεισκρίνω Gregor. Agrig. in Eccl. I § XVI (Patr. gr. 98 p. 793).

[συμπαρεισφθείρομαι Ioseph. bell. Iud. IV, 3, 3 μέχρι κόρῳ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἁρπαγῶν ἀθροισθέντες οἱ τῶν πανταχοῦ συνταγμάτων ἀρχιλησταὶ καὶ γενόμενοι πονηρίας στῖφος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα συμπαρεισφθείρονται. [2])

συμπαρέκτασις Greg. Naz. [3])

συμπαρεκτείνω [4]) Asclepiodot. tact. 6, 2. Ioseph. Arch. I, 3, 4 τοῖς γὰρ αὐτῶν παισὶ καὶ τοῖς ἐκείνων ἀπογόνοις

---

[1]) Hunc locum uno Stephani Thesauro auctore profero; ut ipsum reperirem mihi non contigit.

[2]) Pro hac veterum editionum lectione ab hoc loco haud aliena Niesius e libris παρεισφθείρονται posuit, fortasse iniuria; cf. p. 31 not. 1.

[3]) Hunc Stephani Thesaurus pro auctore nominat; mihi nullus locus praesto est.

[4]) Hoc compositum, si κατεξανίσταμαι excipis, plurimorum sibi conciliavit scriptorum favorem; equidem ex 30 fere scriptoribus locos in promptu habeo plures quam 50. Localis notio, quae est primaria, apud paucos scriptores in voce remansit neque activa forma frequens est. Semper adiungitur dativus exceptis duobus locis, ubi absolute dicitur, Greg. Nyss. de anima et resurrectione, anonym. de bello navali lib. cap. 9 et uno loco Procli comment. in Tim. B 78 A, ubi κατά cum accusativo subiungitur.

συμπαρεξέτεινον[1]) *τὸν βίον*. Cleomed. de meteor. p. 75 (ed. Bake p. 93, 15.) ibd. (p. 93, 20). p. 76 (p. 94, 3). ibd. (p. 94, 8). p. 95 (p. 117, 10). p. 96 (p. 118, 7). p. 105 (p. 128, 11.) p. 106 (p. 129, 6). p. 115 (p. 139, 13) *οὐδὲ παντὶ τῷ πλάτει αὐτοῦ* (i. e. *τοῦ ζωδιακοῦ*) *συμπαρεκτείνεται* (*ἡ γῆ*.). (cf. infra Niceph. Blemmydes). Marc. Anton. comment. VII, 30 *συμπαρεκτείνειν τὴν νόησιν τοῖς λεγομένοις* (cf. infra). Galen. II p. 370. p. 777 (= Oribas. III p. 420). II p. 823. IV p. 59 *εὑρεθῆναί ποτε αὐτὸν ἤτοι μὴ συμπαρεκτεινόμενον ὅλῳ τῷ μήκει τῆς ῥάχεως*. p. 202. p. 376 (= Oribas. III p. 255). VII p. 915 *ἐπεὶ γὰρ συμπαρεκτείνεται τῷ μήκει τοῦ χρόνου τῆς ἀναπνοῆς ὁ πόνος*. Conferas hunc locum cum eo quem antea exscripsi, disces, quomodo Galenus hic quoque genuinae verbi illius localis notionis memor fuerit. VIII p. 323. XIV p. 716 (= *εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρός*, qui liber Herodoto, discipulo discipuli Athenaei, adscribitur). Origen. exposit. in proverbia Salomonis (ex cod. Vat. 1802) cap. 10 (Patr. gr. 17 p. 189 A) *τὸ γὰρ συμπαρεκτεινόμενον τῇ συστάσει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, αἰῶνα ὠνόμασεν* (cf. infra. scholl. in Theocr. Idyll. VII. v. 1. Greg. Naz. Euagr. Scitens.) in Matthaeum tom. XII cap. 6 (ed. C. Delarne III p. 519 F). comment. in Ioann. tom. I. cap. 32 (Patr. gr. 14 p. 77 D) *ἀλλ' ὁ συμπαρεκτείνων τῇ ἀγεννήτῳ καὶ ἀϊδίῳ αὐτοῦ ζωῇ, ... χρόνος ἡμέρα ἐστὶν αὐτῷ σήμερον, κ. τ. λ.* Aristid. Quint. de mus. II, 17. Euseb. vit. Constantini II, 58 *καὶ ὅτι ἂν τῇ γῇ καὶ τῷ ὠκεανῷ συμπαρεκτείνηται* (cf. Basil. homil. VI in Hexaëmeron (Patr. gr. 29 p. 137 D) *καὶ ὁμοῦ πάσῃ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ συμπαρεκτείνεσθαι* (*αὐγήν*). Basil. Magn. comment. in Isaiam proph. cap. 9 (Patr. gr. 30 p. 513 B) *ἡ δὲ παρὰ τοῦ κυρίου εἰρήνη τῷ αἰῶνι παντὶ συμπαρεκτείνεται* (cf. Procl. in Tim. *E*, 306 B. Thom. Magist. Agapet. Diac.). epistt. cl.

[1]) Hoc loco quod Niesius vetustissimorum codicum Vindobonensis, Parisini gr. 1419, Laurentiani auctoritate spreta *συμπαρεξέτεινον* expulit et scripsit *παρεξέτεινον*, valde miror. Nam cum *συμπαρεξ* haud offendit, tum bene confirmatur locis similibus Orig. comment. in Ioann. tom. I cap. 32. Basil. Magn. comment. in Isaiam proph. cap. 9. Greg. Naz. orat. 38, 8. Io. Antioch., Andronici Rhod., Nicephorae Gregorae, quos infra exscribam.

II epist. 204 init. (Patr. gr. 32 p. 745). Themist. paraphras. Aristot. (vol. I p. 310) *φυσικῆς ἀκροάσεως* IV, 10 med. (p. 316). IV, 11 (p. 328). IV, 12 m. (p. 374). VI, 2 m. Iamblich. in Nicomachi arithmet. introd. ed. Pisteli p. 45, 23 (ed. Tennulius p. 63 C). Gregor. Naz. orat. 38, 8 in Theophania (Patr. gr. 36 p. 320) *αἰών, τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς οὖσιν, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα, καὶ διάστημα* (cf. Procl. in Euclid. Prol. II. schol. in Theocr. idyll. VII, 1). Gregor. Nyss. contra Eunomium lib. I (Migne II p. 381 D). ibd. (II p. 384 A). ibd. (II p. 445 C). de anima et resurrectione (Migne III p. 48 B). contra fatum (Patr. gr. 45 p. 160 B) *πάσῃ γὰρ κινήσει εἴτε ποταμῶν, εἴτε ἀστέρων, εἴτε ἀνθρώπων, ὁ χρόνος συμπαρεκτείνεται* (cf. Procl. in Tim. *Δ* 248 D). Euagr. Scitens. capita practica ad Anatolium *Γ'* (Patr gr. 40 p. 1221 D) *βασιλεία θεοῦ ἐστι γνῶσις τῆς ἁγίας Τριάδος συμπαρεκτεινομένη τῇ συστάσει τοῦ νοός* (cf. schol. in Theocr. VII, 1. Orig. expos. in proverbb. Sal.). Procl. in Timaeum *B* 78 A *ὡς κατὰ τὴν τοῦ χρόνου ἀϊδιότητα συμπαρεκτεινόμενον* (cf. Orig.). ibd. 85 D. 86 B *ᾧ καὶ ὁ χρόνος σύζυγος ἔχοντι τὴν γένεσιν ἀνέκλειπτον τῇ ἀπειρίᾳ τοῦ χρόνου συμπαρεκτεινομένην* (cf. Eustath.). ibd. *Δ* 248 D *τοῖ τοίνυν ἐν μεθέξει χρόνου ἐν κινήσει ὄντος διὰ τὸ συμπαρεκτείνεσθαι τῇ κινήσει δεῖ τι μένειν πρὸ τούτου* (cf. Greg. Nyss. contra fatum). ibd. *E* p. 306 B. in Euclidem Prol. II (ed. Friedlein p. 62) *νοήσωμεν δὲ πᾶσι τοῖς οὖσιν αὐτὴν συμπαρεκτεινομένην* (cf. Greg. Naz.). ibd. def. (p. 100) *περὶ ἑνώσεως καὶ κάλλους* cap. 1. schol. in Theocr. idyll. VII, 1 *χρόνος, τὸ συμπαρεκτεινόμενον τῇ συστάσει τοῦ κόσμου διάστημα* (cf. Orig. expos. in proverbb. Sal. Greg. Naz. Euagr. Scit.). anonym. de bello navali cap. 9 (ed. Conr. Mueller p. 13, 1). Agapet. Diacon. capita admonitoria cap. 15 *τὸ δὲ κλέος τῆς ἐνθέου πολιτείας ἀθανάτοις αἰῶσι συμπαρεκτείνεται* (cf. Basil. Magn. comment. in Isaiam pr. cap. 9. Thomas Magister). Phot. bibl. p. 491, 11 b. Maria Cassobolita epist. ad Ignatium V (ad epistolas S. Ignatii appendix, Patr. gr. 5 p. 880 B.) *οὐ συμπαρεκτείνω ἐμαυτὴν τοῖς τηλικούτοις ἡμῖν* (notio comparandi hic composito subest). Suidas s. *τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.*

Nicephor. Blemmyd. epitom. physic. cap. 15 *εἰ δ' ἐπλατύνετο πρὸς τῷ τέλει τὰ τῆς σκιᾶς, οὐ τῷ πλάτει τοῦ ζωδιακοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τοῦ στερεώματος συμπαρεκτέταται μέρεσι* (cf. Cleomed. de meteor. p. 115 B.) Thom. Magist. (Boiss. anecd. gr. II p. 242) *συμπαρεκτείνουσα (πόλις) τῷ παντὶ δήπου αἰῶνι τὴν δόξαν.* (cf. Basil. Magn. comm. in Isaiam pr. cap. 9. Agapetus Diac. Io. Ant.). Scholl. recc. in Soph. Oed. tyr. 963. Nicephor. Gregor. (Cramer, Anecd. Ox. IV p. 432) *ἀλλὰ γὰρ εἴη μακροῖς τοῖς αἰῶσι συμπαρεκτείνων τὸ ζῆν.* Ioann. Antiochen. in monast. donationes Laicis cap. XI (Cotelerius, eccl. gr. mon. I p. 174 B) *διηνεκὲς τὸ κακὸν καὶ τὸ πλημμέλημα τῷ βίῳ παντὶ συμπαρεκτεινόμενον.* (cf. Procl. in Tim. *E*, 306 B. Thomas Magist. Andronic. Rhod.) Eustath. opusc. ed. Tafel p. 9, 30 *τὸν (αἰῶνα) μὴ τῷ κόσμῳ σύμμετρον, μόνῳ δὲ τῷ θεῷ ἁρμοττόμενον καὶ τῇ κατ' ἐκεῖνον ἀπειρίᾳ συμπαρεκτεινόμενον* (cf. Procl. in Tim. *B* 86 B). Georg. Pachymer. progymn. cap. VIII (Walz rhett. gr. I, 572, 8) *ὥστε καὶ τῷ παντὶ αἰῶνι διὰ τῆς παροιμίας ταύτην* (i. e. *κακίαν Πάριδος*) *συμπαρεκτείνεσθαι* (cf. Ioann. Antioch.). Paraphras. Nicomacheorum, quae Andronici Rhodii nomine fertur, lib. X cap. 1, 1 *Ταῦτα γὰρ συμπαρεκτείνεται τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ* (cf. Ioann. Antioch.). Philemonis explicatio „temporis" in lexico technologico § 294 verbo tenus fluxit e scholiis in Theocritum idyll. VII, 1 *Χρόνος ἐστι τὸ συμπαρεκτεινόμενον τῇ συστάσει τοῦ κόσμου διάστημα, ἐν ᾧ πᾶσα παραμετρεῖται κίνησις, εἴτε ἀστέρων, εἴτε ζῴων, εἴτε οὑτινοσοῦν τῶν κινουμένων* (cum verbis inde ab *ἐν ᾧ* cf. Greg. Nyss. c. fatum). Excerpta varia ad Dionys. Thracem (Cramer, Anecd. Ox. IV p. 327) *ἐστι λόγος καὶ ἡ συμπαρεκτεινομένη φωνὴ τῷ διανοήματι* (cf. Marc. Anton.).

συμπαρεμφέρω, quod Passovius s. v. loco non apposito affert, equidem nusquam inveni.

συμπαρενύλησις Maxim. confess. Ambiguorum lib. 38 (Patr. gr. 91 p. 1348 A) *καὶ τῆς σὺν Θεῷ καὶ θείας καὶ ἀνεκλαλήτου τιμῆς τὴν μετὰ τῶν ἀνοήτων κτηνῶν ἄτιμον ἀντιλαβεῖν συμπαρενύλησιν*, ubi Kumanudes mavult *συμπαρενείλησιν.* cf. Lex. s. v.

συμπαρυπάρχω Io. Tzetz. Alleg. proll. 589 *οἷς πλοίων ὀγδοήκοντα συμπαρυπῆρχε στόλος.*

συμπαρυφίσταμαι Pseudo-Ioann. Chrysostom. „in illud, si filius Dei es, mitte te deorsum etc." med. (Patr. gr. 61 p. 685). Gregor. Agrigent. in Eccles. lib. I § 5 (Patr. gr. 98 p. 769).

συμπρούπάρχω Gelas. hist. concilii Nicaeni II, 17 (Patr. gr. 85 p. 1260).

συναναφαιρέω Geoponic. XII, 39, 2 *λάμβανε δὲ τὰ φυτὰ τῶν κιναρῶν τὰ παραπεφυκότα τοῖς μείζοσι στελέχεσιν, ὀξεῖ δρεπάνῳ ἀφαιρῶν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀποσκάψας πρότερον τὴν περικειμένην γῆν καὶ συναναφαίρει*[1]) *τι τῆς ῥίζης.*

[*συνανεκκόπτω* Diog. Laert. 2, 127 profertur in Sophoclis lexico s. v. Sed neque editiones nec codices illo loco hoc compositum exhibent; legitur *συνανακάμπτοντος* pro *συνανεκκόπτοντος.*

* *συναντεισάγω* Andreas Cret. in S. Ioannis decollationem (Patr. gr. 97 p. 1129 C).

συναντικαταδύνω Hipparch. ad phaenomena lib. II cap. 13 (Patr. gr. 19 p. 1084 D).

συναπεκδύω Origenes, exhort. ad martyr. cap. 42 (Migne XI p. 617 C). Eustath. opusc. ed. Tafel p. 41, 47. 189, 82.

† *συναπεμπολάω* Theodor. Prodr. vit. auct. poet. (Notices et extraits de manuscr. de la bibl. du roi VIII part. II p. 141).

συναποδιΐσταμαι Photius, epistt. I. XXIV, 13 f. (Patr. gr. 102 p. 806 C).

συναποκαθίστημι Sporus apud Pappum, collectt. lib. IV ter ed. Hultsch vol. I p. 254, 5. 8. 14). Claudius Ptolemaeus, mathem. synt. III, 2 m. IX, 6 m. XIII, 1 f. Harmonic. I, 15 f. Galen. VIII p. 166. 178. IX p. 525 bis. Oribas. t. IV p. 582. Procl. comment. in rempubl. Plat. ed. Schoell Anecd. gr. p. 70, 14. p. 72, 15. institutt. theol. cap. 209[2]).

---

[1]) De hac Needhami lectione certo indicare non ausim. Quam ut genuinam esse existimemus, suadet editionis Basileensis *συναναφέρει*, quia facillime, ut librarius pro insolita forma notiorem *συναναφέρει* scriberet et neglecto totius loci sensu *ει* pro *ε* reservaret, fieri potuit. Sed rectius videtur, quod praebet codex Gottorpiensis *συναφαίρει* (Palat. *συναιφέρει*).

[2]) Ad hunc locum Creuzer adnotat: *Verbum συναποκαθίστημι non*

comment. in Platonis Tim. Γ 230 A. 230 E. Δ 265 F. 279 A. 281 F. Simplic., scholl. in Aristot. lib. II de caelo bis (Aristot. ed. acad. Berol. IV p. 503 a l. 41. l. 44. b l. 3). in Aristot. de anima III p. 77 v.

συναποκατάστασις Vettius Valens apud Salmasium, de annis climactericis, Lugd. Batav. 1648 p. 470: *ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀποκατάστασις* est, quam unica voce *συναποκατάστασιν* appellat (i. e. Vettius Valens), quae non est intellegenda de restitutione sive revolutione curriculi stellarum ad idem *ζώδιον*, vel ad idem *σημεῖον*, sed ad idem *σχῆμα*, quale stellae in genesi habuerunt. Paulo infra dicitur: Haec igitur *συναποκατάστασις* est *σχηματισμῶν* quae *τὰς διαστάσεις τῶν ἀστέρων* et *τὰς συμπλοκὰς* spectat. Claudius Ptolem. math. synt. β. IX, cap. 3. cap. 9 m. Ptolem. tetrabl. α (p. 26). Procl. in Platonis rempubl. p. 19, 25 (Anecd. ed. Schoell) = scholl. in Platonis rempubl. VIII p. 144, 40. p. 70, 15. in Platonis Timaeum Δ, 264 D. E. 270 F. Paraphrasis Ptol. I, 2 (ed. Allatius p. 10). Simplicius, scholl. in Aristot. lib. II de caelo, ter (Aristot. ed. acad. Berol. IV p. 503 l. 32. 35. 47).

συνδιαναβάλλω Georgius Nicomediensis, in SS. Mariam assistentem cruci etc. (Patr. gr. 100 p. 1484 A).

συνδιαναπαύω Michael. Attaliot. historia ed. Bekker p. 166, 16.

συνδιανίστημι Basil. Magn. comment. in Isaiam proph. cap. 13 (Patr. gr. 30 p. 592 C). constitutt. monasticae (Patr. gr. 31 p. 1384 A): *ὁ νοσῶν καὶ καταπίπτων τῇ ψυχῇ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἰωμένους καὶ συνδιανιστῶντας αὐτόν.* Io Chrysost. ad. pop. Antioch. hom. I. (ed. Montfaucon II p. 19 E *εἰ καταπεσόντα ἴδωμεν ὄνον, πάντες χεῖρα ὀρέγειν καὶ συνδιανιστᾶν σπεύδομεν* (cf. hunc locum cum Basilii, quem modo exscripsi). adversus oppugnatores vitae monast. lib. III cap. 3 (ed. Montf. I p. 78 C). in Matthaeum hom. XV cap. 10 (Patr. gr. 57 p. 237) *εἰ δὲ ἐχθρῶν ὄνον, πολλῷ μᾶλλον φίλων ψυχὰς συνδιανιστάναι χρή* (cf. alterum Basilii locum et primum Io. Chrys.

est in Lexicis. Ego suspicor scripsisse Proclum συναποκαθαίρεται, simul purgatur, siquidem scriptum fuerit καθαιρομέναις, unde virum doctissimum ceterorum Procli locorum parum memorem fuisse apparet.

συνδιεκβάλλω Galen. III p. 718.
συνδιεκκύπτω Eustath. comment. in Il. P, 440.
συνδιεκπίπτω Plut. Poplic. 19, 5. Galen. VIII p. 227. Altero Galeni loco II p. 819, ubi editiones *συνεκπίπτει* exhibent, *συνδιεκπίπτω* fortasse erit restituendum ex Oribasio III p. 527, qui hoc modo Galeni verba tradidit: *ἥτε* (i. e. *ἀπόφυσις*) *ἐπὶ τὰς τοῦ θώρακος πλευρὰς συγκατασχίζεται καὶ συνδιεκπίπτει τοῦ θώρακος ἐκτὸς ἐπὶ τοὺς ὀρθίους μῦς.*
† *συνδιενεργέω* Michael. Attaliot. histor. ed. Bekker p. 181, 4.
συνδιεξάγω Greg. Nyss. comment. in Psalmos (Migne I p. 496 A). Leo philos. (August.) orat. 14 in B. Mariae assumptionem f. (Patr. gr. 107 p. 172 A). Eustath. opusc. ed. Tafel p. 197, 12.
συνδιεξαπλόω Photius, Amphil. ed. Sophocles Oeconomus p. 221. *ζήτημα Ρ. Μ. ϙ § η* initio: *οὐκ ἄχαρι δ' ἴσῳ ἐν ταὐτῷ σοι συνδιεξαπλῶσαι καὶ τὴν θεωρίαν τοῦ τρίτου ζητήματος.*
συνδιέξειμι Xenoph. memorab. IV, 7, 8. Gregor. Nyss. c. Eunomium lib. IX (Migne II p. 813 D). epistula IV ad Eusebium (Patr. gr. 46 p. 1028 A).
συνδιεξέρχομαι explicat Hesych. s. v. *συνεκπεράω*. Galen. II p. 834. III p. 372. XVIII, 1 p. 471. XVIII, 2 p. 1016. Gregor. Nyss. orat. catechet. cap. 4 (Patr. gr. 45 p. 20 C). Andreas Cret. in dormitionem S. Mariae I (Patr. gr. 97 p. 1069 D).
συνδιεξυφαίνω Symeon Metaphrast. (Boiss. anecd. gr. V p. 468, 9).
συνεισεπιφέρω Esaias, *περὶ χρηματικῶν συνεισφορῶν τῶν μητροπόλεων ὑπὲρ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας* in *Σύνταγμα τῶν θείων κανόνων ὑπὸ Ῥάλλη κ. Ποτλῆ* t. 5 p. 135.
συνεισκατοικέω Democriti quae dicitur epistula ad Hippocratem „de hominis natura" (Hippocrates ed. Littré IX p. 394): *ὁ μὲν ἐγκέφαλος φρουρέει τὴν ἄκρην τοῦ σώματος, ἀσφάλειαν ἐμπεπιστευμένος, ὑμέσι νευρώδεσι συνεισκατοικέων* [1]).

---

[1]) Ermerins III p. 609 hoc in *ἐγκατοικέων* commutari vult, quod recepit Hercher, epistologr. gr. p. 309, 20.

συνεναπόκειμαι Leontius Byzantius adv. Nestorianos V, 20 (Patr. gr. 86, 1 p. 1741 CD).

[*συνενυπόστασις* cf. *συνενυπόστατος*.

συνενυπόστατος Leontius Byzantius adv. Nestorianos V, 30 (Patr. gr. 86, 1 p. 1749 D): *Τῆς σαρκός, ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν καὶ τοῦ ἀνθρώπου συνενυπόστατος*[1]) *ἡ θεότης ἐν Χριστῷ;* paulo infra *τοῦ δὲ ἀνθρώπου συνενυπόστατός ἐστιν ἡ θεότης.*

† *συνεξαναλίσκω* Dionys. Halic. A. R. IV, 23.

συνεξαναπληρόω Pseudo-Hippocr. de anat. cap. 1 ed. Littré VIII p. 538 (ed. Ermer. III p. 287): *αὐτὸς δὲ ὁ πνεύμων ξυνεξαναπληροῖ τὴν χέλυν, τετραμμένος ἐς τὰ δεξιὰ καὶ ἐς τὰ ἀριστερά, πέντε ὑπερχορυφάσιας ἔχων.*

συνεξανάστασις Nicetas Paphlag. orat. XV in laudem S. Marci Apostoli (Patr. gr. 105 p. 293 C): *ἀλλὰ τὴν ἐξ ᾅδου τριήμερον μετ' ἐξουσίας ἔγερσιν, καὶ τὴν συνεξανάστασιν τῶν νεκρῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον θεωροῦντας.* cf. sub *συνεξανίστημι* locos Photii et Methodii.

συνεξανίημι Soranus, de arte obstetr. cap. 7 (ed. Dietz p. 19).

συνεξανίστημι Xenoph. Cyr. VIII, 4, 27[2]). Polyb. V, 39, 4 *οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτοῖς οὐδὲ συνεξανισταμένου*[3]) *διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιβολῆς.* XVI, 9, 4. XXVII, 9, 3. Plut. Pyrrh. 11, 3. Sertor. 26, 6. Cato minor 59, 4. Tib. Gracch. 10, 1. Demosth. 18, 3. 24, 1. Agesil. 12, 5. Demetr. 36, 3. Alexander 16 med. Caes. 8, 2 *τούτων δὲ νεανικῶς ἐναντιωθέντων, Κάτωνος δὲ καὶ τὴν ὑπόνοιαν ἅμα τῷ*

---

[1]) In Sophoclis lexico editoris aut typographi errore est scriptum: „*συνενυπόστασις* Leontius I, 1749 D.“

[2]) Lectio vulgata est *ἐξανισταμένων δ' αὐτῶν ἐξανέστη καὶ ὁ Κῦρος καὶ συμπροὔπεμψεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς θύρας;* sed margo Stephani habet *συνεξανέστη*, quod est in codice olim Altorpiensi et mihi magis placet cum per se tum propter similitudinem loci Plutarchei Demetr. 36, 3 *ὡς δὲ ἐκεῖνος ἐξανέστη μεταξὺ δειπνῶν, φοβηθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος συνεξανέστη.*

[3]) Hanc lectionem, quamquam solius codicis Bavarici (Monacensis 157) auctoritate nititur et Hultschius vulgatam *συνεξισταμένου* in textu posuit, equidem praefero. Contra III, 34, 9 et III, 68, 8 *συνεξίσταμαι*, etsi alibi non legitur, cum Schweighaeusero, qui *συνεξανίσταμαι* scripsit, exturbare non ausim, praesertim cum codices in hac lectione consentiant.

λόγῳ συνεπερείσαντος αὐτῷ καὶ συνεξαναστάντος [1]) ἐρρωμένως, οἱ μὲν ἄνδρες ἀποθανούμενοι παρεδόθησαν. de sanitate praecepta VII (II, 125 B) τὰς δὲ ἀνάπαλιν ἐκ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ σῶμα κατιούσας ἐπιθυμίας, καὶ καταβιαζομένας τοῖς ἐκείνης ὑπηρετεῖν καὶ συνεξανίστασθαι πάθεσιν. praecepta gerendae reipublicae XI, 2 (II, 805 E). ad principem ineruditum VI, 1 (II, 782 B): ὥσπερ ὀνείρασι φαύλοις τοῖς πάθεσι τὴν ψυχὴν διαταράττει, συνεξαναστῆναι ταῖς ἐπιθυμίαις μὴ δυναμένην. cf. de san. praec. VII. — an seni sit gerenda respublica XII, 8 (II, 791 A). de recta audiendi ratione XIII (II, 44 C). Dio Cass. LXXI, 27. Methodius, convivium X virginum cap. VIII (Patr. gr. 18 p. 73 C) συνεξαναστὰς τοῦ ὕπνου τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ κεκοιμημένῳ. Photius, bibl. p. 520, 13a εἰ γὰρ καὶ Ἡλίας τὸν υἱὸν τῆς χήρας ἤγειρε καὶ Ἐλισσαῖος τὸν τῆς Σωμανίτιδος, καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ τεταρταῖον τὸν Λάζαρον συνεξανέστησεν [2]), ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἐξανέστη.

συνεξανοίγω Ioseph. bell. Iud. V, 2, 2. Leontius apud Phot. bibl. p. 506, 1.

συνεξαπολήγω Michael Psell. orat. laud., A (Sathas, bibl. gr. med. aevi t. 5 p. 126 med.).

συνεξαποστέλλω Polyb. V, 87, 6 καὶ τούτοις μὲν ἐπικυρώσοντα τὰς διαλύσεις συνεξαπέστειλε [3]) Σωσίβιον. VIII, 21, 6. 32, 2. XXIII, 14, 11. XXV, 2, 2. XXIX, 3, 7. XXXIII, 1, 2. Diod. Sic. XIV, 20. Anna Comn. Alex. XIV, 2 [4]).

---

[1]) Hoc loco codicis Monacensis lectio συγκατεξαναστάντος a Schaefero et aliis in textum est recepta, quia nulla quattuor praepositionum vi sua careat. Sed equidem huius πενταπλοῦ patronus non exsistam. Nam me valde offendit, quod genetivus, qui rarissime iuxta κατεξανίσταμαι neque semel profecto ante quartam quam p. 45 statui aetatem desideratur, deest.

[2]) Codd. habent ἐξανέστησαν, excepto cod. A (inter Venetos S. Marci 450), qui praebet συνεξανέστησαν, quod equidem amplectar, relegans ad Nicetae Paphlag. locum supra exscriptum, ubi eodem modo ἔγερσις et συνεξανάστασις coniuncta sunt.

[3]) Hanc lectionem pro ἐξαπέστειλε suo iure Reiskius commendat.

[4]) Animadverte hoc compositum modo absolute usurpari modo cum dativo praepositionibus σύν et ἅμα vel additis vel omissis.

συνεξεπαίρω Theodor. Lector, Frgg. ex libro III Ioannis Damasc. de imaginibus (Patr. gr. 86, 1 p. 224 A): *θελόντων δὲ αὐτῶν ἀποτυλίξαι τὴν σινδόνα ἀπ' αὐτοῦ, συνεξέπαιρον* (corr. *συνεξεπῆρον*) *πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ.*

συνεξυπάγομαι Anna Comn., Alex. XII, 3.

† *συνεξυπηρετέω* Michael Attaliot. hist. p. 181, 3, quem locum ad verbum paene transcripsit Ioannes Scylitza, excerpt. ex breviario historico (Georg. Cedrenus ed. Bekker II p. 706, 7).

συνεπανατίθημι Ioseph. Hymnogr., Mariale Ode 5 libri V (Patr. gr. 105 p. 1013 C).

συνεπάνειμι Nicephorus Gregoras, hist. Byz. XI, 9.

συνεπανέρχομαι Synes. Cyren. in Arcad. cap. 20.

συνεπανήκω Themist. oratt. ed. Dindorf p. 242, 4.

συνεπανίστημι [1]) Herod. I, 59. III, 61. 84. Thuc. I, 132, 4. Democritus Abd.[2]) in Geoponicc. lib. V cap. 5, 2. Dionys. Hal. A. R. VII, 74. Paus. I, 2, 5. Dio Cass. LI, 21. LIV, 34. LXXVIII, 38. LXXIX, 15 (epit. Elagabali). Excerpta Vatic. cap. 67. Themist. oratt. ed. Dindorf p. 114, 26. Photius, Amphilochia anecd. *O H* (Mai scriptt. vett. nova collectio I p. 96).

συνεπανορθόω Demosth. c. Phil. IV § 34 (= p. 140). Polyb. XXX, 21, 4. Iulian. Apostat. epist. XXVIII, 3. Themist. oratt. ed. Dindorf p. 245, 13.

[*συνεπαπερείδω*, quod in Stephani Thesauro ex Budaeo p. 701 (ex loco Plut. Caes. in *συνερείδω* citato) profertur, nullius loci auctoritate confirmare possum.]

συνεπαφίημι Ioseph. bell. Iud. III, 7, 28. Anna Comn., Alex. XV, 11.

συνεπείσειμι Polyb. lib. XXX apud Athenaeum p. 615 d.

συνεπεισκυκλέω Phot. bibl. p. 145, 41 a.

---

[1]) Huius compositi medialem formam paene solam in usu fuisse et ante activam, quae apud Theodotionem (Nahum I, 11) tantum invenitur, animadvertatur velim. *Συνεπανίσταμαι*, nisi absolute dicitur, cum dativo, cui Herodotus semel *ἅμα* addidit, coniungitur, ut socius indicetur, excepto Dionysii Hal. loco, ubi dativus eum, contra quem insurgunt, et *μετά* cum genetivo socium designat.

[2]) Si locus iure Democrito Abderitae addictus est. Cf. Mullach, Democriti Abderitae operum frgg., Berolini 1843, p. 152.

[*συνεπεισπίπτω* Plut. Fab. Max. 17, 1 *τὸν δ' Ἀννίβαν ἐπὶ τηλικούτῳ κατορθώματι τῶν φίλων παρορμώντων ἅμ' ἕπεσθαι τῇ τύχῃ καὶ συνεισπεσεῖν ἅμα τῇ φυγῇ τῶν πολεμίων εἰς τὴν πόλιν.* Hoc loco Sintenis et Schaefer *συνεπεισπεσεῖν*, quod ei bene convenire non negem, in textum receperunt, sed etiam codicum lectio *συνεισπεσεῖν* idonea est. Idem valet de altero loco Plutarchi, Marc. Coriolan. 8, 6, ubi iidem viri d. pro *συνεισπεσεῖν* malunt *συνεπεισπεσεῖν*.]

συνεπεισρέω Hermes trismeg., *περὶ νοήσεως* cap. 9 § 2.

συνεπεισφέρομαι Xen. Hell. VI, 5, 43 *τίνας δ' ἂν παραστάτας ἥδιον τούτων ποιήσαισθε, ὧν γε καὶ οἱ ταχθέντες ἐν Θερμοπύλαις ἅπαντες εἵλοντο μαχόμενοι ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ ζῶντες συνεπεισφέρεσθαι*[1]) *τὸν βάρβαρον τῇ Ἑλλάδι.*

συνεπεκπίνω Hedylus (Anthol. Pal. VI, 292, 3): *αἱ μίτραι τό θ' ἁλουργὲς ὑπένδυμα, τοί τε Λάκωνες | πέπλοι, καὶ ληρῶν χρύσεοι οἱ κάλαμοι, πάνθ' ἅμα Νικονόῃ συνεπέκπιεν*[2]).

συνεπεκτείνω Aristot. de natur. aud. IV, 9 (p. 216b 29) *συμπιλεῖσθαι γὰρ καὶ συνεπεκτείνεσθαι οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως.* cod. *E* habet *ἐπεκτείνεσθαι.* de animalium historia apud Galenum II p. 174 bis. Aelian. Tact. 13, 3. Galen. II p. 507. 522. 562. 700 *μηκέτ' ἐνταῦθα συνεπεκτεινομένων αὐτῷ τῶν ἀπονευρώσεων.* IV p. 207. XVIII, 1 p. 636. 735. III p. 804 legitur: *συνεκτείνονται δ' αὐτοὶ* (i. e. *μῦς*) *ταῖς ἀπονευρώσεσι ταῖς τὸν ταρσὸν καταφυομέναις*, ubi Oribasius III p. 426 genuinam lectionem servavit scribens *συνεπεκτείνονται.* cf. Galen. II p. 700. — Oribasius IV p. 231. Greg. Nyss. de vita Moysis (Migne I p. 401 A). in cantica canticorum homil. III (Migne I p. 821 A). Amphilochius Iconiensis or. in mulierem peccatricem cap. 9 f (Patr. gr. 39 p. 84 D). Aristaenet. ep. II, 15. Leo imperator, novellae constitutt.

---

[1]) Quamquam optimi codices Parisinus 1738 et Ambrosianus A 4 *ἐπεισφέρεσθαι* habent, tamen Parisini 2080 lectio *συνεπεισφέρεσθαι* mihi melior videtur. Codex Perizonianus n. 6 exhibet *ἐπεσφέρεσθαι*, Cobetus coniecit *ἐπεισφρέσθαι*, Grosser *ἐὰν εἰσφέρεσθαι.*

[2]) Haec lectio non omnibus probatur, quamquam cod. *σὺν ἔκπιε* et Plan. (cf. Anthol. gr. ed. Iacobs I p. 282) et Suidas s. *Μίτρα συνεπέκπιε* praebent neque loci sensus hac voce turbatur. Heckerus proposuit *συνεπεσπάσατ'*; de ceteris cf. Duebneri notam.

inter 886—910 editae. (Ius graeco-rom. ed. Zach. de Lingenthal t. 3 p. 66), Eustath., supplicat. Manueli Comneno 3 (de Thessalonica ed. Tafel p. 437).

[*συνεπεκφαίνω* Plut. Anton. 83, 1 (I, 953 E), quod in Wyttenbachii indice Plutarcheo affertur, errore, cum pro *συνεπεφαίνετο* scriptum sit *συνεπεκφαίνετο* (Plutarchus augmentum non neglegit), in textum est intrusum. (Similis error est, quod Sturzius Dionem Cassium XLVIII, 8 *ὑποκατέκκλινε* scripsisse contendit).

συνεπεμβαίνω Polyb. XX, 11, 7. XXX, 9, 21. Ael. Aristid. vol. I. p. 471 (ed. Dindorf p. 703, 18).

συνεπεξάγω Petrus Magister, de politica scientia lib. V, 10 (Mai, scriptt. vett. nova collectio vol. II p. 604); locus est lacer.

συνεπεξεργάζομαι[1]) Ael. Aristides vol. II p. 175 (ed. Dindorf II p. 234).

συνεπικάθημαι Eustath. Macremb., Hysm. I, 5, 6. Anonymus Ambrosianus de re metrica (Studemund, Anecd. gr. p. 243, 18).

συνεπιπάρειμι Euseb. demonstrat. evang. III, 4, 26 (Patr. gr. 22 p. 196 C).

συνεπισυνάπτω Leo imp., novell. constitutt. inter 886—910 edit. Nov. 88 (Lingenthal, ius graeco-rom. III p. 184).

[*συνεπισυσφίγγω*, quod in Kumanudis lexico s. v. profertur, in usu fuisse nullius loci testimonio comprobare possum.

† *συνυπεξούσιος* Theophil. institutt. II, tit. 10 § 8 *εἰ δὲ καὶ δύο ἦσαν συνυπεξούσιοι ἀδελφοί, ὁμοίως τὸ τῆς μαρτυρίας ἀκώλυτον.* § 9 bis. § 10. *Ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων* Epit. Tit. XIII, 24 (Lingenthal, ius graeco-rom. II p. 362) *πατὴρ καὶ υἱὸς ὑπεξούσιος καὶ δύο ἀδελφοὶ συνυπεξούσιοι δύνανται μαρτυρεῖν ἐν πράγματι.* cf. Theophil. institt. II tit. 10 § 8. — ibd. Tit. XIII, 41 (ibd. p. 365). Tit. XXII cap. 26 (p. 423).

ὑπεκπροθέω Hesych. s. v. per *ὑπεκτρέχω* explanat. Hom. Il. I, 506[2]). *Φ*, 604. Od. *ϑ*, 125. Empedocl. physs. rell.

---

[1]) Priscian. philos. de sens. § 15 (ed. Bywater, Suppl. Aristot. I, 2 p. 7, 22), ubi legitur *καὶ εἴ τι ἀπορῶν προτείνει ἐπεξεργάζεσθαι κατὰ δύναμιν*, solus Wimmer Theophrast. edit. Teubner. III p. 241 scribit *συνεπεξεργάζεσθαι*.

[2]) Hic locus affertur in Apostolii proverb. centuria VIII, 42 f *Ἠδ' Ἄτη* Paroem. gr. II p. 441.

lib. I, 145 (ed. Mullach. Empedocl. carm. 200 ed. Stein.). Apoll. Rhod. Argon. IV, 937. Oppian. de ven. II, 522. Greg. Naz. carm. lib. I sect. II *ἔπη ἠθικά: παρθενικῆς ἔπαινος*, v. 17 (ed. Caillau II p. 298). Ioannes Geometra, Hymn. III in S. Deiparam. Hymn. IV in S. Deiparam v. 6 (Patr. gr. 106 p. 864 A).

ὑπεκπροθρώσκω Oppian. Cyneg. IV, 160.

ὑπεκπρολύω Od. ζ, 88 *ἔνθ' αἵ γ' ἡμιόνους μὲν ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης*, ad quem versum Schol. haec habet verba: *ἡ μὲν ὑπὸ τὴν ἀπόζευξιν δηλοῖ, ἡ δὲ πρὸ τὴν εἰς τοὔμπροσθεν ἔλασιν τῶν ἡμιόνων*. Uberius de nostro composito Eustath. comment. p. 217, 20 agit.

ὑπεκπρορέω Od. ζ, 87 *πολὺ δ' ὕδωρ — καλὸν ὑπεκπρορέει*[1]) *κ. τ. λ.* Scholiasta adnotavit: *ἡ ὑπὸ δηλοῖ τὸ εἰς βάθος ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ εἰς τὸ ἔμπροσθεν πρὸς πνέλους ῥεῖ.* cf. Eustath. comment. p. 217, 20 sequ. — Ioannes Geometra, Paradis. 4, 2.

ὑπεκπροτέμνω Apoll. Rhod. Argon. IV, 225.

ὑπεκπροφεύγω Il. Υ, 147. Φ, 44. Od. μ, 113. ν, 43; neque Od. μ, 216, ubi vulgata lectio est *αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῴη τόνδε γ' ὄλεθρον ὑπεκφυγέειν καὶ ἀλύξαι*, spreverim *ὑπεκπροφυγεῖν*, quod exhibent codd. Harleianus, Venetus 457, Stuttgart., Cracoviensis, Florentinus, Ambros. 53, praesertim cum apud Quint. Smyrn. I, 634 *ὑπεκπροφύγωσιν ὄλεθρον* legatur, ubi de angustiis maritimis agitur. — Hesiod. scut. Herc. 42. Epigramm. Anthol. Palat. XVI, 58: (= Plan. IV, 58) *ἴσχετε τὴν Βάκχην, μὴ λαϊνέη περ ἐοῦσα, οὐδὸν ὑπερθεμένη, νηὸν ὑπεκπροφύγῃ*[2]). Epigramm. Anthol. Brunck., Frgg. adespot. 533 (IV p. 230 = Anthol. gr. ed. Iacobs II p. 824 (appendix epigrammatum 212) *τῶν γὰρ ἄπλητον — μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην*[3]). Quint. Smyrn. I, 634. Orph. Lith. 205. Ioannes Geometra, hymn. IV in S. Deiparam v. 12 (Patr. gr. 106 p. 864 A).

---

[1]) Eundem versum invenis apud Praxagoram Coum (Athen. II p. 41 b.)

[2]) Apud Herodianum ed. Lentz I p. 83, 6 iidem versus leguntur.

[3]) Hoc epigr. legitur apud Stephanum Byz. s. *Θούριοι*, ubi libri *ἀπεκπροφυγὼν* habent, sed ex Tzetza *ὑπεκπροφ.* restitutum est, atque apud schol. in Aristoph. Nub. 331.

ὑπεκπροχέω Quint. Smyrn. XIII, 57.[1]) — Spitznerus de versu heroico p. 203 *ὑπεκπροχέει* commendat Anthol. gr. IX, 314 (ed. Iacobs.) v. 4, ubi legitur: *ψυχρὸν δ' ἀχραὲς κράνα ὑποϊάχει.*

ὑπεξαναβαίνω Theocr. id. XXII, 197. Clem. Alex. Strom. lib. I cap. 28 s. 177 (Dind. II p. 139). IV cap. 25 s. 155. VI cap. 7 s. 58. cap. X s. 80.

ὑπεξανάγομαι Thuc. III, 74, 3 *καὶ ἡ Κορινθία ναῦς τοῦ δήμου κεκρατηκότος ὑπεξανήγετο.* schol. *ὑπεξῆλθε.*

ὑπεξαναδύω Hom. Il. *N*, 352 *λάθρῃ ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός*, de quo fusius agunt scholl. et Eustathius, comment. p. 936, 47. — Theocr. id XXII, 123 *ἀλλ' ὅ γ' ὑπεξανέδυ κεφαλῇ;* schol. dicit *ἐξανέστησεν.*

ὑπεξανάπτω Georg. Pisid. bell. Avaric. 267.

ὑπεξαναχωρέω Kumanudes in lexico s. v. auctore non apposito affert.

ὑπεξανίσταμαι Plut. Lycurg. 20, 8. Camill. 22, 5. Crass. 6, 5. Pomp. 8, 4. Agesil. 4, 3. Caes. 60, 2. 66, 2 *εἰσιόντος δὲ Καίσαρος ἡ βουλὴ μὲν ὑπεξανέστη θεραπεύουσα.* Cato minor 35, 2. Brut. 17, 2 *Καίσαρι δὲ εἰσιόντι μὲν ἡ σύγκλητος ὑπεξανέστη* (cf. Caesar 66, 2). — praecepta gerendae reipublicae 12, 6 (II, 806 E). 21, 4 (II, 817 A). Pseudo-Plut. apophthegm. Lacon. Anaxilas (II, 217 B). Lucian. Demon. 63. Conviv. 7. de mercede cond. 39 *πολὺς δὲ ὁ φθόνος καί που καὶ διαβολή τις ἠρέμα ὑπεξανίσταται*[2]) (cod. Parisinus 2956 habet *ἐξανίσταται*) *πρὸς ἄνδρα ἤδη τοὺς κατὰ σοῦ λόγους ἡδέως ἐνδεχόμενον.* — Callistrat. descript. 3, 4 (p. 894 ed. Iac.). Pseudo-Liban. Anecd. gr. ed. Boiss. I p. 166. Anna Comn. Alex. XV, 8. Eustath. opusc. ed. Tafel p. 248, 48.

[*ὑπερεξαναδύω* errore irrepsit in Philemonis lexicon pro *ὑπεξαναδύω* quod procul dubio est restituendum. § 192

---

[1]) Hic rectissime codicum Parrhasiani, Escurialensis, Aldinae lectio *ὑπερπροχέονται* postposita est scripturae *ὑπεκπροχ.*, quia manifesto illud est mendum, quod facillimum erat commissu. cf. Hesiod. sc. H. 42, ubi cod. collegii Emmanuelis Cantabrigiensis s. XVI *ὑπερπροφύγῃ* pro *ὑπεκπροφύγῃ* habet.

[2]) Hic insurgendi vis verbo *ὑπεξανίσταμαι*, omnibus fere aliis locis notio assurgendi alicuius honorandi causa subest.

enim s. *σμῶδιξ* haec leguntur verba: *ὡς τό, σμῶδιξ ἐξυπανέστη, ἤγουν κάτωθεν εἰς εὐθύ. δηλοῖ γὰρ ἐνταῦθα ἡ ὑπὸ τὸ κάτωθεν· ἡ δὲ ἐξ τὸ εἰς εὐθύ· ἡ δὲ ἀνὰ τὸ εἰς ὕψος. ὡς καὶ ἐν τῷ ὑπερεξαναδύς*, quae cum Eustathii comment. Il. B, 267 (p. 176) omnino congruunt excepto *ὑπερεξαναδύς*, pro quo *ὑπεξαναδύς* exstat.]

ὑπερεξεπαίρω Didymus Alexandrinus, de trinitate I, 15 (Patr. gr. 39 p. 312 A).

[*ὑποκαθυποφαίνω* nullius loci auctoritate nititur, sed coniectura est Kumanudis, quam ipse incertam dicit, in Anonymi vita Theophanis chronographiae praemissa p. XXI ed. de Boor.).]

[*ὑποκατεκκλίνω* Sturzius in indice ad Dionem Cass. affert, quia falso Dio Cass. XLVIII, 8 *ὑποκατέκκλινε* pro *ὑποκατέκλινε*, quod loco aptum est et apud Xiphilinum exhibetur, legit.]

† *ὑποπαρενθυμοῦμαι* Epictet. diss. IV cap. 3, 5.

Horum compositorum usus diversissimis circumscriptus est finibus. Ducenta fere semel aut certe tantum apud singulos scriptores inveniuntur, usitatissimorum *κατεξανίσταμαι* et *συμπαρεκτείνω* exempla collegi ex 30 scriptoribus neque contendere vereor etiam in aliorum scriptis has voces delitescere. Quot autem auctores reliqua vocabula quadruplicia habent? 21 *προεξανίσταμαι*, 17 *ἀντιπαρεξάγω*, 14 *ἀντεπέξειμι*, 9 *ἀντεπεξάγω* et *συνεπεκτείνω*, 8 *κατεπεμβαίνω*, *συνεπανίστημι*, 7 *ἀντεπεξέρχομαι*, *κατεπανίστημι*, *προδιεξέρχομαι*, *ὑπεκπροφεύγω*, *ὑπεξανίστημι*, 6 *προκαταναλίσκω*, *συναποκαθίστημι*, *συνεξανίστημι*, *ὑπεκπροθέω*, 5 *συναποκατάστασις*. Apud quaternos scriptores exstant novem, apud ternos duodecim, apud binos triginta sex composita.

Etiam saepius adhibentur multae praepositionum conglutinationes, quarum dimidia fere pars (63) plus quam singulos habet auctores: 32 *κατεξανα*, 30 *συμπαρεκ*, 28 *ἀντιπαρεκ*, 24 *ἀντεπεκ*, 22 *προεξανα*, 13 *συνεπανα*, 12 *συνεξανα*, *συνεπεκ*, 11 *προδιεκ*, *ὑπεκπρο*, *ὑπεξανα*, 10 *προσεπεκ*, 9 *συνδιεκ*, 8 *κατεπανα*, *κατεπεν*, *συναποκατα*, 7 *προσεπεν*, *συμπαρακατα*, 6 *προδιανα*, *προκατανα*, *προσεπανα*, *προσεπεις*, *προσεπισυν*, 5 *ἐπεκδια*, *ἐπιδιεκ*, *συμπαρεις*, 4 *ἀντεξανα*, *ἀντεπανα*, *ἀντεπεις*, *ἐξυπανα*, *προσεπικατα*, *προϋπεκ*, *συνδιανα*, *συνεξαπο*, *συνεπεις*, 3 *καθυπεν*, *προεγκατα*, *προεναπο*, *προσεπαπο*, *προσυπανα*, *συμπαρυπο*, *συνεξυπο*, 2 *ἀνθυπεκ*, *ἀνταποκαια*, *ἀντεπαπο*, *ἀντιδιεκ*, *ἐπεξανα*, *ἐπισυνεν*, *προεξαπο*,

προεξεπι, προκατεν, προσδιανα, προσεξανα, προσπαρεις, προσπαρεν, προσυνδια, συμπαρανα, συμπαραπο, συναπεκ, συνεπαπο, συνεπεν, συνεπικατα, συνυπεκ.

Iam ad quaerendum transeo, quid singulae litterarum graecarum aetates ad talia composita formanda contulerint. Ac liceat mihi aetates sic constituere, ut scripta confecta inde ab initio litterarum usque ad annum 300 a. Chr. n. in primam aetatem, inde usque ad Augusti tempora in secundam, usque ad 300 p. Chr. in tertiam, usque ad 500 in quartam, usque ad exitum litterarum gr. in quintam inserantur.

Iam prima aetas sat magnum numerum (41) [1]) procreavit et in sequentibus studium hoc modo componendi crevisse videtur, quamquam e secunda aetate 30 [2]) modo voces quadruplices, quarum octo iam antecedenti aetate natae sunt, nobis traditae exstant. Nam equidem haud dubito, quin multo plures, nisi tot horum temporum scripta periissent, inventuri fuerimus.

Tertia aetas finxit 65 [3]) vocabula quadruplicia et 24

---

[1]) *ἀντεπανάγομαι, ἀντεπεξάγω, ἀντεπέξειμι, ἀντεπεξελαύνω, ἀντεπεξέρχομαι, ἀντιδιέξειμι, ἀντιδιεξέρχομαι, ἀντιπαρεξάγω, ἀντιπροκαταλαμβάνω, διανακαθίζω, ἐνσυγκαταζέω, ἐξυπανίστημι, ἐπεκδιηγοῦμαι, ἐπιπαρέξειμι, παρεκπροφεύγω, περισυγκαταλαμβάνομαι, προδιαναπαύω, προδιεξέρχομαι, προεξανάγομαι, προεξανίσταμαι, προεπανασείω, προσεπεξευρίσκω, προσεπικαταδέω, προυξεπίσταμαι, προυξεφίεμαι, συμπαρακαθέζομαι, συμπαρακαθίζω, συμπαραπόλλυμι, συνδιέξειμι, συνεξαναπληρόω, συνεξανίσταμαι, συνεπανίστημι, συνεπανορθόω, συνεπεισφέρω, συνεπεκτείνω, ὑπεκπροθέω, ὑπεκπρολύω, ὑπεκπρορέω, ὑπεκπροφεύγω, ὑπεξανάγομαι, ὑπεξαναδύω.*

[2]) (*ἀντεπέξειμι*), *ἀντιπαρέκτασις, ἀντιπαρεκτείνω*, (*ἀντιπαρεξάγω*), *διεκπροαλές, ἐπιδιέξειμι, ἐπιδιεξέρχομαι* (cf. p. 15), *ἐπιπαρεμβάλλω, κατεξανίσταμαι, προεγκάθημαι*, (*προεξανίσταμαι*), *προεξαποστέλλω, προκαταναλίσκω, προκατεισδύνω, προπροκαταΐγδην, προσεπεισφορέω, προσεπισυνετίζω, συμπαρεκτείνω, συναντικαταδύνω*, (*συνεξανίσταμαι*), *συνεξαποστέλλω*, (*συνεπανορθόω*), *συνεπείσειμι, συνεπεκπίνω, συνεπεμβαίνω*, (*ὑπεκπροθέω*), *ὑπεκπροτέμνω*, (*ὑπεκπροφεύγω*), *ὑπεξαναβαίνω*, (*ὑπεξαναδύω*). Uncis rotundis hic et in sequentibus composita quae iam aetatibus antecedentibus debentur inclusi.

[3]) *ἀνθυποκαθίστημι, ἀντεξανίστημι, ἀντεπαφίημι, ἀντεπεισάγω, ἀντεπείσοδος, ἀντεπεισφέρω, ἀντεπεκτείνω*, (*ἀντεπεξάγω*), (*ἀντεπέξειμι*), (*ἀντεπεξέρχομαι*), *ἀντεπέξοδος, ἀντιπαρεισαγωγή*, (*ἀντιπαρέκτασις*), (*ἀντιπαρεκτείνω*), (*ἀντιπαρεξάγω*), *ἀντιπαρεξαγωγή, ἀντιπαρέξειμι, ἀντιπαρεξέρχομαι, ἀντιπαρεξετάζω, ἀπαντιπρόσωπον, ἐνσυνυπάρχω*, (*ἐξυπανίστημι*), (*ἐπεκδιηγοῦμαι*), *ἐπεξανίσταμαι*, (*ἐπιδιέξειμι*), (*ἐπιδιεξέρχομαι*), *κατεξανάστασις, κατεξαναστατικός*, (*κατεξανίσταμαι*), *μετεξανίσταμαι, παρενεισαγωγή, προδιακατέχω*, (*προδιεξέρχομαι*), *προ-*

ab antecedentibus mutuata est; quarta 76 [1]), quorum 32 ex praecedentibus temporibus originem ducunt, in usu habuit.

Sed ne ex his quidem numeris efficitur, ut talium compositorum amor quarta aetate deminutus sit, quia haec angustioribus circumscripta est finibus. Quinta quoque aetas suam partem addidit; nam inter 126 [2]) composita, quae equidem collegi,

---

διεξοδεύω, προεξαναλίσκω, (προεξανίσταμαι), προεπαφίημι, (προκαταναλίσκω), προκατεπαγγέλλομαι, προσαναπιράγω, προσαντεπιτάττω, προσεξανίσταμαι, προσεπαντηρόμην, προσεπαπειλέω, προσεπεισάγω, (προσεπεισφέρω), προσεπεκτείνω, προσεπεμβάλλω, προσεπεξεργάζομαι, (προσεπεξευρίσκω), προσεπεξηγοῦμαι, προσεπιδιαιρέω, προσεπιδιακαίω, προσεπιδιορίζω, προσεπικατατείνω, προσεπικαταψεύδομαι, προσεπισυγκρίνω, προσσυναποβάλλω, προσυναπάντησις, προσυπεμφαίνω, προϋπεξέρχομαι, προϋπεξορμάω, συμπαρακάθημαι, συμπαρακατακλίνω, συμπαραναλίσκω, συμπαρεισέρχομαι, (συμπαρεκτείνω), συναπεκδύω, συναποκαθίστημι, συναποκατάστασις, συνδιεκβάλλω, συνδιεκπίπτω, συνδιεξέρχομαι, συνεισκατοικέω, συνεξαναλίσκω, συνεξανίημι, (συνεξανίστημι), συνεξανοίγω, (συνεξαποστέλλω), (συνεπανίστημι), συνεπαφίημι, (συνεπεκτείνω), (συνεπεμβαίνω), συνεπεξεργάζομαι, (ὑπεκπροθέω), ὑπεκπροθρώσκω, (ὑπεξαναβαίνω), ὑπεξανίσταμαι, ὑποπαρενθυμοῦμαι.

[1]) *ἀνταποκατάστασις, (ἀντεξανίστημι), ἀντεπέκτασις, (ἀντεπέξειμι), (ἀντεπεξέρχομαι), ἀντιπαρεκδύω, (ἀντιπαρέκτασις), (ἀντιπαρεκτείνω), ἀντιπαρενίσταμαι, (ἀντιπαρεξάγω), (ἀντιπαρέξειμι), (ἀντιπαρεξετάζω), ἀπεκπροθέω, διεξανίστημι, ἐπεκδιήγησις, (ἐπεκδιηγοῦμαι), ἐπισυνεισφέρω, ἐπισυνεισφορά, (κατεξανάστασις), (κατεξανίσταμαι), κατεπανίστημι, κατεπεμβαίνω, [προαποκατάστασις], προδιανοίγω, προδιασυνίστημι, προδιεξάγω, προδιέξειμι, (προδιεξέρχομαι), (προδιεξοδεύω), προεγκαταβάλλω, προεναπόκειμαι, (προεξανίσταμαι), (προκαταναλίσκω), προσαπεκδύομαι, προσεπανάδοσις, προσεπανίσταμαι, προσεπανορθόω, προσεπεμβαίνω, (προσεπεξεργάζομαι), προσεπισυνάγω, προσπαρεισέρχομαι, προσπαρεμβάλλω, [προσυνεπισωρεύω], προσυπαναπτύσσω, προϋπεκλύω, προϋπεξάγω, συμμετανίσταμαι, (συμπαρακαθέζομαι), (συμπαρακαθίζω), συμπαρακαταμίγνυμι, (συμπαραναλίσκω), συμπαραπολαύω, συμπαρεισάγω, (συμπαρεισέρχομαι), συμπαρέκτασις, (συμπαρεκτείνω), συμπαρυφίσταμαι, συμπροϋπάρχω, (συναποκαθίστημι), (συναποκατάστασις), συνδιανίστημι, συνδιεξάγω, (συνδιέξειμι), (συνδιεξέρχομαι), συνεισεπιφέρω, (συνεξανίστημι), συνεπανέρχομαι, συνεπανήκω, (συνεπανίστημι), (συνεπανορθόω), συνεπεισρέω, (συνεπεκτείνω), συνεπιπάρειμι, (ὑπεκπροθέω), (ὑπεκπροφεύγω), ὑπεκπροχέω, (ὑπεξανίσταμαι), ὑπερεξεπαίρω.* [De duobus vocabulis *προαποκατάστασις* et *προσυνεπισωρεύω*, quae uncis rectis inclusi, delendis cf. Addenda.]

[2]) *ἀνθυπεκκαίω, ἀνθυπεξάγω, ἀνταποκαταστατικός, (ἀντεξανίστημι), ἀντεξαποστέλλω, ἀντεπάνειμι, ἀντεπανέρχομαι, ἀντεπανίσταμαι, (ἀντεπαφίημι), ἀντεπεισέρχομαι, ἀντεπεκκλίνω, ἀντεπεμβαίνω, ἀντεπεξαγείρω, (ἀντεπεξάγω), (ἀντεπέξειμι), (ἀντεπεξέρχομαι), ἀντιπαρακάθημαι, (ἀντιπαρεξάγω), ἀντιπαρεξετάζω), ἀντιπαρεξέτασις, ἐμπαρεισφρέω, ἐμπαρενείρω, ἐνδιενθυμοῦμαι, ἐξεπανοίγω, ἐξεπεξάγω, ἐξυπανέχω, (ἐξυπανίστημι), ἐπανεξέτασις, ἐπεγκάθημαι, ἐπεξ-*

89 huius sunt propria. Unus Eustathius ita haec composita in deliciis habuit, ut ex eius scriptis 32 conferre potuerim et plura ab eo in usum vocata esse meo iure suspicer.

At non eodem modo, quo voces quadruplices novabantur, conglutinationum ipsarum numerus singulis aetatibus crescebat. Hic enim pro numero compositorum unaquaque aetate deminuebatur, quia saepius conglutinationes aut ante aut modo procreatae in variis vocabulis apparebant. Atque vocibus et conglutinationibus, quae quaque aetate oriebantur, comparatis hoc verum esse intelleges. Nam si numerum compositorum unaquaque aetate novatorum 100 esse supponas, tibi accipiendum sit primae aetati 70, secundae 68, tertiae 48, quartae 46, quintae 47 conglutinationes originem debere.

Plane ex his quae exposuimus apparet quasdam praepositionum conglutinationes idoneas fuisse, quae cum compluribus vocibus inirent societatem, atque in maiorem scriptorum favorem venisse. Inter has primum tenent locum *ἀντεπεκ* et *ἀντιπαρεκ* cum 9, *συνδιεκ* cum 8, *συνεπανα* et *ὑπεκπρο* cum 7, *συνεξανα* et *ὑπεξανα* cum 6, *προσεπανα*, *προσεπεκ*, *προσεπισυν*, *συμπαρακατα* cum 5 vocibus copulata. In quaternis compositis apparent

---

ανάπτω, ἐπισυνέμπτωσις, καθυπεκδέχομαι, καθυπεμφαίνω, καθυπενδίδωμι, (κατεξανίσταμαι), κατεπανανεύω, (κατεπανίστημι), (κατεπεμβαίνω), παρυπεμφαίνω, προανταvίσχω, προαπανίσταμαι, προαπεκβαίνω, (προδιαναπαύω), προδιανίστημι, (προδιέξειμι), (προδιεξέρχομαι), προεγκατοικίζω, προεμπαρίημι, (προεναπόκειμαι), προεναποτίθημι, προενυπάρχω, προεπεγγελάω, (προκαταναλίσκω), προκατεγγυάω, προπαρεγγυάω, προσδιανίσταμαι, προσδιανοίγω, προσεπανάγω, (προσεπανορθόω), (προσεπαπειλέω), προσεπεισπνέω, προσεπεισφρέω, (προσεπεκτείνω), (προσεπεμβαίνω), προσεπεννοέω, (προσεπεξεργάζομαι), προσεπικαταβάλλω, προσεπισυνάπτω, προσεπισυνείρω, προσπαρεισκρίνω, προσπαρενοχλέω, προσυνδιατρίβω, προσυνδιαφθείρω, προσυνεισέρχομαι, προσυνεξυφαίνω, προσυπανάπτω, προσυπανέχω, προϋπαναχωρέω, προϋπεμφαίνω, συμπαρακατέχω, συμπαρεισδύω, συμπαρεισκρίνω, (συμπαρεκτείνω), συμπαρενύλησις, συμπαρυπάρχω, (συμπαρυφίσταμαι), συναναφαιρέω, συναντεισάγω, (συναπεκδύω), συναπεμπολάω, συναποδιΐσταμαι, (συναποκαθίστημι), (συναποκατάστασις), συνδιαναβάλλω, συνδιαναπαύω, συνδιεκκύπτω, συνδιενεργέω, (συνδιεξάγω), συνδιεξαπλόω, (συνδιεξέρχομαι), συνδιεξυφαίνω, συνεναπόκειμαι, συνενυπόστατος, συνεξανάστασις, (συνεξανίστημι), (συνεξανοίγω), συνεξαπολήγω, συνεξεπαίρω, συνεξυπάγω, συνεξυπηρετέω, συνεπανατίθημι, συνεπάνειμι, (συνεπανίστημι), (συνεπαφίημι), συνεπεισκυκλέω, (συνεπεκτείνω), συνεπεξάγω, συνεπικάθημαι, συνεπισυνάπτω, συνυπεξούσιος, (ὑπεκπροθέω), (ὑπεκπρορέω), (ὑπεκπροφεύγω), ὑπεξανάπτω, ὑπεξαναχωρέω, (ὑπεξανίσταμαι).

9 [1]), in ternis 8 [2]), in binis 23 [3]). Reliquae 86 conglutinationes in singulis compositis reperiuntur.

137 igitur conglutinationes in usum venerunt, quamquam, si omnes (18) praepositiones inter se coniungebantur et unaquaeque praepositio cum aliis coniuncta quolibet loco ponebatur, sed ita, ut non eadem praepositio iteraretur, 4896 formari poterant. Quinam factum est, ut tam parvus conglutinationum numerus adhiberetur? Quia non plures, respondeat quis, formatae sunt neque omnes praepositiones ob sensum inter se coagmentari poterant. Atque sane illum veram causam protulisse concedemus, quamquam in ea acquiescere non poterimus, praesertim si, quatenus sensus singulis conglutinationibus formandis obstet, non docemur. Neque hoc facile fiat, quoniam etiam praepositiones, quarum vis principalis contraria est, coniunguntur, ut *κατεξανα*. Quamquam numerus conglutinationum quae formari possunt, maior est, quam ut hac quidem in commentatione illam quaestionem singillatim persequi possim, tamen ex conglutinationum copia, quae mihi praesto est, causas elicere, propter quas numerus verus tantum ab illo (4896) distat, necessarium esse existimo.

Primum quaedam praepositiones aut rarissime aut omnino non componebantur. In nulla conglutinatione *ἀμφί*, in singulis *περί* et *ὑπέρ*, in duabus *μετά* reperiuntur. Raro reliquae quoque coniunctae occurrunt pro numero 816, quo conglutinationes, quibus singulae praepositiones inesse poterant, aut pro numero 468, quo conglutinationes, in quibus unaquaeque praepositio cum reliquis praeter *ἀμφί*, *μετά*, *περί*, *ὑπέρ* quovis modo copulata appareret, exprimuntur. Nam *σύν* praepositio, quae saepissime in compositionem vocabatur, in 48 conglutinationibus occurrit; reliquae in paucioribus exstant: *ἐπί* in 45, *ἐκ* in 43, *πρό* in 37, *ἐν* in 32, *ἀνά* in 30, *κατά* in 26, *παρά* in 25, *ἀπό* in 23, *ἀντί* et *ὑπό* in 21, *πρός* in 19, *διά* in 18, *εἰς* in 15.

---

1) *ἀντεπανα, ἀντεπεις, προδιεκ, προσεπεις, προσεπικατα, συμπαρεις, συνεπεις, συνεπεκ, προϋπεκ.*

2) *κατεξανα, προδιανα, προεγκατα, προεξανα, προσεπεν, προσεπιδια, προσυπανα, συνδιανα.*

3) *ἀνθυπεκ, ἀνταποκατα, ἀντιδιεκ, ἐξυπανα, ἐπεκδια, ἐπεξανα, ἐπιδιεκ, ἐπισυνεις, καθυπεν, κατεπανα, προεναπο, προεξεπι, προσδιανα, προσπαρεις, προσπαρεν, προσυνδια, συμπαραπο, συμπαρεκ, συμπαρεν, συμπαρυπο, συναποκατα, συνεξαπο, συνεξυπο.*

Deinde singulae praepositiones non cum quavis altera se coniungunt, sed unaquaeque quarundam vitat societatem. Qua in re quid fortuitum aut consilio aut aliis causis sit tribuendum, discernere equidem non ausim. Plurimas sibi associavit praepositiones *σύν*, quae cum omnibus praeter *ἀμφί* et *ὑπέρ*, quin etiam secum ipsa colligata apparet. Iam ut quibus praepositionibus unaquaeque se adiunxerit, quibus non, dilucide demonstretur, indicis ope utar.

Praepositio	coniungitur cum	non coniungitur cum
ἀμφί	0	
ἀνά	12	*ἀμφί, εἰς, ἐν, περί, ὑπέρ*
ἀντί	13	*ἀμφί, μετά, περί, ὑπέρ*
ἀπό	11	*ἀμφί, εἰς, μετά, περί, ὑπέρ, ὑπό*
διά	10	*ἀμφί, εἰς, μετά, παρά, περί, ὑπέρ, ὑπό*
εἰς	8	*ἀμφί, ἀνά, ἀπό, διά, ἐκ, μετά, περί, ὑπέρ, ὑπό*
ἐκ	13 (praeterea secum ipsa)	*ἀμφί, εἰς, ἐν, περί*
ἐν	11 (praeterea secum ipsa)	*ἀμφί, ἀνά, ἐκ, μετά, περί, ὑπέρ*
ἐπί	13	*ἀμφί, μετά, περί, ὑπό*
κατά	14	*ἀμφί, μετά, ὑπέρ*
μετά	3 (*ἀνά, ἐκ, σύν*)	
παρά	12	*ἀμφί, διά, μετά, περί, πρός, ὑπέρ*
περί	2 (*κατά, σύν*)	
πρό	12 (praeterea secum ipsa)	*ἀμφί, μετά, περί, πρός, ὑπέρ*
πρός	12	*ἀμφί, μετά, περί, πρό, ὑπέρ*
σύν	15 (praeterea secum ipsa)	*ἀμφί, ὑπέρ*
ὑπέρ	2 (*ἐκ, ἐπί*)	
ὑπό	9	*ἀμφί, ἀπό, διά, εἰς, ἐπί, μετά, περί, ὑπέρ.*

Neque inutile mihi videtur indicem proferre, quo quibuscum praepositionibus singulae primo aut secundo aut tertio loco positae coartentur, statim cognoscatur.

Praepositio	primo loco coniungitur cum	primo loco non coniungitur cum	secundo loco coniungitur cum	secundo loco non coniungitur cum	tertio loco coniungitur cum	tertio loco non coniungitur cum
ἀμφί	0	17	0	17	0	17
ἀνά	0	17	8 (ἀπό, διά, ἐκ, ἐπί, κατά, παρά, πρός, σύν)	9	12	5 (ἀμφί, εἰς, ἐν, περί, ὑπέρ)
ἀντί	11	6 (ἀμφί, μετά, περί, πρός, σύν, ὑπέρ)	8 (ἀνά, ἀπό, εἰς, ἐπί, κατά, πρό, πρός, σύν)	9	0	17
ἀπό	4 (ἀντί, ἐκ, πρό, πρός)	13	9	8 (ἀμφί, εἰς, ἐπί, μετά, παρά, περί, ὑπέρ, ὑπό)	9	8 (ἀμφί, διά, εἰς, κατά, μετά, περί, ὑπέρ, ὑπό)
διά	4 (ἀνά, ἐκ, κατά, πρό)	13	9	8 (ἀμφί, ἀπό, εἰς, μετά, παρά, περί, ὑπέρ, ὑπό)	6 (ἀπό, ἐκ, ἐπί, πρό, πρός, σύν)	11
εἰς	0	17	3 (ἐπί, κατά, σύν)	14	8 (ἀντί, ἐν, ἐπί, κατά, παρά, πρό, πρός, σύν)	9
ἐκ	3 (ἀνά, ἐπί, ὑπό, praeterea secum ipsa)	14	13	4 (ἀμφί, εἰς, ἐν, περί)	12 (praeterea secum ipsa)	5 (ἀμφί, εἰς, ἐν, περί, ὑπέρ)
ἐν	6 (διά, εἰς, κατά, παρά, σύν, ὑπό) (praeterea secum ipsa)	11	8 (ἀπό, εἰς, ἐπί, κατά, παρά, πρό, σύν, ὑπό)	9	10 (praeterea secum ipsa)	7 (ἀμφί, ἀνά, εἰς, ἐκ, μετά, περί, ὑπέρ)

Praepositio	primo loco		secundo loco		tertio loco	
	coniungitur cum	non coniungitur cum	coniungitur cum	non coniungitur cum	coniungitur cum	non coniungitur cum
ἐπί	8 (ἀνά, διά, εἰς, ἐκ, ἐν, κατά, παρά, σύν)	9	12	5(ἀμφί,μετά,περί, ὑπέρ, ὑπό)	8 (ἀντί, εἰς, ἐκ, κατά,πρό,πρός, σύν, ὑπέρ)	9
κατά	5 (ἀνά,ἐκ,ἐν,ἐπί, ὑπό)	12	5 (ἀνά, εἰς, ἐν, ἐπί, πρό)	12	13	4 (ἀμφί, ἐκ, μετά, ὑπέρ)
μετά	2 (ἀνά, ἐκ)	15	2 (ἀνά, σύν)	15	0	17
παρά	5 (εἰς, ἐκ, ἐν, πρό, ὑπό)	12	12	5 (ἀμφί, διά, μετά, περί, ὑπέρ)	6 (ἀνά, ἐν, ἐπί, πρό, πρός, σύν)	11
περί	2 (κατά, σύν)	15	0	17	0	17
πρό	12 (praeterea secum ipsa)	5(ἀμφί,μετά,περί, πρός, ὑπέρ)	4 (ἀντί,κατά,σύν, ὑπό (praeterea secum ipsa)	13	5 (ἀπό, διά, ἐκ, παρά, ὑπό)	12
πρός	12	5(ἀμφί,μετά,περί, πρό, ὑπέρ)	0	17	2 (ἀντί, ἀπό)	15
σύν	13 (praeterea secum ipsa)	4 (ἀμφί,περί,πρό, ὑπέρ)	11	6 (ἀμφί, ἀνά, ἀντί, μετά,παρά,ὑπέρ)	4 (διά, ἐπί, πρό, πρός (praeterea secum ipsa)	13
ὑπέρ	2 (ἐκ, ἐπί)	15	0	17	0	17
ὑπό	5 (ἀνά, ἐκ, ἐν, παρά, πρό)	12	9	8 (ἀμφί, ἀπό, διά, εἰς, ἐπί, μετά, περί, ὑπέρ)	5 (ἐκ, ἐν, παρά, πρό, σύν)	12

Tum reputandum est ne unam quidem praepositionem in septima parte conglutinationum, quibus, si omnes praepositiones inter se quolibet ordine coniungerentur, eodem uno loco subiuncta esse posset, primo aut secundo aut tertio loco apparere. Nam cum unaquaeque praepositio eodem loco 272ies exstaret, σύν, quae omnium saepissime eodem loco deprehenditur, 36ies tantum primo loco positum invenitur. Huc accedit, quod nonnullae praepositiones quosdam locos nunquam aut rarissime obtinent atque unaquaeque excepta ἐκ nisi uno loco saepius non occurrit.

Quo autem loco quaeque praepositio praecipue inveniatur et quoties quoque loco, scire aliquantuli, ut equidem censeo, interest. Propterea hanc quoque rem indice illustrabo:

Praepositio apparet ex 139 conglutinationibus in

	I loco	II loco	III loco
ἀμφί	0	0	0
ἀνά	0	4	26
ἀντί	16	5	0
ἀπό	2	9	13
διά	3	11	4
εἰς	0	2	13
ἐκ	3	21	20
ἐν	5	8	21
ἐπί	9	29	7
κατά	5	4	18
μετά	1	1	0
παρά	3	19	3
περί	1	0	0
πρό	33	3	4
πρός	18	0	1
σύν	36	11	3
ὑπέρ	1	0	0
ὑπό	3	12	6

Caput alterum.

De vocum quadruplicium origine.

Quomodo factum sit, ut duae vel tres praepositiones cum vocabulo copularentur, optime a G. Teichmuellero expositum est in commentatione de *ἐπαναγωγή*, *ἐπαγωγή*, *ἐπαναφέρειν*, *ἐπιφέρειν* (Verknüpfung von *ἐπί* und *ἀνά* bei Plato und Aristoteles. Mus. Rhenan. 36 p. 309.)[1]). Sed neque is nobiscum communicavit, quomodo voces quadruplices formatae sint, neque alius hanc rem tetigit, nisi Thierschii verba p. 3 allata huc sunt referenda. Qui

[1]) „Die Sprache drückte im Anfange der Kultur gewiss nur einfachere Beziehungen der Dinge aus. Darum ist es natürlich, dass bei Homer die Verknüpfung zweier oder mehrerer adverbialen Präpositionen mit einem Verbum äusserst selten vorkommt. So findet sich in der ganzen Ilias und Odyssee z. B. *ἐπί* und *ἀνά* nur 3 mal verknüpft. Später aber mag die feinere Reflexion bei einer Handlung mehrere Beziehungen deutlich unterscheiden und die Lust zu eigener bildender Thätigkeit dahin führen, dass die Verba durch 2 oder 3 Präfixe näher bestimmt werden. An solchen Neubildungen erfreuten sich viele wohl auch wegen der Stattlichkeit, die den Wörtern durch solchen Zuwachs entsteht, und wegen der Fremdartigkeit, da die kleinste Abänderung des Gewöhnlichen schon einen Reiz mit sich führt. Deshalb müssen besonders Komiker und Dithyrambiker und die Redner, die bei der Menge Eindruck machen und Beifall gewinnen wollen, Liebhaber solcher Veränderungen und Häufungen gewesen sein." (Sed hac in re certe de vocibus quadruplicibus non recte iudicavit. Nam e nullo poeta comico talem vocem afferre possum, neque oratores magis, quam historici et philosophi eas amplexi sunt.) „Die aufkommende Wissenschaft aber hält einerseits die gebräuchlich gewordenen Ausdrücke fest, weil sie Deutlichkeit sucht, und verwirft anderseits als Plunder allen Wortputz, sofern er unnütz ist und die Durchsichtigkeit der Gedanken hindert. . . . . Die unnützen Verdoppelungen, von denen der klassische Geschmack die Sprache gereinigt hatte, finden sich aber bei den späteren Schriftstellern wieder."

l. l. hoc compositionis genus commemorat, quod usitatissimum est et facillime perspicitur, at non eodem modo omnia haec decomposita ficta esse statim ostendam. Equidem pro certo habeo quadruplici aut certe triplici modo Graecos has voces formasse idque antiquissimis temporibus plerumque non ita, ut vocabulo bicomposito tertiam praepositionem praefigerent. Nam si voces quadruplices, quarum Homerus testis est, examinaverimus, ab illo tres praepositiones quae ad quandam rem recte planeque describendam idoneae erant, potissimum copulatas esse cum vocabulo, quod nondum simul cum secunda et tertia praepositione societatem iniit, intellegemus. Homeri autem *τετραπλᾶ* sunt: *ἐξυπανίστημι*, *παρεκπροφεύγω*, *ὑπεκπροθέω*, *ὑπεκπρολύω*, *ὑπεκπρορέω*, *ὑπεκπροφεύγω*, *ὑπεξαναδύω*, quorum bicomposita excepto *ἐξαναδύω* non apud Homerum, sed multo post in litteris inveniuntur; *ἐκπρολύω* nusquam legitur. Huc accedit, quod *ὑπανα* nulli vocabulo ab Homero affictum est, qua ex re efficitur, ut vocabulum *ἐξυπανίστημι* formans neque bicompositi *ὑπανίστημι* neque conglutinationis *ὑπανα* rationem habuerit, sed illas tres praepositiones pari modo affixerit. Neque aliter verba *παρεκπροφεύγω*, *ὑπεκπροθέω*, *ὑπεκπρολύω*, *ὑπεκπρορέω* ficta esse mihi videntur, quamquam conglutinatio *ἐκπρο* apud Homerum in duabus vocibus *ἐκπροκαλέω* et *ἐκπρολείπω* apparet. Posterioribus quoque temporibus haec compositionis ratio, cuius certa afferam testimonia, valuit, sed multo latius consuetudo bicompositis tertiam praepositionem praefigendi propagabatur. Eodem modo atque *ἐξυπανίστημι* formata sunt haec composita: *ἐνσυγκαταζέω*, *ἐπανεξέτασις*, *προπροκαταΐγδην*, *προσαναπαράγω*, *προσεπεξευρίσκω*, *προσεπεννοέω*, *προσεπιδιακαίω*, *προσεπικατατείνω*, *προσεπισυνετίζω*, *προσυπαναπτύσσω*, *συμπαρακαταμίγνυμι*, *συμπαρενύλησις*, *συναναφαιρέω*, *συνεισεπιφέρω*, *συνεισκατοικέω*. Quorum bicomposita aut nunquam, id quod plerumque factum est, aut post has voces in usum vocata sunt. Praeterea illarum praepositionum conglutinationes antea aut omnino non aut rarissime in compositis apparent aut certe non ita, ut ab alio decomposito ad has voces transponi potuerint, id quod in verba quoque *συνεξαναπληρόω* et *συνεξαπολήγω* cadere mihi videtur.

Adde, quod omnes illae voces, quia loco suo tantum, ut originis rationi bene respondet, accommodatae sunt, uno loco aut certe rarissime occurrunt, eae vero, quae a bicompositis

originem ducunt, plerumque saepius usurpantur et usurpari possunt, quod latiore sensu instructae sunt.

Iam quaeritur, quaenam voces quadruplices e bicompositis ortae sint. Omnes, quarum bicomposita antea in usu erant. Atque hoc modo pleraeque voces quadruplices formabantur, substantiva [1]) quoque et adiectiva, quorum bicomposita ipsa non exstant, si verba bicomposita, unde derivantur, antea usitata erant. Haec de tali componendi ratione sententia iis locis firmatur, quibus bicompositum continuo vox quadruplex sequitur. Tales loci sunt: Aristot. 1433 b 1: *ἐὰν δὲ τοὺς ὑστέρους λόγους ἔχωμεν καὶ οἱ ἐναντίοι προκατειληφότες ὦσιν ἃ μέλλομεν λέγειν ἀντιπροκαταληπτέον ἐστὶν αὐτὰ λύοντα τόνδε τὸν τρόπον.* Polyaen. I, 14: *ἐπεξιόντων ἀντεπεξῄεσαν.* Hermes trism. *Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν* cap. 11, 2: *ἀποκατάστασις καὶ ἀνταποκατάστασις.* Xenoph. Cyr. VIII, 4, 27 et Plut. Demetr. 36, 3, ubi *ἐξανίστημι* et *συνεξανίστημι*, Dio Cass. LXXVII, 8, ubi *ἐπανηρόμην* et *προσεπανηρόμην*, Sext. Emp. p. 704, 4, ubi *παρεκτείνω* et *ἀντιπαρεκτείνω*, Galen. X p. 164, ubi *ἐπεμβάλλω* et *προσεπεμβάλλω*, Lucian. Zeux. 9, ubi *ἐπαφίημι* et *ἀντεπαφίημι*, Procl. in Tim. *Γ*, 230 A, et *Γ*, 230 E, ubi *ἀποκατάστασις* et *συναποκαθίσταμαι*, *Δ*, 270 F, ubi *ἀποκατάστασις* et *συναποκατάστασις*, Synes. ad Arcad. c. 20, ubi *ἐπανέρχομαι* et *συνεπανέρχομαι*, Maximus *περὶ καταρχῶν* I (ed. Ludwich p. 80, 3), ubi *ἀποκαταστατικός* et *ἀνταποκαταστατικός*, Niceph. Greg. Hist. Byz. XI, 9, ubi *ἐπάνειμι* et *συνεπάνειμι*, Lib. iurid. alph. Epit. Tit. XIII, 24, ubi *ὑπεξούσιος* et *συνυπεξούσιος* eodem modo coniunguntur.

Adde quod idem bicompositum saepe in compluribus delitescit vocibus quadruplicibus. Dignissimum est quod memoretur *ἐξανίστημι* novies conspicuum in his verbis: *ἀντεξανίσταμαι, διεξανίσταμαι, ἐπεξανίσταμαι, κατεξανίσταμαι, μετεξανίσταμαι, προεξανίστημι, προσεξανίσταμαι, συνεξανίσταμαι, ὑπεξανίσταμαι.* Quater deprehenduntur *διέξειμι, διεξέρχομαι, ἐπανίστημι, ἐπεισφέρω, ἐπεμβαίνω, ὑπεμφαίνω;* ter *ἀποκατάστασις, διανίστημι, ἐξαποστέλλω, ἐπαφίημι, ἐπεκτείνω, ἐπεξάγω;* bis *ἀπεκδύω, διαναπαύω, διανοίγω, διεξάγω, ἐγκάθημαι, ἐκπροθέω, ἐκπροφεύγω, ἐναπόκειμαι, ἐξαναλίσκω, ἐξανάπτω, ἐξανάστασις, ἐξεπαίρω, ἐπανάγω, ἐπάνειμι, ἐπανέρχομαι, ἐπανορθόω, ἐπεισάγω, ἐπείσειμι, ἐπεξεργάζομαι, ἐπι-*

[1]) Cf. *ἀντιπαρεισαγωγή, παρενεισαγωγή, προσεπανάδοσις, συναπάντησις.*

συνάπτω, παρακάθημαι, παρεισέρχομαι, παρεισκρίνω, παρέκτασις, παρεκτείνω, παρεμβάλλω, παρέξειμι, ὑπανέχω, ὑπεξάγω.

Tertium compositionis genus in eo positum est, quod praepositionum conglutinatio, quae in quibusdam vocabulis frequens est, integra ad simile vocabulum transfertur. Neque huius generis, quamquam rarius Graeci eo utebantur, certa vestigia desunt. Huc pertinent Theodori Prodromi vox *ἀντεπεξαγείρω* et *ἀντεπεκκλίνω* ex Theophanis vita Paris. *ἐπεκκλίνω* enim omnino in litteris graecis desideratur, et alterius vocis bicompositum, quamquam exstat, tamen post vocem quadruplicem in usum venit. Atque sane facillime fieri potuit, ut scriptores ad *ἀντεπεξαγείρω* et *ἀντεπεκκλίνω* formanda *ἀντεπεκ* mutuarentur a vocibus ex *ἀντεπεκ* incipientibus (*ἀντεπεξάγω, ἀντεπέξειμι, ἀντεπεξέρχομαι*), quarum usus in litteris latissime propagatus erat. Neque quisquam qui verbi *συνδιεξαπλόω* locum apud Photium (Amphiloch. ed. S. K. Oikonomos p. 221) leget, auctorem *συνδιεξ*, quod in usitatissimis compositis *συνδιέξειμι* et *συνδιεξέρχομαι* apparet, ab his mutuatum voci *ἁπλόω* affixisse negabit, praesertim cum *διεξαπλόω* in litteris desit. Eodem modo Homeri *ὑπεκπροφεύγω*, Apollonii Rhodii *ὑπεκπροτέμνω*, Oppiani *ὑπεκπροθρώσκω* formata esse mihi videntur, quia *ὑπεκπρο* saepius apud Homerum in similibus compositis conspicitur. Fortasse etiam nonnullae voces quadruplices, quarum bicomposita antea procreata erant, huic compositionis generi originem debent, sed de hac re vix certa dici possint.

Neque omnino negandum est Graecos hoc quoque modo voces quadruplices formasse, ut alicuius bicompositi praepositiones alii vocabulo praefigerent iisque tertiam praepositionem adderent. Huc mea quidem sententia pertinent *ἀνθυποκαθίστημι* Plutarchi, *διεκπροαλής* Apollonii Rhod. *προϋπεξορμάω* Luciani. Nam cum *ἀνθυποκατα, διεκπρο* in aliis vocibus non exstant, *προϋπεξ* non ante Lucianum, tum nullius vocis bicompositum unquam est fictum atque, id quod maximi momenti est, conglutinationes *ὑποκατα, ἐκπρο, ὑπεξ* antea iam in similibus vocabulis apparent. Exempli gratia affero: *ὑποκάθημαι, ἐκπρορέω, ὑπεξάγω.*

Iam si quis quaerat, quibus ex causis in his compositis singulae praepositiones suum teneant locum, plerumque ex solo sensu totius vocabuli locus uniuscuiusque praepositionis pendet; tertia enim artissime cum vocis simplicis notione coniuncta est,

secunda compositi notionem, bicompositi prima determinat. Sed quae inter se excipiant praepositiones, nihil interest neque quisquam suo iure contendet quasdam praepositiones certo tantum ordine copulari posse. Atque profecto peccavit Krueger, cum Griech. Sprachlehre I, 2[5] § 68, 46 A. 19 dixit: *„Nicht selten finden sich 2, ja selbst 3 Präpositionen in Kompositen, doch nicht in beliebiger Folge, z. B. ἀνεκ: (Kr. de auth. praef. p. 1).* Nam eius sententia nulla alia re nititur, nisi quod Graecos conglutinationem ἀνεκ sprevisse opinatus est. At neque quonam argumento ἀνεκ a graecis litteris alienum esse oportere demonstrari possit, a Kruegero discimus, qui in commentatione „de authentia et integritate anab. Xenoph." p. 1, ubi Xenophontis Anab. III, 4, 22 verbum ἀνεκπίμπλημι e textu expellere studet, affirmat „cum Graeci verba ex ἀνεκ hoc praepositionum ordine composita non usurpaverint.", neque discere possumus. Exstant enim in litteris graecis verba cum ἀνεκ composita: ἀνεκθόρνυμι Orac. ap. Porphyr. in Euseb. Praep. III, 14 vol. 1 p. 267 Gaisf., ἀνεκκρίνω Theod. Prodr. Ep. p. 134. Method. p. 300, ἀνεκχεόμενος Io. Lyd. de mens. IV p. 115 ed. I. Bekker. Praeterea legitur in Iamblichi libro de mysteriis ed. Parthey p. 22 ἀναποβλέποντος et in Manethonis apotelesmaticorum libro V, 279 ed. Koechly p. 110 ἀνεφέλκεται, quibus in vocibus ἀνά primo loco positum item offenderet.

Neque vero desunt exempla, quae moneant easdem praepositiones variis modis inter se coniungi potuisse. Afferantur haec:

1. ἀπεκπρο(-θέω) — προαπεκ(-βαίνω) — προεξαπο(-στέλλω).
2. διεκπρο(-αλής) — προδιεξ(-άγω, -ειμι, -έρχομαι, -οδεύω).
3. ἐμπαρεισ(-φρέω) — παρενεισ(-αγωγή).
4. ἐνσυνυπο(-άρχω) — συνενυπό(-στατος).
5. ἐξεπανα(-οίγομαι) — ἐπανεξ(-έτασις) — ἐπεξανα(-άπτω, -ίσταμαι).
6. ἐξυπανα(-έχω, -ίστημι) — ὑπεξανα(-βαίνω, -άγομαι, -δύω, -άπτω, -ίσταμαι, -χωρέω).
7. ἐπεγκατα(-ῆμαι) — κατεπεν(-βαίνω).
8. ἐπεκδια(-ήγησις, -ηγοῦμαι) — ἐπιδιεξ(-ειμι, -έρχομαι).
9. ἐπισυνεισ(-φέρομαι, -φορά) — συνεισεπι(-φέρω) — συνεπεισ(-ειμι, -κυκλέω, -ρέω, -φέρω).
10. ἐπισυνεν(-πτωσις) — συνεπεν(-βαίνω).
11. παρυπεν(-φαίνω) — ὑποπαρεν(-θυμοῦμαι).
12. προδιασυν(-ίστημι) — προσυνδια(-τρίβω, -φθείρω).

13. προεγκατα(-ῆμαι, -βάλλω, -οικίζω) — προκατεν(-γυάω).
14. προεμπαρα(-ίημι) — προπαρεν(-γυάω).
15. προεννπο(-άρχω) — προϋπεν(-φαίνω).
16. προϋπεκ(-λύω, -άγω, -έρχομαι, -ορμάω) — ὑπεκπρο(-θέω, -θρώσκω, -λύω, -ρέω, -τέμνω, -φεύγω, -χέω).
17. συναπεκ(-δύω) — συνεξαπο(-λήγω, -στέλλω).
18. συναπεν(-πολάω) — συνεναπο(-κειμαι).
19. συνεξεπι(-αίρω) — συνεπεκ(-πίνω, -τείνω, -άγω, -εργάζομαι).
20. συνεξυπο(-άγω, -ηρετέω) — συνυπεξ(-ούσιος).

Si sensu certus praepositionum ordo non poscebatur, ut ad metrum commodissimum erat aut ita, ut pravus concentus vitaretur, componebantur.

Denique pauca addenda esse censeo de iis vocibus, in quibus eadem praepositio bis apparet. Atque eius generis in quo eadem praepositio deinceps repetitur, unum [1]) exemplum novi προπροκαταΐγδην, vocem Apollonii Rhodii II, 595, ubi praepositionis geminatio ex sensu loci facile intellegitur.

Alterum genus est id, in quo eadem praepositio primum et tertium locum tenet, quod fieri potuit, quia quaedam bicomposita praepositionata tam trita erant, ut eorum partes iam non distinguerentur, sed quasi in unum vocabulum coartatae sentirentur, vel prima praepositio ad totum enuntiatum aut eius partes referebatur, tertia vero cum voce simplici artissime coniuncta erat, ut eadem praepositio alio loco aliam significationem habere posset. At vero recentissimi demum temporis, quo studium voces praepositionatas formandi maximum erat, talia composita propria sunt, neque ante saeculum VI p. Chr. exempla invenies. Primum legitur apud Gregorium Agrigentinum ἐνδιενθυμοῦμαι, quod, ut supra p. 8 sq. monui, revera huc non pertinet. Alia sunt ἐμπαρενείρω Ioannis Diaconi, συνεπισυνάπτω Leonis imperatoris, ἐξεπεξάγω Eustathii [2]).

---

[1]) Bicompositum προπροκυλίνδομαι iam apud Homerum exstat; apud Galenum XV p. 193 bis legitur ἐνεμπίπλαμαι.

[2]) Verborum συνεπισυσφίγγω et ὑποκαθυποφαίνω, quae in Kumanudis lexico afferuntur, exempla non novi.

Caput tertium.

De vocum quadruplicium praestantia.

Compositione quae praepositionibus efficitur, linguas stirpis indogermanicae longe superare semiticas, in quibus vocabula cum praepositionibus non coniunguntur, quis est qui neget? Iure Reisigius (Vorlesungen über lat. Sprachwiss. I p. 394) et Clemmius (Curtius Studien VII p. 5) praedicant, quae brevitas sermonis efficiatur, quam facile sensus loci percipiatur, quantopere vis notionis sermonisque augeatur, quam varietatem sonorum consequamur, si composita fingere liceat.

E paucis qui de compositis praepositionatis ipsis iudicaverunt, satis erit laudasse Pottium, quaest. etym. p. 46 [1]) et Blassium in editione nova Kuehneri „Ausführl. Grammatik d. griech. Sprache" [3] I, 2 p. 321 (§ 339) [2]).

Quin etiam nimia in hac re licentia iure reprehenditur a Teipelio (Iahn, N. Jahrbb. f. Phil. u. Paedag. 16. Spplbd. p. 555).

---

[1]) „So hat, hiermit (i. e. mit dem Semitischen) im Gegensatz, das Sanskrit eine überaus reiche verbale Komposition, ja oft Dekomposition mittelst 1, 2, zuweilen gar 3 präpositionaler Präfixe als ein im Grunde äusserst glückliches und einfaches Mittel zur Vermehrung von Sinnesverschiedenheiten (ohne eigentlich neue Schöpfungen, lediglich durch sinnig angewandte Kombination stets wiederkehrender Elemente) sei es nun in räumlicher und sinnlich eigentlicher oder auch in übertragener und geistiger Sphäre."

[2]) „Das Griechische erreicht durch solche Verbindungen eine grosse Schärfe und Genauigkeit des Ausdrucks, die alle einzelnen Momente einer Handlung auf eine malerische Weise zu umfassen und darzustellen sucht."

Sed voces quadruplices linguae graecae plerumque suo loco sunt accommodatae et ita compositae, ut unaquaeque praepositio habeat, quo referatur. Hoc vel inde apparet, quod inter 266 fere 200 uno tantum loco inveniuntur. Ex quibus quot cuique aetati tribuendae sint, nunc indicemus simul addentes, quibus finibus reliquarum usus sit circumscriptus.

Primae aetatis sunt 19; e reliquis 12 (*ἀντεπεξάγω, ἀντεπέξειμι, ἀντεπεξέρχομαι, ἀντιπαρεξάγω, ἐξυπανίστημι, προδιεξέρχομαι, συνεξανίστημι, συνεπανίστημι, συνεπεκτείνω, ὑπεκπροθέω, ὑπεκπρορέω, ὑπεκπροφεύγω*) usque ad finem litterarum graecarum in usu erant, 4 (*ἐπεκδιηγοῦμαι, προεξανίσταμαι, συνδιέξειμι, συνεπανορθόω*) usque ad quintam aetatem, 1 (*προσεπεξευρίσκω*) usque ad quartam aetatem, 1 (*ὑπεξαναδύω*) usque ad tertiam, *προδιαναπαύω* legitur hac et quinta aetate, *προυξεπίσταμαι* duobus locis Aeschyli, *συμπαρακαθέζομαι, συμπαρακαθίζω* hac et quarta aetate.

Secundae aetatis sunt 9; e reliquis hac aetate prognatis 3 omnibus sequentibus aetatibus usitatae erant: *κατεξανίσταμαι, προκαταναλίσκω, συμπαρεκτείνω*, usque ad quintam aetatem 2 (*ἀντιπαρέκτασις, ἀντιπαρεκτείνω*), usque ad quartam 6 (*ἐπιδιέξειμι, ἐπιδιεξέρχομαι, προσεπεισφορέω, συνεξαποστέλλω, συνεπεμβαίνω, ὑπεξαναβαίνω*); *ἐπιπαρεμβάλλω* 4 locis Polybii exstat, *προεξαποστέλλω* 4 huius aetatis locis.

Tertiae aetatis sunt 40; usque ad exitum litterarum leguntur 12 (*ἀντεξανίστημι, ἀντεπαφίημι, ἀντιπαρεξετάζω, προσεπαπειλέω, προσεπεκτείνω, προσεπεξεργάζομαι, συναπεκδύω, συναποκαθίστημι, συναποκατάστασις, συνεξανοίγω, συνεπαφίημι; ὑπεξανίστημι*), quarta aetate 5 (*ἀντιπαρέξειμι, κατεξανάστασις, προδιεξοδεύω, συμπαραναλίσκω, συμπαρεισέρχομαι*). *Ἀντεπεισάγω, ἀντιπαρεξαγωγή, κατεξαναστατικός, προεξαναλίσκω, προσεξανίσταμαι, προσεπεμβάλλω, προϋπεξέρχομαι, συνδιεκπίπτω* huius aetatis propriae sunt, sed saepius, quam singulis locis reperiuntur.

Quartae aetatis sunt 35, e reliquis 8 sequenti aetati sunt acceptae: *κατεπανίστημι, κατεπεμβαίνω, προδιέξειμι, προεναπόκειμαι, προσεπανορθόω, προσεπεμβαίνω, συμπαρυφίσταμαι, συνδιεξάγω, συνδιεξέρχομαι*; compluribus locis huius aetatis inveniuntur *προδιανοίγω, συνδιανίστημι*.

Quintae aetatis sunt 74.

Caput quartum.

De vocabulis, quae cum tribus praepositionibus coniungebantur.

Vocabulorum quae cum tribus praepositionibus consociabantur, longe maxima pars sunt verba; nam inter 266 voces quadruplices, quas collegi, 21 modo substantiva, 6 adiectiva, 2 adverbia inveniuntur. Neque haec originem ex verbis ductam dissimulare possunt, quia partim ex ipsis verbis quadruplicibus, quae exstant, sunt derivata (*ἀνταποκατάστασις, ἀνταποκαταστατικός, ἀντεπέκτασις, ἀντιπαρέκτασις, ἀντιπαρεξαγωγή, ἀντιπαρεξέτασις, ἐπεκδιήγησις, ἐπισυνεισφορά, κατεξανάστασις, κατεξαναστατικός, προσεπεξεργασία, συμπαρέκτασις, συναποκατάστασις, συνεξανάστασις;* neque *ἀντεπείσοδος* et *ἀντεπέξοδος* huc referre vereor, quia certe verbis *ἀντεπεισέρχομαι* et *ἀντεπέξειμι, ἀντεπεξέρχομαι* originem debent), partim alio modo cum verbis cohaerent (*ἀντιπαρεισαγωγή, ἀπαντιπρόσωπον, διεκπροαλής, ἐπανεξέτασις, ἐπισυνέμπτωσις, παρενεισαγωγή, προπροκαταΐγδην, προσεπανάδοσις, προσυναπάντησις, συμπαρενύλησις, συνενυπόστατος, συνυπεξούσιος.*)

Quamobrem haec nomina posterioribus temporibus quam verba quadruplicia in litteris apparent, quorum prima *ἀντιπαρέκτασις, διεκπροαλής, προπροκαταΐγδην* secunda aetate occurrunt; reliquorum parem fere numerum aetates sequentes procreaverunt.

Neque suberat primo ab initio quaelibet notio vocabulis, quae cum tribus praepositionibus copulabantur, sed, ut genuina praepositionum vis erat localis, ita antiquissimis temporibus

tantum vocabulis quibus motus notio inerat, tres praepositiones praefigebantur. Quamquam iam apud Aeschylum, Sophoclem, Thucydidem voces quadruplices obviam fiunt, quae alio ac locali sensu sunt instructae: προυξεπίσταμαι, προυξεφίεμαι, προσεπεξευρίσκω, et sequentibus temporibus maior numerus addebatur. At harum non tanta copia formabatur, ut quartam partem omnium vocum quadruplicium excederent, etsi quinta aetate tertiae parti omnium decompositorum quae in usu erant, notio localis non suberat. Nam unaquaque antecedentium aetatum quintae tantum parti decompositorum quae in usum admittebantur, motus notio deerat.

Quot autem vocabula a Graecis in compositionem sunt vocata? 106, e quibus 88 sunt verba. Inde apparet nonnulla vocabula cum compluribus praepositionum conglutinationibus iniisse societatem, quod eo facilius, quo latiore haec vocabula instructa erant notione, fieri potuit. Atque sane permultis in compositis quaedam vocabula conspiciuntur, quamobrem accuratius ostendere, quantopere quodque vocabulum ad hoc compositionis genus fuerit aptum, haud supervacaneum esse existimo. Omnia superat hac in re ἵστημι, quod 26 decompositorum est pars. Ex ceteris apparent ἄγω in 19 compositis, ἔρχομαι in 13, εἶμι in 10, βάλλω in 8, δύω, ἵημι, φέρω in 7, βαίνω, τείνω in 6, ἅπτω, ἔχω, ἧμαι, in 5, † ἁλίσκω, ἄρχω, οἴγω, στάσις, φαίνω in 4, ἀγωγή, κρίνω, στέλλω, τάσις in 3, αἱρέω, αἴρω, † γνάω, ἕζομαι, ἐργάζομαι, εἴρω, ἔτασις, ἡγοῦμαι, θέω, † θυμοῦμαι, ἵζω, κεῖμαι, κλίνω, καίω, λαμβάνω, λύω, ὁδός, ὀρθόω, παύω, ῥέω, στατικός, τίθημι, ὑφαίνω, φεύγω, φρέω, χωρέω in 2, reliqua (57) in singulis. Sed non omnia haec vocabula omnibus aetatibus in compositionem vocabantur, sed pars modo unaquaque aetate admittebatur. cf. p. 45. 46. 47.

Prima aetate talem compositionem inierunt 25 vocabula, secunda 21, tertia 45, quarta 36, quinta 62. Hi numeri valde ab iis distant quibus vocabula quae quaque aetate primum in compositionem admissa sunt, indicantur: secunda aetate 11, tertia 28, quarta 12, quinta 29.

Caput quintum.

De vocum quadruplicium apud singulos scriptores usu.

Frequens vocabulorum quadruplicium usus non tam ex tempore et litterarum genere, quam ex ipsa indole scriptorum pendet. Quamquam tempore valde auctam esse talium vocum copiam, quia fieri non poterat, quin scriptores exemplo priorum impellerentur, ut novas voces formarent iamque formatas retinerent, atque alia aetate aliud fuisse studium huius componendi generis nemo negare poterit. Iam vero unusquisque facile intelleget talia composita orationi vinctae minus esse apta, quam solutae, non modo metri gratia, sed etiam, quod maximam partem facilitate carent et nimis accurate res explanant. Quae est potissimum causa, cur paene ab iis abhorreant lyrici poetae, epici maxime eis faveant. Sunt inter 24 voces quadruplices, quas poetae in usum vocabant, 9 ab epicis formatae et praecipue usurpatae: *ἐξυπανίστημι* vox Homeri, quae in hexametro quoque a Porphyrio Pythagorae adscripto adhibetur, *παρεκπροφεύγω* vox Homeri, *ὑπεκπροθέω* ter ab Homero, singulis locis ab Empedocle, Apollonio Rhodio, Oppiano, Gregorio Naz., bis ab Ioanne Geometra adhibitum, *ὑπεκπρολύω* Homeri, *ὑπεκπρορέω* Homeri et Ioannis Geometrae, *ὑπεκπροφεύγω* ab Homero quater (quinquies), semel ab Hesiodo, in duobus epigrammatis Anthologiae gr., a Quinto Smyrnaeo, in Orphicis (Lith.), ab Ioanne Geometra usurpatum, *ὑπεξαναδύω* Homeri et Theocriti vox, *ὑπεκπροτέμνω* Apollonii Rhodii, *ὑπεκπροχέω* Quinti Smyrnaei.

Quibus accedunt 7 voces, quae exstant in carminibus, ubi res describuntur: *ὑπεξαναβαίνω* Theocriti, *ἀντεπεξάγω* Georgii Pisidae et Constantini Manassis, *ἐπεξανάπτω*, *ὑπεξανάπτω* Georgii Pisidae, *ἀντεπεμβαίνω*, *ἀντεπεξαγείρω*, *κατεξανίσταμαι* Theodori Prodromi.

E reliquis duae a tragicis poetis sunt fictae: *προυξεπίσταμαι*, quod bis apud Aeschylum legitur, *προυξεφίεμαι* Sophoclis vox, duae a didacticis *ὑπεκπροθρώσκω* Oppiani, *συμπαρυπάρχω* Tzetzis, una a lyrico in hymno admissa *ἀντεξανίσταμαι* Andreae Cretensis, una *ἐξεπανοίγω* ab auctore carminis, quod *τὸ κατὰ Καλλίμαχον καὶ Χρυσοῤῥόην ἐρωτικὸν διήγημα* inscribitur, formata, duae *προσεπανάγω* et *συνεπανατίθημι* in prosa rhythmica ab Iosepho Hymnographo usurpatae.

Debentur ex his compositis temporibus ante saeculum VI p. Chr. 13, quorum 7 Homerus primus adhibuit. Neque illa in alio versu, nisi hexametro vel pentametro apparent, exceptis Aeschyli et Sophoclis vocibus, quae trimetro iambico accommodatae sunt. Eodem aut versu politico utebantur plerique poetarum, qui post saeculum VI p. Chr. talia composita in poeticum sermonem induxerunt. Inter reliquos habent Andreas Cretensis *ἀντεξανίσταμαι* in versu glyconeo et Iosephus Hymnographus *προσεπανάγω* et *συνεπανατίθημι* in rhythmica prosa.

Iam si quis quaerat, num omnia haec composita vere poetica et apud poetas solos usurpata sint, sane omnium quae ante s. VI p. Chr. in usu erant, poetae sunt inventores, neque unum ex his nisi *ἐξυπανίστημι* in orationem pedestrem transiit. Sed postea poetae decomposita in pedestri sermone usitata mutuari non sunt veriti, certe ii, qui (ut Georgius Pisides et Constantinus Manasses) *ἀντεπεξάγω*, (Andreas Cretensis) *ἀντεξανίσταμαι*, (Theodorus Prodromus) *κατεξανίσταμαι* prosae orationi debent.

Restat, ut commemorem, quod facile perspicitur, usque ad saeculum VI p. Chr. omnes poetas qui voces quadruplices carminibus inserebant, praeter Aeschylum et Sophoclem hac in re Homeri auctoritate teneri. Nam aut illius voces ipsas usurpabant aut certe praepositionum conglutinationes quae eius propriae sunt, vocabulis praefigebant.

Iam ut ad prosam orationem transeam, nihil inter rerum scriptores, oratores, philosophos, alios interest, sed omnes pari fere modo vocibus quadruplicibus usi sunt et suum quique ad tales voces formandas contulerunt.

Denique quot composita et praepositionum conglutinationes singuli scriptores inde ab initio litterarum saltem usque ad IV saeculum p. Chr. usurpaverint e sequentibus secundum aetates et litterarum genera digestis indicibus cognosces.

I. E poetis

1. Homerus habet 7: *ἐξυπανίστημι* semel, *παρεκπροφεύγω* semel, *ὑπεκπροθέω* ter, *-λύω* semel, *-ρέω* semel, *-φεύγω* quinquies (semel var. cf. p. 42), *ὑπεξαναδύω* semel. Loci sunt 12 [13].[1]
2. Hesiodus (Pseudo-) 1: *ὑπεκπροφεύγω* semel. Loci: 1.
3. Empedocles 1: *ὑπεκπροθέω* semel. Loci: 1.
4. Aeschylus 1: *προυξεπίσταμαι* bis. Loci: 2.
5. Sophocles 1: *προυξεφίεμαι* semel. Loci: 1.
6. Hedylus 1: *συνεπεκπίνω* semel. Loci: 1.
7. Epigrammata adespota Anthol. 1: *ὑπεκπροφεύγω* bis. Loci: 2.
8. Theocritus 2: *ὑπεξαναβαίνω* semel, *-δύω* semel. Loci: 2.
9. Apollonius Rhodius 4: *διεκπροαλές* semel, *προπροκαταΐγδην* semel, *ὑπεκπροθέω* semel, *-τέμνω* semel. Loci: 4.
10. Oppianus Apamensis 2: *ὑπεκπροθέω* semel, *-θρώσκω* semel. Loci: 2.
11. Pseudo-Pythagoras (Carm. aur.) 1: *ἐξυπανίστημι*. Loci: 1.
12. Quintus Smyrnaeus 2: *ὑπεκπροφεύγω* semel, *-χέω* semel. Loci: 2.
13. Orphica 1: *ὑπεκπροφεύγω* semel. Loci: 1.

II. E prosae orationis scriptoribus

14. Herodotus 2: *προεξανίσταμαι* bis, *συνεπανίσταμαι* ter. Loci: 5.
15. Thucydides 9 (10): *ἀντεπανάγομαι* semel, *ἀντεπεξάγω* semel, *-ειμι* bis, *-ελαύνω* semel, *-έρχομαι* semel, *προεξανάγομαι* semel (coni. Iacobsius), *προεπανασείω* semel, *προσεπεξευρίσκω* semel, *συνεπανίσταμαι* semel, *ὑπεξανάγομαι* semel. Loci: 10 [11].

---

[1]) Uncis rectis includo summam omnium locorum, certorum incertorumque.

16. **Democritus Abderita** 1: *συνεπανίσταμαι* semel. Loci: 1. Cf. p. 39.
17. **Democriti** quae fertur epistula ad Hippocratem de natura hominis 1: *συνεισκατοικέω* semel (var. *ἐγκατοικέω*). Loci: 1.
18. **Pseudo-Hippocrates** 3: *προσεπικαταδέω* semel, *ξυνεξαναπληρόω* semel, *διανακαθίζω* semel. Loci: 3.
19. **Plato** 3: *ἀντιδιεξέρχομαι* semel, *ἐπεκδιηγοῦμαι* ter, *συμπαρακαθέζομαι* semel. Loci: 5.
20. **Timaeus Locrensis**[1]) 1: *ἀντεπεισάγω* semel. Loci: 1.
21. **Ctesias** 1: *ἀντεπέξειμι* semel. Loci: 1.
22. **Xenophon** 4 (5): *ἀντεπέξειμι* bis, *προδιεξέρχομαι* semel, *συνδιέξειμι* semel, *συνεξανίσταμαι* semel, (var. *ἐξανίσταμαι*), *συνεπεισφέρομαι* semel (var. *ἐπεισφέρομαι*). Loci: 4 [6].
23. **Diocles** 1: *προδιαναπαύω* semel. Loci: 1.
24. **Aeschines** 2: *ἀντιδιέξειμι* semel, *προδιεξέρχομαι* semel. Loci: 2.
25. **Demosthenes** 4: *προεξανίσταμαι* semel, *συμπαρακαθίζω* semel, *συμπαραπόλλυμι* semel, *συνεπανορθόω* semel. Loci: 4.
26. **Philippus rex** 1: *ἀντιπαρεξάγω* semel. Loci: 1.
27. **Aristoteles** 4: *ἐπιπαρέξειμι* semel, *περισυγκαταλαμβάνομαι* semel, *προεξανίσταμαι* semel, *συνεπεκτείνω* bis. Loci: 5.
28. **Anaximenes** 1: *ἀντιπροκαταλαμβάνομαι* semel. Loci: 1.
29. **Mnesitheus Cyzicenus** 1: *ἐνσυγκαταζέω* semel. Loci: 1.
30. **Epicurus** 1: *ἐπιδιεξέρχομαι* semel (cf. p. 15). Loci: 1.
31. **Septuaginta** 1: *προεξαποστέλλω* semel. Loci: 1.
32. **Chrysippus** 2: *ἀντιπαρέκτασις* ter, — *τείνω* bis. Loci: 5.
33. **Satyrus** 1: *προκαταναλίσκω* semel. Loci: 1.
34. **Diogenes Babylonius** 1: *ἐπιδιέξειμι* semel, (var. *προσδιέξειμι* et *διέξειμι*). Loci: 1.
35. **Polybius** 11: *ἀντιπαρεξάγω* semel (var. *ἀντιπαράγω*), *ἐπιπαρεμβάλλω* quater, *κατεξανίσταμαι* semel, *προεγκάθημαι* semel, *προεξανίσταμαι* semel, *προεξαποστέλλω* ter, *συνεξανίστημι* ter (semel. var. *συνεξίστημι*), *συνεξαπο*-

---

[1]) I. R. W. Anton, de origine libelli *περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος* Erfurti 1883, non ante I vel II saeculum p. Chr. hunc libellum scriptum esse demonstrare studuit.

στέλλω septies, *συνεπανορθόω* semel, *συνεπείσειμι* semel, *συνεπεμβαίνω* bis. Loci: 23 [25].
36. Hipparchus 1: *συναντικαταδύνω* semel. Loci: 1.
37. Hero 2: *ἀντεπέξειμι* semel, *προκατεισδύνω* semel. Loci: 2.
38. Philodemus 2: *προσεπεισφορέω* semel, *προσεπισυνετίζω* semel. Loci: 2.
39. Asclepiodotus 1: *συμπαρεκτείνω* semel. Loci: 1.
40. Diodorus Siculus 3: *κατεξανίσταμαι* quinquies, *προεξανίσταμαι* bis, *συνεξαποστέλλω* semel. Loci: 8.
41. Dionysius Halicarn. 7: *ἀντεπέξειμι* sexies, (*ἀντιδιεπάγω* semel var. l. cf. p. 12), *ἀντιπαρεξετάζω* octies, *προεξανίσταμαι* ter, (*προεξανάγομαι* affertur ex Thucydide), *προκαταναλίσκω* semel, *συνεξαναλίσκω* semel, *συνεπανίστημι* semel. Loci: 21.
42. Nicolaus Damascenus 1: *προεξανίσταμαι* semel. Loci: 1.
43. Heraclitus Allegor. (si Augusti temporibus huius aetas recte tribuitur) 1: *κατεξανίσταμαι* semel. Loci: 1.
44. Strabo 2: *ἀντεπέξειμι* semel, — *ἔρχομαι* semel. Loci: 2.
45. Liber *περὶ ὕψους*, qui ferebatur Longini 2: *κατεξανάστασις* semel, *προσεπεισφέρω* semel. Loci: 2.
46. Philo Iudaeus 7: *ἀντιπαρέκτασις* semel, — *τείνω* bis, *ἐπεξανίσταμαι* semel, *κατεξανίσταμαι* septies, *προεξανίσταμαι* semel, *προσεπεξεργάζομαι* semel, *προσσυναποβάλλω* semel (var. *προσαποβ.*). Loci: 14.
47. Vettius Valens 1: *συναποκατάστασις*.
48. Dioscorides 1: *προσεπεμβάλλω* bis. Loci: 2.
49. Iosephus 12: *ἀντεπεξάγω* bis, *-ἔρχομαι* semel, *ἀντιπαρεκτείνω* bis, *ἀντιπαρεξάγω* semel, *-ειμι* semel, *κατεξανίσταμαι* bis, *προεξαναλίσκω* bis (semel var. *ἐξαναλ.*), *προεξανίσταμαι* semel, (*προκατεπείγω* semel. cf. p. 8), (var. *συμπαρεισφθείρομαι*), *συμπαρεκτείνω* semel (var. *παρεκτ.*), *συνεξανοίγω* semel, *συνεπαφίημι* semel. Loci: 16 [18].
50. Pseudo-Iosephus in Maccab. 1: *προσεπικατατείνω* semel. Loci: 1.
51. Aëtius 3: *ἀντεπεισάγω* semel (var. *ἀντεπείσειμι*), — *οδος* semel, *-φέρω* semel. Loci: 3.
52. Plutarchus 12: *ἀνθυποκαθίστημι* (loci testimonium deest; cf. p. 9), *ἀντεξανίσταμαι* semel (var. *ἀντεξίσταμαι*), (*ἀντεπεισάγω*, *-οδος*, *-φέρω* voces Aëtii singulis locis afferuntur).

ἀντιπαρεξάγω septies, *-αγωγή* semel, *-ειμι* semel, *ἐπιδιέξειμι* semel, *κατεξανίσταμαι* quater, *προεξανίσταμαι* sexies, *προσεξανίσταμαι* semel, (*προσεπανίσταμαι* mendum), (*συγκατεξανίσταμαι* var.), *συνδιεκπίπτω* semel, *συνεξανίσταμαι* quindecies (semel var. *συγκατεξανίσταμαι*), (*συνεπεισπίπτω* coniect. bis), (*συνεπεκφαίνω* mendum), *ὑπεξανίσταμαι* undecies. Loci: 50.

53. Pseudo-Plutarchus 3: *ἀντιπαρέξειμι* semel, *προεξανίσταμαι* semel, *ὑπεξανίσταμαι* semel. Loci: 3.
54. Epictetus 1: *ὑποπαρενθυμοῦμαι* semel. cf. p. 8. Loci: 1.
55. Dio Chrysostomus 2: *ἀντιπαρεξάγω* semel, *προεξανίσταμαι* semel. Loci: 2.
56. Aelianus Tacticus 1: *συνεπεκτείνω* semel. Loci: 1.
57. Soranus 2: *προδιακατέχω* semel, *συνεξανίεμαι* semel. Loci: 2.
58. Alexander Numen. 1: *προσυναπάντησις* semel. Loci: 1.
59. Trallian. epistul. ad. Brutum 1: *προεξανίσταμαι* semel. Loci: 1.
60. Apollonius Alexandrinus 1: *ἐξυπανίσταμαι* bis exempli gratia.
61. Pausanias 2: *ἀντεπέξειμι* semel, *συνεπανίσταμαι* semel. Loci: 2.
62. Sporus mathematicus apud Pappum 1: *συναποκαθίστημι* ter. Loci: 3.
63. Claudius Ptolomaeus 2: *συναποκαθίστημι* quater, *συναποκατάστασις* bis. Loci: 6.
64. Pseudo-Ptolomaeus 2: *προσεπισυγκρίνω* semel, *συναποκατάστασις* semel. Loci: 2.
65. Cleomedes 1: *συμπαρεκτείνω* novies. Loci: 9.
66. Arrianus 1: *ἀντιπαρεξάγω* semel. Loci: 1.
67. Aelius Aristides 3: *ἀντεπεξέρχομαι* bis (semel var. *ἀντεπερχ.*), *συνεπεμβαίνω* semel, *συνεπεξεργάζομαι* semel. Loci: 3 [4].
68. Appianus (*προσεπανήκω* semel falsa lectio. cf. p. 25).
69. Polyaenus 4: *ἀντεπέξειμι* semel, *ἀντιπαρεξάγω* ter, *ἐπιδιέξειμι* semel, (var. *ἐπέξειμι*), *προεξανίσταμαι* semel. Loci: 6.
70. Lucianus 9: *ἀντεπαφίημι* semel, *ἀντεπεξάγω* semel, *-ειμι* semel, *μετεξανίσταμαι* semel, *προεξανίσταμαι* semel,

προσεπαφίημι semel, *προϋπεξορμάω* semel, (varr.), *συμπαρεισέρχομαι* semel, *ὑπεξανίσταμαι* ter. Loci: 11.

71. Marcus Antoninus 3: *κατεξαναστατικός* semel, *κατεξανίσταμαι* semel, *συμπαρεκτείνω* semel. Loci: 3.

72. Galenus 17: (*ἀντεπεισάγω*, *–οδος*, *–φέρω* Aetii voces a Ps. Galeno singulis locis afferuntur), *ἀντεπεκτείνω* semel, *ἀντιπαρεξάγω* ter, (*ἐπιδιέξειμι* vox Diogenis Babylonii affertur semel a Galeno), *ἐπιδιεξέρχομαι* semel, *προδιεξέρχομαι* semel, *προσεπεισάγω* semel, *προσεπεκτείνω* ter, *προσεπεμβάλλω* novies, *προσεπιδιαιρέω* semel, *προσεπιδιακαίω* semel (Galenus ipse *προσέτι διακαίω* praebet), *προσεπιδιορίζω* semel (*προσεπικαταδέω* vox Hippocratea semel a Galeno affertur), *προσεπικαταψεύδομαι* semel (Galenus *προσεπιψεύδομαι* praebet), *συμπαρεκτείνω* octies, *συναποκαθίστημι* quater, *συνδιεκβάλλω* semel, *–πίπτω* bis (Galenus ipse semel *συνεκπίπτω* praebet), *συνδιεξέρχομαι* quater, *συνεπεκτείνω* decies, (semel Galenus ipse *συνεκτείνω* praebet). Loci: 52.

73. Theodotion 1: *συνεπανίστημι* semel. Loci: 1.

74. Clemens Alexandrinus 5: *ἀπαντιπρόσωπον* semel (lectio falsa *ἅπαν τι πρόσωπον*), *ἐπεκδιηγοῦμαι* semel, *κατεξανίσταμαι* quinquies, *προσεπεξηγοῦμαι* semel, *ὑπεξαναβαίνω* quater. Loci: 11 [12].

75. Iulius Pollux 2: *προδιεξέρχομαι* semel, *προσεπεισφέρω* semel. Loci: 2.

76. Sextus Empiricus 6: *ἀντιπαρεκτείνω* novies, *ἀντιπαρεξάγω* bis, *–αγωγή* semel, *κατεξαναστατικός* bis, *κατεξανίσταμαι* ter, *προδιεξοδεύω* semel. Loci: 18.

77. Alexander Aphrodisiensis 1: *παρενεισαγωγή* semel, (*ἀντιπαρέκτασις*, *–τείνω* voces Chrysippi afferuntur.)

78. Claudius Aelianus 1: *ἀντιπαρεξάγω* semel. Loci: 1.

79. Dio Cassius 15: *ἀντεπεξάγω* ter, *–ειμι* bis, *–έρχομαι* bis *–οδος* semel, *ἀντιπαρεξέρχομαι* semel, *προσαντεπιτάσσω* semel, *προσεξανίστημι* semel, *προσεπανηρόμην* semel, *προσεπαπειλέω* bis, *προσεπεξευρίσκω* bis, *προϋπεξέρχομαι* bis, *συμπαρακατακλίνω* semel, *συμπαραναλίσκω* semel (cf. p. 8), *συνεξανίστημι* semel, *συνεπανίστημι* quinquies, (*ὑποκατεκκλίνω* errore Sturzii in editione exstat). Loci: 26.

80. Diogenes Laertius 1: (*ἀντιπαρεκτείνω* Chrysippi vox semel affertur), *κατεξανίσταμαι* semel. Loci: 1.

81. Origenes 4: *ἀντιπαρεξάγω* semel, *κατεξανίσταμαι* bis, *συμπαρεκτείνω* quater *συναπεκδύω* semel. Loci: 8.
82. Dionysius Alexandrinus 3: (*προσεπαπειλέω* semel; cf. p. 9), *προσεπεξεργάζομαι* semel, *–ευρίσκω* semel. Loci: 3.
83. Cyprianus martyr 1: *συμπαρακάθημαι* semel. Loci: 1.
84. Hippolytus 2: *ἀντιπαρέκτασις* semel (coni. Dielesius). *προσαναπαράγω* semel (codex *πρὸς ἀνπαραχθῆναι*). Loci: 2
85. Athenaeus 1: *προκαταναλίσκω* semel (cf. p. 8). (Afferuntur ab Athenaeo *προκαταναλίσκω* semel e Satyro, *συνεπείσειμι* e Polybio, *ὑπεκπρορέω* ex Homero). Loci: 1.
86. Herodotus cui libellus *εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρός* adscribitur 1: *συμπαρεκτείνω* semel. Loci: 1.
87. Plotinus 1: *ἀντιπαρεισαγωγή* semel. Loci: 1.
88. Dexippus 1. *ἐνσυνυπάρχω* semel. Loci: 1.
89. Porphyrius 1: *ἀντεπεισάγω* semel. (Affertur *ἐξυπανίσταμαι* e versu Pythagorae ascripto); de *προσεπεξεργάζομαι* vide p. 26. Loci: 1.
90. Callistratus 1: *ὑπεξανίσταμαι* semel. Loci: 1.
91. Aristides Quintilianus 1: *συμπαρεκτείνω* semel. Loci: 1.
92. Pseudo-Callisthenes 1: *ἐξυπανίσταμαι* semel. Loci: 1.
93. Scholl. in Aeschylum vett. et recentt. 1: *προσυπεμφαίνω* semel. Loci: 1.

Haec erant quae de *τετραπλῶν* praepositionatorum frequentia, origine, historia dicenda existimarem.

Addenda et corrigenda.

Pag. 5 lin. 12 legas: inscriptionum

„ 8 „ 28 et pag. 60 lin. 3 et pag. 61 lin. 2 legas: 264. [Nam, id quod Krollius noster benevole mecum communicavit, duo vocabula e *τετραπλῶν* numero eximenda sunt:

προαποκατάστασις (p. 20, 17), cum apud Proclum in remp. 110, 7 pro *προαποκαταστάσεως* quod est in codice Vaticano, legendum sit *πρὸ ἀποκαταστάσεως*, et

προσυνεπισωρεύειν (p. 28, 32), quoniam apud Iamblichum in Nicom. 46 d (ed. Pistelli p. 34, 9) codex Laurentianus pro *προσυνεπισωρευθέντι* recte *προσεπισωρευθέντι* praebet.]

Pag. 8 lin. 35 legas: exceptis *ἐναπενιαυτίζω* et *προκατεπείγω*, de quorum origine

Pag. 14 lin. 6 legas: † *διεκπροαλής*

„ 14 „ 9 operarum vitio uncus rectus ante *ἐγκατεφάλλομαι* excidit. Verbum enim auctoritate caret. Nam *ἐγκατέπαλτο* Oppiani non ab *ἐγκατεφάλλομαι*, sed ab *ἐγκαταπάλλομαι* derivandum est.

Pag. 15 lin. 10 verbi *ἐπεκδιηγεῖσθαι* testimoniis addi potest locus quem mihi Krollius suppeditavit Procli in remp. ed. Basil. p. 349, 16; ed. Pitra p. 68, 9.

Pag. 17 lin. 28 dirimas: *κατέξαν|ιστάμην*

„ 18 „ 31 legas: occurrit

„ 35 „ 2 sq. et 18 sq. loci Simplicii in Aristot. de caelo secundum editionem Heibergi (p. 506, 25. 28. 507, 4, p. 506, 17. 19. 507, 1.) laudandi et alii quos hic vir doctissimus in indice p. 761 s. v. *συναποκαθιστάναι* et *συναποκατάστασις* collegit addendi erant.

Pag. 36 lin. 16 legas: *ἴσως*
„ 48 „ 1 „ 84
„ 48 „ 3 „ 135
„ 48 „ 28 „ 47
„ 48 „ 29 „ 44
„ 48 „ 30 „ 35
„ 48 „ 30 „ *κατά* in 25
„ 48 „ 31 „ 22
„ 52 „ 18 (II loco): 8
„ 52 „ 23 (III loco): 6
„ 52 „ 24 (II loco): 17
„ 52 „ 28 (I loco): 31
„ 52 „ 30 (II loco): 10
„ 60 „ 32 legas: 33
„ 61 „ 6 „ 20

Insunt in hoc libello haec.

Buchdruckerei Maretzke & Märtin, Trebnitz in Schles.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER

ACHTER BAND

BRESLAU
VERLAG VON M. & H. MARCUS
1902

INHALT.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,
PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

ACHTER BAND.
ERSTES HEFT.

DE POLEMONIS RHETORIS
VITA OPERIBUS ARTE

SCRIPSIT

HUGO JÜTTNER.

BRESLAU.
VERLAG VON M. & H. MARCUS.
1898.

DE
POLEMONIS RHETORIS
VITA OPERIBUS ARTE

SCRIPSIT

HUGO JÜTTNER.

VRATISLAVIAE
M. & H. MARCUS.
1898.

A.
Prooemium.

Etsi inde quod perpauca de oratoribus Graecis qui post Demosthenis tempora fuerunt eorumque studiis rhetoricis nobis tradita sunt, statim cognosci potest eloquentiam Graecam tum de summo gloriae fastigio decidisse, id quod necesse fuisse, qua Graeci condicione post bellum Macedonicum usi sint, considerantibus luce clarius fit, tamen constat etiam illo tempore Graecis eloquentiam multo maiori fuisse curae quam e scriptorum memoria suspicamur. Demetrius quidem Phalereus, quem primum inflexisse orationem Cicero dicit (Brut. § 38), non solum artem rhetoricam composuit et declamationes scripsit veluti *laudationem Socratis*[1]), sed etiam contionales, iudiciales legatorumque orationes ei tribuuntur.[2]) Pariter Charisius multas orationes iudiciales edidit, quae etiam Ciceronis tempore notissimae erant.[3]) In scholis quin lectae et tractatae sint veterum eloquentiae heroum orationes, dubitari nequit. Hinc praecipue illae orationes, quae dictione Demosthenica scriptae illi tribuebantur.[4]) Quid? quod Demochares Demosthenem videtur secutus esse[5]), ut Lysiano

---

[1]) Müller F. H. G. II p. 365 sq. Ostermann, De Demetrii Phalerei vita, rebus gestis et scriptorum reliquiis II p. 21—23.

[2]) Blass, Griech. Bereds. p. 16 sq. Susemihl, Gesch. der griech. Litt in d. Alexandrinerzeit I p. 139 sq.

[3]) Blass p. 20 sq.

[4]) Susemihl II p. 448.

[5]) Blass p. 19 sq. Susemihl I p. 552 sq. p. 554 adn. 170.

dicendi genere usus est Charisius.[1]) Neque reos deficiebant advocati, quamquam in contionibus oratores bellum aut pacem commendare iam non poterant. Rhetorum scholis illius temporis tribuendae sunt etiam illae *ad imitationem fori consiliorumque fictae declamationes,* quas Quintilianus circa Demetrium Phalereum institutas esse tradit.[2]) Et multum de arte rhetorica disputabatur.

Peripatetici enim in Aristotelis artem iurabant, cum in rhetorum scholis inde a Corace, Tisia, Thrasymacho, Isocrate artes adhiberentur, quae usum spectarent, cuius generis est illa *ars ad Alexandrum*[3]), reliquorum philosophorum alii aliter de rhetorica iudicabant. Hinc illae controversiae et quaestiones originem ducunt, quarum Plato primus fuerat auctor[4]): quid sit rhetorica, qualem habeat finem, utrum ars sit necne, num eorum qui rempublicam capessant intersit praecepta rhetorica discere. Veluti οἱ περὶ Ἐπίκουρον censebant τέχνην εἶναι τὴν σοφιστικὴν τοῦ λόγους συγγράφειν καὶ ἐπιδείξεις ποιεῖσθαι, τοῦ δὲ δίκας λέγειν καὶ δημηγορεῖν οὐ τέχνην[5]) artemque rhetoricam esse κενοτάτην ὥς γε πρὸς πολιτικῆς δυνάμεως παρασκευὴν dicebant.[6]) Pariter Alexinus Ἐλεγξῖνος ille Megaricus eloquentiae professores accusabat, quod multa ad eloquentiam forensem discendam inutilia docerent.[7]) Ii contra qui eloquentiam profitebantur, ut ille νεανίσκος convivii Epicurei[8]), artem suam non solum ostentationi, sed etiam rebus publicis et privatis bene gerendis utilissimam esse contendebant.[9]) Quae omnia nos docent huius aetatis studia rhetorica arte cum antecedenti tempore cohaerere, ut et ii qui ex arte et ii qui de arte dicerent, non nisi tractata retractarent et patribus succederent eorumque negotia exciperent. Eadem de sophistarum illorum clarissimorum prole quis est qui non suspicetur? Nam quin, ut paulo ante, cum Phanias, Aristotelis discipulus, librum πρὸς τοὺς

---

[1]) Blass p. 20 sq. Susemihl II p. 461 sq.

[2]) Instit. orat. II 4, 41.

[3]) Susemihl II p. 451 sq.

[4]) Cic. de orat. I 11, 47.

[5]) Philodemi voll. rhetorica ed. Sudhaus I p. 50 col. XXIII 33 sq. prolegg. p. XXXII.

[6]) Philod. I p. 67 col. XXXVI 28 sq. Supplem. ed. Sudhaus p. 34, 8 sq. prolegg. XXIII sq.

[7]) H. v. Arnim, Hermes XXVIII p. 67 sq.

[8]) Philod. I p. 102 col. X 22 sq. Supplem. p. 49, 18 sq.

[9]) Sudhaus, Philologus LIV p. 85 sq.

σοφιστὰς sui temporis ederet[1]), sic hoc quoque tempore sophistae Athenis fuerint, Philodemi *de arte rhetorica* libris inventis dubitari nequit, in quibus loci sat multi ex Epicuri *de rhetorica* libro afferuntur, quibus illius temporis sophistae carpuntur. Veluti scribit Philodemus (I p. 32, col. X 25 sq.): φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς ῥητορικῆς Ἐπίκουρος, ὅτι τοῖς διατριβικοῖς οἱ προσιόντες ἀπατῶνται καὶ οὐκ ἀπεικότως διὰ τοιαύτην αἰτίαν· ὅταν γὰρ ἀκούωσιν ἐν ταῖς δείξεσιν καὶ πανηγύρεσιν . . . ὅθεν ἦλθον ἐπὶ τὸ μισθὸν ἀναλίσκειν τοῖς σοφισταῖς et plenius II p. 256—259 col. IIIa sq.: ὅταν γὰρ ἀκούσωσιν . . . ἐν δὲ ταῖς πανηγύρεσι καὶ δείξεσι τῶν σοφιστῶν e. q. s. I. p. 105 col. XII 6 ille quem supra laudavimus convivii νεανίσκος σοφιστὴς appellatur, item p. 106 col. XII 29, quem locum Sudhausius in supplemento p. 52,5 sic restituit: οὐ γὰρ μέχρι τῶν λέξεων τούτων ὁ σοφιστὴς οὐθὲν ἐπήγγελται περὶ τούτου.

Neque solum constat sophistas ineunte saeculo a. Chr. n. III. Athenis viguisse, sed etiam ex locis modo laudatis cognoscitur, quali functi sint munere. Fuerunt διατριβικοί, eloquentiae magistri, qui declamationes arte compositas in scholis habebant neque non edebant, ut Epicurus dicere posset τὴν σοφιστικὴν τοῦ λόγους συγγράφειν καὶ ἐπιδείξεις ποιεῖσθαι esse artem, neque minus forensem eloquentiam disciplinae suae vindicabant.[2]) Praeterea eosdem spectant magnam partem loci Philodemi, qui de sophistis agunt, quoniam quae eorum disciplinae tribuuntur pleraque illis iam temporibus notissima erant. Dabant praecepta de inventione[3]) et elocutione[4]),

---

[1]) Ex loco enim Athenaei XIV p. 638c apparet Phaniam hoc libro de poetis egisse, quam ob rem verisimillimum est pugnasse eum contra sophistarum rationem explicandi et probandi aut improbandi scriptorum opera, qualia studia litterarum inde a Protagora sophistarum fuisse constat. *Simonidem ut ostendat in eodem carmine sibi contraria dicere quam carpere instituat Protagoras ex Platonis dialogo p. 339c notissimum. Quod pro similium exemplo est. Euripidem in vocabulorum minutiis Aeschylum coarguentem ad sophistarum morem effinxit comicus. Denique Aristoteles* σοφιστικοὺς ἐλέγχους *enarrans non omisit de iis dicere, qui Homerum redarguerent atque ut reliquis eorum argutiis sic his medicinam paravit el. sophist. IV 8* (Lehrs Arist. stud.[2] p. 199 sq.).

[2]) Carolus Brandstaetter, De notionum πολιτικὸς et σοφιστὴς usu rhetorico (Leipz. Stud. XV p. 129 sq.) p. 214 sq.

[3]) Philod. I p. 210 col. XXIXa 4 sq., alii.

[4]) Philod. I p. 79 col. XLIV 23 sq. Supplem. p. 39 (cum adnot.) sq.

de prooemiis, narrationibus, argumentationibus, epilogis[1]), proponebant exempla (μιμητὰ) τῶν δικανικῶν καὶ συμβουλευτικῶν καὶ πρεσβευτικῶν λόγων[2]), cum declamationibus epidicticis τοῖς περὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ ψόγους[3]) Busirides, Polyphemos laudarent Penelopenque cum Clytaemestra et Parin cum Hectore compararent.[4]) Vix igitur quidquam est, quin his sophistis cum illis primis commune sit, nisi quod non profitebantur neque post Socratis, Platonis, Aristotelis tempora profiteri poterant omnium quae ad vitae utilitatem pertinerent rerum scientiam sese docturos esse, id quod Protagoras, Prodicus, Hippias fecerant[5]), sed rhetoricae soli erant dediti Gorgiam principem maxime secuti. Quod Brandstaetter dicit[6]) Epicurum primum, quantum nobis liceat videre, nomine σοφιστοῦ proprie epidicticum oratorem simul docendae rhetoricae munere fungentem significavisse, probari non potest. Nihil aliud affirmabat Epicurus nisi *sophisticam rhetoricam,* quae iam diu in orationibus epidicticis scribendis et declamationibus scholasticis habendis constabat, *esse artem, quae ad eloquentiam forensem impetrandam et rebus publicis et privatis bene administrandis nullius esset momenti,* Gorgias autem, declamator ille primus et celeberrimus, iam σοφιστὴς vocatus est. Atque Brandstaetter ipse de V. et IV. saec. sophistis verba faciens (p. 205) dicit: *Ac rhetorici quidem sophistae duplici plerumque negotio funguntur, namque epidicticas orationes componunt vel habent et rhetoricam artem seu docendo seu exempla proponendo tradunt, qua in institutione iterum epidicticam rhetoricam imprimis respiciunt non prorsus tamen neglecta iudiciali,* id quod de ineuntis Alexandrini quod dicitur temporis sophistis dici posse vidimus. Etiam Isocratis tempore epidicticas orationes sophistarum fuisse quis est qui nesciat?[7]) Praeterea apud Epicurum sophistae sunt magistri, neque Demosthenis tempore res se aliter habebat; Aeschines enim etiam Demosthenem oratorem illum forensem

[1]) Philod. I p. 56 col. XXVIII 13 sq. Supplem. p. 28, 17 sq. Brandstaetter p. 217 adn. 1.

[2]) Philod. I p. 134 col. XXXI 2 sq.

[3]) Philod. I 212 col. XXXa 24 sq. I 213 col. XXXIIa 7 sq.

[4]) Philod. I p. 216 col. XXXVa 18 sq.

[5]) Brandstaetter p. 227.

[6]) p. 228.

[7]) Brandstaetter p. 208.

maximum σοφιστὴν appellavit[1], cum discipulos rhetoricam doceret. Itaque iam multo ante ille technicus usus nominis σοφιστοῦ, quem Brandstaetter apud Epicurum primum statuendum esse censet, invenitur, ut σοφιστής appellaretur praeceptor dicendi qui etiam orationes componeret vel haberet; neque Epicuri tempore neque apud Epicurum notio sophistae quasi terminus esse mere rhetoricus et proprie de rhetoricis sive personis sive rebus usurpari coepta est, cum vel Metrodorus[2], aequalis et discipulus clarissimus Epicuri, nomine σοφιστοῦ appellaret etiam philosophos Cyrenaicos et novem libris, quos πρὸς τοὺς σοφιστὰς inscripsit, ut Brandstaetter ipse monet, omnino eos philosophos notaret, qui ab Epicureorum doctrina dissentirent.[3]

Post haec Epicuri tempora per centum fere annos nihil de sophistis audimus, quamquam rhetorica studia non desierunt, nam et philosophi, imprimis Stoici Zeno, Cleanthes, Chrysippus[4], more maiorum rhetoricam tractasse constat et ex oratorum numero praeter Hegesiam illum novimus Cleocharem[5], Daphnin[6], Hermesianactem[7], Matrin[7], Myronem[8], Sosicratem[6], Timolaum.[9] Quorum nemo nomine σοφιστοῦ laudatur, sed aut ῥήτορες audiunt, aut nulla significantur appellatione. Quod Hegesias, qui a Strabone (XIV 648) ῥήτωρ vocatur, a Dionysio Halicarnassensi σοφιστής nominatur[10], nomen σοφιστοῦ oratori parum apte videtur dari, qui, cum Rutilius ex eius iudicialibus orationibus fragmenta afferat[11], a foro non fuit alienus, id quod Ciceronis verbis[12] *at Charisii vult Hegesias esse similis* confirmatur, nam Charisius erat orator forensis. Itaque Dionysius (nisi forte Hegesias Magnesiae scholam habebat, cuius memoriam

---

1) Aeschines I 175 p. 88, 13 sq.: μηδενὶ δὴ τρόπῳ καθ' ὑμῶν αὐτῶν γέλωτα τῷ σοφιστῇ καὶ διατριβὴν παράσχητε; III 202 p. 264, 11. cf. I 117 et 170.

2) Plutarch. adv. Ep. beat. 7 p. 1091. A. Körte, Metrodori fragm. n. 28.

3) p. 214 adn. 1.

4) Cf. Franc. Striller, De Stoicorum studiis rhetoricis.

5) Blass p. 34. Susemihl II p. 462. Volkmann, Rhet.[2] p. 537.

6) Blass p. 35.

7) Blass p. 36. Susemihl II p. 482.

8) Blass p. 34 sq.

9) Susemihl II p. 462.

10) de comp. verb. XVIII p. 122, 1. 123, 6, 18. 126, 12 R.

11) I 7. II 2.

12) Brut. 286. Blass p. 26.

illa significatio σοφιστοῦ nobis servavit) haud sine ira et studio cum sophistam videtur appellasse, quod ipsi dictio quaesita Hegesiae, *qui se ita putabat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putaret*[1]), summo erat odio. Neque Hermesianactem, quia *laudationem Minervae* composuit, oratoribus, qui sophistarum more epidicticis praecipue gaudebant orationibus, adnumeremus, ut Blassius l. l. vult, necesse est. Nam ne Lysias quidem sese abstinuit orationibus epidicticis, ut Zoilo, qui paulo ante hanc aetatem viguit quique praecipue forensi deditus fuit eloquentiae[2]), pariter ac Demetrio Phalereo laudationes tribuuntur. Quamquam denique valde probabile est Matrin Thebanum epidicticorum partes secutum esse, cum non solum *Herculis laudationem* habuerit, sed etiam apud Philodemum[3]) una cum Isocrate opponatur non modo Themistocli, Pericli, Phocioni, quorum eloquentia ex schola non prodiit, sed etiam oratoribus forensibus Demostheni et Callistrato, tamen ne hunc quidem appellatum esse sophistam constat.

Perpauca igitur de huius aetatis sophisticis studiis rhetoricis innotuerunt. Prae Demosthenis gloria et pro temporum condicione eloquentia epidictica in diem minus videtur culta esse, ut in scholis forensis imprimis eloquentia respiceretur et magistri eloquentiae cum ipsi plerumque forenses essent oratores et iudiciales orationes ederent, tum id maxime agerent, ut discipulos iudicialem eloquentiam docerent, et recte se habet, id quod Brzoska[4]) censuit *genus forense in Asia imprimis excultum esse,* quo eloquentia Graeca Piraeo evecta se contulerat. Inde nomen σοφιστοῦ nomini ῥήτορος cessit. Eadem de causa ne Hermagoras quidem, ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας, σοφιστὴς appellatus est. Quamquam enim veterum sophistarum morem redintegrare studebat et θέσεις (quaestiones) rhetoricae vindicabat, tamen praecipue ad iudiciale genus animum advertit[5]), qua ratione etiam factum esse videtur, ut doctrinam de statibus, cum ad maiorem disciplinae partem pertineret, in θέσεις transferret.[6]) Neque aliter

---

[1]) Brut. l. l.
[2]) Dionys. Halic. De Isaeo 20.
[3]) II p. 233 col. XXXIV 11 sq.
[4]) De canone X oratorum p. 44.
[5]) Piderit, De Hermagora rhetore p. 31. Thiele, Hermagoras p. 82/83.
[6]) Cf. Volkmann p. 43 sq., idem in Iw. Müller Handbuch II[2] p. 651.

sine dubio se res habuit in scholis ceterorum eloquentiae professorum, qui Hermagorae tempore aut post illum usque ad imperium Romanum constitutum innotuerunt, veluti Athenaei, *qui videbatur Hermagorae maxime par atque aemulus esse*[1]), Hieroclis[2]), Meneclis[3]), Diodori, quem ipsum fuisse oratorem forensem et rei publicae gerendae deditum Strabo diserte tradit[4]), nec non Apollonii Molonis, Meneclis discipuli, *actoris in veris causis scriptorisque praestantis tum in notandis animadvertendisque vitiis et instituendo docendoque prudentissimi*[5]) et Apollodori, qui *solis iudicialibus contentus fuit.*[6]) Quid? quod his temporibus adulescentes Romani, quibus maxime tum forum curae erat oratores Graecos audiendi causa in Asiam et Rhodum veniebant et rhetorica ad Herennium non minus quam Ciceronis de inventione libri, *scholae regestae in commentarios*[7]), de eloquentia demonstrativa non nisi paucis agunt. Sed ne his quidem temporibus nomen σοφιστοῦ sensu eloquentiae magistri et scholastici vel epidictici oratoris ignotum fuisse imprimis Philodemi volumina rhetorica nos docent, quorum in unaquaque fere pagina illud nomen hac ratione adhibitum est. Neque de Philodemo solo id constat, sed etiam de aliis eiusdem temporis scriptoribus. Veluti in Ciceronis oratore (c. 13, 42) legitur: *Dulce igitur orationis genus et solutum et adfluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus* (11, 37) *proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro.*

Huc etiam pertinet c. 19, 65, ubi ab eloquentia oratoria, nervis atque aculeis forensibus praedita similitudinem imprimis sophistarum distinguendam esse dicit, quoniam omnes eosdem flores, quos adhibeat orator in causis, persequi vult, et c. 20, 68 *seiunctus igitur orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum explicandus est nobis, qualis futurus sit.* Pariter Mnesarchus Stoicus discrimen inter oratores et scho-

---

1) Quintil. III 1, 16. Thiele p. 182 sq.
2) Blass p. 62, 73. Susemihl II p. 488.
3) ibid.
4) XIII 614. Blass p. 69.
5) Cic. Brut. 91, 316.
6) Quintil. III 1, 1.
7) **Marx**, Berliner Philol. Wochenschrift 1890 p. 1000 sq.

lasticos rhetores videtur fecisse. Dicit enim Cicero (de or. I 18, 83): *Mnesarchus hos, quos nos oratores vocaremus nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata* e. q. s. Quo cum loco conferas verba quae sequuntur § 84/85: *Charmadas vero multo uberius de his rebus loquebatur, non quo aperiret sententiam suam . . . sed cum maxime hoc significabat eos, qui rhetores nominarentur et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere* e. q. s. — iam intelleges Philodemi aequales. Sophistae illius, quem Epicurus in convivio carpit, cognoscimus prolem ex Menedemi verbis (Cic. de or. I 19, 86): *Quodsi tantam vim rerum maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur, cur de prooemiis et de epilogis et de huius modi nugis referti essent eorum libri* e. q. s.

Longum est alios afferre locos, quibus quis Philodemum illustrare possit. Unum addam qui optime docet illas de quibus supra verba feci quaestiones *quid sit rhetorica* similia ne Ciceronis quidem tempore tractari desiisse neque philosophis solum cognitas fuisse (de or. I 11, 48): *Verbi enim controversia iam diu torquet Graeculos homines contentionis cupidiores quam veritatis. Nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo in iure et in iudiciis possit aut apud populum aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est.* Illud igitur constat his temporibus sophistas appellatos esse, qui non forensem sed *gymnasiis et palaestris dicatam* eloquentiam exercerent et docerent. Quod munus in scholis declamandi ἀκροάσεις iam Strabonis tempore per se tanti videbatur momenti esse, ut nomen σοφιστοῦ rursus inclaresceret. Si quis erat eloquentiae magister, id diserte dicitur, et in diem maior factus est numerus eorum, qui declamationibus propositis auditores eloquentes reddere vellent et in hac re acquiescerent.

Sic Strabo (XIII p. 625) Dionysium Atticum Apollodori illius discipulum, memorabilem appellat propterea, quod σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος *id est epidicticae* (melius scholasticae) *rhetoricae artifex et magister, rerum scriptor, iudicialibus orationibus conscribendis occupatus.* Quae quin recta sit explicatio dubitari non potest loco Quintiliani collato[1]): *Sed Apollodori praecepta magis ex discipulis cognoscas, quorum dili-*

[1]) III 1, 18.

gentissimus in tradendo fuit Latine Gaius Valgius, Graece Atticus. Quod Strabo alibi (XIV 655) de Posidonio tradit ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφίστευσεν καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ μαλακὸς καὶ Μόλων Μενεκλέους μαθηταὶ τοῦ ῥήτορος, verbum ἐσοφίστευσεν pariter vertendum est *scholam habuit.* Fuit enim Posidonius Panaetii successor in schola, quam hic Rhodi aperuerat, neque cum Apollonio et Molone nisi hac ratione comparari potuit, qui quamquam non erant philosophi, tamen scholas habebant. Nulla alia ratione XIII 630 Diotrephen nominat σοφιστήν, nam, ut addit, Hybreas, Strabonis temporibus orator clarissimus, eius auditor fuerat *(διήκουσεν)* [1]. Neque nimis audaces nunc esse nobis videbimur, si affirmabimus Strabonem, cum dicat XIII p. 614 ἠτύχησε δὲ τὸ Ἀδραμύττιον ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ· τὴν γὰρ βουλὴν ἀπέσφαξε τῶν πολιτῶν Διόδωρος στρατηγὸς χαριζόμενος τῷ βασιλεῖ προσποιούμενος δ' ἅμα τῶν τε ἐξ Ἀκαδημίας φιλοσόφων εἶναι καὶ δίκας λέγειν καὶ σοφιστεύειν τὰ ῥητορικά, verbis σοφιστεύειν τὰ ῥητορικὰ Diodorum eloquentiae professorem appellare [2]. Ῥήτωρ contra erat orator forensis, ut Strabo (XIV 650) ῥητορεύειν τῷ σχολὰς ἔχειν opponere posset *(ὁ δ' ἡμέτερος sc. Ἀριστόδημος καὶ ἐρρητόρευε καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ καὶ ἐν τῇ πατρίδι δύο σχολὰς συνεῖχε, πρωὶ μὲν τὴν ῥητορικήν, δείλης δὲ τὴν γραμματικὴν σχολήν).* Neque hanc illo tempore vocis σοφιστοῦ significationem fuisse non probant Dionysii Halicarnassensis verba (de Thuc. 50 p. 939, 3 R.): ἐπιχειροῦσι δέ τινες οὐκ ἄδοξοι σοφισταὶ λέγειν, ὅτι τοῖς μὲν πρὸς τὰς ὀχλικὰς ἐντεύξεις παρεσκευασμένοις καὶ δίκαια λέγουσιν οὐκ ἔστιν ἐπιτήδειος οὗτος ὁ χαρακτὴρ (scil. Thucyd. genus dicendi), τοῖς δὲ τὰς ἱστορικὰς πραγματείας ἐκφέρουσι . . . προσήκει.

Postquam igitur inde ab initio tertii ante Chr. n. saeculi usque ad exitum saeculi alterius ars sophistica eloquentiam epidicticam tractandi in dies magis imminuta est, ut nomen σοφιστοῦ in arte exercenda ῥήτορι cederet, cum professores vel nomine utilitatem disciplinae suae ostendere vellent et ipsi plerumque in forum prodirent, inde ab ineunte saeculo primo cum numero auditorum auctus est numerus scholarum, et eloquentiae magistri nomine proprio σοφιστῶν rursus discernebantur ab oratoribus forensibus et mox non

[1] Blass p. 71.

[2] Blass p. 69.

modo sophistae ipsi declamationibus scholasticis gloriabantur atque in iis summam artis dicendi ponebant, sed etiam discipulorum ingens numerus illas non fori sed delectationis et gloriae causa maximi facere coepit.

Sub Augusti enim principatu etiam in provinciis *cesserunt arma togae,* bellum et factiones desierunt raroque rhetoribus qui eloquentiam deliberativam profitebantur, opus erat, et rarae erant causae municipiorum, in quibus causidici requirerentur. Itaque declamationes nunc in publicum processerunt neque solum a discipulis, sed etiam ab aliis audiri solebant.

Idem eodem tempore eloquentiae Romanae accidit. Romae inde ab initio usque ad extrema liberae rei publicae tempora vis et auctoritas artis dicendi crescebat. Nulla enim ars in rebus publicis aut privatis videbatur utilior esse quem facultas dicendi. Quam ob rem pueri apud grammaticum, adulescentes apud rhetores instituebantur, qui paucis exceptis Graeci erant, et omnes fere viri qui libera re publica auctoritate quadam in senatu, apud populum, in iudiciis utebantur, etiam arte oratoria florebant, ut Ti. Gracchus, cuius magistri fuerant Diophanes, rhetor Mytilenaeus[1]) et Menelaus Marathenus[2]), C. Gracchus[3]), P. Cornelius Scipio Africanus Minor[4]), M. Antonius, qui ipse librum de ratione dicendi composuit[5]), Hortensius, socius et consors gloriosi laboris Ciceronis, M. Porcius Cato, in quo perfectissimo Stoico summa eloquentia non desiderabatur. Ciceronem mitto, qui praeter multos alios rhetores Graecos imprimis Molonis illius auditor fuerat, qui operam dedit, ut nimis redundantem et superfluentem iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentem coerceret[6]). Quid C. Julius Caesar, de quo Quintilianus[7]) dixit: *C. vero Caesar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur,* Octavianus denique Augustus, quem Apollodorus rhetor docuerat? Quae cum ita essent, fieri non

---

1) Cic. Brut. 27, 104.
2) ibid. 26, 100.
3) ibid. 33, 125.
4) Cic. Brut. 21, 83. 87, 299. de orat. II 67, 270. III 7, 28.
5) de orat. I 21, 94. III 9, 32.
6) Brut. 91, 316.
7) X 1, 114.

potuit, ut sub principatu eloquentia eiusque gloria de memoria Romanorum excideret, quamquam deliberativa et iudicialis in diem magis concideret necesse erat. In senatu enim vix deliberabant patres de rebus publicis, decernebant, ut principi videbatur. Relinquebantur causae publicae haud ita multae, in quibus oratores advocati excellere poterant et nonnunquam publice laudabantur[1]; mox autem plurimis non iustitia aut vera eloquentia cordi erat, sed id agebant, ut pecuniam sibi pararent, et teste Tacito (annal. XI 5) nihil publicae mercis tam venale erat, quam advocatorum perfidia, ut patres legem Cinciam flagitarent, qua antiquitus cautum erat, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve acciperet. Causae privatae in iudiciis centum virorum agebantur, a quibus incipiebant, qui eloquentiae forensi operam dabant. Huc autem brevi eloquentia in scholis obvia et ad ostentationem comparata irrupit atque effecit, ut cupiditas vanae gloriae et pecuniae regnaret et causidici etiam operas ad laudandum conducerent et redimerent. Eo magis eloquentia demonstrativa scholastica omnium animos in se convertit, quod imperatores ipsi a rhetoribus in iuventute instituti ei favebant — principatui nocere non potuit — atque ipsi gloriam eloquentiae appetebant: Ti. Nero Caesar, discipulus Theodori rhetoris, non minus quam C. Caesar Caligula, *qui ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit, quantumvis attentus et promptus, utique si perorandum in aliquem esset*[2]), Vespasianus[3]), qui ingenia et artes maxime fovit atque primus e fisco latinis graecisque rhetoribus annua centena constituit, Titus denique *latine graeceque vel in orando vel in fingendis poematibus promptus et facilis ad extemporalitatem usque.*[4])

Haec est aetas Senecae patris et declamatorum, quos ex eius suasoriarum et controversiarum libris cognoscimus. Hac aetate declamabantur suasoriae et controversiae non vitae, sed scholae, et concursus ingentis declamatorum numeri, quorum alius alium in angustis declamationum finibus superare studebat, brevi effecit, ut *declamationes materiis a veritate abhorrentibus adhiberentur* atque *declamatores tyrannicidarum praemia aut vitia-*

[1]) Plin. ep. II, 11. Westermann, Röm. Beredsamkeit § 75 p. 243.
[2]) Suet. Calig. 53.
[3]) Suet. Vesp. 18.
[4]) Suet. Tit. 3.

tarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum, in foro vel raro vel nunquam, ingentibus verbis persequerentur[1]) neque in verbis, sententiis, luminibus orationis, figuris modum et iudicium servarent, ut ex illis Senecae reliquiis satis elucet. *Multi ex alieno saeculo petebant verba, duodecim tabulas loquebantur*[2]), *Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes erant.* Saepius inter declamatores certamina fiebant, quibus quominus interessent ne nobilissimi quidem repudiabant. Quid? quod Caligula ipse certamen Graecae Latinaeque facundiae edidit, *quo certamine ferunt victos victoribus praemia contulisse, eorundem et laudes componere coactos; eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere iussos esse, nisi ferulis obiurgari aut flumine proximo mergi maluissent.*[3]) Ad hanc aetatem spectant Petronii[4]) verba: *Et ideo ego adulescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex his, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident, sed piratas cum catenis in litore stantes, sed tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis, ut patrum suorum capita praecidant . . ., sed mellitos verborum globulos et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa. qui inter haec nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant . . . nondum iuvenes declamationibus continebantur, cum Sophocles aut Euripides invenerunt verba quibus deberent loqui, nondum umbraticus doctor ingenia deleverat, cum Pindarus . . . Nuper ventosa istaec et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit animosque iuvenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere afflavit.* Et hanc de qua dicimus aetatem etiam quae paulo post sequuntur verba resipiunt: *ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam exceperat. Dum ergo iuvenes sententias rident ordinemque totius dictionis infamant* e. q. s.[5])

Neque solum apud Romanos hoc declamationum scholasticarum genus summopere colebatur, sed etiam apud Graecos, id quod vel inde apparet, quod Petronius loco supra laudato illud Athenas ex Asia commigravisse scribit. Accedit, quod

---

1) Tacit. dial. de orat. 35.
2) Seneca ep. 114, 13.
3) Suet. Calig. 20.
4) Sat. 1, 8 sq.
5) Sat. 1, 6.

Seneca satis magnum numerum eorum affert. Appellantur Artemon, Apaturius, Damas, Dorion, Euctemon, *levis declamator sed dulcis,* Glyco *celeber,* Hermagoras, Hybreas *Asianus,* Mylasa ortus, Metrodorus, Nicetes *caldus,* Plution, Potamo, *magnus declamator* Mytilenaeus, Lesbocles, *magni nominis et nomini respondentis ingenii,* Grandaeus *Asianus,* Addaeus *ex Asianis non proiecti nominis,* Crato denique *venustissimus homo* et professus Asianus, qui bellum cum omnibus Atticis gerebat.[1]) Iidem nobis in mentem veniant necesse est in Plutarchi scriptis legentibus de sophistis barbatis graviter loquentibus (Quaest. conv. VII 6 p. 709: βαρὺ φθεγγομένους ἐκ πώγωνος σοφιστάς), de palaestris numerosorum sophistarum (an seni sit gerenda respublica c. 12 p. 790: ὁ γὰρ τοῦτον ἀσκηθεὶς τὸν τρόπον οὐκ ἐν παλαίστραις καὶ κηρώμασιν ἀκινδύνοις εὐρύθμων σοφιστῶν ἀλλ᾽...), de adulescentibus qui soleant castigationes philosophorum fugere, cum semel male audiverunt, neque fortiter sustinere, sed ad iucundas et molles adulatorum quorundam aut sophistarum declamationes inutiles aures convertere (de audiendo II 16 p. 46: ἀλλ᾽ ἐπὶ τὰς προσηνεῖς καὶ ἁπαλὰς ἀποστρέφοντες ὁμιλίας τὰ ὦτα κολάκων τινῶν ἢ σοφιστῶν ἀνωφελεῖς καὶ ἀνοήτους, ἡδείας δὲ φωνὰς καταδόντων).

Quid? quod increpantur a Plutarcho ii qui in auditoria novas et ad id tempus inauditas inferant voces θείως et θεοφορήτως et ἀπροσίτως acclamantes (ibid. c. 15: οἱ δὲ τὰς ξένας φωνὰς τοῖς ἀκροατηρίοις νῦν ἐπεισάγοντες οὗτοι καὶ θείως καὶ θεοφορήτως καὶ ἀπροσίτως ἐπιλέγοντες . . .). Quin autem idem agnoscendum sit, atque supra statuimus, ut hac quoque aetate sophistae essent declamatores, forenses autem oratores appellarentur ῥήτορες, dubitari nequit. Quo enim loco Plutarchus hortatur, ne quis conscius intemperantiae aut gulae aut confectus aut fatigatus vocem intendat, multos et rhetorum et sophistarum hoc vitium committere dicit (de sanitate praecepta c. 16 p. 131: ὃ πάσχουσι πολλοὶ τῶν ῥητόρων καὶ τῶν σοφιστῶν οἱ μὲν ὑπὸ δόξης καὶ φιλοτιμίας, οἱ δὲ διὰ μισθοὺς ἢ πολιτικὰς ἁμίλλας ἐξαγόμενοι παρὰ τὸ συμφέρον ἀγωνίζεσθαι). Sophistas illo tempore item scholas habuisse Dio Chrysostomus in oratione Troica (XI p. 311 R) diserte dicit ἀλλ᾽ ὅμως ὑπὲρ τηλικούτων ὄντος τοῦ λόγου τινὲς τῶν σοφιστῶν ἀσεβεῖν με φήσουσιν Ὁμήρῳ ἀντιλέγοντα καὶ ἐπιχειρήσουσι διαβάλλειν

[1]) Contr. X 34.

πρὸς τὰ δύστηνα μειράκια). Idem in oratione Ὀλυμπικὸς ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας (XII p. 372) appellat sophistas pavones varios fama et discipulis elatos (τοῦτο μὲν ῥήτορας δεινούς, τοῦτο δὲ συγγραφέας ἡδίστους ἐμμέτρων καὶ ἀμέτρων λόγων, τοῦτο δὲ ταὼς ποικίλους, ὅπερ ἐστὶ πολλοὺς σοφιστάς, δόξῃ καὶ μαθηταῖς ἐπαιρομένους). Alio eiusdem orationis loco se ironice sophistis commendat: quamquam ipse discipulos non sumat, cum nihil habeat, quod eos docere possit, tamen illis se profuturum esse pollicetur, quia magna hominum turba circa se collecta sophistis occasionem daturus sit discipulos venandi (p. 376 σοφιστῇ δὲ ἀνδρὶ ξυνών, μεγάλα ἂν ὠφέλουν ὄχλον πολὺν ἀθροίζων πρὸς αὐτόν, ἔπειτα ἐκείνῳ παρέχων, ὅπως βούλεται, διαθέσθαι τὴν ἄγραν. ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως οὐδείς με ἀναλαμβάνει τῶν σοφιστῶν οὐδὲ ἥδονται ὁρῶντες). Unde cognoscere licet, quanta iam primo post Christum natum saeculo fuerit auctoritas horum sophistarum.

Nunc autem quaerendum est, fuerintne alii sophistae qui alteri quae dicitur sophisticae tribuuntur. Si Rohdii fidem habemus verbis (Mus. Rhen. XLI p. 183): „und nun erhebt sich etwa seit der Regierung des Vespasianus[1]) jene 2. Sophistik", non liceret illos cum his aequare. Pariter Kaibelio (Hermae vol. XX p. 507 sqq.) sophistica altera aliquid prorsus novi esse visa est. Ille (Griech. Rom. p. 290 adn. 1) dixit: „Und so scheint die 2. Sophistik überhaupt, in rhetorischer Beziehung, nichts eigentlich Neues gebracht, sondern nur die asianische Manier erneuert zu haben", qua sententia in Museo Rhenano pluribus exposita ad extremum alteram sophisticam παιδίον oratorum Asianorum appellavit, hic veterem illam sophisticam redintegratam esse contendit. Neuter tamen Susemihlio (Gesch. d. griech. Litt. in d. Alexandrinerzeit II p. 502 adn. 184) plane persuasit aut Brandstaettero, qui quamquam quodammodo partes Rohdii sequi videtur (l. l. p. 261: *Non fuerunt oppositae altera sophistica et Asianorum rhetorum ratio)* et Kaibelii sententiam damnat, tamen etiam Rohdio contradicit, cum scribat: *Jam illud mihi videor demonstrasse de alteris, qui vocantur, sophistis non esse renovatum nomen veterum sophistarum ampliore sensu eorum aequalibus usurpatum, sed sua sponte neque quoquam*

[1]) Antea in libro *der griechische Roman* inscripto p. 290 scripserat: „etwa seit der Mitte des II. Jahrhunderts gewinnt in Griechenland und Kleinasien die alte Redekunst neues Leben."

consulto hoc nomen iterum inveniente seu restituente transiisse ad hos posteriores sophistas hanc appellationem eo sensu, quo epidicticum rhetorem rhetoricaeque doctorem solum post Epicuri dies insignit — nam neque, ut supra vidimus, oratores qui inde ab Epicuri tempore viguerunt, etsi maximam partem Asiani erant, imprimis epidictici oratores, neque omnes Asiani rhetoricae doctores erant, neque, ut item vidimus, σοφισταὶ appellabantur, ut *sua sponte* ab Asianis *hoc nomen ad hos posteriores sophistas transire* posset *eo sensu, quo epidicticum rhetorem rhetoricaeque doctorem solum insignit.* Non erat Asiaticorum grex *nihil nisi species quaedam universi illius epidicticorum oratorum rhetoricaeque doctorum generis, quod inde ab Epicuro hoc nomine nunquam non fuit appellatum,* cum Hegesias solus a Dionysio solo appelletur σοφιστὴς neque a foro fuerit alienus.

Tamen *sua sponte neque quoquam consulto hoc nomen iterum inveniente seu restituente transiit ad hos posteriores sophistas haec appellatio eo sensu, quo epidicticum* (melius: scholasticum) *rhetorem rhetoricaeque doctorem insignit* — a declamatoribus vel sophistis supra laudatis. Inveniuntur in altera sophistica suasoriae simillimae iis quas Seneca affert, veluti *deliberant Lacedaemonii, moenibusne urbem circumdent* (Philostr. Vitae Sophistarum ed. Kayser p. 27, 11 sq.: τοὺς μὲν γὰρ Λακεδαιμονίους ἀγωνιζόμενος τοὺς βουλευομένους περὶ τοῦ τείχους) vel *deliberant Lacedaemonii, militesne ex Sphacteria insula excipiant* (Philostr. p. 40, 17: ὁ Σπαρτιάτης ὁ ξυμβουλεύων τοῖς Λακεδαιμονίοις μὴ παραδέχεσθαι τοὺς ἀπὸ Σφακτηρίας γυμνοὺς ἥκοντας) vel *deliberant Atheniensium duces, maneantne in Sicilia* (Philostr. p. 89, 15: καὶ οἱ βουλευόμενοι περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ), alia; pariter controversiae, veluti: *Qui tumultum concitaverit, interficiatur, qui sedaverit, accipiat praemium. Idem concitavit et sedavit tumultum. Poscit praemium* (Philostr. p. 55, 4: ὁ ἄρξας στάσεως ἀποθνησκέτω καὶ ὁ παύσας στάσιν ἐχέτω δωρεάν· ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δωρεάν), vel *rapta raptoris mortem nacta est. Parit filium. Avi certant, uter eum educet* (Philostr. p. 75, 32 sq.: κόρη βιασθεῖσα θάνατον ᾕρηται τοῦ βιασαμένου· μετὰ ταῦτα γέγονε παιδίον ἐκ τῆς βίας καὶ διαμιλλῶνται οἱ πάπποι, παρ' ὁποτέρῳ τρέφοιτο τὸ παιδίον). Plane congruunt inter se argumenta controversiae quam Seneca affert (contr. IV 5: *Privignus medicus. Abdicavit quidam filium. abdicatus medicinae studuit.*

cum pater aegrotaret et medici negarent posse sanari, sanavit. reductus est. postea aegrotare noverca coepit; desperaverunt medici. rogat pater filium ut curet novercam. nolentem abdicat. contradicit) et controversiae Ἀποκηρυττόμενος inscriptae, quae Luciano iniuria denegata esse videtur (Ἀποκηρυχθείς τις ἰατρικὴν ἐξέμαθε· μανέντα τὸν πατέρα καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκου δόσει ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος· μετὰ ταῦτα μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος καὶ λέγων μὴ δύνασθαι ἀποκηρύττεται).

Facultas ex tempore dicendi, qua sophistae Philostrati maxime gloriabantur, iam Senecae temporibus magni aestimabatur (contr. IV 1: *Declamabat autem Haterius admisso populo ex tempore: solus omnium Romanorum quos modo ipse cognovi, in Latinam linguam transtulit Graecam facultatem*; Tacit. dial. 6: *Sed extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis vel praecipua iucunditas est;* Petron. sat. I 6: *Ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam exceperat)*. Velocitatem (εὔροιαν) ceterasque *virtutes* a Philostrato in suis sophistis totiens laudatas item iam supra in illis declamatoribus cognovimus.

Ut Cestius dixit (Sen. contr. IX 29): *Multa profero, non quia mihi placent, sed quia audientibus placitura sunt,* et Petronius (sat. 1, 3): *Nihil nimirum in his exercitationibus doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere. nam nisi dixerint quae adulescentuli probent, ut ait Cicero, soli in scholis relinquentur,* sic Fronto ille sophista Romanus (ep. p. 21, 11 ed. Naber) Marcum Caesarem admonet: *Igitur ut populo gratum erit, ita facies atque ita dices.* De Haterio scribit Seneca (contr. IV prooem.): *Quotiens velles eandem rem et quamdiu velles diceret, aliis totiens figuris, aliis tractationibus;* idem de Hippodromo Philostratus (p. 119, 16 sq.): ὁ δὲ ἀναλαβὼν τὴν ὑπόθεσιν ἑτέρᾳ δυνάμει μετεχειρίσατο τὰς ἤδη εἰρημένας ἐννοίας, de Alexandro Peloplatone (p. 79, 5 sq.): τὰς διανοίας τὰς πρὶν ἥκειν τὸν Ἡρώδην λαμπρῶς αὐτῷ εἰρημένας μετεχειρίσατο, ἐπιστάντος οὕτω τι ἑτέρᾳ λέξει καὶ ἑτέροις ῥυθμοῖς, ὡς τοῖς δεύτερον ἀκροωμένοις μὴ διλογεῖν δόξαι, quae facultas sua alienaque iterum dicendi sine dubio in scholis multum exercebatur et, ut Leo (de Stati silvis, ind. lect. Gotting. 1892/93 p. 9) monet, etiam eadem Ovidiana ratio referenda est *ad ipsam artem rhetoricam et ad*

eam quidem exercitationis partem, quae est de paraphrasi. Porcius Latro, *declamatoriae virtutis unicum exemplum,* cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquo suo diceret, usque eo est confusus, ut a soloecismo inciperet nec antea potuit confirmari <tectum> ac parietem desiderans, quam impetravit, ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. *Usque eo,* pergit Seneca, *ingenia scholasticis exercitationibus delicate nutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, caelum denique pati nesciant.* Idem fere accidisse Heraclidi sophistae tradit Philostratus (p. 113, 30 sq.) atque addit: τουτὶ δὲ ἀγοραῖος μέν τις παθὼν κἂν αἰτίαν λάβοι, τὸ γὰρ τῶν ἀγοραίων ἔθνος ἰταμοὶ καὶ θρασεῖς, σοφιστὴς δὲ ξυσπουδάζων μειρακίοις τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας πῶς ἂν ἀντίσχοι ἐκπλήξει;

Non solum igitur sophistae Graeci et Latini aetatis Senecae idem nomen habent atque posteriores sophistae, sed etiam iidem sunt: scholastici qui, ut aliquando in academiis litterariis professores, scholas ita habebant, ut orationes declamarent, quae auditoribus imitationi essent, cum discipuli non nisi auditores essent. Quae ratio declamatoria per ἀκροάσεις eloquentiam docendi a primis sophistis inventa et culta sine dubio semper praecipue adhibebatur in scholis rhetoricis, sub principatu autem et Romae et in oppidis Graecis temporum, ut vidimus, condicione illae ἀκροάσεις magis magisque factae sunt ἐπιδείξεις, quae sophistis ostentationis et gloriae causa cordi erant et voluptatis plerumque causa audiebantur ab auditoribus, ut non solum discipulis declamarent sophistae, sed, ut supra vidimus, iam Haterius declamaret *admisso populo,* atque probanda est nobis Christii sententia de origine alterius quae dicitur sophisticae dicentis (Gesch. der griech. Litt. [3] p. 592): »Sie ging aus den Übungen der Rhetorenschulen hervor .... Ihren Ursprung aus dem Schatten der Schule verriet sie darin, dass der grössere Teil ihrer Reden nicht Fragen des öffentlichen Lebens betraf, sondern sich im Kreise fingierter Schulthemata bewegte.«

Ubi primum autem eloquentiae *ars* omnium animos rursus in se convertit, fieri non potuit quin ad suasorias et controversias mox etiam illud tertium accederet genus proprie ἐπιδεικτικὸν appellatum περὶ ψόγους καὶ ἐπαίνους, illud genus laudativum, quod item semper *sophistis* tribuebatur, iterumque

summopere coleretur. Hac vero in re memoriam veterum sophistarum repetiverunt et hac ex parte Kaibelio assentior recentes sophistas redintegrasse et renovasse veterem sophisticam, quod supra vidimus hoc laudativum genus epidicticum post Epicuri tempora in diem minus esse tractatum. Hinc illi panegyrici, illae laudationes deorum, civitatum, urbium homi numque, illae διαλέξεις et λαλιαί, quae recenti sophisticae in deliciis erant.

Quid? quod Philostratus (p. 2, 22 sq.) alteram sophisticam ab Aeschine incipit? Guilelmus quidem Schmid censet illum ad augendam sophisticae gloriam proavum Atticum quaesivisse et in Aeschinem propterea incidisse, quod hic solus oratorum Atticorum in Asiam, patriam alterius sophisticae, venisset. Quod verumne sit dubito. Videamus Philostrati verba: Ἡ μὲν δὴ ἀρχαία σοφιστικὴ καὶ τὰ φιλοσοφούμενα ὑποτιθεμένη διῄει αὐτὰ ἀποτάδην καὶ ἐς μῆκος, διελέγετο μὲν γὰρ περὶ ἀνδρείας, διελέγετο δὲ περὶ δικαιότητος, ἡρώων τε πέρι καὶ θεῶν καὶ ὅπῃ ἀπεσχημάτισται ἡ ἰδέα τοῦ κόσμου, id quod nemini non probatur. Tum pergit: ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ἣν οὐχὶ νέαν, ἀρχαία γάρ, δευτέραν δὲ μᾶλλον προσρητέον, τοὺς πένητας ὑπετυπώσατο καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς ἀριστέας καὶ τοὺς τυράννους καὶ τὰς ἐς ὄνομα ὑποθέσεις, ἐφ' ἃς ἡ ἱστορία ἄγει, id est: *altera sophistica declamabat* (imprimis) *controversias fictas ad imitationem fori*, qua in re ei rursus assentiamur necesse est. Quod autem addit: ἦρξε μὲν τῆς μὲν ἀρχαιοτέρας Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐν Θετταλοῖς, τῆς δὲ δευτέρας Αἰσχίνης ὁ Ἀτρομήτου τῶν μὲν Ἀθήνησι πολιτικῶν ἐκπεσών, Καρίᾳ δὲ ἐνομιλήσας καὶ Ῥόδῳ, καὶ μετεχειρίζοντο τὰς ὑποθέσεις οἱ μὲν ἀπὸ Αἰσχίνου κατὰ τέχνην, οἱ δὲ ἀπὸ Γοργίου κατὰ τὸ δόξαν, nullo modo Philostratum hoc sibi excogitasse puto. Constat enim tales controversias non ab Lemnii aequalibus inventas esse et Quintilianus diserte dicit eas circa Demetrium Phalereum primum esse institutas. Facile igitur factum esse potest, ut Aeschines primus in scholam Rhodi apertam eas induceret et Philostratus hoc loco sibi recte tradita traderet. Quod e saeculis inde ab Aeschine usque ad Nicetam[1]) nullum sophistam nominat, qui gloriam quandam

[1]) Falsa viri docti adhuc de Nicetae aetate docuerunt, cum putarent eum sub Nervae imperio floruisse, nisi quod Erwinus Rohde (Mus. Rhen. XLI p. 183) censet illum iam ineunte Vespasiani imperio nomen adeptum etiam Nerva imperante in vivis fuisse et Carolus Brandstaetter (p. 236) eum Neronis

adeptus sit, non est mirum, quod nullus illius temporis sophista innotuit, cuius rei causas supra attulimus. Ῥήτορες erant Demetrius Phalereus, Charisius, Hegesias, ut in vitis sophistarum locum non habeant neque cum Kaysero (praef. ed. Teubn. II p. VIII sq.) in libro illo lacuna statuenda sit.

Restat, ut de sententia Erwini Rohde (Mus. Rhen. XLI p. 170 sq.) verba faciamus, qui rhetores Asianos, quales a Cicerone, Dionysio Halicarnassensi, Quintiliano memorantur, patres alterius sophisticae esse dicit. Plurima sane demonstravit, quae illis cum hac communia sint. Quamquam autem facile fieri potuit et re vera factum est, ut multi sophistae, quod in Asia erant, in *opimum quoddam et adipatae dictionis genus* (Cic. orat. 25) inciderent, tamen sophistae recentes non erant oratores, qui sophistae appellabantur, quod Asiano genere dicendi utebantur, sed quod declamabant, id quod Asianorum illorum proprium non erat, quod magistri eloquentiae erant, cum Asiani plerumque oratores forenses essent, quod facultate ex tempore dicendi excellebant. Itaque sophistica filia, ut ita dicam, Asianismi appellari non potest. Neque concedi potest sophistas recentes adhibuisse tantummodo genus dicendi Asianum. Nam

---

aequalem appellat. Nitebantur Philostrati loco, quem parum recte emendaverant. Legebant enim (I 29, 2 p. 25, 22 sq.): καὶ γράφει (sc. Ῥοῦφος) πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Νερούαν πολλὰ ἐπὶ τὸν Νικήτην καὶ σχέτλια, codicibus varia praebentibus. Codex r (Vaticanus 99) exhibet Νέρβαν, cod. R (Vatic. 140) eiusdem primae familiae contra habet αὐτοκράτορα ἔρωνα, cod. h (Palat. 132) denique νέρωνα, quod rectum est: primum enim invenitur sub Nerone (Verginius) Rufus in Germania Superiore (Tacit. hist. I 8), quo illum quoque Rufum venisse Philostratus dicit (τὰ Κελτικὰ ἐπιτραπείς), idemque est, qui in Vindicis seditione magni erat momenti; deinde iam Scopelianus sophista eius discipulus fuit, qui Polemonem c. a. 88 p. Chr. n. ortum eloquentiam docuit; itaque si Nerva imperatore etiam vivus erat, senex esse debuit neque tum tantarum virium esse poterat, ut trans Alpes ad Rhenum flumen vocaretur et iret. Ratio denique, qua Rufum Smyrnae laesit, magis iuvenem vel virum sapit neque multum temporis inter illam iniuriam et iter ad Rhenum factum intercessisse verisimile est. Floruit igitur Nicetes iam sub Neronis imperio atque idem est sine dubio, quem Tacitus in dialogo de oratoribus (c. 15) commemorat. Alius autem Nicetes est is, quem Seneca pater totiens appellat, qui iam ante a. p. Chr. n. nonum Romae declamavit, cum Ovidius *in tragoedia* versum *feror huc illuc ut plena deo* pangens uteretur Gallionis dicto, qui cum Nicetam declamantem audivisset et interrogaretur, quid ille sibi visus esset, responderat *plena deo* (Sen. suas. 3 p. 21, 15 sq.).

ut iam Senecae patris temporibus non omnes erant Cratones, qui bellum gerebant cum omnibus Atticis, sic praecipue insequenti tempore non pauci sophistae erant magis Attici quam Asiani. Herodes quidem Atticus erat sophista, quo nemo magis hoc nomine dignus erat, nam et declamator et magister optimus erat, neque tamen genere dicendi Asiano utebatur. Idem dicendum est de Isaeo, de Aristide illo, aliis. Lysiae, Isocrates, Xenophontes, Demosthenes in declamationibus sophisticis ex tempore plerumque dictis neque exsistere possunt neque quaeri' debent; itaque unusquisque recentium sophistarum examinandus est, utrum fuerit magis Asianus an Atticus

Imprimis id nobis in Polemonis sophistae arte describenda faciendum erit, quoniam hic sophistarum Asianorum quasi princeps habetur.[1])

B.

Caput I.

De Polemonis rhetoris vita.

Plurima quae de Polemonis rhetoris vita scimus, debentur Philostrato Lemnio, qui propter auctoritatem, qua ille sophista non solum suo usus est tempore, satis longam et pro sua describendi ratione accuratam vitae illius imaginem in *Vitis sophistarum* (I 25, Flavii Philostrati opera ed. Kayser II pp. 42—54) proposuit. Accedunt quae apud Suidam s. v. Πολέμων Λαοδικεύς ut cetera eiusmodi sine dubio ex Hesychio Milesio hausta leguntur nec vero ad Philostratum[2]) redeunt. Ex Suida autem

[1]) E. Rohde, Griech. Roman p. 315 sq. Rhein. Mus. XLI p. 179, 184. W. Schmid, Atticismus I p. 46 sq.

[2]) Suidas enim l. l. (ut s. vv. Ἀριστείδης et Γρηγόριος Ναζιανζοῦ) Polemonem fuisse Aristidis rhetoris magistrum tradit, id quod apud Philostratum non invenitur, idem nos illo loco certiores reddit, unde Timocrates, Polemonis magister, ortus fuerit, cuius rei Philostratus item nullam facit mentionem, utque hic scribit p. 53, 31 sophistam mortuum esse περὶ τὰ ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη, ita Suidas praebet ἐτελεύτησε δὲ ἓξ καὶ ν' ἐνιαυτῶν; λατομίαι denique Suidae a Philostrato vocantur λιθοτομίαι p. 53, 26. Apud illum legitur Polemonem dixisse δότε μοι ἕτερον σῶμα καὶ μετεμβήσομαι, hic eum dicentem facit p. 54, 20 δότε μοι σῶμα καὶ μελετήσομαι.

libavit Eudocia quae dicitur i. e. Constantinus Palaeocappa (p. 590 ed. Flach). Etiam testimonia nonnullorum lapidum nummorumque ad vitam eius illustrandam aliquid conferunt.

Recentiore aetate de sophistae arte nemo, de vita paucis egerunt Io. A. Fabricius (Bibl. Gr. tom. VI p. 2 sq. ed. Harles), Preller in Pauly, Real-Encyclop. V p. 1793 sq., L. Kayser in commentario editioni Vitarum maiori addito, Klebs in Prosopographia imperii Romani (I p. 102 sq. n. 685), R. Foerster in commentatione de Polemonis physiognomonicis (Kiliae 1886 p. 1) et in prolegomenis editionis scriptorum physiognomonicorum p. LXXV. Atque hic me permovit, ut et vitae et arti Polemonianae accuratius perscrutandae operam meam dicarem.

Natus est Antonius[1]) Polemo Laodiceae, quae tum Phrygiae[2]) urbs erat, sita ad Lycum flumen. Quo anno natus sit, nusquam memoriae proditum est. Eusebius quidem (Chron. p. 166 ed. Schoene) ad annum ab Abr. 2148 (i. e. 132 p. Chr. n.) adnotat: Φαβουρῖνος καὶ Πολέμων ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζοντο[3]), quod ad annum natalem constituendum nullam praebet ansam. Philostratus autem et Suidas tradunt Polemonem quinquagesimum sextum fere annum agentem mortem obiisse atque cum ex epistula quadam quam M. Caesar ad Frontonem, magistrum suum, *consulem amplissimum*, misit[4]), discamus Polemonem mense Iulio aut Augusto anni p. Chr. n. 143 in Italia fuisse, eum ante annum p. Chr. n. 87 natum esse vix putabimus. Neque multo post nasci potuit, qui ab imperatore Traiano diploma liberae

---

[1]) C. I. Gr. II n. 3148 διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος.

[2]) Strabo Laodiceam urbem opulentissimam Phrygiae nominavit (XII p. 576). Ab aequalibus Polemo Phryx appellatur, veluti ab Herode Attico (Philostr. p. 49, 25), quo loco Lemnius ipse addit: τὸν Πολέμωνα ὧδε ἐπονομάζων, ἐπειδὴ τότε ἡ Λαοδίκεια τῇ Φρυγίᾳ συνετάττετο. Si idem paulo supra (p. 42, 12) scripsit: Πολέμων δὲ ὁ σοφιστὴς οὔθ', ὡς οἱ πολλοὶ δοκοῦσιν, Σμυρναῖος οὔθ' ὥς τινες, ἐκ Φρυγῶν, ἀλλὰ ἤνεγκεν αὐτὸν Λαοδίκεια ἡ ἐν Καρίᾳ, sui rationem habet temporis, quo Laodicea urbs Cariae erat (Ptolem. V 2). Exeunte saec. p. Chr. n. III rursus Phrygiae adnumeratur et caput est Phrygiae primae vel Pacatianae (Marquardt, Röm. Staatsverwaltg. I. p. 190).

[3]) Cur ad hunc annum referantur, non liquet, neque probabile est id factum esse propter rixam quae inter utrumque intercessit, quoniam haec, ut postea videbimus, iam aliquot annis ante eruperat.

[4]) Fronton. epp. II 5 p. 29 (rec. Naber).

legationis (ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάσσης Philostr. p. 44, 3 sq.) acceperit, quod videtur factum esse ante ultimos imperii annos, quibus Traianus in oriente bella gerebat. Item ratio quae inter Polemonem et Herodem Atticum intercedit[1]), docet illum aliquot annis hoc, qui circa annum p. Chr. n. 102 natus est[2]), maiorem fuisse. Quid? quod inter Polemonis discipulos numeratur etiam Aristides sophista[3]), quem anno 129 natum esse Guilelmus Schmid docuit.[4]) Iam etsi ante annum 143, quo quattuordecim annos natus erat, Aristides in illius scholam non venit, tamen nihil impedit, quominus id hoc ipso anno, postquam Polemo ex Italia rediit, et anno 144 factum esse putemus, cum Aristides ipse dicat (II p. 577 Dind.) sibi contigisse, ut νέος μὲν ἔτ' ὢν uteretur magistris, seseque inde semper in studiis artium et eloquentiae vitam transegisse. Quae cum ita sint, Polemonem anno 145 esse mortuum censebimus atque verisimillimum est eum anno 88 lucem aspexisse. Hoc enim anno natus quattuordecim annis erat maior Herode, iuvenis 25 vel 26 annorum a. 113 vel 114 libera legatione est donatus, annis 143 et 144 Aristidem eloquentiam docuit[5]), ineunte anno 145 (vitae anno ineunte 57) obiit.

Contra stare videtur, quod Philostratus tradit Marcum αὐτοκράτορα ex Herode quaesivisse, quid de Polemone iudi-

[1]) Philostr. p. 47, 25 sq.: Πολέμωνα δὲ οὔπω γιγνώσκων ἀφῖκτο μὲν ἐς τὴν Σμύρνην ἐπὶ ξυνουσίᾳ τοῦ ἀνδρὸς . . . . περιβαλὼν δὲ . . . πότε, εἶπεν, ὦ πάτερ, ἀκροασόμεθά σου; p. 50, 2: ἐρομένου δὲ αὐτὸν (sc. Herodem) καὶ Βάρου τοῦ ὑπάτου, τίσι καὶ διδασκάλοις ἐχρήσατο, τῷ δεῖνι μὲν καὶ τῷ δεῖνι, ἔφη, παιδευόμενος, Πολέμωνι δὲ ἤδη παιδεύων.

[2]) Buresch, Mus. Rhen. XLIV 504.

[3]) Suid. s. v. Ἀριστείδης: Πολέμωνος τοῦ Σμυρναίου ῥήτορος μαθητής, idem s. v. Γρηγόριος Ναζιανζοῦ: ὃς (sc. Polemo) ἐγεγόνει διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος. Auct. proleg. in Aristid. i. e. Sopater scribit (Aristid. III p. 737, 17 Dind.): τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτὸν Σμυρναῖον, πλανηθέντες ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε φοιτᾶν τῷ Πολέμωνι τῷ διδασκάλῳ, quae testimonia Guil. Schmid (Pauly-Wissowa, Real-Encycl. II 1 p. 887) iniuria repudiavit.

[4]) Mus. Rhen. XLVIII 53 sq.

[5]) Cum Aristides adulescentulus Polemonem audisset, fieri potuit, ut et Smyrnaeus appellaretur (auct. proleg. l. l.) neque Philostratus eius rei mentionem faceret, sed tantummodo diceret (p. 86, 24 sq.): Ἀθῆναι δὲ ἤσκησαν κατὰ τὴν Ἡρώδου ἀκμὴν καὶ τὸ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Πέργαμον κατὰ τὴν Ἀριστοκλέους γλῶσσαν.

caret, cum Marcus a. 161 αὐτοκράτωρ (imperator) factus sit.[1]) Multi enim plures quam 56 anni ei tribuendi essent, si usque ad illum annum vitam produxisset. Nam Polemonem vivum fuisse, cum Herodes hoc modo quaereretur, ex ratione interrogationis τί σοι δοκεῖ ὁ Πολέμων; videtur concludendum esse. At credi non potest Marcum, qui anno 143 Polemonem ipse audivit, viginti annis post, cum ille iam senex esset, talem in modum Herodem interrogasse. Itaque censebimus Philostratum parum accurate scripsisse αὐτοκράτορα, ubi dicere debebat Καίσαρα. Accedit quod, cum Hadriani tempore στρατηγὸς διὰ βίου factus sit[2]), iam sub Antonino Pio alius quidam homo Smyrnae στρατηγὸς appellatur[3]) neque plures στρατηγοὶ videntur una creati esse.

Cum maiores eius in numero nobilissimorum Laodiceae civium fuissent multique eorum magistratibus[4]) summis functi essent, fieri non potuit quin inde a prima pueritia ingenue educaretur, et verisimile est eum admodum adulescentulum secundum illius aetatis morem[5]) in rhetorum scholas deductum esse atque Smyrnam venisse, ut illius temporis celeberrimos sophistas audiret. Quam in urbem omnium fere Graecarum tum pulcherrimam et celeberrimam non solum ex Ionia, Mysia, Lydia, Caria, Phrygia, sed etiam ex Graecia, Cappadocia, Assyria, Phoenicia iuvenes nobilitate insignes studiorum causa properabant.[6]) Hic Nicetes declamaverat, hic florebat Scopelianus, huius discipulus, vir nobilis, qui Gorgiam maxime sequebatur et concinnitati, figuris, dictioni poeticae ceterisque orationis lenociniis totus videtur deditus fuisse. Polemo quoque ei se in disciplinam tradidit, magis tamen ei placuit Timocrates Heracleensis, qui vehementius et acrius quam nitidius et comptius declamabat.[7]) Hic postquam medicinae vacavit et optime, ut Philostratus dicit, Hippocratis et Democriti dogmata atque praecepta didicit, Euphrate Tyrio[8]) audito ad illius

---

[1]) Cf. Foerster, Scriptt. physiogn. I p. LXXVI.

[2]) Mionnet, Descr. des méd. ant. Suppl. VI p. 340 n. 1689.

[3]) ibid. III p. 230 n. 1290. Cf. Foerster, Scriptt. physiogn. I p. LXXXVI.

[4]) Cf. Dessau, Hermes 28, 15 sq. Klebs, Prosop. l. l.

[5]) Quint. inst. or. II 2, 1 sq. Philostr. p. 83, 3 sq. 14 p. 98, 14 sq.

[6]) Philostr. p. 31, 15 sq.

[7]) Philostr. p. 46, 31.

[8]) Philostr. Vit. Apoll. VIII 7. Vit. Soph. I, 7, 2 p. 7, 21.

philosophiam se converterat[1]); erat autem Luciani iudicio vir sapiens φωνήν τε καὶ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένος.[2])

Huius in schola praecipue didicit, quae postea exercebat et ipse illum linguae suae patrem appellabat eadem usus fiducia eloquentiae suae[3]) et in vigore et vehementia dicendi[4]) illum secutus. Itaque non miramur, quod dissensione inter Scopelianum et Timocratem orta huius partes est secutus. Erat offirmati animi, id quod iam in adulescente cognosci potuit. Aliquando enim a Varo quodam, qui propter divitias quas habebat etiam in omnibus artibus sibi aliquid esse videbatur, pecuniam fenori acceperat. Quia autem illum non colebat neque declamationes eius frequentabat, Varus τύπους ei minabatur, id est formulam, qua debitores a creditoribus ad iudices deferebantur.[5]) Quod ne fieret, cum amici Polemonem rogassent, ut illum sibi conciliaret, ad audiendum venit, ubi vero ad serum usque vesperum declamatio processit neque *portus erat in conspectu*, soloecismorum autem, barbarismorum, contradictionum plena erant omnia, ille exsiliens: *age*, inquit, *Vare, fer* τύπους.[6]) Postea, cum iam nomen nactus esset, conscientia et aestimatio sui tantopere crevit, ut *cum civibus tanquam superior, cum principibus ut nullo modo inferior, cum diis ut aequalis et par ageret.*[7]) Per quattuor annos Timocrate audito sine dubio studia rhetorices absolvit et ipse sophistae munus obiit: vivo etiam Scopeliano eum discipulis declamasse constat.[8]) Quando et quomodo occasionem nactus sit audiendi Dionis Chrysostomi nescimus;

---

1) Philostr. p. 46, 25.

2) Demon. 3.

3) Philostr. p. 46, 22: τὸ δὲ μεγαλόγνωμον τοῦτο καὶ φρονηματῶδες ἐκ Τιμοκράτους ἔσπασε τοῦ φιλοσόφου.

4) Philostr. p. 47, 3 sq.

5) Pollux VIII 28: καὶ δίκης μὲν λῆξις εἴη ἂν ὁ νῦν καλούμενος τύπος. Iam sub Augusto vocem τύπον in usu fuisse docet C. I. G. n. 2222 l. 17 (cf. Meier-Schoemann-Lipsius, der att. Process p. 791 adn. 107). Ceterum Varus erat alter Ruso, quem Horatius sat. I 3, 89 carpit.

6) Philostr. p. 51, 3 sq.

7) Philostr. p. 45, 30 sq.

8) Philostr. p. 33, 10 sq.: ἐλέγετο (Σκοπελιανὸς) καὶ σείεσθαι μᾶλλον ἐν ταύταις, ὥσπερ βακχεύων καί τινος τῶν ἀμφὶ τὸν Πολέμωνα τυμπανίζειν αὐτὸν φήσαντος λαβόμενος ὁ Σκ. τοῦ σκώμματος, τυμπανίζω μέν, εἶπεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Αἴαντος ἀσπίδι.

iudicium quod de eo tulit[1]) *dialogos et sermones,* quales philosophorum Platonem imitantium modo Dio quoque componebat, *umeris efferendos, poemata autem curribus esse evehenda* magis virum quam adulescentem sapit. Hoc autem fere tempore primum Athenas eum venisse necesse est[2]), quo Herodes Atticus minor erat, quam ut illum audire posset, quoniam Herodes aliquot annis post Smyrnae Polemonem primum audisse fertur.[3]) Non ita multo post Timocrate etiam vivo Smyrnae contentio illa orta est inter Polemonem et Favorinum atque ille ut impatientis erat animi, cum gloria viri, qui corpore minime pulchro praeditus, membris debilis, latine non minus quam graece declamare poterat, certe eum non afficeret gaudio, prior Arelatensem laesisse et illusisse videtur, ut se excusaret Timocrati de verbis in aemulum factis; ὥσπερ τῶν παίδων οἱ τὰς ἐκ τῶν διδασκάλων πληγάς, εἴ τι ἀτακτήσειαν, δεδιότες addit Philostratus[4]), qui etiam in Favorini vita[5]) causam ex aemulatione esse repetendam dixit. — Simultas mox magnopere aucta est, cum Ephesus, quae etiam in aliis rebus cum Smyrna urbe de principatu contendebat, Favorino se adiungeret, illi Smyrna opem ferret. Etiam Romam translata est ibique inter nobilissimos controversias excitavit. Fortasse ipse imperator Hadrianus illa contentione commotus est, ut, qui Polemoni nihil fere non daret, Favorino immunitatem sibi ut philosopho poscenti denegaret.[6]) Vel in libro de physiognomonia composito inimico Polemo malum posuit monumentum.[7]) Etsi haec lis apta erat, quae sophistam celeriter clarum redderet, tamen plurima debuisse videtur ingenio suo et eximiae dicendi facultati, cum non solum discipuli et familiares eum admirarentur, sed etiam sophistae illo tempore clarissimi eum quasi principem agnoscerent. Narrat Philostratus, quomodo Herodes Atticus illum primum audiverit eiusque elo-

---

[1]) Philostr. p. 50, 7 sq.: τὰ μὲν τῶν καταλογάδην ὤμοις δεῖν ἐκφέρειν, τὰ δὲ τῶν ποιητῶν ἁμάξαις.

[2]) Philostr. p. 46, 1 sq.: Ἀθηναίοις μὲν γὰρ ἐπιδεικνύμενος αὐτοσχεδίους λόγους, ὅτε καὶ πρῶτον Ἀθήναζε ἀφίκετο κ. τ. λ.

[3]) Philostr. p. 47, 25 sq.

[4]) p. 47, 11 sq.

[5]) p. 10, 13 sq. Cf. J. L. Marres, De Favorini Arelatensis vita, studiis, scriptis p. 15.

[6]) Philostr. p. 9, 15 sq.

[7]) Foerster, scriptt. physiogn. I p. 160, 11 sq. II p. 57, 3 sq.

quentia summa affectus sit admiratione.[1]) Cum enim Antonino Pio proconsule Asiae anno p. Chr. 127/28[2]) munere διορθωτῆρος i. e. statum liberarum Asiae civitatum ordinandi fungeretur, Smyrnam venit, ut Polemonem audiret. Sophista, quem adiit, statim se ad declamandum paratum esse professus est, ut Herodes, qui opinatus erat illum declamationem coram se, tanto viro, esse dilaturum, valde obstupesceret. Tribus diebus eum audivit, quantaque id fecerit voluptate, ipse in epistula quadam a Philostrato[3]) servata fatetur, primo die se dubium iudicem, sed attentum fuisse, altero se delectatum esse, tertio se admiratorem exstitisse scribens. Salarium centum quinquaginta milium drachmarum, quod Herodes misit, repudiavit, sed cum hic suasore Munatio comite centum milia insuper addidisset, libenter accepit, unde cognoscitur, quanti se ipse aestimaverit. Etiam alias Herodes sophistam nostrum laudibus prosequi non omisit. Nam cum apud Athenienses egregie de tropaeis declamasset et ob vim orationis omnibus esset admirationi, *Polemonis*, inquit *declamationem legite, iam cognoscetis virum.*[4]) Cumque eidem Graecia in Olympiis acclamasset: *alter es Demosthenes!* respondit: *utinam talis sim, qualis Phryx!*, Polemonem significans. Marco Caesare ipsum interrogante, quid ei videretur de Polemone, Homerico illo usus est: ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει, gravem et acutum sonitum orationis indicans.

Ubi primum inclaruit, fieri non potuit quin Smyrnae summopere coleretur et amplissimos honores adipisceretur. Non multo ante annum 113, quo Traianus mense Octobri Roma in Orientem profectus est, Polemo primum legatus Romam ad eum videtur missus esse. Scopelianus enim, qui ad id tempus legationibus Smyrnaeorum functus erat, iam senescebat, ut tam longinquum iter suscipere nollet.[5]) Anno autem circiter 115 etiam tantarum erat virium, ut Athenas proficisceretur, ubi Herodes Atticus eum declamantem audivit; itaque etsi iter Italicum multo erat molestius, tamen pluribus annis ante ne in

[1]) Philostr. p. 47, 21 sq.
[2]) Sievers, Studien zur Gesch. der röm. Kaiser p. 182.
[3]) Philostr. p. 48, 12 sq.
[4]) Philostr. p. 49, 20 sq.
[5]) Philostr. p. 34, 26 sq.

Italiam quidem ire recusavisset. Legatum autem Polemonem sub Traiano Romam venisse verisimile est propterea, quod ab eo libera donatus est legatione, quamquam imperator id summopere agebat, ne provinciis impensae exsisterent supervacuae.[1]) Quam ob rem illa legatio suscepta sit, nescimus; Philostratus nihil dicit nisi eam fuisse ὑπὲρ μεγίστων. Cum proficisceretur, Scopeliani eloquentiam sibi exoptans lepide illo Homerico eum allocutus esse fertur: δὸς δέ μοι ὤμοιιν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι, αἴ κ' ἐμὲ σοὶ ἴσκωσιν.

Sub Hadriani imperio ad summam gloriam pervenit. Plenissimam imperatoris gratiam et indulgentiam saepius expertus est, cuius iam antea benevolentiam sibi conciliaverat. Itaque mirum non est, si anno 123 itineris satis longinqui ei comes exstitit. Hoc enim anno puto factam esse illam expeditionem, quam a Polemone in libro de physiognomonia delineatam versio Arabica nobis tradidit.[2]) Videamus locum ipsum, quem l. l. Georgius Hoffmann hunc in modum vertit: *Etenim aliquando regem maximum comitabar. Dum igitur cum eo ex Brâqa in Asiam proficiscimur, comitantibus regem exercitibus et navibus, vir iste se iis adiunxit. Praeteriimus autem multa oppida, donec ad mare pervenimus. Tum ille in Bûn et Alsrûs et regiones Lydiae et Phrygiae et multa loca vectus est. Deinde in Asiam revertimur per fretum in mari et ad Rûkhs adpulit (?). Deinde navigiis in Anîs profectus est, et in hoc itinere naves maritimae regi obviam venire coeperunt. Itaque cum in Asiam pervenissemus, ad illum virum deverti etc.*

Praeter Lydiam et Phrygiam cetera nomina (regionum? urbium?) nos latent.[3]) Id autem dubium non est, quin describatur iter in Asiam et in Asia ab Hadriano factum. Prius examinemus iter in Asia factum. Dicit Polemo: *tum ille in . . . regiones Lydiae et Phrygiae et multa loca vectus est.* Cum verisimile sit

[1]) Dierauer, Beiträge zu einer kritischen Geschichte Trajans (Büdingers Untersuchungen zur Röm. Kaisergesch. I) p. 115. Hudemann, Gesch. des Römischen Postwesens während der Kaiserzeit p. 19, 20, 99—114..

[2]) Foerster I p. 138, 14 sq.

[3]) Hoffmann adnotat: „Brâqa] Thracia? Βυζακία? Βάρκη?; Bûn] Bithyniam? Ioniam?; Alsrûs] Isauriam? Ephesum? Sardes?; fretum] hoc Hellespontus aut Bosporus esset, nisi potius insulas emendandum; Rûkhs] Rhoeteum? Aenum? Aeneam? etc.; — videat quisque, quid e cera Arabica sibi fingat.“

ordinem quendam a scriptore servatum esse, Hadrianus ex Lydia in Phrygiam venisse videtur: aut igitur orientem aut septentriones versus profectus est; sed quoniam postea in Asiam (sc. provinciam) revertit *per fretum* quoddam, septentrionem versus ad Pontum quin venerit et illa *multa loca* Bithyniae tribuenda sint, non dubito, cum hic illud fretum exstet, per quod in Asiam reverti poterat: Bosporus Thracius, de quo Arrianus (Peripl. 12, 3. Arr. scripta min. ed. Eberhard p. 94) ad Hadrianum scribit: καὶ ἔστιν Στενότατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμενον, καθ' ὅ τι ἐσβάλλει ἐς τὴν Προποντίδα. ταῦτα μὲν εἰδότι σοι λέγω. Ac ne cetera quidem huic opinioni obstant. In Asiam i. e. in mare Aegaeum rediens Bosporo relicto Rûkhs appulit, quam urbem in Propontide puto quaerendam esse. Deinde navigiis in Anîs profectus est, quod videtur esse Αἶνος Thracica, et in hoc itinere, cum iam per Hellespontum vectus esset, ei naves maritimae obviam venerunt. Aeno denique profectus Asiae provinciae oram petivit.

Quod vero ex Brâqa in Asiam profectus esse dicitur, constat Hadrianum bis in Asia fuisse. Primum annis 123 et 124, iterum anno 130.[1]) Hoc autem anno Athenis in Asiam venit, ut sensum non praebeant quae Polemo dicit: *comitantibus regem exercitibus et navibus* et *praeteriimus autem multa oppida, donec ad mare pervenimus* (quo traiecto in Asiam venerunt). Itaque illud iter annorum 123 et 124 descriptum est. Verba sophistae modo laudata hic quoque rem explanant. Docent Hadrianum hoc anno 123 non venisse Athenis, quam Tillemontii, Eckhelii, Gregorovii sententiam Duerr (p. 38, 43, 68) vel aliis de causis refutavit. Ex Hispania ierat in Mauretaniam (Tillemont, Flemmer, Haackh, Duerr) et Africam (Duerr).[2]) Ex Africa autem eum recta via in Asiam navigasse non putaverim, cum parum probabile sit Polemonem iam in Africa apud imperatorem fuisse. Praeterea Duerr ipse addit (p. 68) eum fortasse etiam in Libyam profectum esse ex Africa (provincia) et locos affert, qui huic sententiae faveant (p. 38 adn. 163). Ab itinere autem per Libyam facto Polemonis verba non abhorrent. Hic erat Βάρκη, cuius nomen nomini Brâqa simillimum est (Hoffmann l l.:

---

[1]) Julius Duerr, Die Reisen des Kaisers Hadrian p. 68 et 71.

[2]) Flemmer et Haackh: „nach Mauretanien, von da Herbst 122 über Aegypten nach Parthien“ (Duerr p. 68).

Brâqa]: Thracia? Βυζακία? Βάρκη?), hic Hadrianum secundum oram proficiscentem magnae copiae *(comitantibus exercitibus)* et naves oram legentes comitari poterant, hic etiam oppida multa praeterire poterat, dum naves conscenderet in Asiam navigaturus.[1]) Ex Libya igitur, quo ex Mauretania et Africa venerat, in Asiam venit a. 123, fortasse urbi Halicarnasso navi adpulsa. Bûn et Alsřûs nescio an urbes Cariae sint, quas Hadrianus statim itinere continuato primum viserit. Praeterea ne de primo quidem itinere in Asia facto Duerrius prorsus aliena protulit ab itinere, quale supra nobis fuisse visum est. Hic quoque vir doctus putat Hadrianum, ubi in Asiam pervenerit, septentrionem versus profectum esse, nisi quod, quae est nostra sententia, imperator non prope oram iter fecerit. Fieri autem potuit, ut ex Bithynia per Bosporum et Hellespontum in Asiam cum rediisset, Mysiae urbes (Pergamum, alias) viseret.

Quanta familiaritate Polemo cum Hadriano coniunctus fuerit, etiam inde cognoscitur, quod Antoninum Pium Asiae proconsulem domo sua, in quam ille, cum esset pulcherrima et Polemo peregre ivisset, deverterat[2]), noctu eicere potuit, sane non suspicatus eundem proconsulem quondam imperatorem fore.

Cum Hadrianus anno 129 iterum Athenis degeret, ut templum Iovis Olympii dedicaret[3]), Polemo Smyrna arcessitus in templi crepidine stans coram ipso imperatore in conspectu conventus celeberrimi orationem sollemnem habuit.[4])

Ad exemplum ludorum Olympiorum in Hadriani honorem Athenis editorum cum brevi post etiam Smyrnae Olympia Hadrianea instituta essent[5]), his idem praefectus est neque solum ut ipse, sed etiam ut eius progenies hoc munere fungeretur lege sancitum est.[6])

Athenis imprimis Hadriani opera novum splendorem adeptis Smyrnaei urbem suam superari ferre non potuisse neque voluisse

---

[1]) Aegyptum non attigit (Duerr p. 48).

[2]) Philostr. p. 44, 30 sq.

[3]) Spartian. Hadr. 13, 6. Philostr. p. 44, 18 sq. Dio Cass. 16, 1. Paus. I 18, 6. E. Curtius, Stadtgesch. von Athen p. XLII. Duerr p. 47 sq.

[4]) Philostr. p. 44, 21 sq.

[5]) Cf. Boeckh ad C. I. Gr. n. 1720. Alius titulus (n. 3174) praebet: αὐτοκράτορι Ἀδριανῷ Ὀλυμπίῳ σωτῆρι καὶ κτίστῃ. Cf. praeterea n. 3201, 3208, 5913 et Eckhel, Doctr. Num. IV p. 448.

[6]) Philostr. p. 42, 22 sq.

videntur. Itaque cives inter se donis quam maximis civitati oblatis certabant, ut etiam mulieres et virgines quaecumque poterant, darent. Quae cum Smyrnae gererentur, Polemo se ad imperatorem contulit, qui ubi tunc fuerit nescimus. Athenis ineunte anno 130 Hadrianus in Asiam navigavit[1]) fierique potuit, ut tum a Polemone viseretur et rogaretur, ut Smyrnaeis pecuniam daret. Huc enim pertinere puto cum titulum Smyrnaeum (C. I. Gr. n. 3148), in quo enumeratis donis a civibus oblatis l. 34 sq. scriptum est: καὶ ὅσα ἐπετύχομεν παρὰ τοῦ Κυρίου Καίσαρος Ἀδριανοῦ διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος, et ἀγὼν ἱερὸς memoratur, quem Olympia Hadrianea esse iam Seldenus pronuntiavit, et δὶς νεωκόροι Smyrnaei facti esse dicuntur[2]), tum quae Philostratus praebet[3]): Ἀδριανὸν γοῦν προσκείμενον τοῖς Ἐφεσίοις οὕτω τι μετεποίησε τοῖς Σμυρναίοις, ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μυριάδας χιλίας (?) ἐπαντλῆσαι αὐτὸν τῇ Σμύρνῃ, ἀφ' ὧν τά τε σίτου ἐμπόρια ἐξεποιήθη καὶ γυμνάσιον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγαλοπρεπέστατον καὶ νεὼς τηλεφανὴς ὁ ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀντικεῖσθαι δοκῶν τῷ Μίμαντι.

Hic νεὼς τηλεφανὴς videtur idem esse atque χαριστήριος νεὼς tituli et in Hadriani honorem exstructus esse. Eiusdem Smyrnaeos νεωκόρους factos esse verisimile est. Primum νεωκόροι sine dubio Nemesium templi fuerunt, quae iam antiquitus Smyrnae colebantur et item ludos habebant.[4]) Nescio an haec duo templa in nummo sub Hadriano cuso agnoscenda sint, qui ex altera parte caput Hadriani, ex altera duo templa praebet cum titulo СΜΥΡΝΑΙΩΝ· ΝΕΩΚΟΡΩΝ.[5]) Opes ratione in titulo enarrata collectae non suffecisse videntur, cum ex Philostrato cognoscamus Polemonem Romae ab Hadriano denuo non minus XXV milia drachmarum accepisse et, quod huius pecuniae partem aliquam in suam rem convertisset, postea accusatum esse. Quod cum Romae factum esse Philostratus tradat, sophistam circa annum 134 in hanc urbem venisse opinor, in quam Hadrianus redierat non amplius in alias terras iturus. Quando imperator eum circulo Musei Alexandrini adlegerit, non constat; verisimile autem est factum id esse a. 130 aut a. 131, quo tempore

---

[1]) Duerr p. 71.

[2]) Buechner, De neocoria p. 24 sq. 28, 29, 31, 33.

[3]) p. 43, 6 sq.

[4]) Boeckh ad C. I. Gr. n. 2663.

[5]) Mionnet, Descr. d. méd. antiques III p. 228 n. 1273.

Hadrianus Alexandriae degebat[1]) et *in Musio multas quaestiones professoribus proposuit et propositas ipse dissolvit.*[2]) Nihil autem fere nisi nomen illius quondam celeberrimae litterarum academiae remanserat, et sodales salariis et alimentis, non litteris inter se coniuncti erant ac ne Alexandriae quidem eos vivere necesse erat.[3])

Eodem anno 130 Antinous ille Hadriani amicus et comes vita decessit divinique honores iussu imperatoris ei designati sunt. Tam Romae quam in provinciis novus. heros quocunque modo celebrabatur. Polemo hanc occasionem reverentiae principi praestandae eo minus omisit, quo maiore familiaritate et amicitia cum eo coniunctus erat. Hinc magnus ille nummorum numerus, qui in parte adversa praebent titulum ANTINOOC· HPΩC et in parte aversa ΠΟΛΕΜΩΝ· AN· CMΥPN· (ANEΘHKE ΣMΥPNAIOIΣ).[4]) Polemonem cum Antinoo ipso amicitiam iniisse nusquam traditum est.

Duo eiusdem temporis nummi[5]), cum eosdem titulos praebeant, in parte aversa proram navis exhibent et illustrant, quod Philostratus tradit Smyrnaeos Polemoni eiusque posteris concessisse, ut *sacram triremem conscenderent,* quae Dionysiis Anthesterione mense in forum mitti solebat Dionysi sacerdote tanquam gubernatore eam regente in memoriam ex Chiis quondam partae victoriae. Num anno 130 vel 131 primum huius honoris particeps factus sit, non constat. Ne illud quidem pro certo dici potest, quando primum στρατηγὸς fuerit, cui videtur potestas summa Smyrnae fuisse; eum iam Hadriano imperante hoc munere functum esse docet nummus[6]) qui ad nos pervenit a fronte Hadriani laureatum caput praebens, a tergo Iovem atque titulum: ΠΟΛΕΜΩΝ· CTPATHΓOC· ANEΘHKE· CMΥP·. Στρατηγὸς διὰ βίου[7]) extremis demum annis imperii Hadrianei creatus esse

---

[1]) Duerr p. 72.

[2]) Spartian. Hadr. c. 20.

[3]) Mommsen, Röm. Gesch. V 590 adn. 1.

[4]) Mionnet, Descr. III p. 229 n. 1279—1286. Sabatier, Description générale des contorniates t. XV, 8. p. 99 et 100.

[5]) ibid. n. 1285 et 1286.

[6]) Mionnet Suppl. VI n. 1688. Accedit III p. 227/28 ΠΟΛΕΜΩΝ· CTPATHΓΩN· ANEΘHKE· CMΥP·.

[7]) ibid. Suppl. VI p. 344 n. 1689.

potest, quoniam in nummis anni 130 vel 131 supra laudatis διὰ βίου nondum additum est.

A. d. VI. Id. Iulias anno a. u. c. 891 (138. p. Chr. n.) Hadrianus Baiis mortuus est, eique successit Antoninus, cognomine Pius. Facile accidere potuit, ut in hac rerum commutatione Polemo de summo gloriae fastigio deiceretur et eadem pateretur quae Favorinus perpessus est, cuius statuas Athenienses concursu praecipue magistratuum facto deiecerunt, cum Hadrianum ei irasci audivissent. Sed Antoninus quamquam non oblitus est, quomodo adversus ipsum Polemo se quondam gessisset, ut erat animo mitissimo, ignoverat. Hadrianum ipsum Philostratus dicit[1]) saluti sophistae ita prospexisse, ut in testamento quo Antoninum imperatorem constitueret (ἐν τῇ τοῦ σκήπτρου παραδόσει), Polemonem huius consilii auctorem appellaret. Quod vix pro vero accipi potest, nam cum Antoninum filium sibi adoptavisset, supervacaneum erat imperatori suadere, ut Antonino imperium traderet, quem ab Hadriano adoptatum in certam fidem fiduciamque futurae successionis statim post excessum Hadriani adoptionis merito, non testamenti iure reipublicae regimen accepisse monere non opus est. Quamquam fieri potuit, ut ante adoptionem sophista laudaret aliquando rationem qua Antoninus in Asia proconsulatu functus esset. Unde sua hauserit Philostratus, non patet. Sales autem et facetiae Antonini Pii, quas deinceps affert[2]), ab imperatoris moribus non abhorrent: narrat enim illum, cum Polemo Romam venisset, imperasse: *date Polemoni domicilium neve eum quisquam eiciat,* eundemque ex actore, qui questus erat, quod ludis Olympiis Smyrnaeis ineunte dramate eiectus esset, quaesivisse, qua id ei accidisset hora, et actore respondente *meridie,* subridentem dixisse: *me autem eiecit media nocte neque provocavi!*

Ultimum a. 143 in Italiam venit atque Neapoli, quo tempore Fronto consul erat, apud Marcum Caesarem declamavit.

In epistula enim M. Caesaris ad Frontonem consulem missa haec verba exstant: *Polemona ante hoc triduum declamantem audivimus.*[3]) Functus autem est Fronto consulatu mense Iulio et Augusto anni 143. Utro mense, ubi, qua occasione sophista noster illam declamationem habuerit, ex hac epistula cognosci

---

[1]) p. 45, 10 sq.

[2]) p. 45, 18 sq.

[3]) Fronto ed. Naber II 5 p. 29, 13 sq.

nequit. Alia autem eiusdem temporis epistula[1]) allata, quae iudicium M. Caesaris de encomiographis quibusdam Graecis continet, Kaemmel[2]) putavit Polemonem et Herodem Atticum comitatos M. Caesarem Neapolim profectum apud illum declamando inter se certasse neque tamen Caesarem admiratione affecisse, cum is Frontoni scriberet: *Encomiographos istos audimus, graecos scilicet, sed miros mortales; ut ego qui a graeca litteratura tantum absum, quantum a terra Graecia mons Caelius meus abest, tamen me sperem illis comparatum etiam Theopompum aequiperare posse: nam hunc audio apud Graecos disertissimum natum esse.* Quod parum recte Kaemmelium coniecisse censeo. Ac primum quidem M. Caesar non paucas horas vel paucos dies excursione facta Neapoli degit, sed duos minimum menses. Scribit enim in epistula II 10 (p. 34) *Vale, mi amicissime, vale, mi amantissime, consul amplissime, magister dulcissime, quem ego biennio iam non vidi. Nam quod aiunt quidam duos menses interfuisse, dies numerant,* neque ut in ep. II 6 (p. 31) caelum Neapolitanum describit, ita in ulla ceterarum Frontone consule missarum alius loci mentio fit. Deinde non erat solus Neapoli *cum Herode Attico* (?) *et Polemone,* sed cum imperatore Antonino Pio. Huic enim epistulam quandam a Frontone consule missam recitat (Front. II 2 p. 27), patris epistulam benignam Frontoni mittit (Front. II 3 p. 28), Fronto consul M. Caesarem monet, ut patrem basiet et amplectatur (II 1 p. 26); unde nescio an factum sit, ut in ep. II 5 (p. 29) pluralis *audivimus* adhibitus sit, contra *si quaeris quid mihi* etc. dixerit.

Utro autem mense Polemo Neapoli declamavit? Secundum Mommseni sententiam epistula M. Caesaris, in qua illa verba *Polemona ante hoc triduum declamantem audivimus* exstant, non multo ante Kal. Sept. missa est. Censet enim vir doctissimus[3]) ordinem epistularum Frontone consule datarum esse hunc: I 7, 8, II 1—4, 10, 11, 5—9; et epistulis II 10, 7, 8, 9 exeunti mensi Augusto tributis etiam epp. II 5, 6 huic tempori vindicat. Equidem cum has litteras antea scriptas esse puto, tum mihi persuadere non potui ordinem ceterarum epistularum a Mommseno recte constitutum esse. Ac primum quidem ponit Frontonem duas

[1]) II 6 p. 31 sq.
[2]) Jahrb. f. Phil. CII p. 16.
[3]) Hermes VIII p. 211.

orationes in senatu habuisse (l. l. p. 203 infra), quibus gratias ageret imperatori, alteramque eum recitasse consulem designatum, ante initum consulatum, alteram Id. Aug. Nititur verbis epistulae ad Antoninum II 2 (p. 105): *Quod vero patris tui laudes a me in senatu designato et inito consulatu meo dictas legisti libenter* e. q. s., sed non esse duas orationes a Frontone habitas sed unam uno die docent insequentia: *Nec meam orationem, sed patris tui virtutem admiratus es* e. q. s. et: *De tuis etiam laudibus, quas in senatu eadem illa die protuli, ita sentias velim* e. q. s., docet etiam epistula ad M. Caesarem II 1 (p. 25) post initum consulatum scripta (*Divom Hadrianum avom tuum laudavi in senatu saepenumero studio impenso et propenso quoque: et sunt orationes istae frequentes in omnium manibus... Antoninum vero (p. 26) . . . nisi ita laudo, ut laudatio mea non in Actis Senatus abstrusa lateat, sed in manibus hominum oculisque versetur, ingratus sum etiam adversus te)*, in qua item de una neque de compluribus laudationibus verba fiunt. Non igitur laudavit Fronto imperatorem Antoninum ante Id. Aug. neque consul designatus ante initum consulatum orationem habuit, sed verba supra laudata *designato et inito consulatu* ita erunt interpretanda, ut *designato* pertineat ad antecedentia *a me in senatu:* laudationem dixit in senatu designatus (sc. ad dicendum), postquam consulatum iniit.

Neque recte se habet, quod Mommsenus dicit p. 211: »Der erste Brief I 7 bezieht sich auf die Designation« — immo vero verba p. 18 *Consulatum mihi putas tanto gaudio fuisse, quanto* e. q. s., cum non dicat *esse,* consulatu functum, non functurum aut fungentem significant. Verba quae sequuntur *orationis meae particulas, quas excerpseram, recitasti* e. q. s. ad orationem Idibus Augustis habitam pertinent. Itaque mea sententia ep. I 7 (p. 17, 18) non ante, sed post consulatum scripta est.

Neque ep. I 8 suo loco posita est. Scribit enim Fronto (p. 23): *Pro Polemone rhetore, quem mihi tu in epistula tua proxime exhibuisti tullianum, ego in oratione, quam in senatu recitavi, philosophum reddidi.* Exhibuit autem M. Caesar Polemonem rhetorem tullianum in epistula II 5 (p. 29 sq.): *Polemona ante hoc* e. q. s.

Epistula igitur I 8 post ep. II 5 ponenda est. Epistulae II 1—3 (p. 25—28) recte se excipiunt. In ep. II 1 Fronto se excusat, quod nondum orationem qua laudaturus erat imperatorem

in senatu recitaverit, qua accepta M. Caesar mittit ep. II 2. Ep. II 3 data est, postquam Fronto orationem Id. Aug. habuit.

Epistula II 9 (p. 33) secuta est epistulam II 8 (p. 32 sq.). Ep. II 10 (p. 33 sq.) missa est non multo post ep. I 8 (p. 20 sq.). Nam cum in hac Fronto scripsisset: *Pro Polemone rhetore . . . philosophum reddidi . . .* M. Caesar in illa respondit (p. 34): *Polemonis tui quoniam meministi, rogo ne Horatii memineris* e. q. s. Etiam verba *Hexametros meos iucundissime petis, quos ego quoque confestim misissem, si illos mecum haberem* (ad M. Caes. II 10 p. 34) nituntur verbis ep. I 8 (p. 24) facete et iocose dictis: *Versus quos mihi miseras, remisi tibi per Victorinum nostrum, atque ita remisi: chartam diligenter lino transui, et ita linum obsignavi, ne musculus iste aliquid aliqua rimari possit. Nam mihi ipse de tuis hexametris nunquam quicquam impertivit: ita est malus ac malitiosus* e. q. s.

Epistulam ad M. Caesarem II 4 (p. 29) collatis epistulis ad M. Caesarem II 13 et 14 (p. 36), quae item eademque ratione de Catone agunt, post Frontonis consulatum missam ponendam esse iudico post II 10 (p. 33 sq.).

Itaque post Id. Aug. et ante Kal. Sept., cum orationem illam respiciant et Frontone consule scriptae sint, epp. II 3 (p. 28), I 8 (p. 20 sq.), II 10 (p. 33 sq.), ponendae sunt. Paulo ante Kal. Sept. datae sunt epp. II 7 (p. 32: *nec aliter Kal. sept. expecto, quam superstitiosi stellam),* II 8 (p. 32 sq.: *Gratiam meam misi ad diem natalem matris tuae celebrandam eique praecepi, ut istic subsisteret, quoad ego venirem. Eodem autem momento, quo consulatum eiuravero, vehiculum conscendam et ad vos pervolabo),* II 9 (p. 33: *Hoc sane supererat, ut super cetera, quae insigniter erga nos facis, etiam Gratiam mitteres huc).* Ante Idus datas esse II 1 (p. 25 sq.) et II 2 (p. 26 sq.) supra vidimus. Restant epp. II 5 (p. 29 sq.) et II 6 (p. 30 sq.). In epistula I 8 (p. 20 sq.), quam epistulae II 5 (p. 29 sq.) respondere item iam supra vidimus, scribit Fronto (p. 23): *Pro Polemone rhetore . . . . ego in oratione, quam in senatu recitavi, philosophum reddidi* et quoniam addit *quem mihi tu in epistula tua proxime exhibuisti tullianum,* non mihi videor nimis audax esse, cum affirmo epistulam Marci (II 5 p. 29 sq.) missam esse ultimam ante Id. Aug. et Polemonem circa Nonas Augustas apud Antoninum et Marcum declamasse, praesertim cum, quamquam epistulae Marci post lectam Polemonis orationem scriptae hanc

ad caelum extollunt, in ep. II 5 ne verbum quidem de illa laudatione exstet. Epistulam II 6 (p. 30 sq.) putaverim non post, sed ante II 5 datam esse. Non consentit enim iudicium quod de Polemone in hac *proxime* ante ep. I 8 missa tulit (p. 30: *omnia ad usum magis quam ad voluptatem, quaeque magis laudare oporteat amare non libeat. Satisne ego audaci consilio et iudicio temerario videar, cum de tantae gloriae viro existimo?*) cum eo quod de encomiographis quibusdam Graecis tulit in illa (p. 31), neque putaverim Marco Polemonem unum ex encomiographis istis Graecis fuisse.

Adfueritne Herodes Atticus illi declamationi, valde dubito, cum in nulla harum epistularum eius mentio fiat.

Ex Italia reversus Polemo annum fere cum eloquentiam discipulos, in quorum numero etiam Aristides erat, docuisset, circiter quinquagesimum septimum aetatis annum agens vita decessit, morbo articulari nimis vexatus, cum iam pridem ad Herodem scripsisset[1]: δεῖ ἐσθίειν, χεῖρας οὐκ ἔχω· δεῖ βαδίζειν, πόδες οὐκ εἰσί μοι· δεῖ ἀλγεῖν, τότε καὶ πόδες εἰσί μοι καὶ χεῖρες, sponte vivus in tumulum descendit et humatus est ad portas Syrias Laodiceae, ubi maiorum quoque eius erant loculi.[2])

Haec fere sunt, quae in enarranda vita Polemonis in certum ordinem redigi posse mihi videantur, quamquam horum quoque non pauca dubia esse concedo. Multa nos latent veluti pleraque itinerum. Quae permulta fecit, nam tot exempla hominum alienorum, quos ipse in libro de physiognomonia composito laudatos vidisse se asseverat, certe non collegit Smyrnae: Cyrenensem, quem vidit (l. l. I p. 118, 19), Corinthium (p. 138, 1), Lydum (p. 144, 4 sq.), ex incolis quendam insulae, quae est in Phoenice (p. 150, 1); in capite XXXI agit de nationibus mundi et appellat Aegyptios (p. 236 sq), Macedones, Phoenices, Cilices, Scythas. *Scias me in Pamphylia fuisse in urbe Perga appellata* dicit p. 282, 12 sq.; in capite 69 memorat urbem, quam viserit, quaeque in versione Arabica Dmsus, in Latina § 133 Samus appellatur.

Quibus consideratis negari non potest Polemonem fuisse virum aetate sua summae auctoritatis, qui multa pro patria[3]) et

---

[1]) Philostr. p. 53, 26 sq.

[2]) ibid. p. 54, 13 sq.

[3]) Nam Smyrna eius patria facta est neque tamen Laodiceae oblitus est.

in civium salutem gesserit. Egregium enim sine dubio illud est, quod Philostratus narrat[1]) eum civibus non concessisse, ut querelas et causas uniuscuiusque generis ad alienum forum, ad iudicem Romanum, praetorem, proconsulem deferrent, immo summopere operam dedisse, ut domi has controversias componeret, moechos autem et sacrilegos et homicidas urbe expelli iussisse, cum haec crimina iudice egerent, cui gladii esset potestas. Eximia quoque laude digna sunt, quae illius opera et Smyrna et Laodicea assecutae sunt, quorum summum erat favor principum. Etiam post eius mortem Antoninus imperator oratione ab illo vivo composita commotus in re gravissima Smyrnaeis gratum se praebuit.[2])

Communis erat ei cum plurimis aequalium nimius amor eloquentiae demonstrativae et declamationum, cum ceteris sophistis nimia sui aestimatio: quam ridiculum virorum certamen declamatorium, quale Polemo cum Dionysio Milesio iniit![3])

Filium habuit Attalum, cuius Philostratus in vita Hermocratis sophistae mentionem facit, qui Attali nepos erat, cuiusque nomen in nummis sub imperatore M. Aurelio cusis[4]) exstat, qui utriusque semper urbis et Smyrnae et Laodiceae numina praebent, ut appareat etiam progeniem Polemonis gloriae et auctoritatis ipsius participem factam esse.

Caput II.
De Polemonis schola.

Ut anterioribus saeculis sophistae in scholis docentes et declamantes prae oratoribus forensibus plerumque nullius fere erant auctoritatis, ita temporibus alterius quae dicitur sophisticae vix inveniebantur, qui eloquentiam forensem solam profiterentur, et quo magis effloruit illa, eo magis sophistae quoque operis

[1])p. 43, 16 sq.

[2]) Philostr. p. 50, 11 sq. (ἤριζεν ἡ Σμύρνα ὑπὲρ τῶν ναῶν καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικαίων κ.τ.λ).

[3]) Philostr. p. 38, 18 sq.

[4]) Mionnet, Descr. III p. 332 n. 1299—1304. Suppl. VI p. 344 n. 1713. Eckhel, Doctr. Num. III p. 163.

subsicivis causidici erant. Nihilo setius, immo ob id ipsum ingentem pecuniam causas dicentes poscebant et accipiebant. Ne Polemo quidem aliter fecit.[1]) Praeter causas publicas etiam privatas egit. Velut Philostratus narrat[2]) ditissimum Lydum omnia perdere periclitantem *duobus talentis* illi persuasisse, ut ipsum defenderet.

De schola eius non multum audimus. Sine dubio ut plerique sophistarum mercede discipulos docebat ita, ut et ipse declamaret declamationum propositionibus saepe ab auditoribus postulatis, et his declamandi occasionem daret. Num artem quoque et leges in componendis orationibus adhibendas iis peculiari ratione explicaverit, quales διδασκαλικὰς συνουσίας Lollianus sophista studiosis praebebat[3]), nescimus. E discipulis eius nominantur Euodianus Smyrnaeus, qui tamen magis Aristoclem sophistam secutus panegyricum genus dicendi adhibebat[4]), et Aelius Aristides, de quo iam supra actum est. Etiam Lucianum eius auditorem fuisse mera Fritzschii (Luc. II, 2 p. XXIV) coniectura est.

Caput III.
De Polemonis operibus.

§ 1. De physiognomonia.

Primum locum inter Polemonis scripta sine dubio liber de physiognomonia compositus obtinet. Neque enim dubitari potest quin Polemo physiognomon ille clarissimus idem sit atque noster sophista.

Primum enim ab eius aetate studia physiognomoniae non aliena fuisse docent Dionis Chrysostomi verba (or. XV 21 R): τὰ δὲ τοιαῦτα σύμβολα τῆς ἀκρασίας μηνύει τὸ ἦθος καὶ τὴν διάθεσιν· ἡ φωνή, τὸ βλέμμα, τὸ σχῆμα, ἤδη καὶ ταῦτα τὰ δοκοῦντα μικρὰ καὶ ἐν μηδενὶ λόγῳ, κουρά, περίπατος, τὸ τὰ ὄμματα ἀναστρέφειν, τὸ ἐγκλίνειν τὸν τράχηλον, τὸ ταῖς χερσὶν ὑπτίαις διαλέγεσθαι κ.τ.λ.;

1) Suid. s. v. Πολέμων, Λαοδικεύς: ῥήτωρ καὶ σοφιστής.
2) p. 37, 27 sq.
3) Philostr. p. 40, 2 sq. τὰς συνουσίας οὐ μελετηρὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὰς παρέχων.
4) Philostr. p. 100, 17 sq.

idem laudat virum artis physiognomonicae peritum (τῶν ἐνθάδε δεινῶν τινα)[1]), ut apud Philostratum in vita Hippodromi[2]) Megistias sophista οὐ τὰ δεύτερα τῶν φυσιογνωμονούντων νομισθεὶς affertur.

Ipsum Polemonem illum imperatoris Hadriani temporibus vixisse ex eo elucet, quod in physiognomoniae libro oculos Hadriani descripsit[3]): illa autem aetate alius Polemo non inclaruit nisi noster sophista. Nec quisquam alius nisi noster Polemo Favorino inimicissimus hunc celeberrimum virum ita adhibuisset exemplum eunuchi libidinosi et dissoluti, ut unusquisque aequalium illum cognosceret.[4]) Erat Favorinus *e terra, quae Celtarum appellatur,* erat ambiguae naturae, διφυὴς ἐτέχθη, ut ait Philostratus, καὶ ἀνδρόθηλυς, linguam graecam edoctus hac maxime uti solebat et appellabatur sophista. Recte igitur appellat anonymus in prooemio libri latini de physiognomonia scripti Polemonem *declamatorem,* neque est verisimile scriptores Polemonem illum physiognomonicum haut ita multo post laudantes nihil fuisse addituros, nisi esset idem atque sophista notissimus, veluti Origenes[5]), qui scribit: ἐὰν δὲ καὶ τὰ τῶν φυσιογνωμονούντων κρατῇ εἴτε Ζωπύρου, εἴτε Λόξου, εἴτε Πολέμωνος, εἴτε οὑτινός ποτ' οὖν τοιαῦτα γράψαντος καὶ ἐπαγγειλαμένου εἰδέναι τι θαυμαστόν. E Philostrati de Polemonis studiis physiognomonicis silentio nihil concludi potest, quippe qui ne historiarum quidem quas sophista scripsit, libros commemoraverit.

Totius operis Graeci una tantum sententia servata est in excerptorum farragine, quam Christianus quidam fecit (Cramer Anecd. Oxon. IV 255): ὥσπερ ἐν ὀφθαλμῶν καὶ ὀφρύων καὶ ῥινὸς σχήματι χαρακτῆρές τινες ἐγκάθηνται τοῦ τῆς ψυχῆς ἰδιώματος· ὀφθαλμοὶ γάρ, φησὶν ὁ Πολέμων, ὑγροὶ λάμποντες ὡς λιβάδες ἤθη χρηστὰ ἐκφαίνουσιν, sed extant versiones Arabica et Latina, paraphrasis graeca Adamantii, de quibus ad R. Foersteri commentationes De Polemonis physiognomonicis, Kiliae 1886, Quaestiones

---

[1]) Fuit Cleanthes. Cf. Foerster I prolegg. p. LXXI.

[2]) Philostr. p. 118, 9.

[3]) Foerster I 148, 6 sq. physiogn. lat. § 34 II p. 52, 2 sq. *tales Palemon auctor refert fuisse oculos Hadriani imperatoris:* χαροποὺς, *humidos, acres, magnos, luminis plenos.*

[4]) Physiogn. lat. § 40 II p. 58, 2 *nomen quidem non posuit, intellegitur autem de Favorino eum dicere.*

[5]) Contra Celsum I § 33.

physiognomonicas, Kiliae 1890, Prolegomena editionis scriptorum physiognomonicorum, Lipsiae 1893, provoco. Quando opus confecerit, non constat.

Per se autem patet tot exempla allata longum tempus multaque itinera poposcisse; partem sine dubio iam sub Hadriani imperio scripsit (prolegg. p. LXXIX sq.).

§ 2. De historiarum libro.

Etiam historias eum scripsisse nos docet Phrynichus, qui (p. 271 Lob. p. 339 Ruth.) scribit: Κεφαλαιωδέστατον· τοῦτο τοὔνομα εὗρον ἐν ἀρχῇ τῶν Πολέμωνος τοῦ Ἰωνικοῦ σοφιστοῦ Ἱστοριῶν κατὰ προοίμιον καὶ θαυμάζω Σεκούνδου τοῦ συγγενομένου αὐτῷ γραμματικοῦ, πῶς ὢν τὰ ἄλλα δεξιὸς ἐπὶ λέξιν καὶ ἐπανορθῶν τὰ συγγράμματα τοῦ σοφιστοῦ, τοῦτο περιεῖδεν ἀδόκιμον.

Quales hae historiae fuerint, traditum non est neque fragmenta ad nos pervenerunt. Cosmas Gregorii Nazianzeni de Polemone Atheniensi versus tractans (Mai, Spicil. Rom. t. II p. 259), ut iam Boissonadius (Choric. p. 10 not. 2) observavit, hunc cum nostro confudit, cum dixit Πολέμων δὲ ἱστορεῖ τὰ καθ' Ἕλληνας, ὡς Ἰώσιππος καὶ Φίλων τὰ καθ' Ἑβραίους.

§ 3. De orationibus.

Sine dubio fuit numerus orationum quas Polemo et in causis et publice et privatim habuit, permagnus, praesertim cum facultate insigni ex tempore dicendi praeditus esset. Idem autem eius declamationibus accidit quod reliquis sophistis. Pleraeque dictae statim perierunt, nisi quod saepius loci qui egregii videbantur per successionem traditi hereditate quasi relicti sunt, ut ex Seneca patre et Philostrato, vitarum scriptore, satis elucet. Ceterarum pars, ut apud nos professorum scholae, a discipulis calamo excepta in auditorum manibus aliquamdiu versabatur.

Quot et quas Polemo ipse praeter illam *de tropaeis Graecanicis* compositam ediderit, non constat.

Argumenta orationum ad nos pervenerunt haec:

1. Ὁ Σόλων ὁ αἰτῶν ἀπαλείφειν τοὺς νόμους λαβόντος τὴν φρουρὰν τοῦ Πεισιστράτου (Philostr. p. 53, 14 sq.).

2. Bellum Persarum spectant duae declamationes de Callimachi et Cynegiri in pugna Marathonia virtute dictae, quae infra accuratius tractandae erunt.

3. Bellum Peloponnesiacum tractavit in declamatione de Atheniensibus post cladem apud Aegospotamos acceptam in pagos mittendis (Philostr. p. 49, 3 sq.) et

4. in oratione de Graecanicis tropaeis bello Peloponnesiaco finito destruendis (Philostr. p. 49, 1 sq.).

5. De Demosthene agunt quattuor declamationes:

a) ὁ Δημοσθένης ὁ τὰ πεντήκοντα τάλαντα ἐξομνύμενος (Philostr. p. 52, 32 sq.),

b) ὁ Δημοσθένης ὁ μετὰ Χαιρώνειαν προσάγων ἑαυτὸν (Philostr. p. 53, 16),

c) ὁ Δημοσθένης ὁ δοκῶν θανάτου ἑαυτὸν τιμᾶσθαι ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλείοις (Philostr. p. 53, 17),

d) ὁ Δημοσθένης ὁ ξυμβουλεύων ἐπὶ τῶν τριήρων φεύγειν ἐπιόντος μὲν Φιλίππου, νόμον δὲ Αἰσχίνου κεχυρωκότος ἀποθνήσκειν τὸν πολέμου μνημονεύσαντα (Philostr. p. 53, 18 sq.).

6. Socratis et Xenophontis memoria exstat in oratione ὁ Ξενοφῶν ὁ ἀξιῶν ἀποθνήσκειν ἐπὶ Σωκράτει (Philostr. p. 53, 13 sq.).

Res vitae communis spectat

7. ὁ μοιχὸς ὁ ἐκκεκαλυμμένος (Philostr. p. 53, 11 sq.).

Quae docent Polemonem in universum iisdem vel similibus usum esse argumentis atque reliquos sophistas. Declamatores quidem aetatis imperatorum Augusti et Tiberii imprimis *tyrannicidarum praemia aut vitiatarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum egerant* (Tacit. dial. de orat. 35), cum Romae sub principatu iis non liceret de rebus a Romanis libera re publica gestis multa verba facere; quo magis autem Roma sedes praecipua eloquentiae esse desiit et ars sophistica in Asia effloruit, eo magis Graeci veteribus illis, quibus in arte quoque dicendi primae essent dandae, cognoscendis et imitandis operam dabant et in declamando rebus ab illis gestis nitebantur. Proles autem erant illorum declamatorum scholasticorum temporis Senecae; itaque id egerunt, ut ex illa materia, quam maiorum res gestae suppeditabant, suasorias aut controversias facerent; nonnunquam autem etiam de moechis, sacrilegis, abdicatis declamabant.

Ut noster sophista, sic etiam Dionysius Milesius declamavit de Demosthene, qui post pugnam apud Chaeroneam commissam se ipse τῇ βουλῇ προσάγει (Philostr. p. 35, 25 sq.)[1]).

Caput IV.

De Polemonis arte et genere dicendi.

§ 1. De veterum iudiciis.

Iam si quaerendum est, qua ratione Polemo haec argumenta tractaverit, fuerunt qui dicerent eum *accusationibus* facile omnes sophistas superare, *defensionibus* non item[2]); alii censuerunt[3]) eum orationes *figuratas*, in quibus aliud dicitur, aliud intellegitur[4])

---

[1]) Eadem propositio a Sopatro in schol. ad stat. Hermog. Rhet. Gr. V, 44, 2 sq. W. commemoratur, aeque atque Δημοσθένης ὁ τὰ πεντήκοντα τάλαντα ἐξομνύμενος p. 41, 26. Cf. IV p. 91, 16 et 316, 19 sq.

[2]) Philostr. V. S. I 25, 10 p. 52, 27 sq.

[3]) ibid. p. 53, 3 sq.

[4]) Quintil. Instit. or. IX 2, 65: *Iam enim ad id genus, quod et frequentissimum est et exspectari maxime credo, veniendum est, in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi volumus, non utique contrarium, ut in* εἰρωνείᾳ, *sed aliud latens et auditori quasi inveniendum. Quod ut supra ostendi, iam fere solum schema a nostris vocatur et unde controversiae figuratae dicuntur.* Idem (§ 66) ὑποθέσεων ἐσχηματισμένων dicit triplicem usum esse: *unus, si dicere palam parum tutum est, alter, si non decet, tertius, qui venustatis modo gratia adhibetur et ipsa novitate ac varietate magis, quam si relatio sit recta, delectat. § 67 Ex his quod est primum frequens in scholis est* e. q. s. Similiter Dionysius Halicarnassensis (Ars rhetorica cap. 8, V p. 281, 8 sq. R. τὸ μέν ἐστι σχῆμα μὲν λέγον μὲν ἃ βούλεται, δεόμενον δ'εὐπρεπείας ἢ δι' ἀξίωσιν τῶν προσώπων πρὸς οὓς ὁ λόγος, ἢ δι' ἀσφάλειαν πρὸς τοὺς ἀκούοντας, . . . τὸ δέ τι σχῆμά ἐστι πλαγίως ἕτερα μὲν λέγον, ἕτερα δ'ἐργαζόμενον ἐν λόγοις. τρίτον σχῆμά ἐστι, τὸ οἷς λέγει τὰ ἐναντία πραχθῆναι πραγματευόμενον; cap. 9 p. 323, 6 sq.: ἔστι δὲ ταῦτα ἤτοι λέγειν μὲν βούλεται, εὐπρεπῶς δὲ λέγει· ἢ ἕτερα προτείνων ἕτερα διοικεῖται· ἢ τὰ ἐναντία προτείνων τὰ ἐναντία διοικεῖται) et Hermogenes (περὶ εὑρεσ. IV Sp. Rhet. Gr. II p. 258 sq.: Τῶν ἐσχηματισμένων προβλημάτων τὰ μέν ἐστι ἐναντία, τὰ δὲ πλάγια, τὰ δὲ κατ' ἔμφασιν κ. τ. λ.). Alii quinque genera ductuum agnoscebant, veluti Fortunatianus (ars rhetorica, Halm Rhet. lat. min. p. 84 n. 5: *ductus quot sunt? quinque: simplex, subtilis, figuratus, oblicus, mixtus. Simplex qui est? cum simpliciter id agimus ita ut in themate positum est;* p. 85: *subtilis qui est?*

minus bene tractasse et ductus odio habuisse, ut Homerico illo uteretur:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Philostratus quidem contradicit et affert defensionem: ὁ Δημοσθένης ὁ τὰ πεντήκοντα τάλαντα ἐξομνύμενος, quam οὕτω χαλεπὴν copiose et artificiose declamasset, et sex ὑποθέσεις ἐσχηματισμένας: ὁ μοιχὸς ὁ ἐκκεκαλυμμένος καὶ ὁ Ξενοφῶν ὁ ἀξιῶν . . . καὶ ὁ Σόλων ὁ αἰτῶν . . . καὶ οἱ Δημοσθένεις τρεῖς, quarum prima est exemplum ductus simplicis, reliquae ductus subtilis, cum ex. gr. Xenophon non mori velit re vera, sed docere, quantum virum Athenienses interfecerint etc. At illi non dicebant Polemonem omnino eiusmodi declamationes non habere, sed eas minus bene quam accusationes tractare iis videbatur. Eius persona, natura, loco, genere dicendi respectis, quale ei hic et illic tribuitur, ne mihi quidem verisimile videtur eum in illis controversiis aeque profecisse, in quibus non, ut ita dicam, totus[1]) declamare et ea quae sentiret et cogitaret, libere et fortiter proloqui posset.

Erat vir simillimus Safinii illius, *qui in curia non schemas loquebatur sed directum*[2]) et summae ei erat admirationi Demosthenes, cuius signum aeneum Pergami in templo Aesculapii dedicavit.[3]) Neque ab illis aequalium iudiciis multum differre putaverim opprobrium ab Ioanne Siceliota in commentario in Hermogenis de ideis librum conscripto (Walz, Rhet. Gr. VI p. 94, 3 sq.) Polemoni datum, quod leges de elocutionis generibus sancitas neglexisset[4]), secundum quas oratori *non pro causa modo*

---

cum aliud est in themate, aliud in agentis voluntate. Figuratus qui est? cum palam dicere pudor impedit. oblicus qui est? cum periculum prohibet aperte agere. Mixtus qui est? quando non unus est ductus) eumque secutus Martianus Capella (de arte rhetorica, Halm l. l. p. 463 sq.). Cf. Ernesti Lexicon technologiae Graecorum rhetoricae p. 341 sq. s. v. σχηματίζειν et Volkmann Rhet.[2] p. 111 sq.

[1]) Tam necessarius ei consensus inter declamationum materiam et declamatorem visus est, ut sophistae lucanicas et maenidas viliaque obsonia coementi diceret: ὦ λῶστε, οὐκ ἔστι τὸ Δαρείου καὶ Ξέρξου φρόνημα καλῶς ὑποκρίνασθαι ταῦτα σιτουμένῳ (Philostr. V. S. I 25, 9 p. 52, 11 sq.).

[2]) Petron. c. 44 p. 49 ed. Buecheler.

[3]) Phrynich. ed. Lobeck. p. 421 s. v. κατ' ὄναρ.

[4]) Ἀναγκαία μέν, φησὶν (sc. Hermogenes), ἡ τῶν ἰδεῶν γνῶσις καὶ τοῖς πρὸς τὸ γράφειν ὁρμῶσιν καὶ τοῖς πρὸς τὸ κρίνειν τὰ τῶν ἄλλων ἐπειγομένοις . . .

sed pro partibus causae (Quint. XII 10, 69), ut res exigeret, vario dicendi genere utendum esset; quamquam pro partibus causae declamationes superstites varium elocutionis characterem praebere infra videbimus.

Spectemus cetera ex antiquitate de Polemonis arte dicendi iudicia nobis tradita. Herodes quidem Atticus in epistula a Philostrato[1]) nobis servata scribit: Παρῄει μὲν (sc. Polemo) ἐς τὰς ἐπιδείξεις διακεχυμένῳ τῷ προσώπῳ καὶ τεθαρρηκότι, φοράδην δὲ ἐσεφοίτα διεφθορότων αὐτῷ ἤδη τῶν ἄρθρων. καὶ τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἐς τὸ κοινὸν ἐπεσκοπεῖτο, ἀλλ' ἐξιὼν τοῦ ὁμίλου βραχὺν καιρόν. φθέγμα δὲ ἦν αὐτῷ λαμπρὸν καὶ ἐπίτονον καὶ κρότος θαυμάσιος οἷος ἀπεκτύπει τῆς γλώττης. Cognoscimus, qualis sophista noster auditoribus visus sit. Audimus eum usum esse *voce clara et acri et quadrupedantem quasi sonitum ex lingua resonuisse,* ut M. Caesari interroganti, quid sibi Polemo videretur, Atticus illo Homerico responderet, quod supra (p. 26) allatum est.[2]) Eadem illa Herodis epistula nos docet Polemonem *propter fervorem intentum in culminibus declamationum subsiluisse et pede terram pulsasse;* una autem enuntiatio dictionem ipsam atque compositionem spectat[3]): καὶ ὅτε ἀποτορνεύοι περίοδον, τὸ ἐπὶ πᾶσιν αὐτῆς κῶλον σὺν μειδιάματι (αὐτὸν) φέρειν ἐνδεικνύμενον πολὺ τὸ ἀλύπως φράζειν, quae magis depingens quam explicans nobis opinionem subicit rotundas volubilesque periodos in Polemonis declamationibus agnoscendas esse. Illa vis dicendi et species sonans, acuta, vivida iam in iuvene apparuit, et Dionysius Milesius[4]), cum eum Sardibus causam dicentem audivisset, ἰσχύν, inquit, ὁ ἀθλητὴς ἔχει, ἀλλ' οὐκ ἐκ παλαίστρας. Similiter iudicavit Philostratus, qui de Hippodromo dicit[5]): Ἦν δὲ αὐτῷ τὰ μὲν διαλέξεως Πλάτωνος ἀνημμένα καὶ Δίωνος, τὰ δὲ τῆς μελέτης κατὰ τὸν Πολέμωνα ἐρρωμένα . . Alii in sophista nostro *copiam et ubertatem* admirabantur et eius os Cratini voce

---

ὅτι ὁ γράφων μέν, μὴ περὶ τὴν κρίσιν δὲ πραγματευόμενος ἑνὶ πτερῷ, φαίη τις ἄν, καὶ ὀφθαλμῷ ἐναβρύνεται, καὶ τοῖς τῶν ἑαυτοῦ πονημάτων πταίσμασιν ἧττον ἐφιστάναι, ὥσπερ ὁ Πολέμων καὶ ὁ Ἀσπάσιος καὶ ὁ τῆς Γάζης Προκόπιος κ. τ. λ.

1) p. 48, 12 sq.

2) ἐνδεικνύμενος δὴ τὸ ἐπίκροτον καὶ τὸ ὀψηχὲς τῶν λόγων, addit Philostr.

3) p. 48, 20.

4) Philostr. V. S. I 22, 4 p. 38, 15 sq.

5) V. S. p. 119, 21 sq.; idem in vita Polemonis p. 52, 23 sq.: ἡ δὲ ἰδέα τῶν Πολέμωνος λόγων θερμὴ καὶ ἐναγώνιος καὶ τορὸν ἠχοῦσα ὥσπερ ἡ Ὀλυμπιακὴ σάλπιγξ.

usi δωδεκάκρουνον appellabant, alii[1]) *ulnis metiebantur eius linguam ut incrementum Nili.* Coniuncta quasi haec iudicia exstant in vita Ptolomaei Naucratitae[2]), quem Philostratus dicit ex scaena Polemonis suum fecisse τὸν ῥοῖζον τοῦ λόγου, qui est illud φθέγμα λαμπρὸν καὶ ἐπίτονον καὶ κρότος θαυμάσιος, illa τορὸν ἠχοῦσα ἰδέα, illud ἐπίκροτον καὶ ὑψηχές — καὶ τὸ πνεῦμα, quod est illa ἰσχὺς ἀθλητοῦ, illa θερμὴ καὶ ἐναγώνιος ἰδέα — καὶ τὸ ἐκ περιβολῆς φράζειν, quod est illud ἀποτορνεύειν περίοδον, ut ῥοῖζος ille etiam ab Anna Comnena duobus Alexiadis locis commemoratur: καὶ τίς ἂν Δημοσθένους ἠχὼ ἢ ῥοῖζος Πολέμωνος ἢ Ὁμηρικαὶ πᾶσαι Μοῦσαι τὰ ἐκείνῳ κατωρθωμένα πρὸς ἀξίαν ὑμνήσειαν[3]) et τὰ δὲ ἔξωθεν . . . τῆς Ἰσοκράτους Σειρῆνος δεῖται, τῆς Πινδαρικῆς μεγαλοφωνίας, τοῦ Πολέμωνος ῥοίζου, τῆς Ὁμηρικῆς Καλλιόπης, τῆς Σαπφικῆς λύρας ἤ τινος ἄλλης παρὰ ταύτας δυνάμεως.[4]) Ad has laudes, quae externam tantum faciem declamationum depingunt, non earum dictionem, structuram, membra, nervos describunt, accedunt duo prorsus alius generis iudicia, quae ad dictionem rhetoris cognoscendam multo plura conferunt. Primum exstat in epistula M. Caesaris ad Frontonem consulem missa, cuius iam supra mentionem fecimus (II 5 p. 29, 13 Naber), alterum in epistula quadam Procopii Gazaei ad Hieronymum amicum data (ep. 116 Hercher, Epistologr. graec. p. 578).

Postquam Frontonem certiorem fecit se Polemona declamantem audivisse M. Caesar addit: *Si quaeris, quid visus sit mihi, accipe. Videtur mihi agricola strenuus, summa sollertia praeditus, latum fundum in sola segete frumenti et vitibus occupasse, ubi sane et fructus pulcherrimus et reditus uberrimus. Sed enim nusquam in eo rure ficus pompeiana, vel holus aricinum, vel rosa tarentina, vel nemus amoenum, vel densus lucus, vel platanus umbrosa: omnia ad usum magis, quam ad voluptatem, quaeque magis laudare oporteat, amare non libeat.* Quid Polemoni exprobret, patet: eum vitia evitasse, quibus Fronto abundat: sententias futiles, imagines insulsas et nimia arte quaesitas, nimium flosculorum usum, alia, quae Frontonis discipulus sine dubio in tanto oratore se inventurum esse speraverat.

---

1) Philostr. p. 38, 6.
2) Philostr. p. 98, 29 sq.
3) II p. 58, 24 sq. ed. Reifferscheid.
4) p. 253, 6 sq.

Item ratio, qua Procopius in epistula illa Hieronymum, qui quotidiana verba in dicendo malebat adhibere, vituperat, Polemonem id egisse docet, ut sermone quam purissimo usus non nisi attice diceret. En verba epistulae: αὐτὸς δὲ πόθεν ἡμῖν, πρὸς Φιλίου, σεμνὸς εἶναι δοκεῖς, εἴ τι ῥῆμα φθέγξαιο τῶν Ἀττικῶν καὶ τύχοις τῶν ἐπαινούντων, ὡς ἀρχαῖον καθέστηκε, παρὸν ἐμφορεῖσθαι τῶν ἐκ τριόδου ῥημάτων καὶ ταῦτα φέρειν ἐπὶ τοῦ βήματος; ἢ τί δῆτα τῶν μειρακίων προκαθεζόμενος οἴει τι μέγα φρονεῖν Ἀριστείδου τοῦ πάνυ πρὸς ἔπαινον, εἰ λέγοις ὡς αὐτός; ἢ Πολέμων τῆς Ἀσιανῆς τερατείας τὴν ἀρχαίαν ῥητορικὴν ἐκάθηρεν; εἰ δὲ σοὶ τότε γενέσθαι παρέσχεν ἡ τύχη, τάχ' ἂν μοι καὶ γραφὴν ἐπενέγκασθαι κατ' ἐκείνου δοκεῖς, ὅτι τὰ συνήθη παριδὼν ἀλαζὼν εἶναι βούλεται, πρὸς ἀρχαίαν ἀναγόμενος μοῦσαν. Quid? quod studio attice scribendi commotus sua συγγράμματα Secundo grammatico emendanda dabat[1]); qua ex re nonne discimus Polemonem non solum attica dictione gloriatum esse, sed etiam operam dedisse, ut hac gloria dignus fieret?

Neque Phrynichus, quamquam refert[2]) Polemonem in epigrammate in Demosthenis illo simulacro inscripto ἀδοκιμωτάτῳ τῷ κατ' ὄναρ usum esse, addere omisit: ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται.

Denique etiam Hieronymus[3]) (comment. in Galat. lib. III praef. *si quis eloquentiam quaerit vel declamationibus delectatur, habet in utraque lingua Demosthenem et Tullium, Polemonem et Quintilianum)* eum cum Demosthene comparat et ut exemplar eloquentiae proponit. At laudibus illis, quibus maxime aequales extollebant sophistas, valde diffidendum esse et Herodis Attici oratio nobis servata[4]) et Frontonis[5]) reliquiae satis docent: itaque missis iudiciis illis nunc ad ipsas duas declamationes Polemonis servatas accedamus.

§ 2. De duabus declamationibus hodie superstitibus.

Quod supra sophistas recentes e materia quam res gestae veterum Graecorum iis suppeditarent, controversias fecisse diximus, id etiam in duabus Polemonis declamationibus cernitur.

[1]) Phryn. ed. Lob. p. 271 s. v. κεφαλαιωδέστατον. Cf. p. 40.
[2]) p. 421 Lob.
[3]) De Gregorio Nazianzeno infra videbimus.
[4]) Cf. Hass, De Herodis oratione περὶ πολιτείας, Kiliae 1880.
[5]) Cf. Hertz, Renaissance und Rococo in der röm. Litteratur, Berlin 1865.

Notissimae erant victoriae illae a Graecis ex Persis partae, et sophistae de iis saepissime declamabant. Notus praeterea erat mos ille Atheniensium, ut in honorem eorum qui in bellis occisi essent, laudationes funebres (ἐπιτάφιοι) haberentur, quales etiam Gorgias, Thucydides, Lysias, Plato, alii composuerant. Sed cum illis temporibus aut magistratus aut orator clarus laudationes illas haberet, postea in scholis (quo auctore id factum sit, nescimus) lex inventa est, qua Athenienses sanxissent, ut pater fortissimi eorum qui in pugna cecidissent, epitaphium diceret. Hac enim ratione fieri potuit, ut cum in pugna Marathonia Callimachus et Cynegirus pari usi essent virtute, controversia exsisteret, utrius patri laudatio publica mandanda esset et sophistis occasio daretur facultatis et artis pro et contra dicendi ostendendae.

Hoc igitur fundamento nituntur Polemonis declamationes, quarum priore Cynegiri pater demonstrare vult filium suum Callimacho esse praeferendum, altera Callimachi pater Callimacho primas esse dandas. Qua ratione rhetor noster utriusque causam defenderit, infra videbimus: prius agamus de fontibus, ex quibus materiam hauserit.

a) De fontibus.

Duae potissimum descriptiones pugnae Marathoniae exstant[1]) apud scriptores Graecos, quarum alteram primus Herodotus[2]), alteram primus Ephorus praebet, cuius summa in Cornelii Nepotis *vita Miltiadis* (c. 4—6) nobis tradita est.

Herodotus quidem narrat exercitum Atheniensium adventu Persarum nuntiato Phidippida Spartam misso statim Marathona contendisse, ubi castra ponerent. Hic dissensionem ortam esse inter decem duces, utrum pugna cum Persis committenda esset necne. Cum Callimachus polemarchus auctore Miltiade pugnae suffragatus esset, Athenienses proelium iniisse ea ratione, ut citato cursu in Persas impetum facerent.

Nepos autem tradit Athenienses, cum Persae copias Marathona deduxissent, tam propinquo periculo nuntium Spartam

---

[1]) Cf. H. Swoboda, Die Überlieferung der Marathonsschlacht (Wiener Studien VI p. 1 sq.) p. 10, W. Schilling, Die Schlacht bei Marathon (Philologus N. F. VIII p. 253—273), Busolt, Griech. Gesch. II² p. 557 sq., p. 593 adn. 1.

[2]) VI 102 sq.

misisse, ducesque creatos non, ut apud Herodotum, in *castris* de *pugna committenda*, sed in *urbe* disceptasse, utrum *moenibus se defenderent*, an *obviam irent* hostibus. Miltiadis auctoritate impulsos Athenienses copias ex urbe eduxisse locoque idoneo castra fecisse. Postero die illos proelium commisisse, cum *Datis eos aggrederetur, quod, priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbitraretur.*

Audiamus Polemonem.

In narratione alterius declamationis (II 5 p. 18, 11 sq. ed. Hinck) dicit: ἀπέβαινε μὲν εἰς Μαραθῶνα ὁ Δαρείου στόλος μετὰ τὰς ἐξ Αἰγαίου τῶν νήσων ἁρπαγάς, τῇ δὲ Ἀττικῇ βοηθεῖν ἔδει τὴν Λακεδαιμονίων εἰρωνείαν μὴ περιμένοντας — ὀξὺς γὰρ ὁ κίνδυνος ἦν — καὶ τῷ στρατηγῷ Μιλτιάδῃ τὴν ταχίστην ἐδόκει τρέχειν. ἐνταῦθα ἦγε τὴν δύναμιν ἅπασαν ὁ ἐμὸς υἱός, πολέμαρχος ὤν . . . συμμίξαντες δὲ τοῖς βαρβάροις . . . ἔδειξεν αὐτοῖς ὅτι πολέμαρχος ἦν . . . Unusquisque cognoscit haec non congruere cum Herodoti verbis.

Nam neque consilium militare in castris sed in urbe habetur et constituitur τρέχειν i. e. hostibus obviam ire. Quo facto proelium committitur. Neque Athenienses aggrediuntur Persas, id quod Herodotus narrat, sed Datis copias producit et proelium incipit. Nam paulo post dicit Polemo Callimachum *stetisse contra Darei exercitum*, eum *excepisse et sustinuisse ex navibus se effundentes hostes* (l. l. 18, 25 sq.: πρὸς πᾶσαν τὴν δύναμιν βασιλέως ἀντιτάξας αὐτὸν . . . ἑκὼν πρὸς τὸν Δαρείου στόλον ἔστη τὴν Ἀσίαν προκαλούμενος καὶ πᾶσαν ἐκ τῶν νεῶν ἐκχεομένην αὐτὸς ἐδέχετο . .) atque Cynegirum solum usque ad litus et naves *provolasse* (I 8 5, 19 sq.: Κυνέγειρος ὑπερβὰς τὴν φάλαγγα κᾆτα ἀδεῶς ἐκδραμὼν πρὸς αὐτὴν ἐπεξῆλθε τὴν ἠόνα . . .). Etiam in ea re ab Herodoto dissentit, quod non, ut ille, Lacedaemonios revera religione impeditos iusta causa Atheniensibus auxilio non venisse dicit (VI 105: τοῖσι δὲ ἕαδε μὲν βοηθεῖν Ἀθηναίοισι, ἀδύνατα δέ σφι ἦν τὸ παραυτίκα ποιέειν ταῦτα οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον), sed de εἰρωνείᾳ Lacedaemoniorum loquitur (II 5 18, 14: τὴν Λακεδαιμονίων εἰρωνείαν μὴ περιμένοντας). Patet ergo Polemonem ex Herodoti historia sola, quae de pugna Marathonia afferat, non hausisse; neque enim causa inveniri potest, cur in his ab illo recesserit, quae Cynegiri et Callimachi praeclare gesta non minuant.

Sed ne id quidem probari potest, sophistam adiisse Ephori historiam, cum longe plurima, quae apud Polemonem ad pugnam

pertinent, Nepos non exhibeat: neque Callimachum neque Cynegirum neque Polyzelum appellat. Desunt praeterea apud hunc omnes de diis Athenienses in hac pugna adiuvantibus fabulae. Quae omnia sine dubio ex auctore, si apud eum fuissent, sumpsisset is de quo Plinius dicit: *Minus profecto mirentur portentosa Graeciae mendacia de his . . prodita, qui cogitent nostros nuperque paulo minus monstrifica quaedam tradidisse . ., quaeque alia Cornelius Nepos avidissime credidit* (Nat. Hist. V 4).

Quamquam singula quae Polemo affert, apud Herodotum inveniuntur. Hic primus narrat *Callimachi polemarchi suffragium in pugna Marathonia committenda summi fuisse momenti* (VI 109), quocum conferas Polemonis verba (II 49 p. 32, 23 sq.) ἡ τούτου (sc. Callimachi) ψῆφος προσγενομένη τὴν ὅλην συμβολὴν ἐποίησε; hic scribit (VI 109): ἦν γὰρ ἑνδέκατος ψηφιδοφόρος ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν, noster dicit (I 14 p. 6, 22 sq.): ὁ μὲν οὖν πολέμαρχος κλήρῳ καὶ τύχῃ γίνεται. Item iam apud Herodotum Callimachi mors memoratur (VI 114: καὶ τοῦτο μὲν ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ πολέμαρχος διαφθείρεται), de mira autem eius morte nullum exstat verbum. Cynegiri quoque praeclare factum affertur, sed Herodotus et dextram manum solam amputatam esse neque regiam fuisse navem tradit (VI 114: τοῦτο δὲ Κυνέγειρος ὁ Εὐφορίωνος ἐνθαῦτα ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νεός, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκεϊ πίπτει). Naxum et Eretriam insulas expugnatas esse a Persis ex Herodoto (VI 96, 98) discere potuit Polemo. Quod Herodotus VI, 31[1]) de σαγηνείᾳ insularum dicit, hic simul in Eretriam urbem transtulit (I 38 p. 14, 3 Νάξον ἀπαιτῶ τὴν ἡρπασμένην; I 43 p. 15, 10 ὅσον Νάξον ἔφερεν, ὅσον Ἐρέτριαν; I 30 p. 11, 22 sq.: οὐ μόνους Ναξίους, οὐ μόνους Ἐρετριεῖς ἐσαγηνεύσαμεν) secutus Platonem Menex. p. 240 B, cuius dictum p. 236 E: ἔργων γὰρ εὖ πραχθέντων λόγῳ καλῶς ῥηθέντι μνήμη καὶ κόσμος τοῖς πράξασι γίνεται παρὰ τῶν ἀκουσάντων plane concinit cum Polemonis verbis (II 1 p. 17, 11 sq.) ἔργων γὰρ εὖ πραχθέντων λόγοι ῥηθέντες καλῶς εἰσι τιμή. Motum insulae Deli uterque commemorat (Her. VI 98. Pol. II 54 p. 34, 24 sq.: καὶ γῆ μὲν ἐσείσθη πολλάκις καὶ νήσους ὅλας εἶδον ἄνθρωποι φερομένας), uterque Panis prae-

[1]) ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς . . . αἱρέει τὰς νήσους . . . Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον . . . ἑκάστην αἱρέοντες ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους. σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον κ. τ. λ.

sentiam, sed apud illum ante pugnam Phidippidi occurrit, apud hunc in pugna adest (Her. VI 105. Pol. I 35 p. 13, 6 sq. II 41 p. 30, 2 sq.). Denique qui Herodoto Epizelus, Polemoni est Polyzelus.[1]) Dii deaeque quos praeter Pana Graecis in pugna auxilio venisse Polemo dicit: Minerva (I 35 p. 13, 10 ὦ τρόφιμε τῆς παρούσης Ἀθηνᾶς, I 41 p. 30, 4 μηδ' ἔχου τριήρους σὺ παρ' Ἀθηνᾶς ἀφεφαλωμένης* [lectio prava nondum sanata est]), Ceres et Proserpina (I 35 p. 13, 8 sq. οὐκ εἰκῇ Δημήτηρ καὶ Κόρη τῇ μάχῃ παρεγένοντο, II 41 p. 30, 4 sq. ἀφίησιν αὐτὴν Δημήτηρ καὶ Κόρη), Hercules et Theseus (II 41 p. 30, 5 sq. πάρεστι Θησεύς, πάρεστιν Ἡρακλῆς, II 62 p. 37, 13 sq.), Iuno (II 62 p. 37, 12 σοὶ δὲ Ἥρα συνεκρότησε) apud Herodotum non exstant, sed ex alio fonte sumpti sunt.

Nam Aeschylus in Persis (v. 450 sq.) Pana ut socium Atheniensium celebrat; Polygnotus vel Mico vel Panaenus in Poecila illa Marathonem, Theseum, Minervam, Herculem in pugna Marathonia Atheniensibus assistentes pinxit (Paus. I 15, 3), Phidias in signo Delphico praeter Minervam et Apollinem etiam heroes complures ut Erechtheum, Cecropem, Codrum, Theseum, alios finxit (Paus. X 10, 1).

Quae inventa et fabulae rhetoribus et poetis adamata et aucta mox in historicorum quoque libros fluxerunt, veluti auctoris Graeci (Timagenis?) a Trogo Pompeio exscripti, cuius historiarum Philippicarum epitoma ab Iustino confecta nobis servata est. Sed ne hic quidem fuit fons, ex quo Polemo hauserit. Quamquam enim apud Iustinum quoque Miltiades dux belli est et auctor non exspectandi auxilii, tamen non Persae Athenienses, sed Athenienses Persas *citato cursu* aggrediuntur. Callimachi praeterea, ut apud Nepotem, nulla fit mentio, Cynegirus autem non solum *post proelii innumeras caedes, cum fugientes hostes ad naves egerit, onustam navem dextra manu tenet nec prius dimittit, quam manum amittat,* sed etiam *postquam dextera amputata navem sinistra comprehendit et hanc quoque amisit, ad postremum morsu navem detinet.* Plutarchi autem tempore (cum scholae Callimachum et Cynegirum tractantes declamationes adamare coepissent) in pugna Marathonia enarranda certa quaedam momenta, quae item apud Polemonem inveniuntur, iam pervulgata fuisse videntur. Miltiades

[1]) Her. VI 117. Pol. I 44 p. 15, 17 sq.

primum obtinet locum (Plut. Aristid. 5 p. 321: μέγιστον μὲν εἶχεν ἀξίωμα Μιλτιάδης), Callimachus vero et Cynegirus iam tantam adepti sunt auctoritatem, ut 'Αριστείδῃ τῶν δευτερείων ἀμφισβητοῦσι (Aristid. et Cat. mai. compar. 2 p. 353d), ut cum Polyzelo illo στρατηγοὶ fiant (Parall. 1: 'Αθηναῖοι δὲ ...... στρατηγοὺς ποιήσαντες Κυνέγειρον, Πολύζηλον, Καλλίμαχον, Μιλτιάδην).[1]) Huic iam tempori notum erat copiam telorum Callimachum ita obruisse, ut cadere non posset (ibid.: Συμβληθείσης δὲ τῆς παρατάξεως Πολύζηλος μὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον φαντασίαν θεασάμενος, τὴν ὅρασιν ἀπέβαλε καὶ τυφλὸς ἐγένετο· Καλλίμαχος δὲ πολλοῖς περιπεπαρμένος δόρασι καὶ νεκρὸς ἐστάθη· Κυνέγειρος δὲ Περσικὴν ἀναγομένην ναῦν κατασχὼν ἐχειροκοπήθη). Itaque ne Polemonem quidem ipsum materiam illarum declamationum undique collegisse et Ephorum aliosque magni nominis scriptores volvisse, sed praeter Herodotum et Platonis Menexenum lexico vel compendio in usum declamatorum rhetoricaeque studiosorum composito usum esse coniecerim.

Argumentum ipsum rhetoribus haud ingratum fuisse demonstrat

1. primum exemplum Himerii, cuius oratio Polemarchica sine dubio Polemonis declamationes respicit, ut loci probant

Himerii:	Polemonis:
II 1: Οὐ τοῖς ψέγουσι τὸν νόμον τῶν ἐπὶ τοῦ μνήματος εἰωθότων λέγειν, ἀλλὰ τοῖς ἐπαινοῦσι συνθήσομαι.	II 1 Τὸν μὲν τῆς πόλεως ἐπαινῶ νόμον κοσμοῦντα τὸν τῶν ἀγαθῶν τάφον καὶ λόγῳ
1, 15 sq. τὸν . . φόβον . . τιμῇ παραμυθούμενος,	II 21 p. 23, 11 sq. τὸ τῆς μοίρας ἐνδεὲς τῷ πλείονι τῆς τιμῆς παραμυθουμένους,
19, 18 sq. τὴν μὲν Ναξίων πόλιν ... τὸ δὲ γένος εἰς τὰς τριήρεις ἐνθέμενος,	II 54 p. 34, 22 Νάξος αὔτανδρος ἐν ταῖς ναυσὶν ἐτέθη,
19, 21 sq. τὸν δὲ 'Ερετριέων δῆμον ὅπλων μὲν οὐκ ἠξίωσαν . . . σαγηνείας εἰκόνα τὴν 'Ερετριέων ἔδειξαν πόρθησιν.	I 30 p. 11, 22 sq. οὐ μόνους 'Ερετριεῖς ... ἐσαγηνεύσαμεν.

[1]) Cynegirus etiam cum Xerxe comparatur (Pseudo-Plut. de nobilitate X 2: μὴ σύ γε νομίζῃς, ὅτι Ξέρξης εὐγενέστερος ἦν Κυνεγείρου...

Himerii:	Polemonis:
II 20, 29 sq. οὔπω δὲ τοῖς ἀποβᾶσι συνέμισγον	II 7 p. 18, 21 συμμίξαντες δὲ τοῖς βαρβάροις
II 20, 35 sq. ἐμάχοντο δὲ οὐχ οἱ ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν προαφῄρητο τὸν βίον ἡ μάχη, καὶ διπλοῦς περιειστήκει τοὺς ἄνδρας πόλεμος, ὁ μὲν πρὸς Πέρσας, ὁ δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν ὑπὲρ ἀνδραγαθίας τὴν φύσιν	II 60 p. 37, 5 Ἀθηναίων γὰρ οἱ νεκροὶ μάχονται παρ' αὐτοῖς II 11 p. 19, 23 sq. ἐν τῷ σώματι διεκαρτέρησεν ἡ ψυχὴ ἐρίζουσα πρὸς τὴν φύσιν
20, 39 ἵνα μὴ Πέρσαις ὀφθῶσι πίπτοντες	II 15 p. 21, 10 ὡς ἂν ἐπὶ μηδενὸς ἀλλοτρίου πέσῃς.
21, 41 sq Ὁ μὲν γὰρ τὴν Ἀσίαν ὅλην ἐπιφερομένην δεξάμενος	II 8 p. 19, 2 sq. καὶ πᾶσαν ἐκ τῶν νεῶν ἐκχεομένην (sc. Ἀσίαν) ἐδέχετο
21, 44 μόνῳ τῷ σχήματι	II 47 p. 32, 12 sq. ἕστηκε μαρτυρούμενος τὴν νίκην τῷ σχήματι cf. II 33 p. 27, 20
21, 46 sq. Φοινίσσης νεὼς λαμβάνεται	I 9 p. 5, 24 sq. μιᾶς δὲ Φοινίσσης . . χεῖρα . . ἐπιβαλὼν εἴχετο
II 21, 47 sq. κρείττονα δεξιὰν ἔχειν τριήρους ὅλης οἰόμενος	I 43 p. 15, 14 δεξιὰς ὅλαις ναυσὶ παρισουμένας

2. tum epigramma **Pauli Silentiarii** (Anthol. Planud. IV 118)

Μηδοφόνους μὲν χεῖρας ὑπὲρ γαμφοῖο κορύμβου
ναὸς ἀπορνυμένης ἐξέταμον κοπίδες,
ἁνίκα που, Κυνέγειρε, φυγάς ποτε φόρτις ἐκείνα
ὥσπερ ἀπ' εὐναίας εἴχετο σᾶς παλάμας.
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἀπρὶξ δόρυ νήϊον ἀμφιδακοῦσαι,
ἄπνοον ὡμάρτευν τάρβος Ἀχαιμενίοις·
καὶ τὰς μέν τις ἀνὴρ ἕλε βάρβαρος· ἃ δέ γε χειρῶν
νίκα Μοψοπίοις μίμνε παρ' ἐνναέταις,

quod haud necesse est ipsum ad Polemonis declamationes redeat, quamquam etiam Polemo p. 6, 2 dicit ἡ ναῦς κατείχετο ἐρηρεισμένη τῇ Κυνεγείρου δεξιᾷ καθάπερ πείσματι, et κοπίδα Περσικὴν praebet (II 47 p. 32, 10), et manum amputatam hostes insequentem facit

(I 11 p. 6, 8 sq. ἡ δεξιὰ δὲ ἔτι τῆς πρύμνης εἴχετο καὶ φεύγουσιν ἐπὶ πλεῖστον τοῖς βαρβάροις (cf. etiam Anth. Pal. XI 335).

3. denique **Theoduli (Thomae) Magistri**, cuius me Richardus Foerster monuit, duae declamationes in Callimachum et Cynegirum compositae (ed. Boisson. Anecd. II p. 229 sq.), quae nostras in sententiis et vocibus sequuntur, ut ex his locis apparet:

Thomae Magistri:[1])	Polemonis:
p. 231 ὑπὸ τῶν βελῶν ἐρηρεισμένος	I 10 p. 6, 2 ἡ ναῦς . . ἐρηρεισμένη τῇ Κυνεγείρου δεξιᾷ
ibid. Κυναίγειρος . . οὐκ ἀρχῆς νόμῳ δουλεύων	I 18 p. 8, 9 sq. ἀλλὰ καὶ Καλλίμαχον μὲν νόμος; cf. I 5 p. 5, 3
p. 232 ταύτην ἀποκοπεὶς ἀντεπεξῆγε τὴν ἄλλην	I 10 p. 6, 3 sq. ταύτης δὲ ἀποκοπείσης τὴν ἑτέραν ἐπέρριψε
p. 240 τῷ μήπω τῆς προσηκούσης εἰς πόλεμον ἡλικίας ἐφῖχθαι . . ἀλλὰ μειράκιον ἔτ' εἶναι	I 20 p. 8, 17 Κυνέγειρος δέ, ἅτε μειράκιον ἐξιών II 37 p. 29, 3 sq. ὁ δὲ σὸς . . υἱὸς μειράκιον τολμηρὸν ἦν I 5 p. 5, 7 σχεδὸν καὶ πρὸ τῆς ἡλικίας
p. 243 ὅτιπερ ἐξ ἐμοῦ καὶ τῆς ἐμῆς οἰκίας τῇ τε πόλει καὶ τοῖς Ἕλλησι κατέστη σωτήρ	I 1 p. 3, 11 sq. τὸ πάντων ἀξιολογώτατον... ἐκ τῆς ἐμῆς φύσεως τῇ πόλει συμβαλόμενος
p. 244 μείζων Ἡρακλέους . . ὅσον ὁ μὲν . . κάπροις ἐμάχετο καὶ ἐλάφοις . . . εἰς τοὺς ἄθλους, ὁ δὲ περιγέγονε τῆς Ἀσίας	I 35 p. 13, 10 sq. ὦ σύντιμε τοῖς Ἡρακλέους ἄθλοις . . οἱ μὲν γὰρ ταύρους εἷλκον καὶ λέοντας, σὺ δὲ τὸν τῆς Ἀσίας εἷλκες στόλον.
p. 244 καὶ τῇ Καλλινίκου προσηγορίᾳ	II 50 p. 33, 16 ὦ καὶ καλλίμαχε καὶ καλλίνικε
p. 245 Ὦ τρόφιμε μὲν Ἀθηνᾶς	I 35 p. 13, 10 ὦ τρόφιμε τῆς παρούσης Ἀθηνᾶς
p. 264 μετ' Ἀθηνᾶς τε καὶ τῶν ταύτης τροφίμων	
p. 246 ὦ μόνος καὶ πρῶτος ἀνθρώπων ἐν μὲν τῇ γῇ ναυμαχήσας	I 8 p. 5, 22 sq. καὶ πρῶτος ἀνθρώπων ἐναυμάχησεν ἐκ γῆς

[1]) p. 231 ἐνταῦθα Καλλίμαχος μὲν ἄρχειν λαχὼν non e Polemone I 14 p. 6, 22 ὁ μὲν οὖν πολέμαρχος κλήρῳ καὶ τύχῃ γίνεται, sed ex Herodoto VI 109 ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν fluxit. Cf. p. 49.

Thomae Magistri:	Polemonis:
p. 246 ὢ σαυτὸν μὲν ἐπ' ἄμφω διελὼν τὰ στοιχεῖα	I 11 p. 6, 13 sq. καὶ νεκρὸς εἰς ἄμφω τὰ στοιχεῖα πληρώσας ἑαυτοῦ τοῖς μέλεσιν ἔκειτο
p. 250 ὥσπερ τις ἐκ τοῦ πελάγους κατακλυσμὸς	II 25 p. 24, 22 sq. καὶ θαλάττης ἐπιχωριαζούσης δίκην ἐκ τῆς ᾐόνος (sic scribendum)
p. 255 Ὅτι δὲ Φοινίσσῃ νηΐ	I 9 p. 5, 24 sq. μιᾶς δὲ Φοινίσσης.. εἴχετο
p. 259 μελετῶν προδοσίαν, αὐτοὺς κατέχειν πειρᾶσθαι	II 40 p. 29, 21 κατεῖχεν ἐν τῇ χώρᾳ τοὺς πολεμίους
p. 260 ἐπὶ τῆς ᾐόνος πεσὼν ἠκρωτηριασμένος	II 44 p. 31, 18 sq. τὸν ἠκρωτηριασμένον τῷ μέχρι νῦν ὁλοκλήρῳ
p. 260 ὥσπερ φιλονεικῶν πρὸς τὴν φύσιν	I 11 p. 6, 7 ὡς ὀλίγῃ κατεμέμφετο τῇ φύσει
p. 267 ὥσπερ τις παίζων ἢ μαινόμενος	II 35 p. 28, 5 ἢ μὴν ἦν τινος μανικοῦ (sic scribo) τὸ ἄπορον

In pugna quidem describenda nihil novi attulit.[1])

Re vera certa momenta quaedam pugnae Marathoniae inde a Plutarchi et Polemonis temporibus pervulgata fuisse docet etiam Suidas, qui in universum eadem praebet atque illi. Veluti s. v. Κυναίγειρος scribit: Ἀθηναῖος, Εὐφορίωνος, Αἰσχύλου δὲ ἀδελφός, τῆς στρατηγίδος ἐπελάβετο νηὸς τῶν Περσῶν ἤδη φευγούσης καὶ τὴν δεξιὰν ἀποκοπεὶς ἐπέβαλε τὴν ἀριστεράν, ἧς καὶ αὐτῆς ἀποκοπείσης ἐτελεύτα πεσών, quibuscum conferas Polemonis verba (I 9 p. 5, 24 sq.): μιᾶς δὲ Φοινίσσης κατὰ τῆς τρόπιδος χεῖρα μεγάλην ἐπιβαλὼν εἴχετο, μὴ φεύγειν ἐπιτρέπων τῷ βασιλέως ναυτικῷ . . . ταύτης δὲ ἀποκοπείσης τὴν ἑτέραν ἐπέρριψε . . . κοπείσης δὲ καὶ ταύτης ὁ λοιπὸς Κυνέγειρος τρόπαιον ἦν. Eodem modo se res habet in iis quae Suidas s. v. Ἱππίας II exhibet: καὶ ἐλθόντες ἐσαγήνευσαν μὲν Ἐρέτριαν . . . Μιλτιάδου δὲ παραινοῦντος ἐξιέναι καὶ Καλλιμάχου ἐξῆλθον . . . ἐν τούτοις Καλλίμαχος ἐπὶ δοράτων εἱστήκει νεκρός. Πολύζηλος δὲ πηρωθείς, ὡς φάσμα θεασάμενος κ.τ.λ.

[1]) Patrem Callimachi polemarchi appellatum fuisse Polemarchum iam Aristides sophista dicit (or. 58 II p. 618 Dind: Καλλιμάχῳ τῷ Πολεμάρχου).

Iam agamus

b) de partibus declamationum.

Utraque declamatio divisa est in quattuor partes: prooemium, narrationem, comprobationem, epilogum.

Exordium prioris declamationis quattuor primae paragraphi efficiunt. Discimus ea quae opus sunt ad intellegendam controversiàm: agi de epitaphio iis habendo qui in pugna Marathonia occisi sunt. Cynegirum et Callimachum fortissimos mortuorum fuisse. Utriusque patrem postulare munus laudationis dicendae. Dicit causam Cynegiri pater.

Appellat adversarium sine ira et invidia.[1]) Se esse patrem Cynegiri iudices monet, cognationis officio ductum, propter cognationem dignissimum; neque laudem suam nec filii solius sibi cordi esse, sed communem gloriam mortuorum.[2]) Quanto autem maiore laude sit dignus Cynegirus quam Callimachus, iudicibus persuasum iri cognitis rebus ab utroque gestis.

Narratio, quae continetur §§ 5—11, auditorem docet, quid in controversia sit.[3]) Partes duae agnoscendae sunt in ea:

1. προδιήγησις quae dicitur: quomodo Cynegirus et Callimachus in pugnam venerint. Illum sua sponte gloriae studio perductum, hunc munus et officium secutum esse.

2. διήγησις quae dicitur: quid in pugna uterque fecerit et passus sit, narratur. Narrationem debere lucidam, brevem, verisimilem esse, ut iudex intellegat, meminerit, credat, rhetores plerique censebant[4]): quae praecepta ut observaret, eum operam dedisse facile cognoscitur. Omnia quae in argumentatione postea accurate confirmat, hic brevi congesta sunt.

---

[1]) Id quod Syrianus rhetor praecipit Rhet. Gr. IV p. 721, 14 sq W.. διαφέρει δὲ ἡ κατὰ ἀμφισβήτησιν (cf. p. 710) πραγματικὴ τοῦ κατὰ ἀμφισβήτησιν ὅρου, ὅτι ἐν μὲν τῷ ὅρῳ ἐκ λείποντος καὶ πεπραγμένου συνέστηκεν ἡ ἀμφισβήτησις, καὶ ἑαυτὸν μὲν ἄξιον εἶναι λέγει τοῦ αἰτουμένου, τὸν δὲ ἀντιλέγοντα οὐδαμῶς . . . διόπερ ἐν ταῖς πραγματικαῖς ἡνίκα ποιούμεθα τὰς συγκρίσεις, οὐ χρὴ τὸν ἀμφισβητοῦντα ψέγειν, ἀλλὰ κἀκεῖνον μὲν ἐπαινεῖν, ἑαυτὸν δὲ μᾶλλον προκρίνειν.

[2]) Quae ratio in prooemiis iudices conciliandi hic observata item rhetorum lex erat. Cf. Apsin. rhet. c. 2 (Rhet. Gr. IX 475, 8 sq. W.), Volkm. Rhet.[2] p. 129.

[3]) Quint. Inst. orat. IV 2, 31.

[4]) Quamquam Theodorei dicebant nec breviter utique nec dilucide semper utile esse exponere.

Narrationi est subiuncta propositio (§ 12): ταῦτα ἐμὸν ποιεῖ τὸ νῖκος, διὰ ταῦτα ἐμοὶ τὸν λόγον προσήκειν μᾶλλον δίκαιον, probante Quintiliano, qui (inst. or. IV 4, 1) dicit: *Sunt qui narrationi propositionem subiungant, tanquam partem iudicialis materiae, cui opinioni respondimus.* Sequitur confirmatio et argumentatio (§§ 13—33), de qua postea una cum argumentatione alterius declamationis agam, quoniam haec in plurimis illi respondet arsque adhibita inter se compositis et comparatis argumentis melius cognosci poterit.

Peroratio continetur §§ 34—49.

Operam totam consumpsit orator in affectibus cum amplificatione coniunctis. Hinc multae illae exclamationes, hinc illae anaphorae τοῦτο ἦν τὸ δόρυ . . . τοῦτο δᾷδες . . . (p. 13, 13 sq.), νῦν πρῶτον εἶδον . . . νῦν πρῶτον ἀνδρὸς μάχην καὶ νεώς, νῦν πρῶτον ἀντίπρωρον δεξιάν, νῦν ἅμα . . . (p. 13, 15 sq.), ὅσον Νάξον ἔφερεν, ὅσον Ἐρέτριαν (p. 15, 10 sq.). Cynegiri manus appellat σωτῆρας Graeciae, propugnatrices Athenarum, Marathonis gloriam. Cynegiri dextrae cernendae causa Pana ex Arcadia accurrisse, Cererem et Proserpinam pugnae adfuisse. Illam fuisse Minervae lanceam; illam non abscisam, sed abductam esse. Cynegirum primum navem manibus ut ancoris deligatam ostendisse. Illum fuisse dignum Briarei centum manibus, ut totam Asiam devinceret. Illius manus certaminibus celebrare Plataeenses. Illas Polyzelum esse secutum, quamquam caecus esset. Illam Atheniensibus etiam mare occupavisse. Illius pugnam exemplo fore, ut manus ferreae in proeliis navalibus adhibeantur. Ad extremum appellat patrem Callimachi et iudices; non illi, sed sibi esse mandandum epitaphium, (quam conclusionis ultimam partem technici proprio nomine non appellabant).

Alterius declamationis

exordium efficiunt pariter atque in priore quattuor primae paragraphi.

Laudat Callimachi pater legem qua in pugna occisi oratione funebri honorarentur, id quod etiam Thucydides (II 35) et Plato (Menex. c. 5 p. 236 E) fecerant. Sibi ad solatium domesticae iacturae satis esse, quod filius fortitudine ceteros superaverit. Callimachi autem filii nomen periclitari; eius enim cui munus orationis habendae delegatum foret, filium fortiorem iudicatum

iri. Itaque ipsi orationem esse habendam, patri illius qui post mortem non concidens etiam inanimus pugnavisset et fortissimum se praestitisset. Item adversarius appellatur sine ira et invidia *fortis et fortis patris filius.*

Narratio continetur §§ 5—15.

Breviter, ut iam supra vidimus, pugna Marathonia enarrata est, nisi quod insequentis argumentationis causa Callimachi mors pluribus verbis describitur et exaggeratur, id quod similem in modum in illo Cynegiri egregie facto in priore oratione factum esse cognovimus.

Exhibet narratio etiam excursionem (§ 12)[1]: ὢ Καλλιμάχου φοβεροῦ καὶ νεκροῦ· ὢ στρατιώτου τῆς εἱμαρμένης πολυχρονιωτέρου etc., qualis etiam apud Ciceronem (pro Cluentio 6, 15) exstat: *O mulieris scelus incredibile et praeter hanc unam in omni vita inauditum! O libidinem effrenatam et indomitam!* etc.

Venio ad argumentationem, quae in utraque oratione, quantum fieri poterat, eodem est disposita ordine.

Ut sibi epitaphius mandetur, quod ipse pater sit Callimachi et Callimachus polemarchus fuerit, Callimachi pater postulat; pater Cynegiri contradicit atque sic argumentatur: cum ille Callimachi pater sit, munus filii honorificum nominisque honorem illi esse solacio (I 13). Polemarchi munus ab hac contentione, quae rebus gestis niti debeat, procul removendum esse; polemarchum sorte creari neque virtutem in sortis et casus temeritate ullam vim habere (I 14 et 15). Si quemquam ducum, cum Cynegiro certare posse Miltiadem, penes quem summa imperii fuisset; quod aliis permisisset, illum quoque docuisse, non muneri, sed virtuti epitaphium deberi (I 16). Neque ceteros duces neque eorum patres orationem funebrem sibi vindicare (I 17).

Aliter Callimachi pater eadem causa utitur. Praeferendum esse Callimachum demonstrare studet: dignitatem enim muneris esse respiciendam, quae non appellationibus neque vestis splen-

[1]) Quintil. inst. or. IV 2, 103: *illa quoque de narratione praecipi solent, ne qua ex ea fiat excursio, ne avertatur a iudice sermo, ne alienae personae vocem demus, ne argumentemur; adiciunt quidam etiam, ne utamur affectibus; quorum pleraque sunt frequentissime custodienda, immo nunquam, nisi ratio coegerit, mutanda. Ut sit expositio perspicua et brevis, nihil quidem tam raro poterit habere rationem quam excursio; nec unquam debebit esse, nisi brevis et talis, ut vi quadam videamur affectus velut recto itinere depulsi, qualis est Ciceronis* (loco supra laudato).

dore solum gloriari debeat, immo vero nefas esse magistratus gloria per res gestas parta privari (II 17). Aequum esse, qui vivus exercitum in hostes duxerit, eiusdem mortui in sepulcro prae omnibus haberi rationem (II 16). Qui vivus sine dubio in hoc certamine Cynegirum victurus fuisset, illum mortuum vinci non debere (II 18, 19). Cum Miltiades ab hac petitione se removerit, polemarchum primas agere (II 20, 21).

Propter res a filio gestas a Cynegiro Callimachum superari censet Euphorio, Cynegiri pater, quod polemarchus officio coactus in pugnam ierit et in ea omnium oculis et iudiciis propositus facere non potuerit quin fortem se gereret, Cynegirus autem propter insitam virtutem sua sponte ceteros rebus praeclare gestis vincere studuerit (I 18). Cynegirum a Callimacho superari huius pater censet, quod illius imperium, huius obsequium fuerit, ut quas res hic ab illo iussus gesserit, earum maxima pars laudis illi auctori tribuenda sit (II 23). Ut polemarchus Cynegiro maior natu est, ita hic a patre fortior appellatur; ut adulescentulus inferior usu bellico et viribus corporis spe vitae diuturnae dimissa laudem bellicam praetulit (I 20), ita polemarchi pater dicit Callimachum provectiorem aetate non iuvenili audacia inflammatum, sed vera virtute commotum summa se admiratione dignum praestitisse (II 24). Cum polemarchus ineunte vel media in pugna ceciderit, Cynegirus per totum bellum pugnaverit (I 21, 22), huic a patre palma petitur, quod pluribus laboribus perfunctus sit, quam Callimachus, qui multis praematura morte liberatus sit; pater autem polemarchi eadem de causa Callimacho dandam esse palmam censet, quod primo acerrimo impetu Persarum se opposuerit atque in summo pugnae tumultu decertaverit (II 25), Cynegirus autem hostes aversos et perturbatos persecutus, quae res non sit magnae audaciae aut virtutis, proram unius navis tenuerit (II 26, 27). Callimachum dicit pater Cynegiri propter ea quae passus esset, insignem evasisse; copiam enim telorum illum ita obruisse, ut cadere non posset, ipsius autem filium, qui cum tota navi solus proelium inierit, non solum passum esse, sed etiam strenue egisse (I 23). Callimachi pater negat illum omnino sic acturum aut quicquam perfecturum fuisse, nisi ipsius filius illius factum quasi praeparavisset et illi exemplum ad imitandum proposuisset, ut Cynegiri res gestae Callimacho debeantur eiusque gloriam augeant (II 28, 29, 30, 32).

Paululum extra ordinem posita sibi respondent II 31: Cynegirum ex terra firma contra navem fluctuantem dimicasse, Callimachum autem contra barbaros recentes paribus condicionibus et I 23 fin.: Cynegirum in terra et mari pugnavisse, Callimachum in terra sola neque illum solum arcuisse, sed propulisse hostes.

Euphorio Callimachi statum casum fortuitum et σχῆμα merum appellat, filii egregie factum consilio adscribit (I 24—28), polemarchi pater ea quae Cynegirus gessit, aut vanae ostentationi tribuenda aut inconsultum et prorsus ineptum conatum esse censet, cum pateat navem manu nullo modo cohiberi posse (II 33—37). Ita factum esse, ut Callimachus quaecunque appetivisset, adipisceretur: multos eum exarmavisse, omnes terruisse, stationem tenuisse etiam mortuum, hostes ad unum omnes perire potuisse, si Graeci illius similes fuissent, Cynegirum non solum manum frustra per stultitiam perdidisse, sed etiam fugientes barbaros retinuisse, ut proelium cum maximo rei publicae detrimento redintegrari posset (II 38—45).

Euphorio contra contendit futurum fuisse, ut omnes hostes in litore occiderentur omnesque naves caperentur, si Graeci Cynegirum imitati essent; sin autem Callimachi exemplum secuti essent, barbaros exercitum telis obruturos et Athenas capturos fuisse (I 29); Callimachum tot telis obrutum non cadentem hostibus gaudio, suis terrori fuisse (I 30), Cynegiri manum a Medis, Persis, Phoenicibus timeri ipsumque suorum animos confirmasse (I 31). Callimachum porro fuisse unum unamque toto corpore pugnam pugnavisse, multiplicem Cynegirum membratim vicisse; alibi laevam, alibi dextram iacuisse. A se igitur laudari pugnantem cum in acie tum contra naves, ubique versantem, *in membrorum minimis maximum,* pro multis unum (I 32, 33). Polemarchus denique dicit in pugnae campo Cynegiri similes multos inveniri: truncos utraque manu, pedibus mutilos; aliis capita abscisa esse — neminem exstare, qui mortuus stationem teneat, pugnam pugnet, quem neque *Medus acinaces* neque gladius Persicus neque hasta Babylonia neque securis Phoenicia potuerit caedere — nisi Callimachum. Illius suffragio constitutum esse pugnam committere; illum non solum fortem fuisse, quamdiu viveret, sed etiam post mortem, atque vitae virtutisque limites omnibus mortalibus circumscriptos transgressum esse (II 46—50).

Sequitur epilogus inde a § 51, item propter affectus insignis. Exclamationes crebro adhibitae sunt, iteratio[1]) exstat ἐμοί, ἐμοὶ τὸ . . (p. 35, 20), anaphora: σοὶ μὲν ὁ Πὰν ἐβοήθησεν, σοὶ δὲ Ἥρα συνεκρότησε . . (p. 37, 11 sq.), ἀλλὰ πᾶς μὲν ἔβαλλε καὶ πᾶς ἐφονεύετο (p. 36, 10), asyndeton: τὸν σεαυτοῦ νεκρόν, τὸν χαμαί, τὸν ἐν ὄχλῳ νεκρῶν . . (p. 37, 17 sq.), προσωποποιία: p. 35, 11; 36, 19. Callimachum exclamat esse dignum non Aeschyli eiusque generis poetarum carminibus, sed Homero; illius morte exercitum Persarum spoliatum esse, illum esse *augustum anathema belli*, pulcherrimum Martis simulacrum, duas ab eo pugnas esse commissas contra Dareum et contra mortem. Eretriam insulam raptam vehi, Naxum in naves impositam, terram concussam esse, Callimachum autem loco suo non motum esse. Illi Pana subvenisse, illum Iunonem adiuvisse, Minervam armatam protexisse. Iuxta illum Herculem et Theseum constitisse. Finem facit appellando Euphorionem similem in modum atque hic Callimachi patrem in altera declamatione.

Quo declamationum ordine cognito et considerato non videtur dubium esse quin Polemo Apollodoreus sit habendus: nullam in utraque declamatione omisit partem, nullam transposuit, nec non in aliis rebus eum rhetorum scholasticorum praecepta accurate observasse pluries vidimus.

c) De dictione.

Venimus ad dictionem[2]) rationemque dicendi Polemonis. Ac primum quidem nobis examinandus est

α) declamationum ἑλληνισμός.

Cum primis post Christum natum saeculis eloquentia Graeca a sophistis culta imprimis in Asia denuo effloresceret, fieri non potuit quin reviviscerent etiam studia veterum illorum scriptorum Atticorum; nam attice sophistis declamandum erat, si artificiose declamare volebant, cum sermo vulgaris Graecorum illis iam temporibus ita esset mixtus et depravatus, ut in hoc fundamento

---

[1]) Apsines p. 406: πάθος ποιοῦσιν οἱ διπλασιασμοί; Rhet. ad. Herenn. IV 28: *Vehementer auditorem commovet eiusdem redintegratio verbi et vulnus maius efficit in contrario causae, quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem partem corporis.*

[2]) De coniecturis a me factis atque in sequentibus iam receptis conferas partem commentationis ultimam.

eloquentia exstrui non posset; attice declamare debebant, si populo, qui gloriae maiorum non oblitus erat, placere volebant. Sed alii aliter attice declamabant. Fuerunt qui summa diligentia illos veteres auctores imitarentur, sed erat res maximi operis atque laboris, ut pauci tantum eo pervenire possent, ut ipsi attici fierent. Alii satis habebant nonnullas voces mere atticas memoria tenere, quibus declamationes ornarent, ut splendidae viderentur. Quid Polemo? Phrynichus quidem narrat[1]) grammaticum Secundum historias illius emendasse et affert vitiosas formas, quas adhibuisset: κεφαλαιωδέστατον (p. 271), nominativi formam αἱ ναῦς pro νῆες[2]), dictionem κατ' ὄναρ pro simplici ὄναρ[3]).

Tamen haec vitia non docent eum minus vacasse scriptis Atticis, quoniam eadem exstant apud alios eiusdem temporis scriptores nobilissimos: κεφαλαιωδέστατα praebet Lucianus in Pseudologista 10; ναῦς pro νῆες dixit etiam Plutarchus (Dion. 25 τοὺς δὲ στρατιώτας τοὺς Δίωνος ἐξεδέξαντο στρογγύλαι δύο ναῦς).

Inde quod Secundus grammaticus eius historias ἐπηνώρθωσε, discimus Polemonem non solum atticam elocutionem appetivisse, sed etiam operam dedisse, ut hac gloria dignus fieret.

Idem docent duae servatae declamationes, quarum plurima verba dictionesque sumpta sunt ex veteribus clarissimisque scriptis et ex Herodoto, cuius elocutio illis temporibus eloquentiae magistris valde probabatur[4]) et ex prosa Attica (nam poësin Atticam haud ita multa redolent et sophistam dictionem poëticam non adamasse apparet). Neque nisi pauca non sunt attica, sed ipsius tempori tribuenda. Quod ut demonstretur, omnia hic enumerare, quae a sophista adhibita etiam apud veteres Atticos inveniantur, longum est, praesertim cum exempla a Guil. Schmid in libro qui inscribitur: der Atticismus, I p. 51 sq. allata prorsus sufficiant. Accuratius autem

---

1) Cf. supra p. 40.

2) p. 170: αἱ νῆες ἐρεῖς, οὐχ αἱ ναῦς, σόλοικον γάρ, ἥμαρτε γὰρ Φαβωρῖνος, Πολέμων καὶ Σύλλας αἱ ναῦς εἰπόντες.

3) p. 421 s. v. κατ' ὄναρ· Πολέμων ὁ ἰωνικὸς σοφιστὴς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος εἰκόνα χαλκῆν ἐν Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Περγάμῳ τῇ Μυσίᾳ (corr. τῆς Μυσίας) ἀναθεὶς ἐπέγραψεν ἐπίγραμμα τοιόνδε· Δημοσθένη Παιανιέα Πολέμων κατ' ὄναρ, ἀδοκιμωτάτῳ τῷ κατ' ὄναρ χρησάμενος . . ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται.

4) Dion. Hal. ep. ad Pomp. 3. Dio Chrys. or. 53 p. 278 R. Hermog. de ideis II 12 p. 421 Sp.

afferam ea quae ipsis Polemonis temporibus adscribenda sunt atque addam aequalium vel anteriorum qui κοινῇ usi sunt scriptorum locos quibus eadem atque apud Polemonem exstant vocabula nova, eaedem formae recentes, eaedem voces veteres iisdem novis significationibus adhibitae, eaedem novae verborum constructiones. Sunt autem

1. vocabula nova:

Ἀκροστόλιον 21, 2. 28, 18. 38, 2: Strab. 3, 4, 3. Diod. Sic. 18, 75. Plut. par. 910 B. Athen. 5, 203.

Ἀνείκαστον μόνον Καλλίμαχον 33, 12: (Suid. s. v.: ὁ εἰκασμῷ μὴ ὑποβαλλόμενος). Dion. Hal. ant. 4, 66 ἀνείκαστος ὕβρις.

Τὰ ἀπόγεια λυόντων 25, 6: Steph. Byz. s. v. Μασσαλία· ἐκέλευσε μάσσαι τὸ ἀπόγειον σχοινίον. Polyb. 33, 7, 6 ἀποκόψαντα τἀπόγειά. Luc. dial. mort. 10, 10 λύε τὰ ἀπόγεια. Herm. 28 τὰ ἀπόγεια λυσάμενος.

Αὔτανδρος Νάξος 34, 22 *(cum hominibus)*: Polyb. 1, 25, 28. 23, 7. 16, 5, 2. Dion. Hal. ant. 7, 60 πόλεις αὐτάνδρους ἀνῄρηνται. 2, 6. Luc. Tox. 39.

Βλημάτων παντοδαπῶν 19, 17 *(telorum)*: Augusto Mau non assentior, qui τοξευμάτων βλημάτων scribere vult; βλήματα significant tela, ut p. 5, 14 τοξευμάτων δὲ καὶ βλημάτων περιχυθέντων: Dion. Hal. ant. 10, 16 συνεργούντων τοῖς βλήμασι καὶ τῶν ἰδίων βαρῶν (ipso pondere telorum adiuvante); cf. Poll. 1, 133 ὅπλων ὀνόματα· ἀγχέμαχα, βλήματα, βλητά, βέλη; 7, 156 βελοποιός, βελοποιία, βέλος, βλῆμα, βάλλει (etsi hoc loco βλῆμα etiam iactus esse potest).

Ὅπως ἂν ἓν γένηται τῶν Μαραθωνίων διηγημάτων 30, 20 (totus locus comparandus cum Propert. I 25, 24 *tu quoque, uti fieres nobilis historia)*: Polyb. 1, 14, 6 ἐξ ἱστορίας ἀναιρεθείσης τῆς ἀληθείας τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα.

Εἷς καὶ δεύτερος 21, 25 (cf. Schäfer ad D. Hal. de comp. verb. p. 174 s. v. μία): Ioseph. ant. 16, 10, 8 πεσόντος τινὸς καὶ δευτέρου, Ammon. voc. diff. ed. Valck. p. 49 ἐφ' ἑνὸς ἢ δευτέρου, p. 103 ὑπὸ ἑνὸς ἢ ὑπὸ δευτέρου, Alciphr. I 9 πρὸς ἕνα καὶ δεύτερον.

Ἐπιβολὴν ἐποιήσατο 27, 12: Polyb. 6, 25, 7. Dion. Hal. ant. 10, 33 ἐγένοντο ἐπιβολαί. Plut. Alex. 25. Caes. 44.

Πρὸς ἰσοστασίους αὐτῷ τοὺς βαρβάρους 26, 20. τίς γὰρ σοὶ ἰσοστάσιος νεκρός 32, 4: (Hippocr.) epp. p. 1278, 23 ἄνδρα ὅλῃ

πόλει ἰσοστάσιον. Dio Cass. 44, 40 τῷ μεγέθει τῆς ἀρετῆς ἀντιπάλους πράξεις λαβὼν ἰσοστάσιος αὐτοῖς ᾑρέθη. Philo vol. I p. 462 (ed. Mangey) ἰσοστάσιος τοῖς ἄλλοις νεκροῖς. Clem. Alex. Paedag. 3, 11 (cf. Schmid., Atticism. IV p. 700).

Τὸν λειποτακτήσαντα 31, 17: Plut. mor. 241. Max. Tyr. 84, 42.

Τὸν ναυμάχον 12, 21: Anthol. 7, 741 (Crinag. 25). (Cf. Schmid. l. l. p. 696 et de acc. Athen. 4 p. 154 F et Eustath. ad Iliad. p. 1021, 39).

Τὸ νῖκος 6, 16: Theocr. 22, 129. Orph. Arg. 585; cf. Lob. ad Phryn. p. 647. Hermann. Orph. p. 821.

Πάρεργον τοῖς βαρβάροις ἐγένετο 32, 19: Paus. X 27, 2 ἀποσπασθέντα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ πάρεργον τῷ Νεοπτολέμῳ πρὸς ταῖς τῆς οἰκίας γενέσθαι θύραις (cf. Wyttenbach. ad Iulian. p. 77).

Πάρισός τις εἰς τοσούτῳ πληρώματι 28, 16: Moeris s. v. ἀμφιδήριτον· εἴτε ἀγχώμαλον, ὡς Θουκυδίδης; Ἀττικῶς. πάρισον, Ἑλληνικῶς. Polyb. 2, 10, 2. 5, 69, 8 π. ἀγών, κίνδυνος. Dion. Hal. comp. verb. 9.

Τὸν πεζομάχον 12, 21: Plut. Alex. 38. Anton. 64. Luc. macrob. 17.

Nusquam alibi exstant duo vocabula:

στολαγωγός: p. 13, 7 ὦ στολαγωγοῦ καὶ μακροτέρας βελῶν δεξιᾶς,

et σύντιμος: p. 13, 11 σύντιμε τοῖς Ἡρακλέους ἄθλοις.

Τοῦ τροπαιούχου τὴν κεφαλήν 14, 20: Orph. hymn. 32, 4 ἔργα τροπαιοῦχα. Martyrium Arethae (Boisson. anecd. V p. 47, 1) νικητά, τροπαιοῦχε. De diis Poll. 1, 24 Ζεὺς τρ. Dion. Hal. ant. 2, 34 Plut. mor. p. 306 B. C.

Ὑπερήσπισεν Παλλάς 37, 13: τινά: Polyb. 6, 39, 6. Dion. Hal. ant. 7, 26. Diod. 17, 99. 20, 52. Plut. Coriol. 3. τινός: Arrian. anab. 6, 11, 7 ὑπερασπισάντων ἐν τῷ κινδύνῳ Ἀλεξάνδρῳ, paulo post (8) ὑπερασπίσαι κειμένου, 6, 28, 4 τὸν Ἀλεξάνδρου ὑπερασπίσαντα tres codices, ceteri Ἀλεξάνδρῳ. In Indicis (14, 4. 19, 8) exstat cum accusativo. Suid.: ὑπερασπίζω, γενικῇ. Scribo igitur cum viris doctis et priore et altero anabaseos loco Ἀλεξάνδρου.

Χαλκεόθυμος 14, 24: non inveni nisi apud Tzetz. Hom. 325 εἰ καὶ μάλα χαλκεόθυμος.

Χορὸν παραγαγεῖν 16, 19: ut App. bell. civ. 2, 101. Mithrid. 117 θρίαμβον παράγειν.

Ἐν τῇ δεξιᾷ τῆς ψυχῆς αὐτῷ κειμένης 31, 9: Xenarch. ap. Athen. 13 p. 569 αἰεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον

δεδιότα ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχοντα,

quem versum Meinekius delere voluit.

2. Formae recentes:

[Ἀριστέα 7, 13: cum alibi tantum exstet ἀριστεῖα, hic quoque scripserim cum Iacobsio ἀριστεῖα.]

Δεδιωγμένων pass. 25, 3: Nov. Test. Matth. 5, 10.

Μυρία χαμών 14, 22: Dioscorid. 4 (Anthol. Pal. 12, 169, 4) λατρεύω μυρία. Luc. Char. 13 μυρία σφαλείς.

3. Voces veteres novis significationibus adhibitae.

Ἀπράκτου μείναντος 14, 21 *deses* (Attici *infectus*): Polyb. 5, 5, 7 ἄπρακτον μένειν, 3, 81, 8; 4, 8, 9; 5, 1, 7. Diod. 1, 694. Plut. mor. 776 E οὐδὲ ἀπράκτους εἶναι. p. 792 B βίος ἄπρακτος.

Ἀφωπλισμένοι 20, 20 (Hom. et Att. ἀφοπλίζεσθαι *arma deponere*): ἀφοπλίζειν τινά *aliquem armis exuere* et pass. recentia sunt: Leonid. Alex. ep. 24 (Anthol. Plan. 171, 3). Diod. 11, 35; passive 14, 64. Luc. dial. deor. 7, 1; 19, 1.

Πρὸς τὴν Φοινίκων εἰρεσίαν 9, 17: εἰρεσία *navis*, ut. Antip. Th. 69 (Anthol. Pal. 7, 287, 6).

Ἐπιτιμίας τῆς πρώτης 13, 20 (*primus ordo*; Atticis est ἐπιτιμία *status civis iustus*).

Τὸ κεφάλαιον τοῦ τάφου 21, 13 (*caput, res primaria*); (Attici metaph. *summa alicuius rei*).

Κοντῶν 19, 17 *hastilium* (Apud Hom., Her., Eur. *instrum. nauticum*); *telum* ut noster: Luc. hist. 29. Tox. 55 κοντῷ εἰς τὸν ὦμον τρωθείς.

Ἀλαζὼν ἡ προσποίησις ἦν 27, 18; sensu nostri loci (*affectatio*): Luc. d. mort. 14, 5 τοὺς τὴν προσποίησιν ἐκείνων ἐπικερτομοῦντας, Philops. c. 32 ἔδεισε τὴν προσποίησιν ἐκείνων (Apud Thucyd. et Platon. *vindicatio*, actio vindicandi sibi aliquid).

Πρόσφορος ἐμοὶ αὐτῷ τοῦ παιδὸς ἀρετή 17, 13 (*satis est, sufficit*; apud Pind. Tragg. Thucyd. *commodus, aptus*).

Προτίμησις 17, 15 (*maior ordo*; apud Atticos *auctoritas et dignitas*).

4. **Novae verborum constructiones:**

Ἀντήρκεσας πρὸς τοσοῦτον μέρος 15, 10 (Attici cum dat.: Thucyd. 7, 15 τοῖς παροῦσιν ἀ.): Plut. Cleom. 30 ἀνταρκεῖν πρὸς τοὺς ἀγῶνας.

Ζήλῳ πρὸς Καλλίμαχον 27, 3: Plut. Pericl. 2 πρός τι, Artax. 4 ζῆλος καὶ ἀγὼν πρός τινα. Luc. Dem. 57 κατὰ ζῆλον τὸν πρὸς Κορινθίους (Attici cum genet.).

Ἰσόρροπον σῶμα πολλῶν ψυχῶν 20, 14 (Attici dativum ponunt ut post ἴσος): Thom. Mag. lex. p. 260, 12 ὁμώνυμος καὶ τοῦ δεῖνος καὶ τῷ δεῖνι· καὶ ἰσόρροπος ὡσαύτως et p. 269, 15 ὡσαύτως καὶ ἴσον τῷ δεῖνι καὶ ἴσον τοῦ δεῖνος.

Κατεμέμφετο τῇ φύσει ὡς ὀλίγῃ 6, 7 (Thuc. Plat. Dem. c. accus): Long. 2, 21. Agath. 26 (Anthol. Pal. 11, 57, 3).

Αὑτοῦ ὑπάρχουσαν χεῖρα 38, 1: Dion. Hal. ant. 2, 65 τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Nov. Test.

Οὐκ ἐξ ὀνομάτων φιλοτιμούμεθα 7, 3 (Attici cum ἐπί, ἐν, ὑπέρ), ut Plut. mor. p. 819 C ἀπ' ἀρετῶν, Aristid. I p. 541 D ἀπὸ χρημάτων.

Re vera igitur sunt pauca non attica; pleraeque praeterea dictionum recentium Polemoni communes sunt cum eiusdem temporis Atticistis qui dicuntur, Plutarcho, Luciano, aliis.

Accedit quod, quae his Atticistis in deliciis erant[1]), etiam in nostris declamationibus inveniuntur:

1. ττ pro σσ[2])

a) in verbis: πράττειν 10, 14, ἔπραττεν 29, 22, παρέταττεν 8, 10, κατέπληττες 12, 7, ἐρεττομένην 13, 6, φυλάττω 16, 3, ἥττηται 18, 8, ἡττήθη 33, 8, ἁρμόττει 37, 17, προετάττετο 22, 18 sq.,

b) in adiectivis eorumque comparativis: περιττῆς 25, 8, περιττοτέρα 33, 9, nisi quod 34, 6 περισσότερε exstat, ἐλάττων 24, 19, ἔλαττον 23, 11, θᾶττον 6, 10; 14, 24, κρείττων 13, 5; 18, 8; 22, 13, κρεῖττον 31, 24, κρείττονι 19, 3, κρείττονα 18, 2, κρείττονες 13, 2, κρείττω 5, 2,

c) promiscue ττ et σσ adhibuit, si codicibus fides, in substantivis: γλῶτταν 16, 17, γλῶσσαν (A B γλῶτταν) 38, 3, ἧτταν 31, 6, θάλασσα 36, 12, θαλάττης 24, 22; 31, 22 (— σσης B), θαλάσσῃ 5, 22; 6, 15; 15, 21, θαλάττῃ 11, 6, θάλασσαν 9, 5; 15, 19; 36, 10,

[1]) Schmid, Atticismus IV p. 577 sq.
[2]) Schmid l. l. p. 579.

2. ρρ praeter ρσ[1]): θάρρος 31, 6, ἐθάρρησαν 26, 15, θάρσους 18, 9, ἐθάρσυνας 12, 3,

3. μόγις[2]) praebet 18, 3; 21, 13, μόλις 14, 14.

4. Pariter atque Aristides (et Aelianus)[3]) scribit Polemo πλείονος 4, 6; 8, 17, πλείονι 23, 12, πλείονα 8, 14, πλείοσιν 8, 22, neque nisi in neutro πλέον 22, 10; 34, 9; 36, 15,

5. scribit νεώς, non ναός[4]),

6. Adhibet locativum[5]): Μαραθῶνι 1, 11,

7. scribit[6]) ἠφίεις 12, 6, sed 12, 4 et 12, 7 δεικνύς, non δεικνύων.

Atticistam illius temporis praeterea indicant

8. neutr. adi. pro substantivo positum[7]): τὸ ἄπειρον καὶ ἀπόμαχον 8, 19, τὸ φοβερόν 25, 13, ἐν τῷ χαλεπῷ τοῦ δρᾶν 25, 19, τὸ λαμπρόν 5, 17,

9. accusativus qui dicitur graecus[8]) 17, 21; 19, 7; 24, 19; 31, 7,

10. pluralis nominum abstractorum[9]): ταῖς ὑμετέραις φιλοτιμίαις 4, 16, τὰς ἀριστείας 15, 16, ταῖς τῶν πατέρων τιμαῖς 17, 15,

11. genetivus partitivus[10]): οἱ πεσόντες τῶν στρατιωτῶν 5, 10, πολλὰ μὲν βελῶν 19, 16,

12. attractio pronominis relativi[11]) 9, 12 (ἐξ ὧν ἔπαθε παράσημος ἦν), 15 (ἐξ ὧν ἔδρασε θαυμάζεται), 10, 11 (θαῦμα μὲν ὧν πέπονθεν, ἔπαινος δὲ ὧν πεποίηκεν), 24, 4 (ὧν . . . ποιοῦσιν, αἴτιοι τούτων), 9 (ὧν . . . ἐτόλμησεν, καὶ τούτων), 12 (ὧν . . . ἐλαμπρύνετο, τούτων),

13. medium pro activo[12]) adhibitum: νεκρὸς τὸν θάνατον ἀπιστούμενος 35, 3 (activum exstat Her. 6, 108. Soph. Ant. 219, 377, 652. Plat. Soph. 258 C. cf. Bekker, Anecd. p. 424); μαρτυρούμενα τὴν κοινωνίαν 29, 15 (Nov. Test. Act. Apostol. 26, 22. Sext. Em-

---

1) Schmid l. l. p. 579.
2) Schmid l. l. I p. 54 s. v. μόγις.
3) Schmid IV p 581, cf. ibid. p. 18 et III p. 24.
4) Schmid IV p. 582.
5) Schmid IV p. 585.
6) Schmid IV p. 593.
7) Schmid I p. 49.
8) Schmid IV p. 609.
9) Schmid IV p. 608.
10) Schmid IV p. 609.
11) Schmid IV p. 611.
12) Schmid IV p. 616 sq.

pir. adv. mathem. 7, 324. Luc. de sacrif. 10 μαρτυρεῖται τὴν οἰκειότητα),

14. futurum medii sensu passivo[1]): 17, 21 ὑβριεῖται,

15. futurum quod dicitur tertium[2]): 30, 16 τἀληθῆ γὰρ εἰρήσεται

16. usus participiorum perfecti adiectivorum sensu[3]): 20, 20 τὰ μὲν πεπονηκότες, τὰ δ' ἀφωπλισμένοι, τὰ δὲ πεφοβημένοι,

17. infinitivus loco substantivi[4]): 7, 7 τὸ ἀνακεῖσθαι, 9, 18 τὸ δρᾶν τοῦ πάσχειν, 10, 5 ἐν γὰρ τῷ . . . βεβηκέναι, 19, 15 τὸ Καλλίμαχον βαλεῖν, 22, 15 τὸ προκεκρίσθαι δοκεῖν,

18. particula ἂν bis posita[5]): 12, 8/10 ἄρα οὐκ ἄν, εἰ . ., τὸ πλέον ἂν κ.τ.λ.,

19. negationum pleonasmus[6]) qui dicitur: οὔθ' ἑκόντες οὔτε ἄκοντες οὐδὲν ἐβλάπτομεν 31, 1,

20. pro praepositionibus casus merus[7]): 20, 2 ἀπελθεῖν τοῦ σώματος (Attici ἀπὸ et ἐκ), ut Diog. Laert. 3, 6 ἀπέρχεσθαι τοῦ ζῆν. Luc. merc. cond. 30 τοῦ δείπνου, Demon. 4, Tox. 58

et 28, 17 ἐξηρτημένος πρύμνης (Att. ἐκ), ut Plut. Them. 2 ἐξαρτάω τινός, Arat. 1 ἀλλοτρίων ἐπαίνων τὴν δόξαν ἐξαρτ., Fab. Max. 22 τὴν πρᾶξιν τῆς προδοσίας,

21. praepositionis διὰ post verbum ἄγω usus[8]): 14, 6 sq. διὰ τῶν πεδίων καὶ τῶν ὀρῶν ἄγειν ναῦν, 15, 1 διὰ γῆς αἰχμαλώτους ἡμᾶς . . . κομιοῦσι,

22. dictiones Atticistis adamatae διὰ τέλους[9]): 9, 2 et κἄτα[10]): 5, 19.

Alia eiusmodi ex sermone vulgari sumpta item apud alios illius temporis scriptores magni nominis inveniuntur:

1. non dicit γίγνεται, sed semper γίνεται 6, 23 9, 9; γίνονται 37, 1, ἐγίνετο 6, 5, qua in re prorsus cum Herode Attico consentit[11]),

---

1) Schmid IV p. 617.
2) Schmid IV p. 617.
3) Schmid IV p. 617.
4) Schmid IV p. 618.
5) Schmid IV p. 619.
6) Schmid IV p. 622.
7) Schmid IV p. 624.
8) Schmid IV p. 626.
9) Schmid IV p. 626.
10) Schmid I p. 53 s. h. v.
11) Schmid IV p. 579.

2. accusativus plural. in εῖς substantivorum in εύς (11, 23 οὐ μόνους Ἐρετριεῖς) exstat etiam apud Dionem Chrysostomum II, 26, 27; 37, 18, alios.[1])

3. Ναῦν dicit 13, 22 et 14, 1, sed etiam νῆα 27, 13.

4. Ἠδύνατο legimus 36, 7 et ἤθελε 18, 3; 29, 7; ἐβούλετο autem 29, 18, non ἠβούλετο.[2])

5. P. 22, 4 invenimus ἠμφισβήτουν et p. 23, 9 ἠμφισβήτει. Forma attica est ἠμφεσβήτουν. Illis autem formis etiam Aristides sophista utitur, veluti II p. 232 Dind. ἠμφισβήτει.

6. In usu negationum non magis Polemo quam Plutarchus, Dio Chrysostomus, Lucianus contra Atticorum leges nonnunquam peccat.[3])

7. Praepositiones nonnullae ut temporibus antecedentibus in sermone vulgari non adhibebantur, ita etiam apud Polemonem desunt. Nondum legimus in nostris declamationibus ab Atticistis insequentis temporis ut ita dicam renovatas praepositiones: ἀμφί, ἀνά, περὶ c. dat., ὑπὸ c. dat., πρὸς c. gen. Praepositionem σὺν semel adhibuit (21, 14 σὺν τοῖς στρατιώταις); praepositio μετὰ exstat 10, 17; 11, 14; 30, 15, 18; 34, 17; 36, 22.[4])

8. Dualis nullo exstat loco, nisi ἄμφω 6, 13.

Quae omnia docent declamationum sermonem non minus purum atque emendatum esse, quam orationum Herodis Attici, Aristidis, Luciani »Atticistarum«.

Iam quaeramus

β) de verborum compositione

ac primum quidem

αα) de hiatu.

Admissi sunt hiatus aeque atque apud eos scriptores vulgares qui diligentissimi in eo vitando fuerunt:

1. in pausa uniuscuiusque generis: incisione sententiae, enuntiationis, coli: sequentibus coniunctionibus: a) relativis:

---

[1]) Schmid IV p. 587: *Grössere Verbreitung hat von vulgären Formen nur der Acc. Plur. der εύ-Stämme auf εῖς.*

[2]) Schmid IV p. 590: *Das Augment η haben die sorgfältigeren Atticisten wenigstens auf δύναμαι und βούλομαι beschränkt.*

[3]) Schmid I p. 50.

[4]) Schmid IV p. 624 sq.

4, 17; 5, 20; 14, 16; 20, 8; 29, 5; 31, 7; 37, 19, b) temporalibus: 8, 1, c) concessivis: 4, 15, d) causalibus: 8, 17, e) consecut.: 27, 14, f) comparativa part. ἤ: 14, 25; 19, 20,

2. ante vel post partes enuntiationis intermissas et appositiones: 5, 8 μετέσχε τῆς ἐξόδου, ἔρωτι δόξης καὶ μεγάλων ἔργων ὀρεγόμενος; 6, 2 ἡ ναῦς κατείχετο, ἐρηρεισμένη τῇ Κυνεγείρου δεξιᾷ, 8, 7/8 οὐδὲ ἀκολουθῶν ὀνόματι, αὐτοκράτορι δὲ ἀρετῇ ... χρώμενος, 15, 12 βασιλεῦ, ἐπ' ἄνδρας ἐπλεύσαμεν, 15, 8/9 ἐπ' ἄνδρας, οἷς ... οὐ μέλει, ἐπὶ δεξιὰς ὅλαις ναυσὶ παρισουμένας, 19, 24 διεκαρτέρησεν ἡ ψυχή, ἐρίζουσα πρὸς τὴν φύσιν, 25, 15 τὸ φρόνημα τῶν ἑλόντων γίνεται, οὐκ ... ἀλλ', 32, 12 ὦ ... μόνε μὴ ζῆν ἀπιστούμενε, ἕστηκας μαρτυρούμενος ... καὶ ἦσθα ..., 32, 23 τῶν ἄλλων δειλίαν ἐντιθεμένων τῷ πλήθει, ἡ τούτου ψῆφος κ.τ.λ., 14, 23 ἐφ' οἵας ἡμᾶς, ὦ θεοί, ἠγάγετε δεξιάς, etc.,

3. post articulum: 12, 18 ἡ ἑτέρα, 22, 7 ὁ ὁπλίσας, etc., et post ὦ, veluti 16, 20 ὦ Αἰσχύλε, etc.,

4. antecedente καί: 3, 8 καὶ οἰκεῖον, 5, 10 καὶ οἱ πεσόντες, etc.,

5. post ἡ et μή (monosyllaba): ἡ ἀρετή 8, 4, ἡ ὁ 22, 6, ἡ ἀντίτυπος 19, 20, ἡ ἀνδρός 28, 7; μὴ αἰσθανόμενος 13, 21,

6. sequentibus ἄν et οὖν, quae vocabula cum antecedenti in unum quasi coalescunt: 7, 9 τοῦτο ἄν; 8, 1 φέρε οὖν.

Praeterea autem Polemo admisit hiatum[1]):

1. post breve α: a) nominum: in nominativo sing. decl. I: ἐξιοῦσα ἡ ψυχή 20, 4; ἐξιοῦσα ἔστησεν 20, 9; Ἐρέτρια ἡρπασμένη 34, 21; in plurali neutr. decl. II: ἀριστεῖα ἔχει 7, 13; θαυμαστὰ

[1]) Etsi in quaestione diiudicanda, utrum rhetor γε, δέ, τε, ἀλλά, similia ante vocales pronuntiaverit an elisionem facillimam adhibuerit, codicum auctoritas perexigui est momenti, ut etiam in titulis metricis eiusmodi hiatus saepe inveniuntur, cum propter metrum locum non habeant, sed legenti tollendi sint — tamen a codicum fide recedendum esse nego. Dionysius enim Halicarnassensis (de comp. verb. 5 p. 116 R.) rhythmos periodi primae epitaphii Platonici (Menex. p. 236 D: ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδ' ἔχουσι κ.τ.λ.), definiens scribit: ῥυθμοὶ δὲ ... οἵδε· βακχεῖος μὲν ὁ πρῶτος ... σπονδεῖος δὲ ἕτερος· ὁ δ' ἑξῆς δάκτυλος διαιρουμένης τῆς συναλοιφῆς, ut appareat eiusmodi (οἵδε - ἐ -) hiatus illis temporibus a rhetoribus admissos neque factum esse, ut in pronuntiando semper tollerentur. Accedit quod idem rhetor (de admir. vi dic. in Demosth. c. 43 p. 1091 sq.) loco Demosthenico πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας ἢ ἐκείνῳ. ἀλλ', οἴομαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες· οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν

ἐν p. 18, 19; in sing. decl. III.[1]): φρόνημα ὀρθόν p. 20, 14, σῶμα ἔμψυχον p. 20, 15, Μαραθῶνα ἧγε p. 24, 3, τραῦμα ἓν p. 31, 16, μάντευμα ἄρα p. 32, 15, τοὔνομα ἦν p. 32, 16, ὄνομα ἄδηλον p. 32, 18, σχῆμα ἐλευθέριον p. 34, 4,

b) in plur. decl. III numeralis πάντα: p. 19, 21, p. 26, 10, p. 29, 15, p. 34, 15; (semel elisa vocali α scriptum est πάνθ' ὁμοῦ p. 27, 10), et pronominum: ταῦτα: p. 6, 15, 16, p. 24, 16, p. 35, 12 et τοιαῦτα p. 22, 17.

c) verborum: in prima persona plur. med.: ἀφιστάμεθα αὐτῶν p. 11, 9,

d) praepositionum nullo loco nisi p. 30, 18 in μετὰ ἄλλου, nisi μετ' ἄλλου scribendum est, ut mihi placet, quoniam in reliquis praepositionibus διά, κατά, παρά α ante vocales semper elisum est (δι': p. 13, 7, p. 22, 15, p. 32, 20; κατ': p. 6, 4, p. 19, 4, 9, p. 24, 19, p. 31, 2; παρ': p. 6, 8, p. 10, 10, p. 21, 21 (bis), 26, p. 30, 4, p. 36, 18, p. 37, 5),

---

ἀργοῦντα οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν, μή τί γε θεοῖς multos hiatus statuit (ἐν τούτοις γὰρ δὴ τὰ φωνήεντα πολλαχῇ συγκρουόμενα δῆλά ἐστι), ut non solum ὁρῶ ὑμῖν aut ἢ ἐκείνῳ, sed etiam καθήμεθα οὐδὲν et ἀργοῦντα οὐδὲ inter hiatus eum numerasse pateat elisione non adhibita. Neque aliter apud Polemonem (Herodem Atticum, Aristidem) res se habeat necesse est, et quamquam haud infitiandum est in nostris quoque declamationibus hac in re de codicum fide dubitari posse, praesertim cum hi nonnullis locis inter se dissentiant, tamen negari non potest illum quoque rhetorem rhythmi causa hiatum admittere potuisse, quem alibi elisione tolleret.

[1]) χρῶμα οὐδέ p. 8, 11 corruptum et p. 19, 14 pro σπούδασμα ἅπασι scribendum est σπούδασμα πᾶσι, cum omnibus ceteris locis codices post vocalem praebeant formam πᾶς, παντός etc. (p. 4, 14 ὁμότιμοι πάντων, p. 5, 9 μάχῃ πάντες, p. 5, 11 δὲ πάντων, p. 9, 2 δὲ πάντα, p. 9, 3 τὰ πάντα, p. 11, 10 παραπλήσιοι πάντες, p. 11, 10 ἐγένοντο, πᾶν, p. 11, 16 καὶ πάσας, p. 14, 21 ἐγείρεται πᾶς, p. 15, 9 ἵνα πᾶσαν, p. 16, 7 δὲ πάσης, p. 19, 2 καὶ πᾶσαν, p. 19, 4 καὶ παντὶ et καὶ πᾶσι, p. 19, 6 καὶ πᾶσιν, p. 19, 12 τἆλλα πάντα, p. 19, 13 Καλλιμάχου πάντες, p. 19, 18 ὑπεδέξαντο πάσας, p. 23, 19 καὶ παντός, p. 25, 2 ᾧ πᾶς, p. 25, 9 δὲ παντός, p. 25, 14 τότε παντί, p. 26, 10 καὶ πάντα, p. 26, 17 καὶ παντός, p. 29, 11 ἐγένετο· πάντα, p. 29, 13 φιλοτιμούμενα, πάντα et ἀκόντια, πᾶσαι, p. 29, 15 καὶ πάντα, p. 31, 3 καὶ πάσας, p. 31, 11 μένοντα πάντες, p. 33, 1 ὥστε παντός, p. 34, 14 ἄλλα πάντα, p. 35, 22 ὦ πάντες, p. 35, 23 δὲ πᾶς, p. 36, 6 βάρβαροι πάντες et καὶ πᾶς, p. 36, 10 ἀλλὰ πᾶς et καὶ πᾶς (quae forma consonantes sequitur: p. 12, 22 τὸν πανταχοῦ, p. 13, 1 τῆς πάσης, p. 19, 21 ἕως πάντα, p. 27, 8 σώματος· πᾶσι, p. 27, 10 πρὸς πάνθ', p. 31, 5 ἂν πάντες, p. 33, 3 πρὸς πάντας) neque nisi post consonantes exstet forma ἅπας etc.: p. 18, 17 δύναμιν ἅπασαν, p. 24, 2 γὰρ ἅπαντας, p. 26, 12 γενησομένας ἁπάσας, p. 29, 6 μὲν ἁπάντων, p. 29, 14 βελῶν, ἅπαντα,

e) coniunctionum et adverbiorum: ἄρα: ἄρα οὐκ p. 22, 8, κᾆτα: κᾆτα ἀδεῶς p. 5, 19, ἐνταῦθα: ἐνταῦθα ἥγε p. 18, 16; in ἀλλὰ autem hiatum plerumque rhetor elisione sustulit: p. 5, 12, p. 6, 19, p. 7, 19, p. 12, 1, p. 13, 19, p. 16, 20, p. 20, 4, p. 25, 15, p. 27, 5, 17, p. 28, 8, p. 30, 6, p. 31, 9, p. 33, 7, p. 35, 13, cum hiatus non exstet nisi p. 30, 16 in ἀλλὰ ἄλλως (consulto!) et p. 31, 8 in ἀλλὰ ἀποτμηθείς, ubi respecto exemplorum in quibus α elisum est, numero cum B et C ἀλλ' ἀποτμηθείς scribendum est.

2. Post breve ε inveniuntur hiatus: a) in particulis et coniunctionibus: γε quater: p. 11, 1, p. 15, 8, p. 29, 1, p. 31, 4 (γ' nusquam exstat), in δὲ septuagies ter, cum δ' inveniatur decies sexies), in οὐδὲ novies, in μηδὲ quater[1]), cum μηδ' codices praebeant bis; in τε: p. 3, 8 et p. 8, 11, in μήτε p. 24, 12, in οὔτε: p. 24, 13, 14, p. 27, 21 (bis), p. 30, 20 (τ' p. 35, 6, οὔτ' p. 30, 20), in ὥστε p. 9, 1, p. 27, 14 (ὥστ' p. 7, 3, p. 24, 9, 17), in ποτὲ p. 29, 22; b) post accusat. pronom. pers. με p. 16, 22 et σε p. 28, 17, p. 33, 17, p. 37, 2; c) in verbis: φέρε οὖν p. 8, 1, φεύγετε, ὦ p. 14, 15, ἀπόδοτε ἃς p. 14, 16, μέλλετε ἄνδρες p. 14, 24; d) in vocativo part.: ἀπιστούμενε, ἔστης p. 32, 12.

3. Post breve ι vocalis sequitur: in praepos. περί p. 15, 5 περὶ ἦν, sed pro ἐπὶ ante vocales semper scriptum est ἐπ': p. 3, 9, p. 4, 13, p. 9, 13, p. 14, 23, p. 15, 12, p. 26, 8, p. 36, 1, p. 37, 2.

4. Saepe quoque offendimus hiatum post ο vocalem: in τοῦτο: p. 5, 15 τοῦτο ἔμενεν, p. 5, 17 τοῦτό ἐστι, p. 7, 9 τοῦτο ἄν, p. 13, 13 τοῦτο ἦν, p. 18, 11 τοῦτο ἐξετάσατε, p. 19, 14 τοῦτο ἦν, p. 29. 18 τοῦτο ἐβούλετο neque legitur τοῦτ' nisi p. 35, 8 τοῦτ' εἶδε e mala Iacobsii coniectura; in τοιοῦτο: τοιοῦτο οἷον p. 20, 8; in αὐτό: αὐτὸ ἐξιοῦσα p. 20, 8; in termin. med.: p. 5, 9 ἐγένοντο ἄνδρες. In praepositionibus ἀπὸ et ὑπὸ hiatum non invenimus: ἀπ' exstat ante vocales p. 7, 19 bis et ὑπ' quater: p. 5, 6, 13, p. 6, 17, p. 27, 4.

Multo rarius inveniuntur hiatus post longas vocales et dipthongos:

1. post ᾱ vocalem: p. 27, 19/20 οὐδὲ ἀναγκαία ἡ ἐπίδειξις . . , καὶ ματαία ἡ σκέψις. Consulto suoque iure dixisse videtur p. 28, 15 δεξιὰ ἀνέμοις, ut verbum verbo melius opponeret,

[1]) p. 16, 11 codices dissentiunt: μηδὲ A, μηδ' B C.

2. post η (ῃ) vocalem quinque locis: p. 26, 6 εἴη ἐπίδειξις, p. 26, 11 νίκη ἐδυνάμωσε, p. 35, 14 ἐν ταύτῃ ἕστηκα (ἐνταῦθα pro ἐν ταύτῃ C), p. 35, 18 ὑγιῆ ἔχον, p. 37, 13 ἔστη Ἡρακλῆς. Incisa rhetorica, quae hiatum excusant, statuenda sunt p. 22, 1: οὐ γὰρ ἐν τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τῇ στολῇ | ἀγάλλεσθαι χρὴ μόνον τὴν πολεμαρχίαν | ἀλλὰ κτλ., et p. 33, 9: Καλλιμάχου δὲ ἡ ἀρετὴ | ἀόριστός ἐστι καὶ φύσεως περιττοτέρα μόνη | καὶ τὴν ψυχὴν ὑπερβαίνει. Item p. 19, 3 ῥώμῃ ἀνθρώπων κρείττονι minus offendit, cum genetivus ἀνθρώπων non ad substantivum ῥώμῃ pertineat, sed ad comparativum κρείττονι. Verba ἀρετὴ ἦγεν (p. 8, 4) sunt corrupta. Pro verbo ἐξῆρχε, quod Polemo hoc sensu sine dubio non adhibuit, scribendum est ἐξῆγε, quo facto antecedens ἦγε locum non habet; nescio an genuina lectio sit οὐκοῦν τῷ μὲν σῷ παιδὶ καὶ ἀνάγκη τις ἦν· ἐξῆγε γὰρ κ.τ.λ. Hiatum p. 19, 24 ψυχὴ | ἐρίζουσα iam supra (p. 69) excusavimus;

3. ῑ antecedit vocalem p. 19, 10 in τουτὶ αὐτούς.

4. Quater invenitur hiatus post ω (ῳ): p. 19, 15 ἐν τούτῳ εἶναι, p. 28, 1 πειρωμένῳ ἀνδρί, p. 28, 4 τοσούτῳ ὄγκῳ, p. 35, 21 ἐγὼ ἕτοιμος.

5. Dipthongus αι praecedit vocalem tribus locis in terminationibus a) nomin. plur. decl. I: p. 37, 4 τέχναι ἀπρακτοῦσιν, b) infin. act.: p. 7, 19 παριέναι ἐπὶ λόγον, med.: p. 35, 8 ἐγγυᾶσθαι ἀνέχειν, c) tertiae pers. fut. med.: p. 15, 28 γενήσονται ἐκ; p. 25, 15 inter verbum γίνεται et negationem οὐκ pausam intercedere iam supra (p. 69) diximus.

6. Post dipthongum ει hiatus non exstat nisi in ἐδόκει ἑστάναι (p. 5, 16). Hiatum enim non efficiunt monosyllaba δεῖ (p. 32, 14 δεῖ ἀπομάχεσθαι) et εἰ (p. 25, 23 εἰ ἔξεστιν); item p. 69 excusavimus hiatum p. 32, 23 πλήθει ἢ τούτου pausa statuenda.

7. Ante vocales dipthongus οι non invenitur nisi in monosyllabis οἵ (p. 15, 11 οἵ ἀπήγαγον), σοί (p. 32, 4 σοὶ ἰσοστάσιος), τοι (p. 39, 2 τοι ἐπί).

8. Dipthongum ου sequitur vocalis semel: p. 14, 20 τροπαιούχου ἄνωθεν, sed etiam hic excusari potest fine primi coli enuntiationis post vocem τροπαιούχου posito: Δάτιδος δὲ κόπτειν τὴν κεφαλὴν τοῦ τροπαιούχου | ἄνωθεν ὁρμήσαντος καὶ ἀπράκτου μείναντος | ἐγείρεται κ.τ.λ. Pausae sunt statuendae in ἰδού, ὦ πάντες (p. 35, 21) et ἐξόδου, ἔρωτι (p. 5, 8).

De industria eiusmodi graves hiatus evitasse videtur Polemo p. 29, 19, ubi non dicit καὶ τὴν Ἀττικὴν αὐτῷ ἄβατον εἶναι, sed αὐτοῖς ἄβατον εἶναι, quamquam antea dixit τὸν βασιλέως στρατόν; item hiatus tollendi causa videtur non dixisse ἀναγκαίαν τὴν νίκην αὐτῷ εἰργάζετο, sed transposito pronomine αὐτῷ: ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν νίκην εἰργάζετο. Eadem ex causa verisimile est eum p. 31, 9/10 non scripsisse ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῷ τῆς ψυχῆς κειμένης, sed transposuisse pronomen αὐτῷ, ut nunc legamus ἀλλ' ἐν τῇ δεξιᾷ τῆς ψυχῆς αὐτῷ κειμένης.

Quid? quod p. 9, 20 τοσοῦτον αὐτοῦ dicit, quamquam antea dixit τοσούτῳ καί, et ut p. 10, 12 exstat ἡ μὲν Καλλιμάχου, ita p. 10, 14 non ἡ δὲ Κυνεγείρου ἀρετή, sed ἡ Κυνεγείρου δ' ἀρετὴ scriptum est, ut p. 10, 17 τὰ Κυνεγείρου δ' ἔργα.

Crasi denique usus est p. 4, 9 (τοὐμοῦ), p. 5, 12 (οὑμός), p. 6, 21 (τοὔνομα), p. 7, 5, 10; 8, 5; 12, 24 (κἄν), p. 9, 11 (προὐμάχει), p. 19, 12 (τἄλλα), p. 10, 12 (τἀληθές), p. 30, 16 (τἀληθῆ).

Quae cum ita sint, elucet Polemonem non anxie studuisse concursum vocalium evitare: eum admisisse ubique hiatum post breves vocales α, ε, ι, ο et monosyllaba longa, sed operam dedisse, ne saepius vocalis sequeretur longam vocalem aut dipthongum in fine vocabulorum plurium syllabarum.

Quae lex admittendi hiatus post vocales breves, vitandi post longas vocales et dipthongos exceptis monosyllabis non est Polemonis solius propria, sed omnium illius temporis scriptorum, quibus ἐν λόγοις πολιτικοῖς artificiosa verborum compositio cordi erat, veluti Herodis Attici et Aelii Aristidis, de quibus hoc loco paulo fusius agere liceat.

In Herodis enim Attici oratione περὶ πολιτείας (ed. H. Hass in dissert. Lipsiensi a. 1880) inveniuntur permulti hiatus:

1. in pausis uniuscuiusque generis: p. 6, 19 εἶναι, ὥσπερ, p. 6, 20 ὑπερβάλλει, ὥσπερ, p. 6, 31 ἀσθενέστεροι, ὅπως, etc., 2. antecedente καί: p. 6, 42, etc., μή: p. 5, 15, etc., ὅτι: p. 8, 11 etc., 3. sequente οὖν: p. 9, 38, 4. post breve α: ἡμέτερα αὐτῶν (p. 5, 23), παρόντα ἐθεάσασθε (p. 7, 4), μετὰ Ἀθηναίων (p. 7, 26), ἄρχοντα οὐδένα (p. 8, 31), κυριώτερα ἡγεῖσθαι (p. 9, 28),

5. post ε: γε ἔχοντες (p. 7, 41), οὔτε αὐτός (p. 5, 3), οὔτε ἄρχοντα (p. 8, 31), μήτε ὅπλα (p. 9, 1), μηδὲ ἄλλη (p. 9, 1), ὥστε οὐδαμῇ (p. 9, 12), ὥστε ἀφελόντες (p. 9, 20), οἴεσθε αὐτόν (p. 6, 16),

6. post breve ι: περὶ αὐτῶν (p. 5, 8), ἥκουσι ὑπέρ (p. 8, 6),

7. post ο: ἠδικεῖτο ὑπό (p. 7, 35), ὑπὸ Ἀθηναίων (p. 7, 35), πρὸ ἡμῶν (p. 8, 3), τοῦτο ἥξουσι (p. 9, 29).

Rarissime autem ante vocales inveniuntur vocales longae et dipthongi:

1. vocalis η semel tantum: τύχῃ ἄνευ (p. 5, 16),

2. dipthongus ει: p. 8, 40 προσήκει ὀλιγαρχίας λέγειν (vox ὀλιγαρχίας non pertinet ad verbum προσήκει, sed ad verbum λέγειν), in monosyllabo εἰ p. 9, 29, ut Reiskius recte coniecit,

3. dipthongus αι: p. 9, 10 πλησίοι εἶναι (εἶναι et reliquae eiusdem verbi formae (ἐστί, ἦν etc.) quodammodo cum antecedenti vocabulo coalescunt).

Nullus omnino hiatus invenitur post ω et dipthongos αι et ου.

Item **Aristides rhetor**, si textui qualem Dindorfius praebet, fides habenda est, leves illos hiatus ubique admisit, graves autem in aliis orationibus accuratissime vitavit, in aliis neglexit.

Si singulas orationes spectamus, res se hunc in modum habet:

I. Ne uno quidem loco quo legitimus non est, hiatum gravem, ut vocalis sequatur vocalem longam aut dipthongum, praebent orationes 1. quinque **Leuctricae** (I 33—37 Dind.), 2. **Συμμαχικὸς α΄** et **β΄**[1]) (I 38 et 39), 3. **Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας** (I 44), 4. **Ἀπελλᾶ γενεθλιακός** (I 10), 5. **Προσφωνητικὸς Σμυρναϊκός** (I 22), 6. **Ὑπὲρ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης** (I 31), 7. **Ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀθηναίους εἰρήνης** (I 32), 8. **Λαλιὰ εἰς Ἀσκληπιόν** (I 6), 9. **Ἐπιστολὴ περὶ Σμύρνης** (I 41)[2]), 10. **Πρὸς Λεπτίνη περὶ ἀτελείας** (II 54).

II. Paucos tantum graves hiatus praebent: 1. **Παναθηναϊκός** (I 13), 2. **Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἀχιλλέα** (II 52), 3. **περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσιν** (I 42), 4. **Εἰς τὸν Σάραπιν** (I 8), 5. **Πρὸς Πλάτωνα περὶ ῥητορικῆς λόγος πρῶτος** (II 45), 6. **Περὶ τοῦ πέμπειν βοήθειαν τοῖς ἐν Σικελίᾳ** (I 29), 7. **Εἰς τὸ ἐναντίον** (I 30),

---

[1]) P. 502, 20 sq. (Iebb.) non est recipienda lectio codicum ΘΕ ἢ δέξασθαι ἡμᾶς συμμάχους, ἢ γενέσθαι αὐτοὶ σύμμαχοι, sed vulgata ἢ δέξασθε . . . ἢ γένεσθε . . . et eiusdem paginae l. 5 sq. legendum est ὅταν τῷ τοιούτῳ ταὐτὰ συμπράττητε.

[2]) P. 513, 17 scribendum est cum Iebbio εὔχεσθαι νομίζουσιν ἄνθρωποι, neque addendum cum codicibus *HLN* adverbium οὕτω post εὔχεσθαι.

8. Εἰς Ἐτεωνέα ἐπικήδειος (I 11), 9. Ῥοδιακός (I 43), 10. Ὑπὲρ τῶν τεττάρων (II 46), 11. Πανηγυρικὸς ἐν Κυζίκῳ περὶ τοῦ ναοῦ (I 16)[1], 12. Πρὸς Δημοσθένη περὶ ἀτελείας (II 53)[2], 13. Μονῳδία ἐπὶ Σμύρνῃ (I 20), 14. Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων (II 50) 15. Πρὸς τοὺς αἰτιωμένους ὅτι μὴ μελετῴη (II 51), 16. Ἐλευσίνιος (I 19).

III. In singulis paginis Iebbianis singulos fere hiatus exhibent:

1. Μαντευτοί. Ἀθηνᾶ (I 2), 2. Σμυρναϊκὸς πολιτικός (I 15), 3. Περὶ τοῦ παραφθέγματος (II 49), 4. Ἡρακλῆς (I 5), 5. Αἰγύπτιος (II 48).

IV. Binos fere in singulis paginis offendimus hiatus graves in orationibus quae inscribuntur:

1. Εἰς Δία (I 1), 2. Ῥώμης ἐγκώμιον (I 14), 3. Ἀσκληπιάδαι (I 7).

V. Ternos fere denique in singulis paginis hiatus graves praebent:

1. Εἰς βασιλέα (I 9), 2. Ἰσθμικὸς εἰς Ποσειδῶνα (I 3), 3. Διόνυσος (I 4), 4. sacrae orationes quinque (I 23—27).

Itaque iam dubitari nequit quin Polemo ne in vitando quidem hiatu neglegentiorem se praebuerit optimis illius temporis scriptoribus.

ββ) De periodorum ratione atque structura.

Quoniam quam accurate declamationes dispositae sint, supra cognovimus, etiam in quaestione de periodorum ratione atque structura instituenda partes singulae per se tractandae sunt. Namque rhetoribus secundum genera et partes orationum genus dicendi probatum esse constat.

1. Itaque primum agendum est de enuntiationum compositione, quam exordia praebent.

Sponte omnia in partes non nimis exiguas discedunt. Concinnitas nulla invenitur, nihilominus ars quaedam et diligentia agnoscenda est. Pauci enim tantum exstant verborum ambitus,

[1]) P. 237, 12 scribendum esse puto ἀλλ' οἱ μὲν κομίζονται, οὐρίᾳ τὰ νῶτα ἐφέντες, εἰς τὸ πέλαγος transpositis verbis τὰ νῶτα, quae ante κομίζονται locum non habent. Quo facto hiatus οὐρίᾳ ἐφέντες sublatus et hiatus κομίζονται οὐρίᾳ intercedente pausa excusatus est.

[2]) P. 2, 22 non scripsit rhetor κατὰ σαυτοῦ αὐτός, sed κατ' αὐτὸς σαυτοῦ!

qui λέξιν κατεστραμμένην non exhibeant: in ceteris aut enuntiatio secundaria aut participialis structura enuntiationi primariae praecedit aut enuntiationes per particulas correlativas quae dicuntur conexae et colligatae sunt, quibus periodis nonnunquam clausula quaedam addita est ratione εἰρομένῃ, in qua vis et cursus orationis minuitur et consistit. Nusquam autem enuntiationes monocolae per particulam καὶ antecedentibus adiunctae sunt.

Videamus singula.

1. Incipit prior declamatio a κατεστραμμένῃ periodo ἐπειδὴ ... χρὴ ... | φημὶ ..., additis duabus participialibus appositionibus, quarum ex altera eiusdem generis tertia pendet. 2. Sequuntur duae periodi inter se per μὲν — δὲ et τοσοῦτον — ὅσῳ conexae cum clausula καὶ τὸ σύμπαν ... 3. Periodum οὐ ... ἀλλ', cui inserta est alia ὅστις ... λέγῃ | τὸν πλεῖστον ... διαθήσεται excipit enuntiatio relativa. 4. Per contentionem colligata sunt οὕτως ... εἰ δὲ μὴ ...

Exordii alterius declamationis initium facit periodus, cuius alterum membrum altera facta est periodus, cuius altera pars item divisa est, ut tertia exsistat periodus: 1. τὸν μὲν . . . ἐμοὶ δὲ αὐτῷ μὲν ... διὰ δὲ ... εἰ ... κρίνεται | δείξω ... Paulo infra l. 18 sq. similis invenitur comprehensio: ζῶν μὲν . . . εἰ δὲ . . . (periodus prima), εἰ ... | ὑβρίεῖται (periodus altera), cum tertia sit ἀντικειμένη: καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἀρετὴν ὑβρίεῖται | τὴν μὲν ... τὴν δὲ ... In § 4 eadem ratione duae periodi sunt colligatae: ἀγαθὸς μὲν ... ἥττηται δὲ ... τοσοῦτον, | ὅσον.

Non congruit igitur exordiorum compositio cum iudicio a Guil. Schmidio lato, qui de compositione declamationum nostrarum in universum verba faciens dicit: »Vorherrschend ist die Aneinanderreihung kurzer Glieder ... selten dass einmal ein Ansatz zur λέξις κατεστραμμένη sich zeigt« etc., quamquam periodi non sunt contortae, sed simplices. Ut praeterea rhetor gravem hiatum in his partibus nullum admisit, sic exordia ne figurarum quidem ornamento carent.

Quarum primum locum obtinent traiectiones, quae singulis verbis totique dictioni acrem quandam afferunt vim. Aut enim verba traiecta posita sunt in initio aut in fine enuntiationum i. e. locis insignibus, veluti p. 3 non dicit: τὸν ἐρῶντα . . . οἰκεῖον εἶναι τοῖς κειμένοις, sed οἰκεῖον εἶναι τοῖς κειμένοις τὸν ἐρῶντα, p. 4, 16 ταῖς ὑμετέραις φιλοτιμίαις τὰ τῶν παίδων συγκινδυνεύουσιν,

aut verba coniungenda proximeque ponenda intermissis verbis separantur, veluti p. 3, 11 τὸ πάντων ἀξιολογώτατον τῶν..., p. 4, 5 τιμῆς ἄξιος πλείονος Καλλιμάχου Κυνέγειρος, p. 4, 11 ἐγὼ δ' αὐτοῦ τοσοῦτον ἐπειπεῖν τῷ τάφῳ δικαιότερος, ubi simplex ordo verborum erat ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δικαιότερος αὐτοῦ ἐπειπεῖν τῷ τάφῳ; similiter p. 4, 14 ὁμότιμοι πάντων αἱ χεῖρες τῇ Κυνεγείρου δεξιᾷ, p. 7, 10 τὸν μὲν τῆς πόλεως ἐπαινῶ νόμον, p. 17, 17 παντὸς ἄλλου πρέπω μᾶλλον, p. 17, 22 τῆς πάσης ὑμῖν νίκης, p. 17, 23 τὸ μέγιστον παρασχοῦσαν τῶν ἐν..., p. 18, 1 νεκρὸν θανάτου κρείττονα, p. 18, 5 τὸν ὑπὸ τῆς Ἀσίας ὅλης ὅτι τέθνηκεν ὁμολογῆσαι βεβιασμένον. Saepe etiam verba sibi quodammodo opposita nullis intermissis composuit, quo acrius aures percuterent: p. 3, 8 τοῖς κειμένοις τὸν ἐροῦντα, p. 4, 4 ἐγὼ δ'αὐτοῦ, p. 4, 6 Καλλιμάχου Κυνέγειρος, p. 4, 8 ἀρετὴ σχήματος, p. 4, 14 πάντων αἱ χεῖρες τῇ Κυνεγείρου δεξιᾷ, p. 4, 16 ταῖς ὑμετέραις φιλοτιμίαις τὰ τῶν παίδων, p. 18, 1 νεκρὸν θανάτου.

Etiam **chiasmum** adhibuit: p. 4, 6 Καλλιμάχου Κυνέγειρος, στρατιώτης ἀγαθὸς ἀπαθοῦς νεκροῦ, p. 4, 14 ubi duae enuntiationes chiasmum efficiunt, cum prima verba prioris ultimis alterius, ultima prioris primis alterius, media mediis respondeant, p. 18, 9 ὅσον οἱ κείμενοι τῶν ἑστηκότων καὶ θάρσους ἀγαθοῦ νεκρὸς οὐχ ὁλόκληρος.

Isocola desunt; **annominationis** generum inveniuntur tria exempla: p. 4, 10 λέγῃ τὸν λόγον (σχῆμα ἐτυμολογικόν), p. 4, 17 δικαιότερος κρατεῖν, ἐπεὶ καὶ κρατῶν ἀπέθανεν, p. 17, 21 καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἀρετήν. **Parechesis** denique haud scio an sit statuenda p. 3, 10 μοι προσήκειν μάλιστα, p. 4, 2 μέρος μεμαχημένον, p. 4, 17 κρατεῖν Κυνέγειρος.

2. **Narrationum** quoque compositio est plerumque κατεστραμμένη. Ipsarum autem λέξις fit propria magisque ἀφελὴς et soluta, quam quae in exordiis invenitur, cum, id quod rhetor in exordiis ne uno quidem fecit loco, non modo saepius singulas enuntiationes sola particula καὶ agglutinaverit, veluti p. 6, 4 καὶ καθ' ἕκαστον..., p. 6, 8 καὶ χεῖρες..., p. 6, 13 καὶ νεκρὸς εἷς..., p. 18, 15 καὶ τῷ στρατηγῷ..., p. 19, 24 καὶ εἰς τὴν ἀδύνατον..., sed etiam plures eadem ratione coniunctae inveniantur, ut **polysyndeta** exsistant, quae et accuratius enarrandis et amplificandis rebus de quibus agitur optime serviant, veluti p. 5, 15 sq. κατεσχέθη καὶ... ἔμενεν... καὶ ἐδόκει..., p. 5, 20 sq. ἐπεξῆλθε... καὶ... ἐπέβη... καὶ... ἐναυμάχησεν..., p. 19, 1 sq. ἔστη...

καὶ . . . ἐδέχετο . . . καὶ . . . συνεπλάκη, p. 19, 13 sq. ἐπεχέοντο . . . καὶ . . . ἐστοχάζοντο . . . καὶ . . . ἦν . . ., p. 20, 5 sq. μένειν καὶ καρτερεῖν . . . καὶ μάχεσθαι. Atque etiam singula substantiva congesta sunt: p. 19, 16 sq. ῥώμῃ . . . καὶ τόλμῃ . . . καὶ παντὶ θυμῷ, p. 19, 16 sq. βελῶν καὶ κοντῶν καὶ ξιφῶν καὶ παντοδαπῶν βλημάτων, p. 19, 19 sq. πύργος ἢ τεῖχος . . . ἢ ἀντίτυπος πέτρα neque non participia: p. 20, 19 sq. τὰ μὲν πεπονηκότες, τὰ δ' ἀφωπλισμένοι, τὰ δὲ πεφοβημένοι, neque **asyndeton** deest item augendae rei aptissimum p. 5, 5 sq. Accedit frequens participiorum usus, vel propterea insignis, quod narrationem reddit brevem, quae, ut iam supra commemoravimus, plerisque rhetoricae artis magistris probabatur. Hiatus exstant graves p. 5, 16 ἐδόκει ἑστάναι, p. 19, 3 ῥώμῃ ἀνθρώπων, p. 19, 15 ἐν τούτῳ εἶναι, qui nescio an admissi sint, ut voces ἐδόκει, ῥώμῃ, τούτῳ maiorem accipiant vim.

Quae praeter polysyndeton et asyndeton adhibitae sunt figurae, plurimae amplificando inserviunt: **traiectiones**: p. 5, 20 πρὸς αὐτὴν ἐπεξῆλθε τὴν ἠόνα, p. 5, 24 μιᾶς δὲ Φοινίσσης . . . εἴχετο, p. 6, 7 ὡς ὀλίγῃ κατεμέμφετο τῇ φύσει, etc., **ἀντιθέσεις** artificiosae: p. 6, 12 sq. Κυνέγειρος μὲν ἄνευ χειρῶν ναυμαχῶν, ἡ χεὶρ δὲ ἄνευ Κυνεγείρου διώκουσα et p. 21, 4 sq. παρὰ μὲν τὴν πρύμναν ἔπεσεν ἡ χείρ, παρὰ δὲ τὴν χεῖρα αὐτός, **chiasmus**: p. 19, 3 sq. τόλμῃ παραλόγῳ καὶ παντὶ θυμῷ, p. 19, 19 sq. τεῖχος ἄρρηκτον ἢ ἀντίτυπος πέτρα, p. 20, 21 ἔφυγον εἰς τὰς ναῦς καὶ τὴν θάλασσαν περιέβλεπον, **anaphora**: p. 19, 4 sq. καὶ πᾶσι συνεπλάκη . . . καὶ πᾶσιν ἐξήρκεσεν, p. 19, 13 sq. Καλλιμάχῳ πάντες ἐπεχέοντο καὶ Καλλιμάχου πάντες ἐστοχάζοντο. **Annominationis** contra **concinnitatisque** et **isocolorum** figurae, quas Gorgias, Isocrates aliique generis dicendi demonstrativi artifices tantopere adamabant, ne in narrationibus quidem nisi perpaucae exstant: **παρηχήσεως** unum optimumque exemplum invenitur p. 19, 10 ἐργασάμενος φόνον καὶ φόβον — **isocolorum** autem alterum (p. 19, 13 Καλλιμάχῳ πάντες ἐπεχέοντο καὶ Καλλιμάχου πάντες ἐστοχάζοντο) anaphora grave et egregium fit, alterum (p. 6, 12 Κυνέγειρος μὲν ἄνευ χειρῶν ναυμαχῶν κ.τ.λ.) contentione artificiosa, qualem chiastico ordine verborum etiam p. 5, 16 offendimus. **Oxymoron** bis adhibuit rhetor (p. 5, 18 σχῆμα ζῶντος ἐν νεκρῷ σώματι et p. 5, 22 ἐναυμάχησεν ἐκ γῆς), sed neutrum est quaesitum, immo utrumque propter argumenti naturam se ipsum quasi offert, ita ut illorum altero etiam Thucydides usus sit.

3. Venio ad argumentationes, in quibus primum de enthymematum argumentationumque, quae toti parti nomen dederunt, forma atque structura agendum est. Partim rhetor Cynegiri factum Callimachi facto solum opposuit nulla conclusione aut ratione addita, ut qui audit ipse ex eorum repugnantia concludere debeat, utrius res gestae sint meliores, partim eiusdem generis contentiones singulis rationibus aut conclusionibus auctae sunt, veluti p. 6, 19 sq. ἀλλ' οὑτοσί φησιν εἶναι πολεμάρχου πατήρ, ἐμὲ δὲ τῶν ἀκολουθησάντων ἑνός. οὐκοῦν ὁ μὲν κ.τ.λ., p. 6, 22 sq. ὁ μὲν οὖν πολέμαρχος κλήρῳ καὶ τύχῃ γίνεται· οὔκουν ἀρετῆς κ.τ.λ.· ἡμεῖς δὲ νῦν . . . ὥστ' οὐδὲν κ.τ.λ., p. 8, 3 sq. οὐκοῦν τῷ μὲν σῷ παιδὶ καὶ ἀνάγκη τις ἦν· ἐξῆγε γὰρ κ.τ.λ.· ὁ δὲ ἐμὸς υἱὸς κ.τ.λ., p. 9, 3 sq., p. 9, 10 sq., p. 9, 12 sq., p. 9, 22 sq., p. 10, 3 sq., p. 24, 15 sq., p. 25, 23 sq., p. 27, 7 sq.

Item argumentationes ex consequentibus (veluti p. 7, 7 sq. δεδήλωται δὲ καὶ τῷ νόμῳ τὸ μὴ τοῖς κ.τ.λ.· εἰ γὰρ εἰκὸς ἦν κ.τ.λ., p. 7, 13 sq. ταῦτα διοριζομένῳ Μιλτιάδην ἀμφισβητεῖν ἔδει τοῦ λόγου· καὶ γὰρ στρατηγός ἐστιν, καὶ τὴν κ.τ.λ.· νῦν δὲ ἡμῖν κ.τ.λ., p. 21, 22 sq., p. 22, 3 sq., p. 22, 8 sq., p. 22, 11 sq., p. 23, 8 sq., p. 23, 17 sq., p. 26, 3 sq., p. 26, 11 sq.) structuram non artificiosam partiumque ordinem certum praebent. Consulto autem argumentationes breves adhibuit. Neque enim minuere voluit vim ἀγῶνος, neque dubium est quin futurum fuerit, ut illa vis minueretur, si adhibuisset ratiocinationes plurium partium, quae in orationibus epidicticis generis laudativi locum suum habent qualesque Isocrates amavit, Demosthenes raro adhibuit.

Eadem ex causa cum ab una argumentandi parte ad aliam transit, non pluribus verbis utitur, sed particula sola transitum facit. Enthymematum auctoritatem collationibus nonnunquam auxit: p. 9, 17 sq. ὅσῳ δὴ τὸ δρᾶν τοῦ πάσχειν γενναιότερόν ἐστι . . . τοσούτῳ καὶ Καλλιμάχου Κυνέγειρος θαυμασιώτερος κ.τ.λ., p. 24, 22 θαλάσσης ἐπιχωριαζούσης δίκην, p. 25, 11 sq. οὕτω γὰρ δὴ καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν ἐπιτίθενται καὶ κύνες κατὰ λεόντων θρασύνονται, p. 26, 8 sq. ὥσπερ τὰ θεμέλια τῶν οἰκοδομημάτων καὶ τῶν νεῶν αἱ τρόπεις καὶ πάντα ὅσα πρῶτα καὶ τὴν ἀρχὴν ἰσχυρὰν ἔχει, p. 26, 11 sq. ὅπερ δὲ ἡ Μαραθῶνι νίκη ἐδυνάμωσε πρὸς τὰς αὖθις γενησομένας ἁπάσας κατὰ τῶν βαρβάρων, τοῦτο κ.τ.λ., ad quas collationes accedunt sententiae neque futiles neque insulsae: p. 9, 21 sq. ἡ δὲ ἀγαθὴ προαίρεσις εἰς τὰ καλὰ καὶ ἰδιώτερόν ἐστι καὶ ἐνδικώτερον, p. 21, 26 sq.

οὐ γὰρ ἐν τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τῇ στολῇ ἀγάλλεσθαι χρὴ μόνον τὴν πολεμαρχίαν, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν ἔργων τιμαῖς ἀξιοῦσθαι τὰς ἀρχάς, p. 25, 7 ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄκρας εὐψυχίας καὶ περιττῆς τινος ἀρετῆς τῶν κρατίστων πολέμων αὐτοὺς ὑφίστασθαι, τὸ δὲ παντὸς ἤδη καὶ τοῦ τυχόντος διώκειν τὸν φεύγοντα καὶ τοῖς τετραμμένοις ἐπεμβαίνειν, p. 25, 16 sq. ἀρετῆς δὲ ἀγὼν ἐν ἀντιπάλῳ μὲν <τῷ inseruit Foerster> τῆς δυνάμεως, ἀσταθμήτῳ δὲ τῷ τῆς τύχης κρίνεται.

Sequitur, ut de enuntiationum compositione et periodorum ratione, quali sophista in argumentationibus usus sit, agamus.

Etsi comprehensionum structura, qualem altera declamatio praebet, non ex omni parte cum compositione prioris declamationis congruit, cum in hac contentiones per particulas μὲν — δὲ conexae longe primum locum obtineant solaeque fere adhibitae sint, in illa contra ad eiusmodi contentiones accedant pari fere numero periodi aliae, in quibus apodosis protasin sequitur (οὗ — τούτου, similia) et in illa sola figurarum nonnullarum exstent exempla (veluti prosopopoeia et interrogationes) — tamen in universum utraque argumentatio eadem vi lectorem non minus quam auditorem movet, ut non nisi arte factum esse, ut idem rhetor alias aliter componeret orationes appareat. Est autem compositio pariter atque in exordiis et narrationibus maximam partem κατεστραμμένη. Λέξις εἰρομένη praecipue p. 7 conspicitur, ubi inde a linea septima usque ad finem paginae, exceptis structuris duabus periodicis εἰ γὰρ εἰκὸς ἦν | πάλαι κ.τ.λ. et καὶ γὰρ στρατηγός ἐστιν . . . καὶ τὴν μεγίστην κ.τ.λ., tota oratio συνδέσμῳ μία fit. Praeter hunc locum eiusmodi ambitus verborum neque continuo ordine neque nisi pauci adsunt: p. 22, 8, p. 23, 2, p. 25, 11, p. 26, 4, p. 26, 7, p. 26, 24. Languidam autem atque certamini, quod in argumentatione imprimis locum habet, parum aptam speciem dictionis ne ille quidem locus exhibet, cum propter enuntiationum brevitatem, tum propter exiguum enuntiationum numerum, quae συνδέσμῳ una fiunt comprehensio. Sic dicit lin. 9 sq. ἐγὼ δὲ καὶ πάντως αἱρετὸν εἶναί φημι τὸν ἐροῦντα | κἂν οὐ πολέμαρχος οὐδὲ πολεμάρχου υἱὸς ᾖ pariterque βελτίων γε μὴν καὶ δικαιότερος λέγειν, | ὅστις ἀριστεῖα ἔχει, neque aliter aliae huius generis enuntiationum complexiones binis constant partibus, veluti p. 22, 18, p. 25, 11, p. 26, 7, p. 26, 14/15. Atque etiam comprehensionum λέξεως κατεστραμμένης, quae proprie periodi appellantur, plurimae bina membra brevitate non nimia, sed insigni praedita

aut inter se opponuntur, aut particulis pronominibusve correlativis conectuntur et colligantur, veluti p. 6, 19 sq. ἀλλ' οὑτοσί φησιν εἶναι πολεμάρχου πατήρ, | ἐμὲ δὲ τῶν ἀκολουθησάντων ἑνός, p. 7, 5 sq. ἐπολεμάρχησε μὲν οὖν κἂν ἕτερος λαχών, | τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἔργων ἀρετὴ καὶ τόλμα φέρει μόνη, p. 8, 9 sq. ἀλλὰ καὶ Καλλίμαχον μὲν νόμος, Κυνέγειρον δὲ τὸ φρόνημα παρέταττεν, p. 21, 17 sq. καὶ γὰρ δίκαιον οὗ ζῶντος ἦν ἡ κατὰ τὸν πόλεμον ἡγεμονία, | τούτου καὶ τεθνεῶτος εἶναι τὰς πρώτας τιμὰς ἐπὶ τῷ τάφῳ, p. 21, 19 sq. ἡμεῖς ἤγομεν, | ἡμεῖς ἐροῦμεν, p. 21, 20 sq. ἡμεῖς ὡπλίζομεν, | ἡμεῖς ἐπαινεσόμεθα, p. 21, 21 sq. παρ' ἡμῶν ἦν τὰ συνθήματα, | παρ' ἡμῶν ἔστω καὶ τὰ ἐγκώμια, multaque alia exempla, quae enumerare longum est.

Hae praecipue periodi reddunt orationem vividam et acrem — reliquae ita fere compositae sunt, ut periodorum, quales modo cognovimus, aut alteri membro aut utrique membra alia sint addita, neque tamen nisi pauca (veluti p. 6, 20 sq. οὐκοῦν ὁ μὲν ἱκανῶς τετίμηται | καὶ τοὔνομα τῆς ἀρχῆς ἔχει παραμύθιον, || ἐμοὶ δὲ ὀφείλεται τιμῆς παραμυθία, p. 23, 5 ὅταν γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ λέγων τὸν λόγον ἀναβιβάσῃ Καλλίμαχον, || τότε φωνὴν αὐτῷ δότε, | ἐπιλεῖπον τοῦτο πρὸς πίστιν σωτηρίας μόνον ἐν τῷ σχήματι, p. 6, 22 sq. ὁ μὲν οὖν πολέμαρχος κλήρῳ καὶ τύχῃ γίνεται· | οὔκουν ἀρετῆς οὐδὲ ἀξιώματός ἐστι τεκμήριον (ἡ πολεμαρχία). || ἡμεῖς δὲ νῦν ἐξ ἔργων, οὐκ ἐξ ὀνομάτων φιλοτιμούμεθα, | ὥστ' οὐδὲν κοινωνεῖ τοῖς δικασταῖς τῆς παρούσης ἁμίλλης ἡ τῆς πολεμαρχίας ἀξίωσις, p. 9, 17 sq. ὅσῳ δὴ τὸ δρᾶν τοῦ πάσχειν γενναιότερόν ἐστιν | καὶ τοῖς οἰκείοις ὠφελιμώτερον, || τοσούτῳ καὶ Καλλιμάχου Κυνέγειρος θαυμασιώτερος | καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ προτιμότερος, p. 9, 12 sq. καὶ Καλλίμαχος μὲν ἐξ ὧν ἔπαθε παράσημος ἦν· | τὸ γὰρ πλῆθος τῶν ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθέντων βελῶν ἀνέστησεν αὐτόν· || Κυνέγειρος δὲ ἐξ ὧν ἔδρασε θαυμάζεται, | πέμπων τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ὥσπερ ἀποστόλους | καὶ τῇ δεξιᾷ πρὸς τὴν Φοινίκων εἰρεσίαν ἁμιλλώμενος, p. 23, 8 sq. εἰ μὲν γὰρ Μιλτιάδης ὁ στρατηγὸς ἠμφισβήτει τοῦ λόγου, | παρεχώρησα ὡς ἀρχῇ μείζονι· || καὶ γάρ τοι τὸν ἀποιχόμενον ἄρχοντα ἔλαττον ἢ πρότερον γέρας σχεῖν οὐ συγχωρεῖν εἰκός ἐστι | τὸ τῆς μοίρας ἐνδεὲς τῷ πλείονι τῆς τιμῆς παραμυθουμένους, p. 24, 20 sq. Καλλίμαχος μὲν οὖν ἐν τῇ τῶν δεινῶν ἀκμῇ τοῖς βαρβάροις παρετάξατο | καὶ θαλάττης ἐπιχωριαζούσης δίκην ἐκ τῆς ἠόνος εἰς τὴν Ἀττικὴν τὴν Ἀσίαν ῥέουσαν ἀπεώσατο, | ἐν ᾧ πᾶς ὁ κίνδυνος καὶ τῆς ἀρετῆς ὁ καιρὸς ἦν· || Κυνέγειρος δὲ φευγόντων ἤδη πεφοβημένων, | ὑπὸ τοῦ Καλλι-

μάχου τετραμμένων, δεδιωγμένων, | εἰς τὴν θάλασσαν συνεληλαμένων, | ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντων, | μιᾶς νεὼς πρύμνης ἔσχετο[1]), alia), aut utrumque membrum aut alterum nova fiat periodus, veluti: p. 9, 5 sq. ἐδεῖτο δὲ ἡ μάχη τῶν διωκόντων, οὐ τῶν ἑστηκότων· || τὸ μὲν γὰρ ἀρετῇ καὶ ῥώμῃ καὶ θυμῷ καὶ τόλμῃ καὶ λογισμῷ | τὸ διώκειν τοὺς πολεμίους καὶ τρέπεσθαι, | ἡ δὲ στάσις πολλάκις ἐκπλήξει μόνῃ καὶ φόβῳ γίνεται, p. 24, 12 sq. ὧν δὲ Καλλίμαχος ἐλαμπρύνετο, || τούτων οὔτε εἰς Κυνέγειρον οὔτε εἰς ἄλλον ἔστι ποιήσασθαι τὴν ἀναφοράν, | ἀλλὰ μόνον αὐτὸν τὸν πεποιηκότα, p. 25, 7 sq. ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄκρας εὐψυχίας καὶ περιττῆς τινος ἀρετῆς | τῶν κρατίστων πολέμων αὐτοὺς ὑφίστασθαι, || τὸ δὲ παντὸς ἤδη καὶ τοῦ τυχόντος | διώκειν τὸν φεύγοντα καὶ τοῖς τετραμμένοις ἐπεμβαίνειν), aut denique comprehensionum maximi ambitus in utraque aut altera parte et compositio εἰρομένη et κατεστραμμένη inveniatur, veluti p. 8, 3 sq. οὐκοῦν τῷ μὲν σῷ παιδὶ καὶ ἀνάγκη τις ἦν· | ἐξῆγε γὰρ κἂν τοῖς πρώτοις ἔταττεν αὐτὸν ἡ πολεμαρχία· || ὁ δὲ ἐμὸς υἱὸς οὐκ ἀρχὴν αἰδούμενος | οὐδὲ ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας δυσωπούμενος | οὐδὲ ἀκολουθῶν ὀνόματι, | αὐτοκράτορι δὲ ἀρετῇ καὶ καθαρᾷ προθυμίᾳ χρώμενος τοιοῦτος ἐφάνη, p. 8, 13 sq. Καλλίμαχος μὲν καὶ πρεσβύτερος ὤν, | ὥστε καὶ ῥώμην καὶ πεῖραν ἔχων πλείονα, | καὶ μέλλων ἐλάττονος ἀμελήσειν βίου | πολλὰ μὲν εἶχε τὰ σύμμαχα· | θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ κινδυνεύειν ἐτόλμησεν. || Κυνέγειρος δὲ, ἅτε μειράκιον ἐξιών, | ἐκ πλείονος μὲν μεγαλοψυχίας τοῦ πλείονος περιεῖδε βίου | οὐδὲ τὸ τῆς νεότητος ἄπειρον καὶ ἀπόμαχον ἐνέβαλε πολλήν τινα τῇ τούτου τόλμῃ περιουσίαν, p. 10, 3 sq. ἔτι δέ, τοῦ μὲν τὸ θαυμαστὸν ἀναίσθητόν ἐστιν· | ἐν γὰρ τῷ μετὰ θάνατον βεβηκέναι δόξαν ἡ χάρις οὐκ ἔχει· | ἀρετὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄψυχος· || Κυνέγειρος δὲ εἰδὼς καὶ συνιεὶς | καὶ δριμείας μὲν ἀλγηδόνας τῆς χειρὸς τεμνομένης ὑπὲρ τοῦ παντὸς στρατοπέδου καρτερῶν, | τόλμῃ δὲ τοῦ δεινοῦ τὸ καλὸν πρότερον ποιούμενος· | ὥστε παρ' ἀμφοτέρων αὐτῷ δικαίως ὀφείλεται | θαῦμα μὲν ὧν πέπονθεν, | ἔπαινος δὲ ὧν πεποίηκεν, p. 24, 4 sq. ὧν δ' οἱ πειθόμενοι καὶ κελευόμενοι ποιοῦσιν, | αἴτιοι τούτων οἱ πείσαντες καὶ κελεύσαντές εἰσιν, | ὥσπερ μαθητῶν μὲν παιδεύσεως οἱ διδάσκαλοι, | χορῶν δὲ ᾠδῆς οἱ χοροδιδάσκαλοι, | ναυτῶν δὲ εὐπλοίας οἱ κυβερνῆται, || ὥσθ' ὧν Κυνέγειρος ἐτόλμησεν, | καὶ τούτων Καλλίμαχος διδάσκαλος, p. 25, 8 sq, p. 25, 18 sq. ἃ μὲν οὖν Καλλίμαχος ἠρίστευσεν, | ἐν τῷ χαλεπῷ τοῦ δρᾶν καὶ φοβερῷ τοῦ παθεῖν ἐγένετο, || ἃ δὲ ἠθέλησε Κυνέγειρος, | ἐξουσία μὲν τοῦ ποιεῖν ἦν, | ἄδεια δὲ τοῦ μὴ παθεῖν |

[1]) Sic scribendum esse infra (p. 93) accuratius demonstrabo.

ἤδη τῶν πολεμίων τὸ χεῖρον ὡμολογηκότων καὶ τὴν ἀναγκαίαν σωτηρίαν ποριζομένων φυγῇ, alia. Neque his vis et vigor deest et propter contentiones et propter brevitatem membrorum. Sed etiam ne ubertas quaedam deesset, operam dedit; nam cum singulorum verborum tum dictionum aut opposuit contraria (veluti p. 7, 2 ἐξ ἔργων, οὐκ ἐξ ὀνομάτων, p. 7, 19 οὐκ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ἀπ' ἀρετῆς, p. 9, 6 τῶν διωκόντων, οὐ τῶν ἑστηκότων, p. 25, 15 sq. οὐκ ἐξ οἰκείας ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πολεμίου κακότητος, p. 26, 3 sq. δυνάμεώς ἐστιν ἔργον, οὐκ ἐπιδείξεως), aut coniunxit synonyma aut alia ex parte pares sibique respondentes notiones, veluti p. 6, 23 κλήρῳ καὶ τύχῃ, p. 7, 1 οὔκουν ἀρετῆς οὐδὲ ἀξιώματος, p. 7, 6 ἀρετὴ καὶ τόλμα, p. 7, 12 βελτίων γε μὴν καὶ δικαιότερος, p. 8, 14 ῥώμην καὶ πεῖραν, p. 8, 19 ἄπειρον καὶ ἀπόμαχον, p. 8, 22 sq. ἔργοις καὶ πόνοις, p. 9, 8 διώκειν καὶ τρέπεσθαι, p. 9, 9 ἐκπλήξει καὶ φόβῳ, p. 9, 22 ἰδιώτερον καὶ ἐνδικώτερον, p. 10, 2 ἑαυτὸν ἐφῆκε καὶ συνεκάλεσε τὰ τραύματα, p. 10, 6 sq. εἰδὼς καὶ συνιείς, p. 25, 22 sq. τῶν πολεμίων τὸ χεῖρον ὡμολογηκότων καὶ τὴν ἀναγκαίαν σωτηρίαν ποριζομένων φυγῇ, alia, eiusdemque generis duae oppositae sunt tertiae p. 24, 14 sq.: οὔτε εἰς Κυνέγειρον οὔτε εἰς ἄλλον . . . ἀλλὰ μόνον τὸν πεποιηκότα, p. 27, 4 sq.: οὐχ ὑπ' ἄλλου παρωξυμμένος οὐδὲ πρὸς ἕτερον φιλοτιμούμενος, ἀλλ' αὐθαιρέτῳ σπουδῇ.

Polysyndeta trium partium exstant p. 21, 26 sq.: ὀνόμασι καὶ σχήμασι καὶ τῇ στολῇ et p. 23, 18: ὁ τὴν πρόθεσιν ποιούμενος καὶ καλῶν ἐπὶ τὸν λόγον καὶ παντὸς ἐπιμελούμενος τοῦ τάφου, ubi ambitus membrorum secundum rhetorum praecepta increscit, p. 24, 6 sq.: μαθητῶν μὲν — χορῶν δὲ — ναυτῶν δέ, p. 26, 9 sq.: τὰ θεμέλια — καὶ αἱ τρόπεις — καὶ πάντα ὅσα κ.τ.λ., p. 26, 21: τοὺς ἀποβάντας — καὶ δεδουλωμένους — καὶ ἐπιφέροντας, cum tres partes oppositae sint quartae p. 8, 6 sq. Quattuor membrorum climax invenitur p. 21, 22: μὴ λυπήσητε — μηδὲ καθέλητε — μηδὲ ἀποχειροτονήσητε — μηδὲ ἀτιμότερος ὀφθῇ. Quinque membrorum congeriem P. adhibuit p. 9, 7 sq.: ἀρετῇ καὶ ῥώμῃ καὶ θυμῷ καὶ τόλμῃ καὶ λογισμῷ. Neque deest asyndeton: p. 25, 3 sq. Κυνέγειρος δὲ φευγόντων ἤδη πεφοβημένων, ὑπὸ τοῦ Καλλιμάχου τετραμμένων, δεδιωγμένων, εἰς τὴν θάλασσαν συνεληλαμένων, ἐν ταῖς ναυσὶν ὄντων, λυόντων τὰ ἀπόγεια.

Etiam collocatione et ordine verborum non modo singula verba, sed totam orationem insignem et conspicuam reddidit. Sic chiasmo usus est p. 9, 10 sq. πρότερος μὲν ἀπέθανε

Καλλίμαχος, Κυνέγειρος δὲ δεύτερος, p. 10, 2 ἑαυτὸν ἐφῆκε καὶ συνεκάλεσε τὰ τραύματα, p. 23, 17 sq. ὁ τὴν πρόθεσιν παούμενος καὶ καλῶν ἐπὶ τὸν λόγον, p. 25, 10 διώκειν τὸν φεύγοντα καὶ τοῖς τετραμμένοις ἐπεμβαίνειν, p. 26, 8 sq. ὥσπερ τὰ θεμέλια τῶν οἰκοδομημάτων καὶ τῶν νεῶν αἱ τρόπεις, p. 26, 11 sq. ὅπερ δὲ ἡ Μαραθῶνι νίκη ἐδυνάμωσε πρὸς τὰς αὖθις γενησομένας . . . τοῦτο καὶ Κυνεγείρῳ τὰ Καλλιμάχου τολμήματα, p. 27, 6 sq. καὶ Καλλίμαχος μὲν ἀρετῆς παράδειγμα, Κυνέγειρος δὲ Καλλιμάχου μίμημα, ὁ μὲν (Cynegirus) τὴν χεῖρα μόνην, ὁ δὲ (Callimachus) ὅλα τὰ μέρη τοῦ σώματος, chiasmoque similem ordinem verborum invenimus etiam p. 9, 15 sq. πέμπων τὰς χεῖρας — καὶ τῇ δεξιᾷ ἁμιλλώμενος et p. 26, 7: ἀρχὴ δ' οὐκ ἄκαιρός τις ἦν ταῦτα καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς εὖ γε τεχνηθέντων αἰτία. Praeterea **figurae** exstant: 1. **annominatio**: p. 8, 19 ἄπειρον καὶ ἀπόμαχον. 2. **parechesis** quae dicitur: p. 6, 19 πολεμάρχου πατήρ, p. 7, 6 μέγιστα — μόνη, p. 8, 12 μέτρια μάχεσθαι, p. 8, 21 μέσοις τῆς μάχης, p. 9, 1 μέρει τῆς μάχης, p. 9, 2 πάντα τὸν πόλεμον, p. 9, 19 Καλλιμάχου Κυνέγειρος, p. 22, 4 παῖδες ἡμῶν περιγενόμενοι, p. 23, 13 sq. περιὼν περιόντος, p. 22, 18/20 προετάττετο — πρῶτος, p. 22, 5 λέγων τὸν λόγον, p. 25, 2/3 κίνδυνος — καιρός, p. 25, 24 Κυνεγείρου Καλλίμαχος, p. 27, 9 πολέμου πάντα, 3. **litotes**: p. 26, 7 οὐκ ἄκαιρος, 4. **anaphora**: p. 9, 19/20 τοσούτῳ — καὶ τοσοῦτον, p. 22, 5/6 τίς πρότερος ἂν διεκρίθη; — τίς ἐπῄνεσε τοὺς πεσόντας, p. 22, 6/7 οὐχ ὁ ὁπλίσας; οὐχ ὁ τάξας; οὐχ ὁ τοιούτους παρασχών; p. 26, 14/15: διὰ γὰρ τοῦτον — πρὸς γὰρ τοῦτον.

Neque desunt **traiectiones** veluti p. 8, 15 ἐλάττονος ἀμελήσειν βίου — πολλὰ μὲν εἶχε τὰ σύμμαχα, p. 8, 18 τοῦ πλείονος περιεῖδε βίου, p. 8, 20 πολλήν τινα τῇ τούτου τόλμῃ περιουσίαν, p. 22, 10 τὸ πλέον ἂν τῆς τιμῆς, p. 23, 1/2 ἡμῶν ἀκούειν λεγόντων, p. 23, 19 παντὸς ἐπιμελούμενος τοῦ τάφου, p. 27, 9/10 μιᾷ τῶν ἀναγομένων ἐπεχείρησε νηΐ.

Quae omnia vim magis orationis augent quam pulchritudini et suavitati serviunt.

In altera declamatione sola amplificationi hac in parte serviunt etiam **interrogationes** p. 22, 5 sq., p. 22, 16 sq. p. 23, 13 sq., semel **prosopopoeia**, quae, ut Quintiliani verbis (inst. or. IX 2, 29) utar, mire cum variat orationem tum excitat: p. 24, 10 sq. ἐβόα γὰρ ἐγκελευόμενος· »μὴ φείδεσθε μήτε χειρῶν μήτε ὀφθαλμῶν μήτε ὅλων σωμάτων«, semelque **apostropha**, quae item *movet* (Quint. IX 2, 38): p. 23, 14 sq. Εὐφορίων, μὴ λύε κ.τ.λ.

Ut denique fabularum quae circumferebantur de diis in pugna Marathonia praesentibus, his in argumentationibus omnino nulla affertur, sic nullis superlationibus rhetor usus est, id quod optime docet, quanta cum cura declamationes sint compositae.

4. Restat, ut de perorationum compositione verba faciamus, quae in aliis eadem est atque quam argumentationes praebent, in aliis admodum differt. Quamquam omnia in parva incisa discedunt, quae praecipitis festinationis speciem praebent, tamen non desunt enuntiationum comprehensiones maioris ambitus, id quod mirum non est, cum peroratio per amplificationem augeat, cui rei continuationes maiores optime serviunt. Quarum primum obtinent locum in priore declamatione: p. 11, 9 sq. εἰ μὲν δὴ Καλλιμάχῳ παραπλήσιοι πάντες ἐγένοντο, | πᾶν ἂν ἡμῶν κατέχωσαν τὸ στρατόπεδον | καὶ εἰς Ἀθήνας ἀναδραμόντες καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτὴν ἂν εἶχον οἱ βάρβαροι· || εἰ δὲ Κυνέγειρόν τις καὶ ἄλλος ἐμιμήσατο, | δίκας ἂν ἔδοσαν ἔτι μείζονας οἱ μετὰ βασιλέως αὐτοῦ πάντες ἐπὶ τῆς ἠόνος κατακοπέντες | καὶ τέλος ἂν τοῖς βαρβάροις ἔσχε χερσαῖα ναυάγια· | καὶ πάσας ἂν αἰχμαλώτους ἀναδησάμενοι κεφαλὰς τὰς ναῦς εἴχομεν, p. 12, 2 sq. σὺ δέ, ὦ τέκνον, ἐθάρσυνας μὲν τοὺς στρατιώτας τοὺς σεαυτοῦ | δεικνύς, ὡς Ἀθηναίων ἕκαστος ὅλης νεὼς βαρβάρου μαχιμώτερος | καὶ τὰς χεῖρας οὕτως εὐκόλως ἠφίεις ὡς ἕτεροι βέλη, || Μήδους δὲ καὶ Πέρσας καὶ Φοίνικας κατέπληττες | ἀντιρρόπους δεικνὺς ταῖς ναυσὶν αὐτῶν τὰς Ἀττικὰς δεξιὰς | καὶ δηλῶν, ὅτι μόνοις ἀνθρώπων Ἀθηναίοις χεῖρές εἰσιν ἀθάνατοι, p. 14, 9 sq. εἰ τοιαύτας χεῖρας εἴχομεν οἵας σύ, | οὐκ ἂν ἐξῆλθον Αἰγαίου, | οὐχ ὑπεδέξαντό σου τὰς χεῖρας, ὦ παῖ, τὰς βραδέως πεσούσας | τῇ μὲν οἱ πολῖται, τῇ δὲ οἱ φίλοι Πλαταιεῖς | καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα πάντες ἐστεφάνωσαν ὥσπερ τρόπαιον, in altera: p. 27, 14 ὥστε, εἰ μὲν ἠγνόησε κατασχεῖν οὐ δυνησόμενος, | ἀλλὰ προσεδόκησε βιάσασθαι τριήρη δακτύλοις, ἠλίθιον τὸ τόλμημα· || εἰ δ' εἶδεν, ὡς τὸ τῆς πείρας ἀδύνατον, | ἀλλ' ὡς ἐν τοῖς ἀμηχάνοις τόλμα κρατεῖ, | ἀλαζὼν ἡ προσποίησις ἦν, p. 27, 23 χρὴ δὲ ὁρᾶν οὐδὲν πρότερον | οὔτε τέχνην ἔργοις ἐπιτιθεμένην | οὐδὲ ἀρετὴν λόγοις ἀπειργασμένην | ὡς τέλος τῆς ἐπιχειρήσεως | εἰ δυνατὸν ἔτι καὶ ληπτὸν τῇ φύσει | καὶ δυναμένῳ καὶ πειρωμένῳ ἀνδρί, p. 29, 6 sq. διὰ ταῦτα Καλλίμαχος μὲν ἁπάντων ἔτυχεν ὧν ἠθέλησε, | πολλοὺς δε ἀφώπλισε, πάντας δὲ ἐφόβησεν, | ἐφύλαξε δὲ τὴν στάσιν καὶ τεθνεώς· || ὁ δὲ σὸς υἱὸς ὧδε τὴν ἐπίνοιαν ἐκαρπώσατο, p. 29, 17 sq. Καλλιμάχου μὲν οὖν ἡ τόλμα καὶ μάχη

τοῦτο ἐβούλετο | νικῆσαι τὸν βασιλέως στρατὸν | καὶ τὴν Ἀττικὴν αὐτοῖς ἄβατον εἶναι· || Κυνέγειρος δὲ καὶ φεύγοντας ἡμῖν τοὺς βαρβάρους ἀνεῖργε | καὶ κατεῖχεν ἐν τῇ χώρᾳ τοὺς πολεμίους | καὶ μάχης ἔπραττεν ἀρχὰς δευτέρας, p. 31, 6 sq. Κυνέγειρος μὲν οὖν οὔτε θάρρος φίλοις | οὔτε δέος τοῖς πολεμίοις ἐγένετο, | ὃς δράσας οὐδὲν ἀλλ' ἀποτμηθεὶς τὴν χεῖρα ἔπεσεν εὐθύς, | ὥσπερ ἑτέραν οὐκ ἔχων, | ἀλλ' ἐν τῇ δεξιᾷ τῆς ψυχῆς αὐτῷ κειμένης· || τὸν δ' ἐμὸν παῖδα οἱ φίλοι μὲν ὁρῶντες ἐν τῇ τάξει μένοντα πάντες ἥδοῦντο, | τρέσαντες δὲ ὑπεχώρουν οἱ βάρβαροι.

Quod inveniuntur multae **contentiones binorum membrorum**, de quibus iam supra verba fecimus, mirum non est: p. 10, 15 sq. τὸ μὲν Καλλιμάχου σεμνὸν σχῆμα μόνον ἀργὸν ἦν· | τὰ Κυνεγείρου δ' ἔργα θαυμαστὰ μετὰ καλλίστων σχημάτων, p. 11, 6 sq. ἡμεῖς μὲν ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ μεμαχήμεθα, | ὑμεῖς δὲ ἐν γῇ μόνῃ, p. 11, 7 sq. καὶ ὑμεῖς μὲν ἀπεμάχεσθε μόνον τοῖς βαρβάροις, | ἡμεῖς δὲ φυγεῖν αὐτοὺς ποιοῦντες οὐκ ἀφιστάμεθα αὐτῶν, p. 12, 10 sq. Καλλίμαχον μὲν εἰ μηδὲν ἕτερον, ἐκάλυψαν οἱ βάρβαροι, | σοῦ δὲ φοβοῦνται Φοίνικες τὴν χεῖρα καὶ κειμένην, p. 12, 15 sq., p. 13, 11 sq., p. 15, 2 sq., p. 15, 15 sq., p. 16, 6 sq., p. 31, 19 sq., p. 31, 21 sq., p. 33, 2 sq.

Propriam autem perorationes accipiunt speciem **figuris**, quibus ornatae summopere movent summumque πάθος praebent.

Ac primo quidem loco nominandae sunt ὑπερβολαὶ iam supra in argumentis enarrandis commemoratae, quibus epilogi colorem quendam poeticum debent. Accedit **interrogationum et exclamationum** magnus numerus, quarum multae sunt monocolae, plures autem incise dictae, ut vis vigorque orationis vix maior fieri possit, neque paucae exstant **apostrophae** et **prosopopoeiae**. Quarum omnium ex multitudine exempla afferre longum est. Multo quoque saepius quam in ceteris partibus usus est

1. **anaphora**, quae *cum multum venustatis habet tum gravitatis et acrimoniae plurimum* et *ad ornandam et ad exaugendam orationem adhibenda est* (Ad Herenn. IV § 19): p. 11, 22 οὐ μόνους Ναξίους, οὐ μόνους Ἐρετριεῖς, p. 12, 17 ἑτέρωθι μὲν γὰρ ἡ δεξιά, ἑτέρωθι δὲ ἡ ἑτέρα χείρ, p. 12, 20 τὸν ἑστῶτα, τὸν ἀκλινῆ, τὸν νεκρόν, τὸν μηδὲν στήλης διαφέροντα, p. 12, 23, p. 13, 7 sq., p. 13, 13 sq., p. 13, 15 sq., p. 13, 15 sq., p. 15, 10 sq., p. 28, 3, p. 28, 11, p. 28, 13 sq., p. 29, 11 sq. (Polyptoton), p. 30, 5 sq., p. 32, 3 sq., p. 32, 10, p. 32, 11 sq., p. 33, 6 sq., p. 33, 12 sq.,

p. 35, 21, p. 36, 10, p. 36, 17 sq., p. 36, 20, p. 36, 22, p. 37, 11 sq., p. 37, 17 sq.,

2. **iteratione** quae dicitur[1]): p. 16, 13 πάλαι γάρ, πάλαι, p. 30, 1 ἄφες, ἄφες, p. 35, 20 ἐμοί, ἐμοί.

3. Neque desunt **polysyndeta** (p. 12, 6 Μήδους δὲ καὶ Πέρσας καὶ Φοίνικας, p. 29, 6 sq. ἁπάντων ἔτυχεν —, πολλοὺς δὲ ἀφώπλισε, πάντας δὲ ἐφόβησεν, ἐφύλαξε δέ —, p. 29, 11 sq. πάντα μὲν δόρατα — πάντα δὲ ἀκόντια — πᾶσαι δὲ ἐκενώθησαν φαρέτραι — ἅπαντα δὲ τοξεύματα — καὶ πάντα ἀμφισβητοῦντα, p. 29, 21 sq. ἀνεῖργε καὶ κατεῖχεν — καὶ — ἔπραττεν, p. 31, 16 sq., p. 33, 17, p. 35, 12 sq., p. 36, 10, p. 37, 3 sq.) et **asyndeta** (p. 12, 20, p. 28, 17, p. 30, 1 sq., p. 30, 12, p. 31, 21 sq., p. 36, 20.

4. **Chiasmus** ornandae et amplificandae orationi servit: p. 10, 18 τῷ βάλλοντι τὸν πάντα βεβλημένον μηδὲ σχῆμα κενὸν ἔργῳ θρασεῖ, p. 10, 22 sq. μὴ βουλόμενον ἀνεῖχε καὶ ὤρθου νεκρόν — p. 11, 6 sq. ἡμεῖς μὲν — ὑμεῖς δὲ — καὶ ὑμεῖς μὲν — ἡμεῖς δὲ — p. 16, 21 τὸν λόγον — ποίησον καὶ συγκόσμησον τὰς μάχας —, p. 29, 7 sq. πάντας δὲ ἐφόβησεν, ἐφύλαξε δὲ τὴν στάσιν, p. 29, 20 sq. βαρβάρους ἀνεῖργε καὶ κατεῖχε τοὺς πολεμίους, p. 33, 20 sq. ὦ σκυλεύσας τὴν στρατιὰν καὶ πλεῖστα λάφυρα κατασχών.

5. **Annominationis** autem figura ne in hac quidem parte nimis usus est, quamvis plura quam in ceteris partibus orationum exstent exempla: p. 10, 20 ἐπαινῶν ἐπαινεῖ, p. 12, 13 μάχην μεμάχηται, p. 12, 18 ἑτέρωθι δὲ ἡ ἑτέρα, p. 12, 21 τὸν πεζομάχον, τὸν ναυμάχον, p. 13, 9 θέαμα τῶν θεῶν, p. 16, 11 ἐπιταφίῳ μηδὲ ἐπιχείρει, p. 16, 18 τραγῳδῆσαι τραγῳδίαν, p. 28, 9 ἀνόητον τόλμαν νοητέον, p. 37, 11 θεῶν ἄξιον θέαμα.

6. Plura quoque exempla **παρηχήσεως** invenimus: p. 11, 10 παραπλήσιοι πάντες, p. 12, 11 φοβοῦνται Φοίνικες, p. 12, 12 κατὰ μικρὸν μέγαν, p. 13, 17 πρῶτον ἀντίπρωρον, p. 14, 19 κόπτειν τὴν κεφαλήν, p. 14, 22 μυρία καμὼν καὶ μηδὲν ἰσχύσας, p. 16, 2 sq. κάλλιστα κοινῷ, p. 16, 7 βέλη βάρβαρα, p. 16, 12 πάλαι παρελήλυθεν, p. 27, 22 πόνοι πάντες, p. 30, 8 ἐκπέμπει τὸν πόλεμον, p. 30, 10 sq. Μηδικὸν τὸν Μαραθῶνα, p. 31, 16 παύσῃ παραβάλλων, p. 33, 1 sq. μόνος καὶ μάλιστα, p. 33, 22 τῶν βαρβάρων τὰ βέλη, p. 34, 6 μεγάλας

[1]) *vehementer auditorem commovet, eiusdem redintegratio verbi et vulnus maius efficit in contrario causae, quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem partem corporis* (Ad Herenn. IV 28, 38).

μάχας, p. 35, 11 Δαρείου δοῦλοι, p. 36, 8 sq. βιασάμενοι τὸν Βόσπορον, p. 36, 22 ἔτι μένεις; ἔτι μάχῃ; p. 36, 23 νικᾷ νεκρός.

7. Traiectiones etiam hac in parte in deliciis habuit: p. 12, 11 σοῦ δὲ φοβοῦνται Φοίνικες τὴν χεῖρα, p. 12, 13 μίαν ὅλῳ τῷ σώματι μάχην, p. 12, 15 ἑνὸς εἶ στρατιώτου, p. 13, 12 sq. τὸν τῆς Ἀσίας εἷλκες στόλον, p. 13, 20 τῆς πρώτης ἐμνημόνευεν ἐπιτιμίας, p. 16, 1 sq. καὶ πολλὰ λέγειν ἔχων τῆς σῆς ἀρετῆς ἐγκώμια, p. 29, 6 ἁπάντων ἔτυχεν ὧν ἠθέλησε, p. 29, 13 πᾶσαι δὲ ἐκενώθησαν φαρέτραι βελῶν, p. 30, 19 ἓν γένηται τῶν Μαραθωνίων διηγημάτων, p. 32, 2 sq. πολλοὺς ὁμοίους ὄψεσθε Κυνεγείρῳ νεκρούς, p. 32, 7 πολλὰ τοιαῦτα λαβὼν τραύματα, p. 33, 1 sq. παντὸς ἂν καὶ μόνος καὶ μάλιστα τοῦ κατορθώματος, p. 33, 5 ἀνανταγωνίστῳ νικήσομεν ἐρωτήματι, p. 33, 8 τῷ κοινῷ τῆς φύσεως ἡττήθη νόμῳ, p. 33, 15 τοὺς κοινοὺς τῆς φύσεως καὶ ἀρετῆς παρελθόντα ὅρους, p. 36, 15 τείχει προσβαλόντες καρτερῷ, p. 36, 23 νεκρὸς ἡμᾶς Ἀθηναῖος.

Quae cum ita sint, negari non potest has quoque perorationes vel propter crebras exclamationes prope accedere ad cantica, sed qualia re et materia in eiusmodi declamationibus scholasticis et delectandi causa compositis si non omnino excusantur, tamen illo tempore sine dubio ab omnibus sophistis non modo *Asianis* admittebantur et adhibebantur.

γγ) De rhythmo et numeris declamationum.*)

ααα) De rhythmo clausularum.

Ac primum quidem lex illa Meyeriana[1]), secundum quam scriptores inde a s. IV. p. Chr. n. usque ad s. XVI. ita in clausulis rhythmum efficiebant, ut ante ultimam arsin accentu effectam minimum duas theses (id est syllabas accentu non praeditas) ponerent, a Polemone nondum observata est. Abhorrent enim ab ea lege permultae clausulae, in quibus aut una tantum, aut, quamquam id rarius fit, omnino nulla thesis ultimam arsin praecedit.

1. Ultimo verbo proparoxytono exstat ante ultimam arsin a) nulla thesis: p. 4, 8 ἀρετὴ σχήματος, p. 11, 17 ναῦς εἴχομεν, p. 13, 10 θεῶν ἄξιον, p. 21, 17 κοινῷ σήματι, p. 35, 22 ἐγὼ ἕτοιμος, b) una tantum: p. 4, 18 κρατῶν ἀπέθανεν, p. 8, 3 ἡσυχίαν ἄγοντας, p. 9, 9 φόβῳ γίνεται, p. 10, 11 ὧν πεποίηκεν, p. 12, 15

*) [De hac parte in multis dissentiens auctorem interpellare nolui. R. F.]

[1]) W. Meyer, Der accentuierte Satzschluss in der griech. Prosa vom IV. bis XVI. Jahrh., München 1891.

ἀριστείαν ἔδειξεν, p. 12, 19 μεγάλου θαύματος, p. 13, 15 σέλας φέρουσαι, p. 14, 13 ὥσπερ τρόπαιον, p. 15, 4 πεύκην ἔκοπτεν, p. 16, 1 εἰκόνας ἔχουσαι, p. 16, 12 ταφῆναι θέλοντος, p. 18, 2 θανάτου κρείττονα, p. 18, 20 πολλῶν ἠπείγετο, p. 19, 16 Ἀθήνας ἔφασκον, p. 20, 16 Μαραθῶνος τρόπαιον, p. 25, 18 τύχης κρίνεται, p. 27, 9 πάντα μείζονα, p. 31, 1 οὐδὲν ἐβλάπτομεν, p. 37, 9 Ἀθηναῖοι τρόπαιον, p. 37, 10 βαρβάροις δόγματα.

2. **ultimo verbo paroxytono a) nulla thesis:** p. 4, 14 αὐτοῖς λόγον, p. 12, 23 πολλῶν ἕνα, p. 26, 10 ἰσχυρὰν ἔχει, p. 35, 18 ὑγιῆ ἔχον, **b) una:** p. 7, 7 φέρει μόνη, p. 10, 3 νηΐ (τὰς) χεῖρας, p. 13, 3 Μαραθῶνος δόξα, p. 13, 13 εἷλκες στόλον, p. 18, 16 ἐδόκει τρέχειν, p. 20, 6 ἀψύχοις μάχην, p. 23, 5 γενέσθω γέρας, p. 29, 17 ὥσπερ ξύλον, p. 29, 22 ἀρχὰς δευτέρας, p. 29, 24 ναῦς ἐκράτει, p. 33, 8 ἡττήθη νόμῳ, p. 33, 15 παρελθόντα ὅρους.

Itaque non accentus, sed syllabae respiciendae sunt.

Inveniuntur autem in fine periodorum:

voces monosyllabae:	bisyllabae:
⏑ 0 + 1[1]	⏑ – 24 + 8
– 11	⏑ ⏑ 14 + 3
	– – 11 + 3
	– ⏑ 5 + 2
summa: 11 + 1	summa: 54 + 16

trisyllabae:	quadrisyllabae:
– ⏑ – 18 + 5	⏑ ⏑ – ⏑ 7 + 1
– ⏑ ⏑ 16 + 2	⏑ – – ⏑ 7 + 1
⏑ – ⏑ 13 + 1	– – ⏑ ⏑ 5 + 3
⏑ – – 10 + 1	⏑ ⏑ ⏑ – 5 + 1
– – ⏑ 4	– ⏑ – ⏑ 5
⏑ ⏑ – 4	⏑ ⏑ ⏑ ⏑ 4 + 1
– – – 1	⏑ – – – 3 + 1
⏑ ⏑ ⏑ 1	⏑ ⏑ – – 3 + 1
	– ⏑ ⏑ – 3
	⏑ – ⏑ ⏑ 2 + 1
	– ⏑ – – 1 + 1
	⏑ – ⏑ – 1
	– – ⏑ – 1
summa: 67 + 9	summa: 47 + 11

[1]) Numeri per crucem additi pertinent ad enuntiationes interrogativas.

quinquesyllabae:		hexasyllabae[1]):	
⏑ ⏑ – ⏑ ⏑	10 + 3	⏑ – – ⏑ ⏑ –	1
⏑ ⏑ – ⏑ –	7	⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑	1
⏑ – – ⏑ ⏑	7	⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑	1
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑	2	– – – – – ⏑	1
– ⏑ ⏑ ⏑ ⏑	2	⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ –	1
⏑ – – ⏑ –	2		
⏑ – ⏑ ⏑ ⏑	2		
⏑ – ⏑ ⏑ –	1		
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑	1		
– ⏑ – ⏑ ⏑	1		
⏑ – ⏑ – ⏑	1		
– ⏑ ⏑ – –	0 + 1		
⏑ ⏑ – – ⏑	0 + 1		
– – ⏑ – ⏑	0 + 1		
summa:	36 + 6	summa:	5

Iam videmus superari ceteras omnes voces numero trisyllabarum (67 + 9) eique proximam esse summam bisyllabarum (54 + 16), cum tertio stent loco quadrisyllabae (47 + 11), dimidiamque fere tantummodo partem trisyllabarum reddant quinquesyllabae (36 + 6).

Monosyllaba denique et hexasyllaba omnium rarissime adhibita sunt.

Si singula accuratius spectamus, id primum constat rhetorem monosyllaba in extremis clausulis evitasse, id quod cuivis persuasum erit, qui qualia illa monosyllaba sint, cognoverit. Inter voces enim quae unam continent syllabam longam, octies exstat vocula ἦν, quae cum antecedenti vocabulo unum quasi verbum efficit, eundemque in modum semel positum participium ὢν cum praecedenti voce coalescit, neque p. 5, 23 praepositio ἐκ a substantivo γῆς separari potest. Restat igitur unum exemplum p. 31, 13 ὁ δὲ οὔ.

E disyllabis longe primum obtinent locum vocabula iambica.

Plurimum antecedit syllaba longa, quae undecies est monosyllabon (articulus sexies, praepositio p. 32, 5, aliae voces p. 6, 19 μου νεκρῷ, p. 17, 11 καὶ λόγῳ, p. 22, 8 μὲν δοκεῖ, p. 28, 13

---

[1]) p. 30, 4 ἀφεψαλωμένης corruptum est. Cf. p. 50.

οὐκ ἔχει), ut non solum nostro iure iambum non separemus a praecedenti longa et creticum in fine agnoscamus, sed etiam dicere possimus rhetorem clausulam anapaesticam, paeonicam, choriambicam in verbis iambicis minus probavisse, creticum vero adamasse.

Creticum praecedunt spondei 1. singuli p. 32, 5 στρατιωτης εἰς μαχην, p. 33, 8 ἡττη θη νομῳ, 2. duo p. 36, 22 τοσουτων αἰσχυ νῃ πεσειν, 3. terni p. 13, 23 τιμω ρησας οἰκει ῳ νεκρῳ et p. 26, 11 και την ἀρχην ἰσχυ ραν ἐχει, molossumque creticus bis sequitur: p. 6, 19 τῳ πολλῳ μου νεκρῳ et p. 20, 6 ταις ἀφυ χοις μαχην.

Duae autem syllabae longae si iambum praecedunt, plerumque res ita se habet, ut in utraque ictus sit ponendus et cum prior ad antecedentem poeticum quendam syllabarum rhythmum pertineat, posterior cum sequenti iambo consociata creticum efficiat, ita ut 1. creticus excipiat glyconeum I. catalecticum p. 17, 11 των ἀγαθων ἀνδρων ταφον και λογῳ (glyconeum dico, quamquam in pede qui dactylum sequitur, spondeus invenitur, id quod a poetarum legibus abhorret, nam dubium non est quin in prosa oratione leges severae artis poeticae locum non habeant), ut 2. creticus sequatur creticum p. 20, 19 τας Ἀθη νας πεσειν[1]), 3. choriambus praecedat creticum p. 16, 24 λαμβανομαι του ταφου, 4. iambica tetrapodia catalectica soluta arsi altera ante creticum exstet p. 23, 19 και παντος ἐπιμελουμενος του ταφου, 5. ex iambo et cretico dochmius fiat p. 22, 8 ἐμοι μεν δοκει. Novies etiam tertium clausularum genus invenitur, quod e logaoedis constat: pherecrateus I. p. 21, 19 τιμας ἐπι τῳ ταφῳ, glyconeus I. soluta arsi altera p. 16, 14 Καλλιμαχος ὑπο των βελων, glyc. II. p. 7, 7 ἀρετη και τολμα φερει μονη, p. 9, 12 και του Καλλιμαχου νεκρου, p. 23, 17 ὁ νομος της δημοσιας ταφης, logaoedica pentapodia πρὸς ἑνὶ p. 18, 16 την ταχιστην ἐδοκει

---

[1]) p. 10, 20 σχημα κενον ἐρ γῳ θρασει paeon quartus qui creticum praecedit pro cretico soluta arsi priore accipi potest.

τρεχειν, p. 25, 23 σωτηριαν ποριζομενων φυγη, p. 28, 13 το τολμημα σου φυσιν ουκ εχει, p. 29, 3 αυτη μονη κατεχει ναυν ἢ λαβη, logaoed. pentap. π. δυοῖν p. 21, 10 ὡς ἂν ἐπι μηδενος ἀλλοτριου πεσῃς; ad quae accedunt iambi iterati, qui bis inveniuntur: p. 33, 7 οὐ μεχρι του βιου et p. 26, 23 ποσας ἐτι ψυχας ἐχεις semelque troch. trip. cat. p. 29, 23 ἐποιησεν ἀλ λο βασιλευς παρων.

Locis denique paucis ubi iambum praecedit syllaba **brevis**, duabus clausulis exceptis (p. 36, 22 ἔτι μένεις et ἔτι μάχῃ) ubique **choriambi** existunt, qui alterum choriambum sequuntur p. 7, 13 ὁστις ἀριστεια ἐχει, p. 11, 20 ἢ τινας ὠ νησε φιλους, p. 36, 4 οὐκετι γαρ ἐ χουσι βελη et duos p. 33, 15 της φυσεως και ἀρετης (παρελ) θοντα ὁρους.

Quae cum ita sint, sine dubio illae duae clausulae ἐτι μενεις et ἐτι μαχῃ non sunt paeones quarti, quorum nullum invenimus exemplum, sed cretici soluta arsi priore.

Sequuntur clausulae, in quarum fine vox **pyrrhichica** est, quae quamquam alteram tantum partem vocum iambicarum adaequant numero, tamen proxime ad illas accedunt. Praeterea earum rhythmus idem fere est atque clausularum quae in voces iambicas exeunt. Ac primum quidem ut iambum plerumque, ita pyrrhichium semper antecedit syllaba **longa** (monosyllaba longa: articulus p. 7, 19, p. 16, 22, p. 17, 16, p. 35, 6, aliaque vox p. 22, 11 νὴ Δία, et p. 35, 18 ὑγιῆ ἔχον). Deinde **spondeum** sequitur dactylus p. 6, 20 ἀκολουθησαν των ἐνος, p. 17, 16 δειξω τον λογον et molossum p. 35, 6 της ψυχης την ὁδον.

Tum **duae longae** pyrrhichium antecedunt, inter quas eadem intercedit ratio atque in illis clausulis quae in iambum exeunt, ubi dactylus sequitur logaoedos p. 32, 15 νυν πρωτον ἀθανατος ὡφ θη νεκρος, **creticus** praecedit dactylum p. 16, 22 τας Μαραθω νος μαχας τῳ πατρι, p. 29, 17 ἀπεκοψαν ὡσ περ ξυλον, dactylus excipit **choriambos** singulos p. 4, 14 εἰπῃ τον ἐπ' αὐ τοις λογον, p. 36, 21 τον φιλονει κον νεκρον, et duos p. 23, 5 τῳ

πολεμαρ χῳ δε γενεσ θω γερας, ante dactylum exstat iambica dipodia p. 12, 23 τον αντι πολ λων ἑνα.

Neque desunt clausulae logaoedicae: pher. I. p. 16, 4 ὠ Καλλιμαχου πατερ, glyc. II. p. 7, 19 χρη παρι εναι ἐπι τον λογον, logaoed. tetrap. π. δυοῖν p. 32, 4 τις γαρ σοι ἰσοστασιος νεκρος, logaoed. hexap. p. 35, 18 ἐπει χωρει το σωμα τοπον ὑγιη ἐχον. Trochaei denique iterati inveniuntur p. 30, 13 εἰσεται χαριν.

Quae omnia docent rhetori in vocibus pyrrhichicis ultimam brevem totiens pro longa adhibitam ancipitem visam esse.

Rarius voces spondiacas adhibuit. Quibus ita usus est, ut exsistant 1. clausula iambica p. 33, 7 οὐ μεχρι της ψυχης, 2. clausulae trochaicae p. 5, 12 οὐμος τε παις και ὁ τουτον, p. 22, 7 οὐχ ὁ ταξας, p. 27, 5 ἀλλ' αὐθαιρετῳ σπουδῃ (troch. tetrap.), neque non p. 11, 9 οὐκ ἀφισ ταμεθα αὐτων (ditrochaeus), 3. clausulae logaoedicae p. 30, 11 Μηδικον Μαραθῶνα ποιεις (glyc. II.), p. 34, 8 ὡμολογησε τῃ ψυχῃ (glyc. I.), p. 39, 2 θαυματι την ψυχην (pher. I.). Molossus sequitur epitritum II. p. 22, 3 ἀξιουσθαι τας ἀρχας et spondei excipiunt spondeum ter: p. 21, 26 ὑμιν ὀφθῃ, p. 26, 2 ἀριστειαν αἰτει, p. 31, 24 κρειττον ποιει.

Bacchium denique antecedit ionicus a minore p. 22, 18 προεδρεια τις ἐσται. Neque enim traditam lectionem προεδρεία τίς ἔσται αὐτῷ ἑπομένῳ; retinendam esse censeo neque probatur mihi Hinckiana coniectura προεδρεία τις ἔσται αὐτῷ ἑπομένῳ; Primum enim duo graves hiatus offendunt, tum parum videtur verisimile esse primam (ποίων τεύξεται;) et tertiam enuntiationem (προετάττετο κ.τ.λ.) de Callimacho agere, alteram autem (προεδρεία τίς ἔσται αὐτῷ ἑπομένῳ) Cynegirum spectare. Sed deleto participio ἑπομένῳ solo ut emblemate et alter hiatus remanet et clausula – ⏑ | – – exsistit, quam Polemo vitavit. Itaque retineo tantum προεδρεία τίς ἔσται;

Nullo loco exstat clausula heroica – ⏑ ⏑ | – –; itaque p. 25, 7 non scribemus cum Hinckio μιᾶς νεὼς ἔσχετο πρύμνης, sed μιᾶς νεὼς πρύμνης ἔσχετο.

Restant voces trochaicae, quas rhetor septies in periodis extremis posuit, ut eas sine dubio studuerit vitare. Uno loco clausula heroica invenitur (p. 28, 1 και δυναμενω και πει ρωμενω ανδρι), sed verba suspecta sunt, quod non modo supervacanea, sed etiam minus apta sunt et hiatum gravem praebent. Ter serviunt illae voces clausulae logaoedicae: p. 13, 3 ὦ Μαραθωνος δοξα (pher. I.), p. 16, 9 ερω τι και περι του σου παιδος (glyc. II.), p. 35, 8 εγγυασθαι ανεχειν το σωμα (logaoed. pentap.). P. 22, 10 (τῃ ἡγεμονιᾳ δοιτε) trochaicam tripodiam catalecticam trochaeus sequitur.

Semel etiam duo palimbacchii claudunt p. 10, 3 τῃ νηΐ τας χειρας, semelque antecedit trochaeum tribrachys p. 23, 14 τις Καλλιμαχου προτερος ἐστιν, quae clausula quin loco ditrochaei stet, quem forma ‒ ⏑ | ‒ ⏑ praeditum nullo invenimus loco (nam p. 35, 8 τὸ σῶμα una quasi vox est[1])), non dubito; qua in re non videtur nullius momenti esse, quod verba πρότερός ἐστιν, cum ἐστὶν sit encliticon, item unam quasi vocem efficiunt.

In trisyllabis primum apparet rhetorem plurimum adhibuisse voces creticas, quae inter vocabula in fine periodorum posita alterum tenent locum proximeque ad verba iambica accedunt, quae omnium frequentissima sunt, ut pateat, id quod iam antea coniecimus, quia verba illa iambica plerumque syllabam longam excipiunt, Polemonem creticas clausulas in deliciis habuisse. Tum ne ratio quidem clausularum in verba cretica exeuntium dissimilis est rationi clausularum, quarum ultima vocabula sunt iambica.

Sequitur enim creticus spondeum p. 22, 18 ποιων τευξεται, bis in clausulis logaoedicis: p. 16, 18 ταις ὑπερ ὑμων κειμεναις (glyc. I.), et p. 29, 6 οἱαν απωλεσεν εἰκῃ δεξιαν (logaoed. pentap.), bis denique etiam in clausulis iambicis: p. 16, 18 οἱαν εκεινος δεξιαν (iamb. tetrap.) et p. 29, 22 επραττεν αρχας δευτερας (iamb.

[1]) Neque aliter res se habet in clausulis καὶ ὁ τούτου et οὐχ ὁ τάξας supra allatis, ut ne epitritus quidem ultima voce spondiaca finiatur.

tetrap.), quater molossum: p. 10, 17 μετα καλλιστων σχηματων, p. 15, 21 τῃ θαλασσῃ την δεξιαν, p. 27, 14 τοσουτος τῃ δεξιᾳ, p. 31, 12 ὑπεχωρουν οἱ βαρβαροι, semel dispondeum p. 6, 11 ἡ την ναυν ἡ δεξια. Accedunt clausulae in quibus creticae voces excipiunt creticos praecedentes, veluti p. 9, 9 ἐκπληξει μονῃ και φοβῳ γινεται, p. 12, 12 χειρα και κειμενην, p. 25, 18 ἀσταθμη τῳ δε τῳ της τυχης κρινεται, p. 28, 12 ἀνθρωπινῃ δεξιᾳ, p. 30, 1 Κυνεγειρε μη λαμβανου.

Semel creticum antecedit choriambus p. 24, 12 μητε ὁλων σωματων (pagina autem 30, 7 ναυν, ὁτι μη συμφερει propter pausam quae inter ναυν et ὁτι intercedit, non choriambum, sed anapaestum excipi a cretico melius dicemus, ut p. 33, 17 κατα την ἀξιαν, semelque trochaica tetrapodia ἐπιτρεπων τῳ βασιλεως ναυτικῳ (p. 6, 1).

Inveniuntur autem etiam clausulae in quibus creticus **trochaeum** sequitur, p. 14, 24 ἠγαγετε δεξιας (iamb. trip.) et p. 22, 7 οὐχ ὁ ὁπλισας (troch. trip.). Una denique **logaoedica** agnoscitur clausula in qua dactylum ditrochaeus catalecticus sequitur, p. 17, 18 βηματος ἑσταναι (pher. I.).

Sequuntur **dactylica** vocabula, quae non modo numero adaequant fere cretica, ut vel ex ea re concludi possit etiam dactylorum pariter atque pyrrhichiorum syllabam extremam in fine periodi esse ancipitem, sed etiam utraeque clausulae inter se simillimae sunt. Antecedunt enim saepius **duae pluresque longae**, ut dactylus **spondeum** excipiat p. 11, 17 τας ναυς εἰχομεν, p. 25, 7 πρυμνης ἐσχετο, p. 37, 3 in iambica tetrapodia πεσειν οὐκ εἰδοτας, p. 14. 4 in iambica tetrapodia ἀποδοτε και μη φευγετε, p. 23, 8 in logaoedica pentapodia σωτηριας μονον ἐν τῳ σχηματι, p. 31, 19 in glyconeo I. ὁ δε ἐκρατει της ἀσπιδος, molossum p. 21, 17 τῳ κοινῳ σηματι, tres spondeos p. 16, 6 ἠδη πιπτου σαν την Ἑλλαδα. Neque deest dactylus qui sequitur creticum p. 37, 10

βαρβαροις δογματα et bis choriambum: p. 4, 8 κρειττων αρετη σχηματος et p. 12, 19 του μεγαλου θαυματος.

Singulis praeterea in clausulis praemissa est dactylo 1. trochaica tripodia p. 26, 17 ὑπεριδοντα του σωματος, 2. troch. tetrap. p. 13, 10 ὦ θεαμα των θεων αξιον, 3. pherecrateus II. p. 18, 2 και νεκρον θανατου κρειττονα. Ad hanc similitudinem quae cernitur inter clausulas in creticum exeuntes et clausulas quarum ultima vox dactylica est, accedit quod iambicae et trochaicae clausulae agnosci debent et ictus in ultimam brevem producendam cadit p. 13, 24 ὦ καινον ἐπινοημα σωματος (iamb. pentap.), p. 27, 9 παντα μειζονα (troch. trip.), p. 32, 21 γεγονεν αἴτιος (troch. trip.), neque non claudit glyconeus I. p. 32, 3 Καλλιμαχῳ δὲ οὐδενα et dochmius p. 35, 17 τι δ'οὐ βαλλετε.

Quae cum ita sint, neminem fore puto qui neget etiam dactylos pro creticis ut pyrrhichios pro iambis adhibitos esse et Polemonem extremo clausularum loco syllabas brevi praecedente ancipites habuisse. Num idem statuendum sit in clausulis quae in paenultima longam praebent, infra videbimus.

Tertium trisyllabarum locum obtinent vocabula amphibrachica, quibus rhetor semper ita usus est, ut eis praemitteret syllabam longam (monosyllabon p. 22, 3 οὖν σκοπεῖτε, p. 33, 4 καὶ μάλιστα, p. 22, 6 τοὺς πεσόντας), qua ratione exsistunt ditrochaei, quorum ultimo vocabulo trochaico nullum invenimus exemplum. Antecedentium rhythmus plerumque ita comparatus est, ut ditrochaeus ab eis separetur. Non solum enim sequitur singulos spondeos p. 22, 3 οὑτως οὖν σκοπειτε, p. 37, 9 'Αθηναι οι τροπαιον p. 33, 4 Κυνεγειρον και μαλιστα, sed etiam plures longas p. 15, 4 ὥσπερ δρυν ἤ πευ κην ἐκοπτεν. Duarum longarum amphibracho praemissarum prior excipit brevem, ut numeri fiant ascendentes, cum per ditrochaeum rhythmus usque ad finem descendat, illis in clausulis, ubi ante ditrochaeum exstat pherecrateus I. p. 14, 13 ἐστεφανωσαν ὥσ περ τροπαιον, pherecrateus II. p. 20, 17 ὦ πρωτον Μαραθω νος τροπαιον,

glyconeus III. p. 14, 2 ὥσπερ ἀγκύρων ἀσαλευ τον μενουσαν, choriambus p. 16, 12 μηδε ταφη ναι θελοντος, creticus p. 19, 16 τας Ἀθη νας ἐφασκον. Quattuor locis, in quibus breves syllabae ditrochaeum antecedunt, lagaoedi exsistunt: p. 8, 3 την ἡσυχιαν ἀγοντας (pher. I.), p. 22, 6 τις ἐπῄνεσε τους πεσοντας (pher. I.), p. 35, 22 ἰδου, ὦ παντες, ἐγω ἑτοιμος (glyc. II.), ad quos accedit glyconeus I. p. 12, 15 χειρος ἀριστειαν ἐδειξεν, semelque inveniuntur trochaei iterati p. 37, 11 ἀξιον θεαμα.

Pari fere numero atque amphibrachi in fine posita sunt vocabula quae bacchii formam praebent. Nec tamen usquam rhythmus in bacchios exit, sed in trochaeos (vel iambos) epitriti formam praebentes (id quod vel ea ex re videtur concludi posse, quod saepius syllaba longa quam brevis antecedit ultimam vocem) exeunt duae clausulae logaoedicae p. 13, 15 χειρες ἐλευθεριον σελας φερουσαι (pentap.), p. 22, 16 των ἀλλων πατερων ὑπαρξει (glyc. II.) et quattuor clausulae trochaicae (vel iambicae) p. 16, 13 τα καλλιστα και νῳ νομῳ φυλαττω (troch. trip.), p. 22, 7 οὐχ ὁ τοιουτους παρασχων (troch. tetrap.), p. 39, 4 και τον ἐπινικιον τραγῳδειν (iamb. pentap.), p. 39, 6 συγχωρουντων των δικαστων (troch. dip.). Quae cum ita sint, cum hi epitriti pares sint illis ditrochaeis, non est dubium quin etiam in clausulis descendentibus (paenultima longa) rhetori ultima syllaba fuerit anceps. Item p. 14, 4 τας ἐν Αἰγαιῳ νησους ἀπαιτω non bacchius, sed ditrochaeus in fine videtur agnoscendus esse. Neque quidquam obstat, quominus etiam illis locis ubi ultimum vocabulum breves sequitur, illum rhythmum trochaicum tribuamus, nisi quod paenultima arsis soluta est: p. 16, 1 της σης μαχης εἰκονας ἐχουσαι (iamb. pentap.), p. 33, 19 ἀλλα τινος Ὁμηρου (troch. trip.), p. 8, 13 και τα μετρια μαχεσθαι (pher. I.), neque p. 23, 2 statuamus necesse est clausulam quae e duobus constet bacchiis, cum voces ἡμῶν ἀκούειν λεγόντων arte cohaereant, sed clausula epitritus esse potest, qui sequitur creticum. Nus-

quam denique trochaeus antecedit ultimam vocem, id quod propterea magni est momenti, quod ne in amphibrachis quidem clausula – ⏑ | ⏑ – ⏑ exstat.

Quater invenitur vocabulum antibacchii forma praeditum. Bis antecedit ei spondeus, ut ne in fine quidem clausulae trochaeus locum habeat, cum nulli trochaei praecedant, sed syllaba brevis pro longa sit accipienda p. 35, 17 και μη φειδεσθε et p. 14, 19 προς την ἠπειρον. Tum semel brevem syllabam antibacchius sequitur pro molosso habendus p. 35, 23 εἰ ἐξεστιν. Semel denique trochaeus excipit pherecrateum I. p. 27, 17 ἡλιθιον το τολ μημα.

Sequuntur voces anapaesticae formae, quas semel praecedit brevis, ut clausula in paeonem quartum parem cretico exeat p. 8, 9 τοιου τος ἐφανη, cum ter longa praemissa choriambus fiat, qui longas sequitur p. 19, 9 ἀξιωσας εἰ ναι φοβεραν (ἀρετῇ deleo ut ineptum), p. 29, 24 και τας Φοινισσας ναυς ἐκρατει et alterum choriambum p. 23, 3 ἐτιμησατε θει ῳ στεφανῳ. Singulae denique clausulae exeunt in vocabulum molossicum et tribrachicum. Illud exstat p. 37, 17 ἀγορευειν λογον ἁρμοττει, quam clausulam digesserim ⏑́⏑ – ́ ⏑ ⏑ ́ | – –, ut par sit clausulae quam modo attulimus ἡλιθιον το τολ μημα; hoc invenitur p. 34, 27 praecedente brevi, ut proceleusmaticus fiat, qui pro dactylo (cretico) soluta arsi priore accipi potest, quia in οὐ διεσεισε πολεμος proceleusmaticus choriambum excipit pariter atque in clausulis quae in dactylum aut creticum exeunt, dactylus aut creticus haud ita raro choriambum sequitur.

Absolutis iam trisyllabis nos convertamus ad quadrisyllabas.

Ac primum quidem oculos in se convertit magnus clausularum numerus, quae exeunt in voces formae paeonis tertii quater praecedente longa reddentes clausulam heroicam p. 15, 2 in glyconeo III. εἰς Ἀθηνας κομιουσι, p. 15, 8 in pherecrateo II. τοις στοιχειοις διενειμεν, p. 18, 10 in pentapodia

dactylica και θαρσους ἀγαθου νεκρος οὐχ ὀλοκληρος, in glyconeo III. p. 26, 7 οὐκ ἂν εἰ η ἐπιδειξις. Tum clausula ditrochaica arsi priore soluta exstat p. 21, 13 του ταφου το κεφαλαιον, p. 22, 6 ὁ πολεμαρχος, p. 29, 2 ἐνεβαλλε (BC, ἐνέβαλε A) δᾳ δας ἐκομιζεν. Trochaica denique tetrap. acat. agnoscitur p. 31, 24 ὁ μεν ἐλαβετο, ὁ δ' ἀπεκοψε.

Insignia sunt etiam octo vocabula antispastica, in quibus plerumque exstat clausula ‒ ◡ ‒ | ‒ ◡ (sexies syllaba longa antecedit). Pedibus autem qui antecedunt respectis res ita se habet, ut trochaeus extremus excipiat pherecrateum I. p. 9, 5 την 'Ασιαν κατη ραξεν, glyconeum I. του κατορθωματος αἰτιος νομι ζοιτο, trochaicam tripodiam catalecticam p. 28, 14 τις Τριτων ἐποι ησεν, creticum (troch. dip. cat.) p. 10, 11 ὧν πεποι ηκεν, p. 36, 5 γυμνους ὑμιν αὐ τους ἐποι ησα, p. 36, 24 νεκρος ἡ μας 'Αθη ναιος. Item pherecrateum II. trochaeus sequitur p. 38, 1, ubi antispastum brevis praecedit syllaba: οὐκ αὐτου μεν ὑπαρ χουσαν, ut trochaicam tetrapodiam catalecticam p. 36, 14 στηθι Καλλιμαχε ἀκι νητος.

Octo quoque vocabula quae seriem syllabarum ionici a maiore praebent, non miramur, quod in dactylum exeunt, quem a rhetore in deliciis habitum esse supra vidimus. Ratio quoque numerorum qui dactylum illis in clausulis praecedunt, eadem est atque in clausulis quae in vocabula dactylica exeunt. Spondeum enim dactylus sequitur p. 28, 5 του τολ μηματος, plures syllabas longas p. 18, 21 των πολλων ἠπ ειγετο, p. 28, 16 τοσουτῳ πλη ρωματι, p. 30, 14 ἀναγκαιαν αὐτῳ την νικην εἰρ γαζετο, creticum p. 21, 22 και τα ἐγ κωμια, p. 31, 16 ἡ τον ἐρ ριμμενον et trochaicam tripodiam catalecticam p. 20, 10 τεθναναι τον ἐσ τηκοτα. Etiam trochaica clausula invenitur p. 35, 2 φασματων ἐξαιρετον (tetrap. cat).

Voces paeonis quarti forma praeditae a legibus rhythmi Polemoniani alienae non sunt, quod, ut in vocabulis iambi formam

praebentibus duae illae clausulae ἔτι μένεις et ἔτι μάχῃ cretici fuerunt soluta arsi priore, ita etiam illa vocabula paeonica partim cretici sunt soluti, cum praecedentes rhythmi iidem sint atque in clausulis ultima voce cretica (illa enim vocabula sequuntur 1. creticum p. 36, 16: των βελων περιβολης, 2. iambicam dipodiam p. 22, 5: τις προτερος αν διεκριθη et tripodiam p. 32, 14 ὁμαιος ἠσθα τῳ μαχομενῳ), partim ditrochaei soluti, qui ad clausulas trochaicas pertinent p. 12, 9 χειρες εἰσιν ἀθανατοι (tetrap. cat.), p. 30, 2 ἀλλας ἀποβασεις (trip. cat.) et ad clausulam logaoedicam p. 19, 22 την πολλην δυναμιν του βασιλεως (pentap.).

Clausulis quarum extrema vox formam ⏑ – – – praebet, ita usus est sophista, ut semper longa syllaba antecedat, ut pares fiant clausulis quae in – ⏑ – – ⏑ exeunt. Ut in his, sic in illis spondeus sequitur tres creticos p. 25, 12 και κυνες κατα λεον των θρασυ νονται, iambicam tetrapodiam acatalectam p. 25, 11 και τοις τετραμμενοις ἐπεμ βαινειν, glyconeum II. p. 28, 15 ἡ δεξια ἀνεμοις ἁμιλ λασθαι, neque nisi p. 33, 10 και την ψυχην ὑπερβαινει molossus in fine videtur agnosci posse.

Quod quater in fine voces ditrochaicae exstant, propterea miramur, quia ditrochaeum rhetor in vocabulis trochaicis fugit neque nisi in vocibus forma amphibrachi praeditis admisit, id quod denuo nos monet non esse nullius momenti, qualis sit formae vocis extremae. Clausulam ditrochaicam cognoscimus p. 7, 5 ἡ της πολεμαρχιας ἀξιωσις (ditrochaeus sequitur pher. I. cat.), p. 31, 25 οἱ δε και ὁμως (troch. trip. cat.) ἐξεπλευσαν, p. 14, 8 Ἀθηναιοις αἰχμαλωτον, et ditrochaeus pars est clausulae quae continetur tetrapodia trochaica acat. p. 21, 6 σωματος την ἀσθενειαν.

Item troch. tetrap. exstat ultima voce formae – – – ⏑ p. 28, 10 την ἀχρηστον αὐθαδειαν.

Sequuntur vocabula proceleusmatici formam praebentia, quae ut numero proxima sunt paeonibus quartis, ita eadem ratione sunt dactyli soluta longa, qua illi cretici sunt soluta arsi priore. Excipiunt enim creticos p. 4, 18 και κρατων ἀπεθανεν,

p. 37, 16 της μαχης ἐγενετο, trochaicam tripodiam p. 10, 24 των τοξευματων δεδεμενον, neque non logaoedicam tetrapodiam catalecticam πρὸς δυοῖν p. 28, 18 αἰχμαλωτος ἀκροστολιου γενομενος; trochaica denique pentapodia invenitur p. 27, 13 πως γαρ χειρι νηα ἐλαβετο.

Ultimo vocabulo choriambico praemissus est epitritus II. p. 32, 18 τῳ ἐρευναν βουλομενῳ, ut illa vox clausulae pherecrateae adhibendae servit p. 38, 8 κατασχουσα Σιδονιου.

Etiam in vocabulis extremis paeonis alterius forma praeditis clausulae iam saepe inventae exstant eorumque ultima brevis syllaba ictum ferens semper pro longa adhibita est. Glyconeus I. enim agnoscitur p. 24, 10 Καλλιμαχος διδασκαλος, pherecrateus I. p. 31, 1 οὐδεν ἐβλαπτομεν, ut trochaica tripodia catalectica praecedente cretico (◡◡ ◡ –) p. 11, 2 exstat ἐπι τοσου τοις ἐρεισμασι).

Neque novi quidquam in vocibus epitriti forma praeditis discimus, quae bis inveniuntur: p. 15, 17 Λακεδαιμονιοι πυνθανονται, ubi ditrochaeus agnoscitur, ut p. 35, 21 (τις Ἀρταφερνης) iambica tripodia.

Item notissimae sunt clausulae logaoedicae, quae ultimo vocabulo ionici a minore seriem syllabarum praebente exstant: adonii: p. 15, 15 ἐκ Κυνεγειρου, p. 17, 2 ὡν Κυνεγειρου, p. 28, 8 ἀλλ' ἀπολυσαι et pher. II. p. 31, 19 τῳ μεχρι νυν ὁλοκληρῳ.

Pherecrateum etiam vox diiambica reddit, quae semel in fine posita est p. 35, 15 τις πρωτος ἀπολλυται. Neque ignotae sunt clausulae extrema voce epitritum III. reddente: creticus qui sequitur choriambum p. 27, 19 ὑπερησπισεν ὠ πλισμενη, et glyc. I. p. 32, 11 οὐ πελεκει Φοινικιῳ.

Quid clausulae quarum ultimum vocabulum quinque constat syllabis? Nonne antecedentium clausularum rationi accurate respondent, cum plerumque in iis formae exstent quae in dacty-

lum et creticum exeunt (⏑⏑–⏑⏑ 13, ⏑⏑–⏑– 7, ⏑––⏑⏑ 7) quaeque reddunt 1. clausulas logaoedicas (id quod plerumque fiat necesse est, cum vocibus forma ⏑⏑–⏑⏑ praeditis semper, vocibus quae praebent formam ⏑⏑–⏑– non nisi una excepta [p. 16, 20 δράματι Μαραθωνίῳ] syllaba longa praemissa sit): a) pherecrateos p. 6, 22 τιμης παραμυθια, p. 8, 20 τῃ τουτου τολ μῃ περιουσιαν, p. 15, 18 μη τεθεαμενος, p. 16, 8 τα στερεωματα, p. 27, 11 ἐθνη παρεταξατο, b) glyconeos p. 27, 23 οἱ περι τας ἀδυνατους ἐπιθυμιας, p. 37, 1 γινονται μαχιμωτερα, p. 4, 3 και κατα μερος μεμαχημενον, p. 5, 2 τα κρειττω φανερωτερα, p. 34, 20 ὠ φυτον Μαραθωνιον, p. 35, 21 δικτυον περιτεινατε, c) logaoed. tetrap. π. δυοῖν p. 14, 15 τι φευγετε ὠ κακοδαιμονες, d) logaoed. pentapodias p. 17, 3 και ταυτας ὁ θελων ἀποκοψατω, p. 38, 4 των ἀλλων μερων ἀκρατεστεραν; p. 6, 15 και θαλασσῃ μεμερισμενος, p. 11, 4 τας ἑαυτου μεμαχημενος, p. 11, 6 ὁς την ἀρετην νεκρος ὠν ἐπεδειξατο, p. 18, 6 ὁμολογησαι βεβιασμενον, p. 34, 10 ὠ νεκρε ζωντων μαχιμωτερε, 2. invenitur clausula quae e trochaica tetrapodia constat: p. 16, 20 δραματι Μαραθωνιῳ, neque desunt 3. clausulae quae in fine dactylum exhibent, quem praecedunt et choriambi p. 12, 2 ἐκπληξιν ἀνεσ τηκοτι, p. 29, 9 την ἐπι νοιαν ἐκαρ πωσατο, et cretici p. 13, 19 ἀλλ' ἀπῳ κιζετο, p. 24, 15 τον πεποι ηκοτα, p. 32, 7 μη κεκι νημενε, quibus etiam adnumerari possunt clausulae p. 33, 5 νικησομεν ἐρω τηματι, p. 35, 8 φασματι κεκοσ μημενε.

Ad illas creticum praecedente choriambo offerentes clausulas duae accedunt, quarum ultima vox dochmii formam praebet: p. 10, 15 ζωντι τετολ μημενη et p. 14, 9 Παναθη ναια μεμι μημενης, ut dactylus soluta priore longa trochaicam tetrapodiam catalecticam excipit p. 13, 21 της ἀλγηδονος μη αισ θανομενος et dipodiam iambicam acatalectam p. 18, 11 και τουτο ἐξ ετασατε in clausulis quae exeunt in –⏑⏑⏑⏑.

Ditrochaicae sunt clausulae quae in ⏑⏑⏑–⏑ exeunt: p. 9, 3 δια τελους ἐπολεμησε et p. 24, 20 ἐκ μονης ἀρετης (pher. II.)

ὑπερεβαλλε, item quae in – – ⏑ – ⏑ exit p. 37, 2 τις σε ἐξηπατησεν.

Vocum duarum quae formam praebent ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ altera pherecratei pars est: p. 9, 21 αὐτου προτιμοτερος, altera clausulam choriambicam reddit: p. 9, 21 των σκοπελων βεβαιοτερος, et vocabulum quod forma ⏑ – ⏑ ⏑ – praeditum invenitur, ad pentapodiam logaoedicam pertinet: p. 31, 22 δ'ἐκ θαλαττης ἐπεζομαχει.

Logaoedicae clausulae etiam in voce fiunt quae quinque brevibus constat: p. 5, 9 και μεγαλων ἐργων ὀρεγομενος, quaeque praebet formam – ⏑ ⏑ – – p. 14, 24 ἀνδρες χαλκεοθυμοι; iambicis autem aut trochaicis clausulis quinquesyllabae serviunt habentes formas – ⏑ – ⏑ ⏑ (p. 9, 22 και ἐνδικωτερον) et ⏑ – ⏑ – ⏑ (p. 14, 16 ἁς ἐληΐσασθε).

Restat unum exemplum vocis quinquesyllabae quae in antispastum exit: p. 35, 20 'Ερετριεις περιεσ τητε, qua in clausula trochaeus pherecrateum excipit, ut p. 38, 1, et ut spondeus glyconeum p. 28, 16.

Senis denique syllabis sex vocabula constant, quorum singula propriam formam exhibent. Clausulae autem quas illae voces continent, nobis non sunt ignotae.

Invenitur enim choriambus qui sequitur creticum p. 34, 12 και ἀγω νιζομενην, creticus qui excipit pherecrateum I. soluta arsi altera, p. 11, 24 τοις βελεσιν ἐσαγη νευσαμεν, trochaica tetrapodia catalectica p. 34, 14 ἑλκων ἐπι διαδικασιαν, pherecrateus acatalectus p. 31, 6 την ἡσσαν ἀνεμαχεσαντο; in octo denique longas et unam brevem sine dubio producendam clausula exit p. 4, 16 τα των παιδων συγκινδυνευσουσιν.

Quibus praemissis etiam clausularum quae in monosyllabon exeunt, rationem spectantes cognoscimus: 1. clausulas iambicas p. 22, 8 ὑμεις δε τι (dip.), p. 31, 13 ὁ μεν ἐπεσεν ὁ δε οὐ (trip.), p. 5, 23 και πρωτος ἀνθρωπων ἐναυμαχησεν ἐκ γης (heptap.)

2. clausulas trochaicas p. 6, 6 Κυνεγειρος τροπαιον ἦν (trip.), p. 35, 5 τεθνεως ὢν (dip.), p. 27, 13 τολμης ἀδυνατος ἦν (trip.), 3. clausulas logaoedicas p. 18, 23 ὅτι πολεμαρχος ἦν (pher. I.), p. 16, 10 Κυνεγειρου πολεμαρχος ἦν (pher. I.), p. 32, 16 της μαχης και τοὔνομα ἦν (glyc. III.), 4. creticum quem praecedit pherecrateus, p. 35, 9 ἐκεινο το θαυμα Καλλ ιμαχος ἦν, quique spondeum excipit προσποι ησις ἦν, 5. molossum quem spondeus praecedit p. 12, 19 Κυνεγειρος πληρης ἦν.

Quoniam in antecedentibus clausulas in omnis generis vocibus obvias earumque rationem constituimus, nunc nostrum est paria conferre, quo melius cognoscatur, qualibus clausulis rhetor maxime usus sit qualesque vitaverit.

Ac primum quidem si ad numerum respicimus, ordo hic est: Inter 262[1]) clausulas sunt

1. cretici ab antecedentibus numeris separati (vicies iterati) 82 = 31 %
2. logaoedi 74 = 28 %
3. ditrochaei acatalecti 27 = 10 %
4. plures quam duo trochaei 23 = 8,8 %
5. iambi iterati 16 = 6 %
6. trochaei (spondei) singuli 15 = 5,7 %
7. choriambi 10 = 3,8 %
8. molossi 7 = 3 %
9. bini spondei 3 = 1 %
10. dochmii 2
11. dactyli 1
12. bacchii 1
13. palimbacchii 1.

Longe igitur primum locum clausulae obtinent quae in creticum aut dactylum ab antecedentibus numeris separatum exeunt. Neque solum eiusmodi creticum (dactylum) in fine quam creberrime ponere studuit, sed etiam ceterarum clausularum plurimae in ‒ ◡ ‒ (◡◡ ◡ ‒) aut ‒ ◡ ◡ (◡◡ ◡ ◡) exeunt: 74 loga-

[1]) Clausulae p. 28, 1 πειρωμένῳ ἀνδρί et p. 30, 4 ἀφεψαλωμένης ut corruptae omissae sunt.

oedicarum 23 in –⏑–, 1 in ⏖⏑–, 23 in –⏑⏑, 1 in ⏖⏑⏑ (summa: 48), 23 trochaicarum 4 in –⏑–, 4 in ⏖⏑–, 5 in –⏑⏑, 1 in ⏖⏑⏑ (summa: 14), 16 iambicarum 5 in –⏑–, 1 in ⏖⏑–, 5 in –⏑⏑ (summa: 11), 2 dochmiacarum 1 in –⏑–, 1 in –⏑⏑, ut omnium 262 periodorum 65 exeant in –⏑–, 70 in –⏑⏑, 13 in ⏖⏑–, 9 in ⏖⏑⏑ (summa: 157). Neque non videtur ratio habenda esse rhythmorum qui antecedunt. Quater creticis nulla vocabula praemissa sunt (p. 22, 11 νὴ Δία, p. 30, 5 φευγέτω, p. 36, 22 ἔτι μένεις et ἔτι μάχῃ), reliquae autem 78 clausulae ita sunt comparatae, ut 26 earum ($33^1/_3$ %) binas pluresque syllabas longas ante creticum praebeant. Vicies (26 %) creticus creticos sequitur. Septies decies (21 %) creticum poëtici quidam ambitus rhythmorum in arsin exeuntes antecedunt (trochaei catalectici iterati sexies, iambi acatalecti iterati quinquies, pherecratei catalectici quater, glyconeus catalecticus semel, logaoedica tetrapodia πρὸς δυοῖν semel). Ter decies ($16^2/_3$ %) cretico choriambi praemissi sunt. Bis denique ante creticum anapaestus invenitur.

Alterum locum 74 clausulae logaoedicae obtinent: pherecratei I. 18, pentapodiae logaoedicae πρὸς ἑνὶ 16, glyconei II. 14, glyconei I. 8, pherecratei II. 5, glyconei III. 3, pentapodiae logaoedicae πρὸς δυοῖν 3, adonii 3, tetrapodiae πρὸς δυοῖν 2, singula denique exempla pentapodiae πρὸς τρισὶν et hexapodiae.

Clausula heroica quae logaoedis tribuenda est, exstat quater in vocibus formae paeonis III. (⏑⏑–⏑), quater in vocibus quae seriem syllabarum ionici a minore exhibent, semel in voce quae formam –⏑⏑–– praebet.

Tertio stant loco ditrochaei acatalecti, quos praecedunt duae pluresque longae septies, cretici octies, pherecratei quater, choriambi bis, semel denique glyconeus III. et trochaica tripodia catalectica.

Plures quam binos trochaeos invenimus 23, qui erant 13 tripodiae, 9 tetrapodiae, 1 pentapodia. Plurimae earum sunt catalecticae; neque omnino multae clausulae in fine exhibent –⏑–⏑ (⏖⏑–⏑) aut –⏑–– (⏖⏑––).

Ditrochaeorum enim 13 in –⏑–⏑ exeunt, 6 in ⏖⏑–⏑, 7 in –⏑––, 1 in ⏖⏑––, reliquarum clausularum trochaicarum 3 in –⏑–⏑, 1 in ⏖⏑–⏑, 2 in –⏑ –, 1 in ⏑⏑⏑––, logaoedicarum

5 in –⏑–⏑, 1 in ⏖⏑–⏑, 3 in –⏑––, 1 in ⏖⏑––, iambicarum 3 in –⏑––, 1 in ⏖⏑––, bacchiaca in –⏑––, ut periodorum omnium 21 –⏑–⏑, 8 ⏖⏑–⏑, 16 –⏑––, 4 denique ⏖⏑–– praebeant (summa: 49).[1])

Sequuntur 15 clausulae in quibus trochaeus aut spondeus in fine sententiae per se stat. Si ad pedes antecedentes respicimus, res se ita habet, ut ille trochaeus aut spondeus excipiat creticum quater, pherecrateum catalecticum quinquies, glyconeum catalecticum bis, trochaicam tripodiam catalecticam bis, semel denique trochaicam tetrapodiam catalecticam et iambicam tetrapodiam acatalectam.

Iambis iteratis rhetor sexies decies usus est, inter quos dipodiarum et heptapodiarum singula exempla exstant; tripodia invenitur septies, tetrapodia quater, pentapodia ter.

E paucis denique reliquis alius generis clausulis dignae sunt quae hoc loco commemorentur, 6 clausulae *choriambicae*, in quibus choriambus extremus alterum (semel duos) choriambum excipit.

Iam dubitari nequit, quin rhetor singulari ratione clausulae extremae formas –⏑⏓ adamaverit; multo rarius trochaeus et spondeus claudit, quorum ille quinquagies bis, hic undequadragies exstat, et in –⏑⏑⏓ 14 periodi exeunt. Neque non est nullius momenti, quod exitus formis ⏓⏓⏑⏓ praeditus saepius per se quasi finem periodi indicat, quam rhythmum antea incohatum continuat (82 : 75), trochaei autem et spondei in fine positi multo rarius rhythmum antea incohatum interrumpunt quam continuant (15 : 76). Praeterea vidimus rhetorem non acquievisse in periodo per brevem clausulam finienda, sed operam dedisse, ut etiam antecedentia rhythmica quadam ratione procederent. Saepissime enim rhythmo claudenti aut duas pluresque longas aut creticum aut choriambum aut denique poeticos quosdam rhythmorum ambitus (pherecrateum, glyconeum, trochaicam tripodiam, similia) praemisit. Neque rhythmus claudens semper

[1]) Polemo igitur inter illos Asianos, qui propter nimium *ditrochaeorum* usum Ciceroni odio erant, non esset numerandus, neque ditrochaeos (epitritos) omnis admisit generis, sed clausulae –⏑–⏓ ultima voce trochaica aut spondiaca desunt neque plurium trochaeorum in –⏑|–⏓ exeuntes clausulae inveniuntur.

ex uno constat pede, sed invenimus 74 logaoedos, 27 ditrochaeos, plures quam duos trochaeos 23, 20 creticos iteratos, 16 denique clausulas, quae iambos et 10, quae choriambos iteratos praebent.

βββ) de rhythmo initiorum.

Quamquam maxime clausularum rhythmus rhetoribus cordi curaeque erat, tamen ne in initio quidem aut in mediis periodorum partibus secundum artis rhetoricae praecepta numeri neglegendi erant. Itaque videamus, quomodo etiam haec res in duabus declamationibus se habeat.

Ac primum quidem ut de syllabis primis periodorum dicam, syllaba longa in initio centies sexagies ter, syllaba brevis centies exstat.[1]) Quadraginta septem illarum periodorum a binis longis, viginti quattuor a ternis, viginti duae a quaternis pluribusque incipiunt, ut alterius generis triginta in initio binas breves syllabas, quattuordecim ternas, novem quaternas praebent. Qua ex re ad rhythmum cognoscendum nullum fructum capimus, nisi quod viginti duae a quaternis pluribusque longis incipientes sententiae oculos in se convertunt.

Unusquisque autem qui declamationes attento animo legerit, aliam quandam legem rhythmicam observabit. Admodum enim paucis exceptis initia periodorum longas brevesque syllabas inter se ita ordinatas exhibent, ut pedes metrici numerique poetici exsistant.

Frequentissime agnoscimus logaoedos. Quibus in afferendis initium faciam ab iis qui a spondeo incipiunt: p. 9, 10 και τοινυν προτερος μεν (pher. II.), p. 11, 4 θαυμαστον δε γε και (pher. II.), p. 12, 23 ὠ χειρες Μαραθωνιαι (glyc. II.), p. 14, 8 ὠ δεινης μαχης Παναθη (glyc. III.), p. 16, 20 ἀλλ' ὠ Αἰσχυλε παι (pher. II.), p. 17, 10 τον μεν της πολεως ἐπαι (glyc. II.), p. 28, 5 ἠ μην ἠν τινος μανικου (glyc. III.), p. 31, 16 οὐ παυσῃ παραβαλλων ἀνδρι χειρα (pentap. logaoed.), p. 33, 16 ὠ και Καλλιμαχε (ultima brevis propter pausam producitur, ut p. 34, 20 ὠ δημων βεβαιοτερε et

---

1) p. 28, 16 περινοστήσεις corruptum est

p. 36, 24 ἄνδρες μηκέτι βάλλετε (glyc. II.), neque aliter p. 37, 10 ὦ σεμνὸν πολέμου τέρας (glyc. II.)).

Alterum genus est, quod anacrusin longam praebet: p. 5, 23 πολλὰς μὲν οὖν ἐφόβησε ναῦς (glyc. II.), p. 9, 12 καὶ Καλλίμαχος μὲν (adonius), p. 10, 18 μὴ παράβαλε στρατιῷ (pher. II.), p. 16, 1 καὶ πολλὰ λέγειν ἔχων (pher. I.), p. 16, 12 ἤδη πάλαι παρελήλυθεν (glyc. II.), p. 18, 16 ἐνταῦθα ἦγε τὴν δύναμιν (glyc. III), p. 25, 7 ἔστι δὲ τὸ μὲν ἄκρας (pher. I.), p. 29, 2 αὕτη μόνη κατέχει ναῦν ἢ λάβῃ (logaoed. pentap.), p. 29, 9 καὶ Καλλίμαχον μὲν (adonius), p. 33, 7 ἀλλ' ὦ μολόγησε (adonius), p. 33, 20 ὦ κοινὲ τῆς Ἀσίας σκόπε (glyc. II.), p. 34, 24 καὶ γῆ μὲν ἐσείσθη πολλάκις (glyc. I.), p. 34, 27 ὦ τεῖχος Ἀττικῆς ἀρετῆς (sic scribo cum cod. B; glyc. III.), p. 35, 8 ὦ μεγάλῳ φάσματι κεκοσμ. (glyc. I.), p. 35, 15 καὶ πολλὰ βαλλόμενος (pher. II.), p. 37, 9 τοιαῦτα τέκνον παρέσχες (pher. I.),

et anacrusin brevem: p. 9, 5 ἐδεῖτο δὲ ἡ μάχη (pher. I.), p. 27, 11 ὁ μὲν ἀνόητον ὅλως (pher. II.), p. 30, 7 ἔχω καὶ πνεύματα συγγενῆ (glyc. II.), p. 34, 14 τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα ἔπραξεν (glyc. III.), p. 35, 20 ἐμοί, ἐμοὶ τὸ τοῦ πολέμου· (glyc. III.), p. 35, 21 ἰδού, ὦ πάντες, ἐγὼ ἕτοιμος (glyc. II.), p. 38, 2 ἀκροστόλιον γὰρ οὖσαν (pher. I.).

Neque desunt anacrusin bisyllabam offerentes: p. 15, 4 ὁ δὲ ταύτης οὐδὲν ἐφρόντισεν (glyc. II.), p. 22, 6 τις ἐπῄνεσε τοὺς πεσόντας (pher. I.), p. 24, 10 ἐβόα γὰρ ἐγκελευόμενος (glyc. III.), p. 29, 6 διὰ ταῦτα Καλλίμαχος μὲν ἁπάντων (tetrap. π. δυοῖν).

Anacrusi denique carent: p. 6, 15 ταῦτα ἐμὸν ποιεῖ τὸ νῖκος (glyc. I.), p. 8, 13 Καλλίμαχος μὲν καὶ πρεσβύτερος ὢν (log. pentap.), p. 13, 24 ὦ παῖ, ὦ μέγα θαῦμα (pher. II.), p. 16, 22 μὴ με ἀτιμάσητε (pher. I.), p. 18, 23 παρακελευσάμενος γὰρ αὐτῷ (glyc. II.),

p. 23, 17 και γαρ εἰ περιων τυχοι (glyc. II.), p. 24, 12 ὡν δε Καλλιμαχος ἐλαμπρυνετο (log. pentap.), p. 24, 20 Καλλιμαχος μεν οὐν (pher. I.), p. 25, 7 ἐστι δε το μεν ἀκρας (pher. I.), p. 27, 14 τις δε ἀν ἐγενετο (pher. I.), p. 29, 17 Καλλιμαχου μεν οὐν (pher. I.), p. 34, 10 εἰχεν ἀρα ψυχην (pher. I.), p. 34, 18 ὠ μεγαλη στασις (pher. I.), p. 37, 17 τοινυν Εὐφοριων ἀπελθ. (glyc. II.).

Alterum obtinent locum initia quae e compluribus constant trochaeis, veluti p. 5, 9 ἐν δε τῃ μαχῃ, p. 14, 19 Δατιδος δε κοπτειν, p. 15, 8 ἀξιος γε ἠσθα, p. 17, 1 οὐκ ἀφισταμαι, p. 19, 16 ἐνθα πολλα μεν βελων, p. 21, 11 ταυτα με ἐπι τον ταφον, p. 22, 6 οὐχ ὁ ὁπλισας, p. 22, 8 ἀρα οὐκ ἀν, p. 22, 16 εἰ δὲ οὐδε, p. 27, 9 και ὁ μεν μιᾳ, p. 27, 14 ὡστε εἰ μεν ἠγνοησε, p. 28, 2 ἡ δε ναυς ὁλη, p. 33, 17 οὐ γαρ Αἰσχυλου, p. 36, 5 οἱ δε βαρβαροι, p. 37, 3 αἱ δοκουμεναι,

ad quas accedunt aliae in quibus altera thesis est producta: p. 5, 12 ἀλλ' ὁ μεν τουτου, p. 6, 11 ἐνθα και θαυμαστον ἐγενετο, p. 11, 18 προς δε τουτοις, p. 11, 20 αὐτο γαρ τοι τουτο, p. 22, 5 ὁ ἰδιωτης, p. 22, 7 οὐχ ὁ τοιουτους παρασχων, p. 29, 22 τι ποτε ἀν ἐποιησε, p. 30, 2 μη κρατει ναυν, p. 31, 12 και το συμπαν, p. 32, 17 ἀνακαλει νυν πολλα, p. 32, 22 των γαρ ἀλλων, p. 36, 14 οἱ δε ὡσπερ τειχει προσβαλοντες καρτερῳ, p. 36, 16 ἐνθα δη πολλα.

Neque non sunt trochaei, quamquam prima thesis est producta: p. 13, 3 ὠ ἡδεια δεξια, p. 15, 17 ταυταις και Πολυζ., p. 22, 3 οὑτως οὐν σκοπειτε, p. 27, 13 πως γαρ χειρι νηα ἐλαβετο, p. 35, 21 τις Δατις, τις 'Αρταφερνης, p. 39, 5 συ δε τον σον μεθυστερον.

Haud ita raro etiam iambi iterati in initio exstant: 1. primo pede iambo: p. 6, 1 πολυν μεν οὐν χρονον, p. 10, 24 τι των βελων συνεχομενων, p. 18, 2 πεσειν μεν οὐν, p. 19, 9 πολυν δε

των, p. 19, 22 πολυν μεν ουν, p. 30, 1 μενουσιν αν, p. 31, 25 κατεσχε τους πλεοντας, p. 32, 19 ὁ σος παεργ, p. 35, 23 ἐπει δε πας ανηρ, p. 36, 23 ποσας ἐτι ψυχας ἐχεις, 2. primo pede anapaesto: p. 9, 3 ὁ μεν ἐν μεσῳ, p. 12, 2 (p. 14, 13, p. 21, 6, p. 38, 8) συ δε, ὠ τεκνον, p. 18, 6 ἀγαθος μεν ουν, 3. prima thesi producta: p. 4, 3 εἰκος μεν ουν τι και, p. 4, 18 εἰδοσι μεν ουν, p. 6, 7 αὐτος μεν ουν, p. 6, 20 οὐκουν ὁ μεν ἱκανως τετιμ., p. 13, 10 ὠ τροφιμε της παρουσ., p. 13, 15 νυν πρωτον εἰδον ἀνθ., p. 13, 23 ὠ καινον ἐπινοημα σωματος, p. 21, 17 και γαρ δικαιον, p. 22, 3 εἰ της μαχης, p. 22, 8 ὑμεις δε τι, p. 28, 10 εἰποι δε ἀν τις εὐ φρονων αὐτῳ, p. 28, 13 τις τουτο Γλαυκος ποντιος.

Quae praeter has initiorum formas exstant, multo rarius inveniuntur.

Digni qui memorentur sunt imprimis anapaesti iterati: p. 6, 22 ὁ μεν ουν πολεμαρχ., p. 8, 1 φερε ουν ἐπι του, p. 11, 24 των ἡμετερων στρατιω., p. 12, 15 ἑνος εἰ στρατιω., p. 12, 19 ὠ του μεγαλου, p. 18, 11 ἀπεβαινε μεν εἰς Μαραθωνα ὁ Δαρειου, p. 20, 11 ὠ Καλλιμαχου φοβερου, p. 22, 18 προεταττετο των, p. 27, 5 και Καλλιμαχος, p. 28, 8 οὐκουν ἀρετην ἐτι την ἀνοητον τολμ., p. 37, 6 βασιλευς δε ἰδων, p. 30, 13 ἀπορον ποιων, p. 32, 14 ὠ του μεγαλου.

Neque desunt dactyli iterati: p. 14, 2 οἱα σε φασι βοαν, ὠ παι, p. 30, 14 ἀλλα γαρ οὐ μετα της, p. 37, 11 σοι μεν ὁ Παν ἐβοη.

Rarissime creticos a numeris sequentibus separatos primo periodi initio adhibuit, quos plurimum posuit in extrema periodo: p. 8, 9 ἀλλα και Καλλιμαχον, p. 10, 11 εἰ δε δει μηδεν ὀκνη., p. 14, 15 στητε και τας πολεις ἀποδοτε, p. 17, 18 ζων μεν ουν Καλλιμαχος, p. 35, 5 ὠ βλεπων και μιμουμενος, p. 7, 5 ἐπολεμαρ — χησε μεν ουν, p. 26, 3 δυναμεως ἐστιν ἐργον, ad quos accedunt duo exempla p. 36, 22 ἐτι μενεις et ἐτι μαχῃ, quae iam in clausulis (p. 92) attulimus.

Ter denique exstant choriambi: p. 17, 17 Καλλιμαχου γαρ πατηρ, p. 23, 14 Εὐφοριων, μη λυε ταξιν Μαραθωνιαν, p. 32, 11 ὦ μονε των ἀποθανοντ., semelque duo ionici a minore: p. 33, 10 ἀγαθους μεν στρατιωτας.

γγγ) De rhythmo mediarum comprehensionum partium.

Neque in mediis periodorum partibus desunt complexiones quaedam rhythmorum similes illis quas in clausulis et in initiis invenimus, quamquam numerus earum prae illis haud ita magnus est. Veluti logaoedi exstant p. 4, 5 τῳ ταφῳ δικαιοτερος (glyc. III), p. 4, 12 των ἐπι τῳδε τῳ ταφῳ (glyc. I.), p. 4, 15 ταις ὑμετεραις φιλοτιμιαις (log. tetrap. πρὸς δυοῖν), p. 4, 17 ὁσῳ δικαιοτερος κρατειν (glyc. II.), p. 5, 4 ἡγεν εἰς Μαραθωνα (pher. II.), p. 6, 7 ὡς ὀλιγῃ κατεμεμφετο τῃ φυσει (log. pentap. πρὸς τρισίν), p. 6, 21 sq. και τουνομα της ἀρχης ἐχει παραμυθιον ἐμοι δε ὀφειλεται τιμης παραμυθια (quattuor pherecratei!), p. 7, 12 και δικαιοτερος λεγειν (glyc. II.), p. 8, 15 πολλα μεν εἰχε τα συμμαχα (log. tetrap. πρὸς δυοῖν), p. 8, 18 του πλειονος περιειδε βιου (log. tetrap. π. δ.), p. 9, 16 ὡσπερ ἀποστολους (pher. I.), p. 10, 5 δοξαν ἡ χαρις οὐκ ἐχει (glyc. II.), p. 10, 21 ταυτα γαρ ἐμπαγεντα τῃ γῃ (glyc. I.), p. 11, 25 μη βουλομενῳ λαθειν (pher. I.) ἀλλ' ὡσπερ ἐξεπιτηδες (pher. II.), p. 12, 6 ὡς ἑτεροι βελη (pher. I.), p. 13, 3 ἡν ἀνετειλε τοις Ἑλλησιν ἡ γη (log. pentap.), p. 13, 4 ὦ δεξια βιαιοτερα (glyc. III.), p. 13, 6 συ γαρ ἐρεττομενην (pher. II.), p. 13, 18 ναυν δε κρατουμενην (pher. I.), p. 16, 1 και πολλα λεγειν ἐχων (pher. I.), p. 16, 19 και χορον παραγειν (sic recte exhibent codd. BC) ἐπινικιον (log. pentap. π. δυοῖν), p. 19, 21 τα της Ἀσιας βελη (pher. I.), p. 20, 10 οὐδεις γαρ ᾠετο τεθναναι (glyc. II.), p. 23, 18 και καλων ἐπι τον λογον (glyc. II.), p. 24, 21 τοις βαρβαροις παρεταξατο (glyc. II.), p. 26, 15 προς γαρ τουτον ὁρων τις (pher. II.), p. 28, 3 πως ἡν ἐπιληψιμος

(pher. I.), p. 33, 17 πως σε αν τις επαινεσειε (glyc. II.), p. 35, 4 αἰσχυνομενος πεσειν (pher. I.), p. 36, 2 την 'Ασιαν απεδυσαμεν (log. tetrap. π. δ.), p. 36, 3 παιετε κατακεντουντες αυτους (glyc. I.), p. 36, 10 αλλα πας μεν εβαλλε (pher. II.). Deinde trochaei iterati inveniuntur: p. 5, 20 ενθα δη το πλειστον ἠν, p. 7, 9 εἰ γαρ εἰκος ἠν, p. 13, 14 τουτο δᾳδες των θεων, p. 14, 12 και το λοιπον σωμα παντες, p. 19, 11 ὡστε τἀλλα παντα καταλιποντες, p. 19, 15 τουτου γαρ παροντος, p. 19, 16 ενθα πολλα μεν βελων, p. 37, 11 ὠ των συμμαχων θεων. Tum iamb|os offendimus: p. 7, 14 και γαρ στρατηγος εστιν, p. 12, 16 εγω δε τον πολυν, p. 13, 17 νυν πρωτον αντιπρωρον δεξιαν, p. 31, 14 τον ορθον ἠ τον κειμενον, p. 31, 22 κατεσχε την ναυν· χαλωδιου το εργον.

Aliis denique rhythmorum formis iteratis insignibus usus est p. 5, 20: προς αυτην επεξηλθε την ἠ (tres bacchii) et p. 15, 3: πελεκει δε μεγαλῳ τις (duo paeones III.).

Haec hactenus.

Iam videmus in universum congruere iudicia veterum cum dictione genereque dicendi, quale declamationes praebent: assentimur iis qui Polemonem ἀττικίζειν asserebant, agnoscimus illam volubilitatem, vim, vigorem, illum ῥοῖζον ab aequalibus notatum, qui et adstricta et acuta brevitate enuntiationum numeris insignibus procedente et frequenti usu illarum figurarum nititur, quas summum πάθος adhibet.

C.
Epilogus.

Quid mirum, si haec dictio Polemoniana, quae aequalibus summae erat admirationi quaeque ne nobis quidem illis laudibus prorsus indigna videtur esse, non modo praedicabatur, sed etiam imitationi erat. Inter quos imitatores praecipue Gregorius Nazianzenus appellabatur, de quo Hieronymus (De viris

illustribus c. 117; Migne, Patrologiae cursus, ser. lat. XXIII p. 709) tradit: *secutus est autem Polemonem dicendi charactere.*[1]) Quod iudicium ne percurrenti quidem Gregorii orationes non probatur. Et nunc quidem satis habeo assensum tulisse Nordeno, qui (Hermae vol. XXVII p. 620 adn. 2) *quavis*, inquit, *oratione videtur demonstrari* Gregorium in genere dicendi Polemonem expressisse, accuratius autem de hac re alio tempore agam.

Appendix.

Corollarium emendationum.

Quamquam criticorum munere in Polemonis declamationibus iam multi functi sunt, inter quos eminent Henricus Stephanus in editione quae Parisiis 1567 prodiit, Ioannes Conradus Orelli eiusque patruelis Ioannes Casparus Orelli in editione Lipsiae a. 1819 typis impressa, Friedericus Iacobs in Zimmermanni diario antiquitatis a. 1838, Hugo Hinck in editione Teubneriana a. 1873, Augustus Mau in calce huius editionis, Erwinus Rohde in Musei Rhenani vol. XXXI p. 137 sq.[2]), tamen satis multa restant emendanda.

Pauca quae mihi succurrerunt, haec sunt:

Or. I § 2 p. 43 sq.: in A (Laurentiano 56, 1) codice, qui proxime ad archetypum accedit, traditum est: εἰκὸς μὲν οὖν τι καὶ τ[illegible]ν Καλλιμάχου τῶν ἀρετῇ δευτέρων, ἐγὼ δ'αὐτοῦ τοσοῦτον ἐπειπεῖν τῷ τάφῳ δικαιότερος ὅσῳ τιμῆς ἄξιος πλείονος Καλλιμάχου Κυναίγειρος κ.τ.λ. »In rasura ο scriptum fuerat; superscriptum deinde ου, at hoc quoque deletum« (Hinck.); in codice B (Laurentiano 87, 14) scriptum est τῶν Καλλιμάχου, in ceteris τὸν Καλλίμαχον. Verbum in priore enuntia-

[1]) Idem etiam versio graeca praebet (id quod Flachius in Mus. Rhen. XXXVI p. 628 iniuria negavit), quae vulgo Sophronio tribuitur (cf. autem Bernoulli, Theolog. Litteraturzeitung 1895 p. 475 sq.): ἠκολούθησε δὲ τῷ Πολέμωνος χαρακτῆρι, neque dubium est quin ad hanc versionem redeat, quod Suidas prorsus iisdem verbis eodemque verborum ordine s. v. Γρηγόριος Ναζιανζοῦ tradit, sive ex Sophronio ipso sive aliunde sumpsit (cf. G. Wentzel, Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristl. Litteratur XIII 3 (1895) et A. Hilgenfeld, Berliner Philol. Wochenschrift XVI p. 294—297).

[2]) De duobus codicibus (Ambros. I 49 sup. fol. 100—110 s. XV et Neapolit. III. E. 16 s. XIV) nondum excussis me R. Foerster monuit.

tione desideratur et subiectum. Orellius coniecit: εἰκὸς μὲν οὖν εἰπεῖν τι καὶ περὶ τῶν Καλλιμάχου τῶν ἀρετῇ δευτέρων, sed propter sequens αὐτοῦ in hac priore enuntiatione Callimachi patrem appellatum fuisse apparet. Hinckius post δευτέρων lacunam indicavit, in qua haec fere scripta fuissent μεθύστερον ὑπὸ τούτου ἐπαινεῖσθαι. Sed ὑπὸ τούτου plane tolerari non potest et ego omissa voce supervacanea μεθύστερον scribendum duco: εἰκὸς μὲν οὖν τι καὶ τῶν Καλλιμάχου τῶν ἀρετῇ δευτέρων <ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπαινεῖσθαι>, ἐγὼ δ' αὐτοῦ κ.τ.λ.

I 2 p. 4, 6 sq.: non legerim στρατιώτης ἀγαθὸς ἀγαθοῦ νεκροῦ, sed στρατιώτης ἀγαθὸς ἀ π α θ ο ῦ ς νεκροῦ.

I 5 p. 5, 6 legerim: Κυνέγειρος δὲ ὑπ' ἀρετῆς καὶ τόλμης ἐθελούσιος ἐξῄει, κ α ί π ε ρ νέος ὢν κομιδῇ κ.τ.λ.

I 15 p. 7, 11 verba οὐδὲ πολεμάρχου locum habere non possunt, sed stolidum et supervacaneum additamentum sunt, cum de filio polemarchi orationem habituro nullo modo agatur. Accedit hiatus gravis.

I 16 p. 7, 16: Hinckius solum verba τοῦ στρατηγοῦ et ὅπερ ἐστὶν ἀπωτέρω uncis inclusit et post πατὴρ pronomen αὐτοῦ addidit. Mea sententia verba ὁ τοῦ στρατηγοῦ πατήρ ut scholion sunt damnata addito ὅπερ ἐστὶν ἀπωτέρω et legendum est l. 14 sq.: καὶ γὰρ στρατηγός ἐστιν . . . καὶ τὴν μεγίστην ἀρχὴν τοῦ πολέμου μετακεχειρισμένος.

I 20 p. 8, 19: verba tradita οὐδὲ τὸ τῆς νεότητος ἄπειρον καὶ ἀπόμαχον ἐνέβαλε πολλήν τινα τῇ τούτου τόλμῃ περιουσίαν sensum non praebere, id quod Rohdio visum est, nego. Dicere voluit Polemo: Cynegirus quidem propter animi magnitudinem vitam contempsit, s e d n o n (οὐ δὲ) defectus experientiae multum audaciae eius addidit.

I 44 p. 15, 21 sq.: codices praebent μιμήσονται χρόνῳ ναυμαχοῦντες τὰ σὰ σχήματα καὶ γενήσονται ἐκ σιδήρου χεῖρες ἐπὶ ναῦς ἐπιβολάς, ὦ παῖ, τῆς σῆς μάχης εἰκόνας ἔχουσαι, sed verba καὶ γενήσονται ἐκ σιδήρου χεῖρες ἐπὶ ναῦς ἐπιβολὰς sensum non habent. Henricus Stephanus scripsit ἐπὶ ναυτῶν ἐπιβολὰς additque νεῶν certe aut ναυτῶν scribatur necesse esse; sed νεῶν ἐπιβολὰς legere se non meminisse. Iacobsius coniecit ἐπὶ ναῶν ἐμβολάς vel potius ἐπὶ ναῦς καὶ ἐπιβολάς. Hinckius proposuit καὶ ἐπὶ ναῦς ἐπιβολαί, ita ut ἐπιβολαὶ pro ἐμβολαὶ Polemo dixerit. Sequentia verba τῆς σῆς μάχης εἰκόνας ἔχουσαι pertinere non possunt ad χεῖρες, ut codicum

memoria postulat. *Manus ferreae ad formam pugnae Cynegiri effictae* nemo dicere potuit. Ferreae manus ad aliarum manuum formam, non ad formam rationis alicuius pugnandi effingi possunt neque ratio quaedam pugnandi speciem manuum prae se ferre potest, sed speciem alius eiusdem generis pugnae. Cum Hinckio igitur scribendum esset καὶ γενήσονται ἐκ σιδήρου χεῖρες καὶ ἐπὶ ναῦς ἐπιβολαί, ὦ παῖ, κ.τ.λ., nisi praeferendum videretur γενήσονται ἐκ σιδήρου χειρῶν ἐπὶ ναῦς ἐπιβολαί collatis locis Thucydidis VII 62, 3 ᾧπερ δὴ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαί, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεώς et 65, 2 προηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν.[1])

II 1 p. 17, 16 pro traditis δείξω τὸν λόγον coniecit Rohdius λήξομαι; iniuria, nam δείξω τὸν λόγον dictum est, ut in Platonis re publica (I p. 317 C) δείξω ἑτέραν ἀπόκρισιν et in Luciani de domo (c. 16) ὅπερ ἀνάγκη οἶμαι παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα.

II 18 p. 22, 2: ἀξιοῦσθαι amplector, quod codices B C praebent; melior enim fit sensus. *Nam non appellationibus gloriosis . . . gloriari solum debent magistratus, sed ne eis quidem qui re vera honores sunt, eos destitui fas est.*

II 19 p. 22, 17: codices omnes exhibent παρὰ τῷ πολέμῳ τεθνηκότι, quam lectionem vel alio loco Polemonis (p. 34, 15 τῷ πολέμῳ δὲ θνήσκων) et Thomae Magistri (Boiss. Anecd. II p. 222 τὸ μὴ πολέμῳ τεθνάναι) collato duriusculam putaverim, sed medicina leniore quam quae fuit Rohdii scribentis παρὰ τοὺς πολλοὺς τῷ πολεμάρχῳ τεθνηκότι sanaverim auctore Foerstero inserta ἐν praepositione: παρὰ τῷ <ἐν> πολέμῳ τεθνηκότι, ut Plato in Menexeno (p. 234 C) καλὸν εἶναι τὸ ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκειν et p. 235 A τοὺς τετελευτηκότας ἐν τῷ πολέμῳ dixit.

II 20 p. 23, 2: Rohdii coniectura, qui scribit pro traditis καὶ διὰ τοῦτο δεῖ τὸν ἐπὶ τοῖς θαπτομένοις λόγον εἰωθότα ἡμῶν ἀκούειν λεγόντων. ὑμεῖς τοιγαροῦν τὸν στρατηγὸν Μιλτιάδην ἐτιμήσατε θείῳ στεφάνῳ transposito puncto καὶ διὰ τοῦτο δεῖ . . . ἡμῶν ἀκούειν λεγόντων ὑμᾶς. Τοιγαροῦν κ.τ.λ., supervacanea est. Primum enim patris polemarchi non interest iudices audire se epitaphium dicentem, ut ὑμᾶς cum gravitate quadam et vi in fine ponatur,

[1]) ἐκ σιδήρου dictum est pro adiectivo σιδηρῶν, ut p. 19, 19 ἐξ ἀδάμαντος πύργος.

neque iudicibus solis, sed populo toti oratio audienda est; melius deinde vi quadam dicere potuit ὑμεῖς ἐτιμήσατε τὸν στρατηγὸν Μιλτιάδην θείῳ στεφάνῳ, quod a iudicibus etiam epitaphius mandandus erat. Denique τοιγαροῦν altero loco in enuntiatione positum est, ut p. 39, 2 ἐμὸν τοιγαροῦν.

II 21 p. 23, 10: scripserim καὶ γάρ τοι τὸν ἀποιχόμενον ἄρχοντα ἔλαττον ἢ πρότερον γέρας σχεῖν <οὐ συγχωρεῖν> εἰκός ἐστι τὸ τῆς μοίρας ἐνδεὲς τῷ πλείονι τῆς τιμῆς παραμυθουμένους. Propter similitudinem σχεῖν et συγχωρεῖν verborum oculus scribae facile aberrare potuit.

II 25 p. 25, 1 pro Ἤλιδος scribendum est ἠόνος (eadem vox exstat p. 5, 20): ut mare ex litore, sic Asia in Atticam fluxit.

II 29 p. 26, 2 sq.: ὥστε καὶ τὸν τούτου λόγον τῷ θατέρῳ παρασχεῖν (BC, παρασχὼν A) traditum est. Sensum accipiunt haec verba, si θατέρου pro θατέρῳ legitur: sunt scholion in margine appositum, quod postea in textum irrepsit.

II 35 p. 28, 5 sq.: scribendum est ἢ μὴν ἤν τινος μανικοῦ σχήματος κ.τ.λ.

II 41 p. 30, 12 sq.: sententia τῆς μάχης μόνῳ Κυνεγείρῳ εἴσεται χάριν inter duas enuntiationes, quibus Cynegirum appellat: ὦ Κυνέγειρε, τὴν ναυμαχίαν νικήσει βασιλεύς et ἄπορον ποιῶν αὐτοῦ τὴν φυγὴν ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν νίκην εἰργάζου posita, ut Hinckius voluit, locum non habet, sed restituendum est e codicibus εἰργάζετο, id quod omnem tollit difficultatem.

II 51 p. 33, 17 sq.: οὐ γὰρ Αἰσχύλου καὶ τοιούτων ποιητῶν καὶ ῥητόρων, ἀλλά τινος Ὁμήρου τραγῳδίας ἢ τραγικῆς φωνῆς codices praebent. Sed non solum cum Hinckio verba ἢ τραγικῆς φωνῆς, sed etiam τραγῳδίας eiciendum est.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

ACHTER BAND.

ZWEITES HEFT.

QUAESTIONES RHETORICAE.

HISTORIAE ARTIS RHETORICAE QUALIS FUERIT AEVO IMPERATORIO CAPITA SELECTA

SCRIPSIT

STEPHANUS GLOECKNER.

BRESLAU.
VERLAG VON M. & H. MARCUS.
1901.

QUAESTIONES RHETORICAE.

HISTORIAE ARTIS RHETORICAE QUALIS FUERIT

AEVO IMPERATORIO CAPITA SELECTA

SCRIPSIT

STEPHANUS GLOECKNER.

VRATISLAVIAE
M. & H. MARCUS
1901.

Eduardo Norden

pietatis ergo.

CONSPECTUS LIBELLI.

H e r m o g e n i s auctoritatem maximam fuisse Byzantinorum aevo inter omnes satis constat. Libri eius omnium in manibus erant: τέχνην ῥητορικὴν μετὰ χεῖρας ἔχουσιν ἅπαντες (Suid. s. v. Ἑρμογένης); ut sapientissimum eum laudant ei qui in commentariis conscribendis operam consumunt (e. g. Rhet. Graec. II 101, 8. 147, 9. VII 625, 29 Walz); summa admiratione digna putabantur esse eius scripta (γράφει ταῦτα τὰ βιβλία τὰ γέμοντα θαυμάτων: Syriani in Hermog. comm. I 1, 4 sq Rabe) maxime propter copiam doctrinae (Syr. II 18, 19. Rh. Gr. VII 124, 6. 125, 15. 624, 30 W), ita ut nullum in eis mendum a posterioribus investigari posset (Syr. II 45, 1 sq). *Rhetorum splendor* (ῥητόρων ἡ φαιδρότης) appellatur versibus, qui in codice Laurentiano 22 pl. 60 (vol. II 612 Bandini) in calce libri de formis oratoriis extant; saepissime laudatur a scholiastis, quod haec illa καλῶς, εὐλόγως, πρεπόντως docuerit.

Quo tempore magna haec illi gloria contigerit, nondum satis perspicitur [1]). Multos vero etiam eius doctrinae extitisse adversarios e scholiastis cognoscitur, qui haud raro nomina afferunt technicorum qui ἐναντιοῦνται, ἐπιλαμβάνονται, μέμφονται, qui saepe hoc illud eum fecisse κακῶς, ἀτελῶς contendunt, eum ἀγνοεῖν, πταίειν iudicant.

Hermogenes saepe in tractatu de statuum divisione composito technicorum aevi sui doctrinas impugnat, id quod maxime ad Minucianum quendam pertinere ex scholiis cognoscimus (εἰς Μινουκιανὸν αἰνίττεται, ἀποτείνεται, ἐνίσταται passim). Saepe tamen iniuria haec tela in hunc iacta esse statuunt interpretes, qui Hermogenem interdum clamant φιλονεικεῖν, παραλογίζεσθαι, σοφίζεσθαι: quo fit ut Minucianus vel contra

---

[1]) Cf. Io. Graeven, Cornuti artis rhetoricae epitome, Berolini 1891 praef. p. XXVI.

Hermogenis auctoritatem a scholiastis laudetur (e. g. cf. Sop. IV 128, 22 Walz).

Ab hoc igitur Minuciano exordium sumendum est, praesertim cum is qui de eo se esse quaesiturum promisit[1]), iam diu vita excesserit.

Prius tamen de fontibus e quibus huius reliquorumque quos tractabimus rhetorum cognitio manat, paucis agendum est. Qui sunt commentarii in Hermogenis opera conscripti.

Prolegomena.

De nonnullis in Hermogenem commentariis.

§ 1.

De Sopatro.

Sopatri commentarium, dico eum quem in vol. V edidit Walzius, non eum qui in vol. IV legitur, genuinum esse opus affirmat editor (Rh. Gr. IV praef. p. V sq); contrariam nullo, quantum comperio, probante sententiam amplexus est Kampe (Zeitschr. f. d. Altert.-Wiss. 4 (1846) 990). At ego a compilatore quodam commentarium voluminis IV amplificatum et aliorum technicorum doctrina depravatum, commentarium autem voluminis V in brevius contractum esse, neutra igitur recensione genuinum nobis Sopatri opus servatum esse censeo alioque loco pluribus demonstrabo.

§ 2.

De codicibus Messanensibus.

Quod attinet ad fragmenta quae e Christophori cuiusdam in Hermogenem commentario qui nunc Messanae servatur, in mus. rhen. vol. 50 (a. 1895) p. 241 sq. ab H. Rabio publici iuris facta sunt, doleo quod editor non plura de commentarii indole disseruit.

Fragmenta quae idem vir doctus in mus. rhen. vol. 55

---

[1]) C. Fr. T. Maercker, de Theodectis Phaselitae vita et scriptis, Vratisl. 1835 p. 70 not. 5.

(a. 1900) p. 154 e codice Messanensi S. Salv 118 tamquam nova edidit, iam extant apud Walzium: fol. 25r, 8 = IV 180, 23. fol. 99r 5 = VII 315, 10. cf. IV 373, 29 (ad Hermog. stat. p. 146, 1 Spengel) Commentarium ipsum nullius esse pretii Rabius affirmat, moneo tamen in fol. 162v [1]) inveniri fragmentum adhuc ignotum Harpocrationis, quocum conferatur Rufus (= Rh. Gr. I.) p. 404, 13 Hammer. Georg. Pleth. VI 581, 2 Walz.

§ 3.
De Nili commentario.

Liberalitate eorum penes quos bibliothecae Francogallorum nationalis cura est, contigit mihi, ut codicem Parisinum Suppl. graec. 670 Vratislaviam transmissum usurparem, in quem primus virorum doctorum oculos convertit Io. Graeven (Hermae vol. 30 [1895] p. 289). Qui quod censet hunc commentarium multo ampliorem praebere contextum quam ei quibus Walzius in edendo vol. VII usus sit codices, id ita corrigendum est, ut saepe in codice Parisino multa deesse statuantur, quae inveniuntur in contextu Walziano. Quod paucis demonstrabo. In

fol. 11r post λέγειν = VII 346, 28 sequuntur genera coniecturae = 347, 13.

fol. 30v post ἐγίνετο = 392, 11 sequuntur verba οἶδεν ὁ τεχνικός = 393, 26.

fol. 40v post δείξομεν = 403, 22 sequuntur verba ἡ προβολή = 407, 12.

fol. 86r post ζητήματι = 469, 18 interposito duorum versuum titulo sequuntur verba τὸ εἶδός φησι = 470, 15.

fol. 109r post κείσεται = 520, 26 sequuntur verba τάξις δὲ = 525, 26.

fol. 110v post τεχνολογίαν = 529, 11 titulo interposito sequuntur verba περὶ τοῦ = 538, 15.

fol. 112v post διεξήλθομεν = 542, 30 sequitur μέθοδος τῶν ἀντιθετικῶν.

fol. 126r post προβολῇ = 556, 23 sequitur titulo interposito τοῖς ἀπ' ἀρχῆς = 557, 12.

[1]) Cf. R. Reitzenstein in Philologi N. S. I [1889] 588.

fol. 128 v loco verborum ὅπως usque ad ἐπισυμπλέκεται (= 565, 5—13) extat fragmentum Georgii cuiusdam.
fol. 131 v loco verborum ἵνα μὴ usque ad πόλιν (= 569, 9 —570, 18) extat fragmentum Georgii impugnantis ea quae usque ad p. 569, 8 prolata sunt.
fol. 133 v loco verborum ἡ θέσις usque ad διδῷ (= 576, 19—25) extat fragmentum Athanasii cuiusdam.
fol. 136 v post ἑτέροις = 586, 2 sequitur status negotialis tractatio.
fol. 179 r post παράδειγμα = 684, 7 sequuntur verba ἡ προβολή = 686, 10.

Unde apparet auctorem commentarii voluminis VII W. hausisse e fontibus quos neglexit auctor commentarii Parisini. Qui quisnam sit, discimus verbis fol. 32 v hisce:

ἴσως δέ τινες ὑπ' ἀνοίας καὶ πλείονα εἴδη στοχασμῶν ὑπολήψονται καὶ ἐκ τῆς τῶν ἄλλων στάσεων συμπλοκῆς, οἷον στοχασμὸν κατὰ ἀντινομίαν, στοχασμὸν κατὰ ἔγκλημα· τοῦτο δὲ γελοιότατον· οὐ γὰρ αἱ συμπλοκαὶ τῶν στάσεων διάφορα ποιήσουσιν εἴδη, ἐπεί τοι καὶ πραγματικῆς εἴδη πολλά, ἐπεὶ συμπλέκονται αὐτῇ στάσεις ἕτεραι οἷον πραγματικὴ κατὰ ἀντινομίαν, πραγματικὴ κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν·[1]) καὶ ἐπὶ πολλῶν λοιπὸν στάσεων ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος, ὅπερ ἀτοπώτατον. πρὸς γὰρ τοῦτο ἀποβλέπων ὁ τεχνικὸς ἔφη (stat. 153, 5 Sp.). τάχα δ' ἂν παρὰ ταῦτα καὶ ἄλλα εἴδη στοχασμῶν συσταίη, περιττὸν δὲ εἰς ἄπειρον περιεργάζεσθαι· νομίζω γὰρ ὁποῖον ἂν γίγνηται ἄλλο, διὰ τοῦτο συμπλεκόμενον αὐτὸ εὑρίσκεσθαι. ταῦτα γὰρ ἔφη καταγινώσκων τῶν ἐκ τῆς συμπλοκῆς τῶν στάσεων ἕτερα παρεισφερόντων εἴδη· περιττὸν γὰρ τοῦτό φησι καὶ μάταιον. ὅμως (ὅμος cod.) ἐγὼ Νεῖλος μονάζων πειράσομαι ὡς οἷόν τε δεῖξαι αὐτὰ κτλ.

Temporum ratione computata concludimus hoc loco verba facere S. Nilum Rossanensem, fundatorem et abbatem monasterii Cryptoferratensis, qui vixit ab a. 910 usque ad a. 1005[2]); nam cum in contextu saepius Sopater, quem circa a. 500 floruisse constat citetur, et codex ipse saec. XI scriptus sit, neque de Nilo asceta neque de posterioris aevi Nilo quodam cogitandum esse apparet. Codicem Parisinum a Nili

---

[1]) Cf. Rh. Gr. VII 595, 6 sq. V 346, 9.

[2]) Cf. Herzog, Realenc. f. prot Theologie u. Kirche. X² (Leipzig 1882) p. 581.

ipsius manu exaratum esse verisimile non est Nam litterarum ductus accuratus et elegans non quadrat ad Nilum, quem charactere minuto et denso usum esse constat (λεπτῷ καὶ πυκνῷ χρώμενος ἰδιοχείρῳ = Acta Sanct. Sept. VII 293 Boll.[1]). Sed discipulos suos scripturae operam dare iussit Nilus et calligraphiae *veluti scholam in monasteriis suis — omni tempore esse voluit* (Rocchi l. c. p. 10, cf. 245). Unde codicem post Nili mortem a discipulis scriptum esse probabile est. Addo tamen huius codicis ductus simillimos esse scripturae codicis Coislin. 213 (a. 1021), cuius specimen exhibet Henricus Omont, Facsimilés des mss. datés de la bibliothèque nationale (Paris 1891), tab. XIV.

Christophorum in conscribendo commentario ex iisdem atque Nilum hausisse fontibus, ita tamen ut haud pauca omitteret, nonnulla aliis in locis poneret, perlectis eis quae e Nili commentario publici iuris faciam fragmentis intelleges. Christophorus quis fuerit, plane incertum est[2]; moneo tamen sub Nicolao II abbate (a. 1131—1140) Cryptae Ferratae in monachorum numero fuisse Christophorum quendam[3]). Quem si neglegentius auctoribus suis usum esse statuimus, per Nilum nonnullas quas proposuit Rabe emendationes comprobari non mirabimur; exhibet enim Nilus in

fol. 138r: ἐᾷ cf. Christoph. 66v
fol. 139r: πραγματικάς cf. Christ. 68v
fol. 156v: ῥητὸν καὶ διάνοιαν cf. Christ. 131r.
fol. 157r: στρατηγός cf. Christ. 132r.

In fol. 178v tractatio ambiguitatis incipit a verbis hisce: τὴν ἀμφιβολίαν τινὲς ἐπὶ τὸν κτλ.; eundem verborum contextum praebent codd. Monacenses 376 et 123 (cf. Rh. Gr. VII 682 not. 1 Walz).

In margine[4]) fol. 100r litteris scripturae Byzantinorum quam dicunt cursivae notata sunt haec: ἐπίσκοπος ἔτει ,αρθ (a. 1109)χριστοῦ cf. fol 105r. in margine fol. 73v: ἱερομνήμων τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως μανουὴλ ἱερεύς, sequitur

---

[1]) Cf. A. Rocchi, de coenobio Cryptoferratensi eiusque bibliotheca et codicibus praesertim Graecis commentarii, Tusculi 1893 p. 10. 247.

[2]) Cf. Rabe l c. p. 242. K. Krumbacher, Byz. Litt.[2] § 195 not. 6.

[3]) Cf. Rocchi l. c. p. 25—29. 292.

[4]) In margine quae extant legerunt de Boor, Skutsch, Wuensch.

nomen fortasse urbis octo vel novem litterarum, quarum ultimae ἴδρασ esse videntur, obvium illud quidem etiam in fol 104v. Quisnam hic Manuel fuerit et qua in urbe sacerdotis munere functus sit, investigare non potui.

Neglectis eis quae ab altera manu in nonnullis marginibus adnotata sunt scholiis non excussi nisi rhetorum fragmenta, quae ad propositum usui fore sperarem.

Minoides Minas, cuius opera codex in Parisinam bibliothecam delatus est, hic illic nomina rhetorum in textu laudatorum in margine rubro atramento ascripsit, saepius silentio praetermisit. Itaque ego nunc omnia proponam, ut cuius pretii Nili commentarius sit, intellegas.

nomina rhetorum	a Minoide Mina	
	notatorum	neglectorum
Ἁρποκρατίων	fol. 13r = VII 350, 29 W.	12v = VII 349, 25.
	122v = VII 548, 23.	57r = IV 519, 27.
		122r = VII 547, 31.
		123r = VII 549, 7.
		154v cf. Syr. II 60, 14.
		157r cf. Christoph. 132r.
Μητροφάνης	fol. 13r = VII 350. 28.	12v = VII 350, 6.
	125r.	61v.
	142v.	65v = VII 443, 6.
		66v = VII 446, 22.
		124r cf. VII 551, 26.
		124v.
		125v (bis).
		125v = VII 556, 7.
		128r cf. VII 562, 1.
		142r cf. V 337. 23.
		145r cf. Syr. II 161, 23.
		164r cf. IV 780, 21.
Ἰουλιανός	fol. 14v.	
Τύραννος	fol. 3r[1]).	89r = Chr. 79r.
	15v cf. VII 357, 27.	113r.
		137v = Chr. 65v.
Μένανδρος	fol. 21v = VII 374, 13.	119v = Chr. 102v
	83r.	
Γεώργιος	fol. 30r.	43v.
	53r.	59v.
	82r.	60r.

[1]) ὅρα περὶ τούτου τὸν Σουίδαν: Min. Minas in margine.

nomina rhetorum	a Minoide Mina	
	notatorum	neglectorum
		69 v.
		84 v.
		90 v = Chr. 83 r.
		97 r.
		99 v.
		105 r.
		125 r.
		127 r.
		129 r.
		131 v.
		132 r (bis).
		138 r = Chr. 66 v.
		152 r.
		153 v.
Νεῖλος	fol. 32 v.	
Ἀκύλας	fol. 35 r.	39 r.
		70 r.
		98 r.
Σώπατρος	fol. 38 v = V 149.	42 v = VIII 82, 14.
		84 v.
		87 v = V 93, 21.
		92 r cf. V 164, 3.
		IV 589, 4.
		102 r cf. V 169, 23/170, 1
		120 r = Chr. 102 v.
		139 v cf. V 182, 11.
		149 r = V 188, 16.
		150 r = V 188, 29.
		152 r = V 189, 17—31[1]).
ὁ ἀνεπίγραφος		fol. 39 r.
		53 r.
		61 r.
		65 r.
		95 r.
		97 r.
Μινουκιανός	fol. 39 v cf. VII 402.	38 v = V 150, 6.
		41 r.
		64 r.
		65 v = VII 443, 5.

[1]) Sopatro usus est interdum auctoris nomine non addito, cf. fol. 39r 7 = V 158, 28 sq. fol. 45r 3 = V 151, 17 sq. fol. 45r 6 infr. = V 152, 6 sq. fol. 47v 4 = V 153, 5 sq.

nomina rhetorum	a Minoide Mina	
	notatorum	neglectorum
		66 v = VII 446, 21.
		90 r = V 95, 3.
		90 v = Chr. 83 r.
		99 v cf. VII 498, 17.
		101 v = VII 503, 30.
		103 r = V 97, 7.
		119 r cf. VII 203, 4.
		120 r = Chr. 103 r.
		123 v = V 178, 2.
		135 r = VII 579 sq.
		138 v = Chr. 67 v.
		142 r.
		155 r.
Εὐστάθιος	fol. 41 r.	42 v.
	41 v.	43 r.
	53 r.	59 r.
		62 r.
		64 r.
		69 v.
		83 r.
		84 r = VII 465, 18.
		84 v.
		89 r = Chr. 79 r.
		89 v = Chr. 79 v.
		99 v cf. VII 498, 8.
		99 v (bis).
		119 v = Chr. 102 r.
		125 r = VII 554, 19.
		125 v.
		127 r cf. VII 559, 29.
		128 v cf. VII 563, 31.
		138 r = Chr. 66 v.
		141 v = VII 594, 11.
		142 r cf. VII 594, 18.
		151 v cf. VII 613, 16.
		156 v = Chr. 131 v.
		157 r (bis).
		167 v cf. Chr. 109 r.
		170 v.
Φοιβάμμων	fol. 53 r.	114 v = Chr. 89 r.
	140 r = Chr. 72 r.	120 r = Chr. 102 v.
Ἀθανάσιος	fol. 57 r cf. IV 518.	56 v.

nomina rhetorum	a Minoide Mina notatorum	neglectorum
		61 v.
		84 v.
		85 r.
		103 cf. VII 505, 20.
		133 v.
		151 v cf. VII 613, 19.
		152.
		153 = VII 611, 30.
Συριανός	fol. 87 r = II 129, 4 Rabe.	112 v = II 137, 7.
		115 v = 147, 6.
		117 v = 144, 10.
		120 v = 150, 5+10.
		136 v = 162, 7.
Ἄβας		fol. 119 v cf. VII 203, 10.
ὁ σημειογράφος	fol. 139 r = Chr. 68 v.	89 v = Chr. 79 v. 80 r.
		120 r = Chr. 102 v.
		139 v = Chr. 70 v.
Ἑρμαγόρας	fol. 142 v cf. V 337, 25.	155 r.
Ἐπιφάνιος	fol. 155 r.	170 v.
Πορφύριος	fol. 170 v.	119 v = Chr. 102 v.
Σιρίκιος	fol. 182 v.	

In fol. 109 r extant verba: ζητεῖ οὖν ἐνταῦθα ὁ καθ᾽ ἡμᾶς πῶς τὸ κτλ. omisso Pauli nomine, cf. VII 525, 27 W; eundem oblivioni dat in fol. 110 r. ubi post ἠπίστατο = VII 527, 31 pergit: ὥστε ἐμπιπτούσης τῆς συγγνωμικῆς ἀντιθέσεως τοῦτο οὐκ ἐμπίπτει, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἰ κατὰ βίαν λαμβάνοιτο οὐδέποτε. ἔτι δὲ κἀκεῖνο κτλ. = VII 528, 3.

Huius codice Parisino Suppl. gr. 670 servati commentarii partem ipse exscripsit Minas, iis quae apud Walzium iam extant omissis, quae nova affert Nilus excerpens; sed laboris pertaesus substitit in verbis κατ᾽ οὐδέν φασι ἀλλήλων = An. VII 400, 12 W = cod. Par. suppl. gr. 670 fol. 37 v / 38 r. Quod apographon codice Par. Suppl. gr. 727 p. 49–70 continetur.

Post τοὐναντίον (= VII 343, 25) sequitur in apographo p. 54 v (= Nil. fol. 10 r): οὐ γὰρ λέγει ὁ τεχνικός, ἐξ οἵου γίνεται τὸ προοίμιον αὐτῶν —, ἀλλ᾽ ὅτε ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων γίνεται ἀμφότερα διαφόρως (stat. 149, 10 Sp.). διαφέρει δὲ ἀλλήλων τῷ τὰ μὲν προοίμια παρασκευάζει<ν> πρὸς τὸ δέξασθαι

ἢ ἀπώσασθαι· ὄγδοον κεφάλαιον· — τὴν κοινωνίαν εἰπὼν κτλ. = 345, 3. Ad ἀπώσασθαι haec Minas in adnotatione affert: κακῶς ἐν ταῖς τοῦ Ἑρμογένους ἐκδόσεσι γράφεται ἀποθέσθαι [1]). θαυμάζω δὲ ὅτι καὶ ὁ ἐμὸς διδάσκαλος Ἀθανάσιος ὁ Πάριος οὐκ ἐπέστησε τούτῳ ἐν τῇ μετὰ σχολίων αὐτοῦ ἐκδόσει. Docet me R. Foerster hunc Athanasium Parium, qui scholis praefuit in monte Atho, Thessalonicae, in Chio insula et die 24. mens. Iun. a. 1813 mortuus est [2]), Ῥητορικὴν Πραγματείαν ἤτοι τῆς Ἑρμογένους ῥητορικῆς τέχνης ἐξήγησιν, Venetiis 1799 edidisse et Minam in Chio insula eius discipulum fuisse.

De studiis Graecorum illius aevi rhetoricis docemur subscriptionibus codicum recentiorum, e. g. cod. 1202 (saec. XVIII) bibl. Athen. (cf. Κατάλογος τῶν χειρογράφων τῆς ἐθνικῆς βιβλιοθήκης τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Ι. Σακκελίωνος, ἐν Ἀθήναις 1892); cf. etiam cod. 1192.

Quod K. K. Mueller (Centralblatt f. Bibliothekswesen I [1884] 367) codicem Par. Suppl. 670 a Mina Lutetiam translatum eundem esse censet quem vidit Ianus Lascaris in bibliotheca monasterii Vatopaedii, ego probare non possum, quamquam Minam diu in illo monasterio versatum esse constat [3]). Qui enim poterat fieri ut Lascaris, qui, ut postea apparebit, accuratissime illum codicem perlustravit, totum Nili commentarium, qui maximam codicis partem occupat, neglegeret et omitteret? Sed ad hanc quaestionem revertemur (cap. VII § 27 fin.) copiosius de ea disputaturi.

---

§ 4.

De Ioannis Doxapatri in Hermogenis status commentario.

R. Foerster summa cum liberalitate omnia mihi concessit, quae olim Libanii et Choricii [4]) fragmenta investigans

[1]) Cf. p. 149, 12 Sp.; ad ἀπώσασθαι cf. An. VII 345, 7. 12.

[2]) Vitam eius illustravit Mamucas apud K. N. Satham, νεοελληνικὴ φιλολογία (Athenis 1868) p. 630—642.

[3]) Cf. Cod. Par. Suppl. gr. 667; 675 fol. 1. 10—39; 683 fol. 24. E. Miller, le mont Athos, Vatopédi. l'île de Thasos (Paris 1889) p. 101: *le long séjour que Mynas a fait au mont Athos, et particulièrement chez les moines de Vatopédi.*

[4]) Cf. Mélanges Graux p. 638.

excussit e cod. Vindob. phil. graec. CXXX, qui a fol 84 v usque ad 170 v continet Ioannis Siceliotae Doxapatri in Hermogenis status commentarium (σχόλια εἰς τὸ περὶ τῶν στάσεων ἑρμογένους βιβλίον παρὰ τοῦ δοξαπατρῆ ἐκτεθέντα).

Foersteri schedis usus pauca praemitto.

Exaratus est codex a manibus duabus eiusdem aetatis (saeculi XIII/XIV), altera, quae in foliis 1—94 $^{2}/_{3}$ et 139 —170 v versata est, neglegentiore, altera, quae folii 94 quod superest usque ad fol. 138 v exaravit, accurata.

Incipit commentarius a verbis ὅσα μὲν ἐχρῆν — κεφάλαια. desinit ἔθος ἐστὶ — ἢ ὡς (ad Hermog. stat. 164, 12—20: ἐν δὲ τῇ ἀγράφῳ τὸ ἔθος — ἐν στοχασμῷ διωρισάμεθα).

Commentator primum suam doctrinam proferre studet, mox acquiescit in exscribendo Anon. VII W, cuius verba inducit voce ἑτέρου ἐξηγητοῦ. Raro eorum quibus utitur auctorum nomina affert, sed citat fere οἱ μέν, οἱ δέ, τινές. ἕτεροι δέ, sed quos impugnat nominat, Eustathium, Photium, Geometram. Ipse impugnatur ab Ioanne Tzetza, cuius verba versibus conscripta in margine codicis saepius leguntur [1]).

Ioannem Doxapatri saeculo XI fuisse alio loco quo etiam de eius studiis pluribus aget, docebit Foerster.

Hermagorae et Minuciani quae I. Doxapatri affert fragmenta non exscripsit Foerster, nisi quod fol. 91 v respondere Sop. IV 82, 16—22 et fol. 123 r congruere cum An. VII 244,20 adnotavit.

Optimos percipit fructus Eustathius, cuius fragmenta ex parte ignota invenies in h. diss. cap. VI § 18 litt. dd e. q. s.

Georgii alterum fragmentum una cum Eustathio prodibit (cap. VI § 18 litt. mm), alterum ego sicut plurima Georgii fragmenta e Nili commentario exscripta retineo.

Semel citatur Sopatri divisio quaestionum fol. 143 v ad Hermog. de statibus (= Hst.) 152,30 sq. (antecedit doctrina Eustathii et Georgii cf. cap. VI § 18 litt. mm): δεῖ μέντοι εἰδέναι, ὅτι τῷ Σωπάτρῳ δοκεῖ μὴ ἐμπίπτειν τὸ παραγραφικὸν ἐν τῷ παρόντι εἴδει τοῦ στοχασμοῦ· φησὶ γὰρ οὕτως ἐν τῷ περὶ διαιρέσεως ζητημάτων βιβλίῳ· ἰστέον δὲ καθόλου, ὅτι παραγραφικὸν

---

[1]) Cf. H. Giske, de Ioannis Tzetzae scriptis ac vita, diss. Rostoch. 1881 p. 64 not. 2.

ἐν τῷ ἀπὸ γνώμης στοχασμῷ οὐκ ἐμπίπτει κτλ. = VIII 76,19 sq. Walz.

§ 5.

De Ioannis Doxapatri in Hermogenis libros de inventione commentario.

Ioannes Doxapatri in commentario in Apthonium saepius ita affert Sardeonem quendam una cum Geometra, ut hunc fontem fuisse appareat Geometrae, quo commentator ipse utitur. Haec quippe quae sint perspicua, iam intellexit I. H. Chr. Schubart, qui etiam recte monuit „Sardeonem“ (τὸν (τῶν) Σάρδεων) non ut Walzius et Pape-Benseler statuerunt, esse nomen rhetoris cuiusdam, sed intellegendum esse episcopum quendam Sardensem, qui vixit ante Geometram[1]), hoc est non post initium saeculi decimi. Huic episcopo extat testis Io. Doxapatri in commentario in Hermogenis libros de inventione composito, qui servatur in codice Barocciano 175; cf. descriptionem Foersteri (Mélanges Graux p. 630), qui ut apographo ab ipso facto uterer, benigne mihi concessit. In hoc codice legimus[2]) fol. 1r: εἷς δέ τις ὁ καὶ τελεώτερος ἁπάντων δόξας καὶ ἀκριβέστερος· οἶμαι δὲ τοῦτον τὸν τῇ συγκέλων ἀξίᾳ διαπρέψαντα καὶ τὸν ἀρχιερατικὸν τῆς τῶν σάρδεων μητροπόλεως λαβόντα διέπειν χρόνον (θρόνον corr. Bekker) εἶναι· ὅστις καὶ τὸ περὶ τῶν προγυ(fol 1v)μνασμάτων τοῦ ἀφθονίου βιβλίον ὑπομνηματίσαι νομίζεται.

Huius episcopi in Hermogenem commentario[3]) usus est I. Doxapatri, qui eum afferre solet sub voce ὁ ἐξηγητής vel ὁ ἐξηγησάμενος: fol. 34r. 41v. 44v. 45r. 54v. 59v. 72v. 96v. 139v. 162v. 163r. 166r. v. 172v. 199v.

Deinde consentit ille „Sardeon“ cum ea parte commentarii Pseudogeorgiani[4]), quem Walzius vol. VI p. 507—543 edidit.

Fol. 34 r ad Herm. inv. p. 182, 20 Sp.:

περὶ ὧν φησιν ὁ τοῦ παρόντος βιβλίου ἐξηγητής, ὅτι

---

[1]) Jahrbuecher der Literatur vol. 84 (Wien 1838) 35 et not 2.

[2]) Cf. Bekker, Anecd. Gr. p. 1455 sq.

[3]) Cf. Doxap. II 554,10. Brzoska, Pauly-Wiss. I 2799.

[4]) Cf. Graeven, Corn. praef. p. XI not. 1.

πολεμίων μόνων μνησθεὶς παρέλιπε ταῦτα, ὡς φανερῶς τοῦ ἐναντίου ἐκ τοῦ ἐναντίου φαινομένου. cf. VI 542, 1 sq. Alius est locus fol 28v, qui quamquam „Sardeonis“ nomine caret, simillimus est loci Pseudogeorgiani VI 533, 26 sq., ut animadvertit Foerster: ἐπολιορκήθησαν γὰρ ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ἐκράτουν αὐτῶν· τριάκοντα τύραννοι· οἳ οὐκ εἴων αὐτοὺς τὰ τέκνα τὰ ἴδια τρέφειν· ἀλλ' ἐφόνευον αὐτά, ὡς ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἱ δέ φασιν, ὅτι αὐτοὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἑκόντες ἀνῄρουν τὰ τέκνα μὴ φέροντες αὐτὰ τοῖς τυράννοις δουλεύειν· φιλελεύθερον γὰρ τὸ ἑλληνικόν· τὸ κατὰ Μεγαρέων· μεταξὺ τῶν Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων ἦν τις τόπος κτλ.

Denique saepius affinitatem quandam exhibet „Sardeonis“ doctrina cum verbis An. VII vel Maximi Planudis (vol. V), qui usus est anonymo.

Fol. 54 v ad Herm. inv. p. 189, 27 sq. Sp.:

ἀπορεῖ ὁ τὸ παρὸν βιβλίον ἐξηγησάμενος, τί δήποτε ὁ Ἑρμογένης κτλ. = VII 723, 12—724, 4 συμβουλευτικοῦ, ὁ δ' αὐτὸς ἐπιλύεται τὸ ἄπορον λέγων, ὡς ἐν μὲν τῷ περὶ στάσεων κτλ. = V 386, 5., quod Foerster animadvertit.

Fol. 72 v ad p. 197, 17 Sp.:

ὁ μὲν οὖν ἐξηγητὴς περιγραφαῖς ἀναγνοὺς οὕτως ἡρμήνευσε τὴν λέξιν· περιγραφὴ λέγεται ἡ περικοπή· ἡ δὲ περικοπὴ τὸ ἥμισυ (cod. ἥμυσι) τῆς περιόδου ἐστίν· ἡ περιγραφή ἐστιν ἡ τῶν ὀνομάτων ποικίλη ἀφήγησις· τὸ γὰρ ποικίλοις (cod. ποικίλαις) κώλοις ἐκφράζειν τὸ ὄνομα δριμύτερόν πως καὶ σεμνότερον ἀναφέρεται[1]· ἡ περιγραφὴν λέγει τὴν σύντομον κτλ. = VII 730, 16—731, 2 ἔσονται[2]). τρέφεται γοῦν τοῦ ῥήτορος ἡ δύναμις ἐν ταῖς περιγραφαῖς μάλιστα[3]), τουτέστιν ἐν ταῖς διόλου ἀπαγγελίαις, ἐν ταῖς συντόμως ἑρμηνίαις. ὁ γὰρ ἐν κτλ. = VII 730, 7—12 ὡρισμένον[4]), εἰκότως εὐπορίαν ποιήσει τῶν λέξεων. καὶ θρέψει τὴν τοῦ ῥήτορος δύναμιν, τουτέστιν ἀφορμὴν παρέξει αὐτῷ, προσεξευρίσκειν ποικίλων λέξεων ἑρμηνείαν πρὸς τὸ μεταποιεῖν τὰ κῶλα πολυτρόποις ὀνόμασιν· ἢ περιγραφαῖς λέγει· ταῖς διατυπώσεσιν· ἀνάγκη γὰρ ἐν τῇ διασκευῇ ποικίλων ὀνομάτων καὶ διαφόρων εὐπορεῖν. καὶ

---

[1]) M 1 in marg. γρ. ἀναφαίνεται.

[2]) P. 730, 17/731, 1 habet Dox. λέγοντι pro ῥήτορι.

[3]) Cf. cod. Venet. p. 730 not. 14.

[4]) Doxap. exhibet v. 8 δῆλόν σε, 9 ἀπεριόριστον, 10 τῶν λόγων omisso καὶ, 11 τὰ μέρη.

ταῦτα μὲν ὁ ἐξηγητής· οἱ δὲ συγγραφῆς ἀναγνόντες τοῦτο ἔφησαν λέγειν τὸν τεχνογράφον, τὸ διαφόρως τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἑρμηνεύειν ἀσκούμενον τῷ ῥήτορι· οὐκ ἐνταῦθα μόνον τρέφει τὴν δύναμιν αὐτῷ καὶ δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς συγγραφαῖς. οἱ δὲ γραφαῖς ἀναγινώσκοντες τοῦτο φασὶ· τὸ διαφόρως ἑρμηνεύειν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἀσκούμενον τῷ ῥήτορι. τρέφει τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἤγουν αὔξει καὶ ὀγκοῖ· ποῦ δὲ αὔξει καὶ ὀγκοῖ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς ἤγουν τοῖς γραφομένοις παρ' αὐτοῦ λόγοις. ὁ μὲν ἐξηγητής· ἡ μὲν ἐξήγησις ἄλλο πλάτος καὶ ἄλλο μῆκος διηγήσεως οἴεται· μηκύνεται μὲν γάρ, φησιν, ἡ διήγησις ἐκ τῶν ἐξ τούτων· τοῦ πεπραγμένου· τῆς αἰτίας τοῦ παραλει<φ>θέντος τῶν λογισμῶν· τῆς αἰτίας τῶν λογισμῶν [1])· πλατύνεται δέ, ὅτε ἕκαστον τούτω<ν> διαφόροις ὀνόμασι καὶ κώλοις λέγεται. ὅτι δέ, φησι, καὶ τῷ Ἑρμογένει ταῦτα δοκεῖ, δῆλον ἐκ τοῦ ἐν ἀρχῇ εἰπόντα αὐτὸν ὅπως πλατύνεται δὲ ὅτε ἕκαστον τούτων διαφόροις ὀνόμασι ἡ διήγησις ὑποκατιόντα εἰπεῖν (inv. p. 197, 20)· πρῶτον μὲν οὖν οὕτω μηκύνεται ἐξ ἑρμηνείας. καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἐξηγητής, ἡμεῖς δὲ λέγομεν κτλ.

Fol. 166 r ad inv. p. 231, 15 sq. Sp.

ἔν τε ταῖς τοῦ φιλοστράτου εἰκόσι καὶ ἐν ἄλλοις μυρίοις εὑρίσκεται· τὴν δὲ ἔκφρασιν μηδὲν ἕτερον ἢ διασκευὴν ὑπάρχειν· σημείωσαι δέ, ὅτι τῷ μὲν ἐξηγητῇ πάντα τὰ περιστατικὰ δοκεῖ διασκευάζεσθαι λέγοντι· ἓν μὲν τῶν τῆς περιστάσεως, φησὶν ὁ τεχνικός, διασκευάζεται· ἢ χρόνος· ἢ ἄλλο τι τῶν περιστατικῶν· ἢ τρόπος· ἢ (fol. 166 v) χρόνος ἢ ἄλλο τι τῶν περιστατικῶν· ὅπερ δ' ἐξ ἐκείνων διασκευαζόμενον ᾖ· τουτέστι τῶν περιστατικῶν· ἢ τόπος· ἢ χρόνος· ἢ ἄλλο τι τρόπῳ πάντως πλατύνεται· καὶ πρόσωπον [2]) μὲν διασκεύζεται λαμπρῶς· ἢ στυγνῶς (cod. -ὸς)· πρᾶγμα δὲ πῶς ἐτελεῖτο; ἀπόρως ἢ φιλοτίμως· προθύμως ἢ κατηναγκασμένως· ἐνθύμως ἢ λυπηρῶς· τόπος· ποταπὸς ἦν· καὶ πῶς διετίθει· ὑγιεινῶς ἢ νοσερῶς· εὐπόρως ἢ ἀπόρως· προσηνῶς ἢ ἀηδῶς [3])· χρόνος· ὁμοίως ὅπως ἔχει κατὰ τὸν τόπον· αἰτία ὅπως ἀναφαίνεται· εὐλόγως ἢ ἀλόγως καὶ εἴ τι τοιοῦτον. καὶ τῷ μὲν ἐξηγητῇ οὕτως ἔφαμεν δοκεῖν, ταῦτά τε καὶ τὴν αἰτίαν πρὸς τούτοις διασκευάζεσθαι. τὸν δὲ Γεωμέτρην (cod. τῷ δὲ γεωμέτρῳ) εὗρον ἐν τῇ εἰς τὰ προγυμνάσματα

---

[1]) Cf. p. 731 not. 17.

[2]) Cf. V 417, 15—18.

[3]) Transposuit Foerster. Codex: ἢ προσηνῶς ἀηδῶς.

αὐτοῦ ἐξηγήσει ἡνίκα τὴν ἔκφρασιν ἐξηγεῖτο λέγοντα (cod. λέγοντι), τὰ μὲν λοιπὰ πάντα περιστατικὰ ὑποπίπτειν ἐκφράσεσιν (cod. ἐκφάσεσιν) ἤγουν διασκευαῖς, τὴν δὲ αἰτίαν μόνην μὴ ὑποπίπτειν αὐταῖς· καὶ σκόπει πῶς ἔχει τὰ ἐκείνου· πάντα τῶν περιστατικῶν ἐκφραστέον πλὴν τῆς αἰτίας κτλ. = II 513, 9 sq. Walz.

Fol. 199v ad inv. p. 249, 10—19 Sp.

καὶ τῷ μὲν τεχνικῷ σύνηθες, ὡς κἀν τοῖς προλαβοῦσι διαφόρως ἐδείξαμεν, ἡ περὶ τὰ παραδείγματα κακουργία· ὁ μέντοι ἐξηγητὴς μέμφεται αὐτῷ καὶ φησίν, ὅτι εἰ αἰτίας ἠβούλετο ἀπαλλαγῆναι ἢ σιγῆσαι τὸν ὅμηρον ἐχρῆν ἢ κτλ. = VII 831, 20—21 ἀμέμπτως.

Fol. 44v ad inv. p. 186, 30—187, 1 Sp.

ὁ μὲν ἐξηγητὴς τοῦ παρόντος βιβλίου ἀγχίστροφον εἰρῆσθαί φησι τὸ παρὸν προοίμιον ἢ ὡς ταχέως ἐπιστρέφον τοὺς ἀκροατὰς πρὸς τὸ λεγόμενον ἢ ὡς ἔγγιστα στρεφόμενον καὶ εὐθέως πεῖθον τὸν ἀκροατὴν καὶ ἐῶν αὐτὸν τῇδε κἀκεῖσε χρονίζειν· ἢ ὡς τὴν στροφὴν τῆς (cod. τοῦ) ἀξιώσεως ἐκ τῆς ἔγγιστα ἀφορμῆς καὶ προφάσεως λαμβάνον· ἤτοι ἐξ αὐτῶν ὡς ἔπραξαν αὐτοὶ καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρων κτλ.

In nonnullis consentit Maximus Planudes V 379, 20 sq. Tum loco Doxap. II 554 qui nos iam antea de „Sardeonis" in Hermogenem commentario docuerat, in I. Doxapatri in Hermogenem commentario occurrimus; cf.

p. 554. 10:

ὁ δὲ τῶν Σάρδεων (cod. Σαρδέων) ἐξηγητὴς ἐξηγούμενος τὰ τοῦ Ἑρμογένους λέγει· μετὰ περιστάσεως καὶ τὰς εἰσφορὰς τῶν νόμων καὶ τὰς λύσεις· τουτέστι μετ' αἰτίας· ἐξ μὲν γάρ εἰσι τὰ περιστατικά. τούτων δὲ συνεκτικώτατον ἡ αἰτία· ἐξαιρέτως δὲ τὴν αἰτίαν καλεῖ περίστασιν· διὰ τὸ μὴ δυνατὸν εἶναι χωρὶς ταύτης ἢ λύειν νόμον ἢ εἰσφέρειν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Σάρδεων λέγει, —

Fol. 59v ad p 192, 17—19 Sp.

ἀπορεῖ ὁ ἐξηγητής, τί δήποτε ἐξ ὄντων τῶν περιστατικῶν μόνην τὴν αἰτίαν νῦν περίστασιν ὀνομάζει ὁ τεχνικός· καὶ ἐπιλύεται οὕτως τὸ ἀπόρημα λέγων, ὅτι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄνευ ταύτης ἢ λύει<ν>νόμον ἢ εἰσφέρειν· οἷον βουλεύονται κτλ.

Semel consentit cum scholiis Demosthenicis:

Fol. 96 v ad p. 203, 3—29 Sp.

καὶ πρῶτον ἐν αὐτοῖς ἀφ' ὧν ἀπήγγειλεν (Demosth. fals. leg. § 4) ὁ Αἰσχίνης ἀπὸ τούτων αὐτὰ δεῖξαι παραπρεσβεύσαντα ὑποσχόμενος, ἐν τῇ κατασκευῇ ἤγουν τοῖς ἀγῶσι, τὴν πρὸς τοιοῦτον σημεῖον παρὰ τοῦ Αἰσχίνου ἀνακύπτουσαν ἀντιληπτικὴν ἀντίθεσιν. οὐ τέθεικε πρῶτον, ἀλλὰ μετὰ πολλὰ κεφάλαια. τίνος δὲ χάριν τοῦτο ὁ ῥήτωρ ἐποίησεν εἴ τις ζητοίη μαθεῖν, ἴστω ἀφ' ὧν φησιν ὁ τοῦ παρόντος βιβλίου ἐξηγητής· ἐκεῖνος γάρ

φησιν αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· οὐκ ἦν μὲν τῇ τάξει πρῶτον τὸ ἀπήγγειλεν· ἀλλ' ὁ ῥήτωρ τὸ ἰσχυρότερον καὶ τὸ σημεῖον τέθηκε (sic) πρῶτον· ἐφ' ὧν κρίνεται μάλιστα ὁ Αἰσχίνης. ἐπειδὴ γὰρ οὔτ' ἐκ γραμμάτων οὔτε ἐκ ψηφισμάτων οὔτε ἐξ ἄλλων ἀποδείξεων εἶχε τὸν ἔλεγχον, εἰκότως ἐχώρησεν ἐπὶ τοῦ Αἰσχίνου λόγους οὓς ἀπήγγειλε· καὶ πρὸς τούτους (fol. 97 r) ἀποβλέπων τὴν ὅλην κατηγορίαν ποιεῖται. τὴν δὲ πρὸς τὸ ὧν ἀπήγγειλεν ἀντιληπτικὴν ἀντίθεσιν τελευταίαν, καὶ μετὰ ἄλλα ἀγωνιστικὰ κεφάλαια τέταχε· διότι τὴν ἀντιληπτικὴν ταύτην ἀντίθεσιν μεταλήψει μέλλων λῦσαι καὶ ἐρεῖν ὅτι εἰ καὶ ἐξῆν σοι ἅπερ ἐβούλου λέγειν. ἀλλ' οὐ δωροδοκήσαντι καὶ ἐπὶ δώροις δημηγοροῦντι, ἀνάγκην ἔσχε προαποδεῖξαι ὅτι ἐδωροδόκησεν.

schol. Dem. p. 341, 9 ed. Dindorf οὐκ ἦν μὲν τῇ τάξει πρῶτον τὸ ἀπαγγεῖλαι, ἀλλὰ τὸ ἰσχυρότερον καὶ τὸ σημεῖον προέθηκεν, ἐφ' ᾧ μάλιστα κρίνεται ὁ Αἰσχίνης. ἐλάβετο οὖν εὐθὺς τοῦ μεγίστου τῶν τεκμηρίων. τοῦτο δὲ γένεσις αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως ὅλης. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἐκ γραμμάτων οὔτε ἐκ ψηφισμάτων οὔτε ἐξ ἄλλων ἀποδείξεων ἔχει τὸν ἔλεγχον, εἰκότως ἐχώρησεν ἐπὶ τοὺς Αἰσχίνου λόγους, καὶ τούτων καθάπτεται ὡσπερεί τινος ἀρχῆς καὶ κρηπῖδος, καὶ πρὸς τούτους ἀποβλέπων τὴν ὅλην κατηγορίαν ποιεῖται.

p. 418, 25

ἀντίθεσις ἀντιληπτική, ἥντινα λύει ὁ ῥήτωρ μεταληπτικῶς· τοῦ γὰρ Αἰσχίνου λέγοντος ὅτι ἐξῆν μοι συμβουλεύειν ἅπερ ἐνόμιζον εἶναι συμφέροντα, λύει ὁ ῥήτωρ· ἀλλ' ἐξῆν σοι (φησί) λέγειν ἐν ἄλλοις, ἀλλ' οὐκ ἐν οἷς ἔβλαπτες τὴν πόλιν δῶρα δεξάμενος.

Iam addam fragmentum, quocum nil comparare possum.

Fol. 139 v ad p. 218, 8 Sp.

τὰς δὲ ἐργασίας φησὶν ὁ ἐξηγητὴς οὕτως ὀνομάζεσθαι ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς τῶν ὑφασμάτων κατασκευῆς καὶ ἐργασίας· στήμονες γὰρ ὥσπερ τὰ ἐπιχειρήματα τιθέμενα τῆς ἐσομένης δέονται κατεργασίας· τινὲς δέ φασιν κτλ.

Magni pretii[1]) est ἐξηγητής, cum saepius de contextu Hermogenis constituendo disserat variasque variorum codicum lectiones afferat. Quas nunc, quamquam audaciae esse haud ignoro uno niti codice, cum commentarius saltem tribus[2]) traditus sit, publici iuris facere non dubito, cum vix in haec scholiorum dumeta aliquem esse descensurum credam.

Fol. 41 v ad inv. 185, 21: ἡ φύη μετὰ τὴν κατάλυσιν.

διττόν φησιν ἐν τοῖς βιβλίοις εὑρεῖν τὴν γραφὴν ὁ τὸ παρὸν βιβλίον ἐξηγησάμενος, ἡ φυλὴ καὶ ἡ φύη· γυναϊκά τινα προσήκουσαν[3]) τῷ Πεισιστράτῳ δηλοῖ· εἰ μὲν ἡ φύη ἔχει ἡ γραφή, ἣν μετὰ τὴν τῆς τυραννίδος κατάλυσιν κρίνεται ὁ δῆμος τῶν (fol. 42 r) Ἀθηναίων· ὡς τὰ κοινὰ μετὰ τοῦ τυράννου λυμαινομένην· εἰ δὲ ἡ φυλὴ ἔχει, δηλοῖ τὸ γένος τῶν Πεισιστρατιδῶν.

Fol. 72 r ad p. 197, 17:

ἔνια τῶν βιβλίων περιγραφαῖς ἔχει· ἔνια δὲ συγγραφαῖς (cod. συγραφαῖς)· καὶ ἄλλα (fol. 72 v) γραφαῖς[4])· ὁ μὲν οὖν ἐξηγητὴς κτλ. (cf. supra p. 13.)

Fol. 76 r ad 199, 4:

ἔν τισι τῶν βιβλίων οὐ τέθειται τὸ οὐχ ἁπλῶς[5]). ἐν οἷς δ'ἂν εἴη τεθειμένον, τὸ οὐχὶ κυρίως καὶ ἀληθῶς σημαίνει, εἰς τὴν ἁπλῆν διήγησιν ὑπεμφαίνει.

Fol. 78 v ad 199, 18 sq:

ἐνίοις τῶν βιβλίων πρόσκειται κἀνταῦθα τὸ ἐγκατάσκευον καὶ τὸ ἐνδιάσκευον, ὡς εἶναι· αἰτία μὲν γὰρ ἡ διήγησις, ἐγκατάσκευον· τρόπος δὲ διηγήσεως (corr. m¹ in marg: διήγησις) ἐνδιάσκευον κατασκευάζει.

Cf. cod. Par. (= W. III 94 not. 37): γρ. καὶ οὕτως· ὅτι

[1]) Quamquam contrarium affirmat Graeven, Corn. praef. p. XI not 3.

[2]) Praeter Barocc. 175 etiam Paris. 2922 et Vindob. phil. 73; cf. Graeven l. c.

[3]) Cf. cod. Vind. 18 schol. marg. = Walz III 76 not. 8.

[4]) Cf. cod. Par. 2977 in marg.: γρ. ἐν ταῖς γραφαῖς = W. III 92 not. 8.

[5]) Cf. cod. Vind.: καὶ οὐ διηγεῖται omissa voce ἁπλῶς = W. III 94 not. 31.

αἰτία μὲν διήγησιν ἐγκατάσκευον. τρόπος δὲ διήγησιν ἐνδιάσκευον κατασκευάζει.

Fol. 78 v ad 199, 23:

ἔν τισι τῶν βιβλίων οἱ τοῦ Κόωνος υἱοὶ γέγραπται· δέον οὖν υἱεῖς γεγράφθαι κτλ. = Cramer, An. Ox. IV 166, 28 sq.

Fol. 90 r ad 201, 17—20 τὸ — μέρους:

τινὰ τῶν βιβλίων προκείμενον ἔχει τὸ καὶ δι' ἐμαυτοῦ (v 18). καὶ εἰ μὲν τοῦτο πρόσκειται (cod. πρόκεισται), δηλοῖ, ὅτι ζώσῃ φωνῇ πρὸς μάρκον διελέγετο καὶ ἐδίδαξεν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ πρόσκειται, δύναται μὲν τὸ αὐτὸ νοεῖσθαι, ὅπερ καὶ τοῦ δι' ἐμαυτοῦ προσκειμένου ἐνοεῖτο.

Cf. W. III 98 not. 3: „in cod. Monac. 327 supra lin. m. rec. ζώσης φωνῆς; ad marg: τινὰ τῶν βιβλίων τὸ δι' ἐμαυτοῦ οὐκ ἔχει καὶ δύναται νοεῖσθαι οὕτως· ὅτε ἔχει ὅπερ δηλοῖ ζώσῃ φωνῇ." praeterea schol. min. VII 736 not 3: δι' ἐμαυτοῦ· αὐτοστοματί.

Fol. 90 v ad 201, 21 ἔστι — γίνονται:

τινὰ τῶν βιβλίων καὶ οἱ τούτων τρόποι καὶ δι' ὅσων γίνεται ἔχει· ὡς εἶναι τὸν λόγον μὴ περὶ τῆς εἰσαγωγῆς, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν κεφαλαίων μᾶλλον· ἀλλ' ἄμεινον καὶ τρόποι ταύτης καὶ δι' ὅσων γίνεται γεγράφθαι, ἵνα ᾖ περὶ τῆς εἰσαγωγῆς ὁ λόγος, ἀλλὰ μὴ περὶ τῶν κεφαλαίων.

Fol. 91 v in marg. ad 202, 2:

εἶχε τὸ παλαιὸν πρεσβύτερόν ἐστιν μέρη τῆς διηγήσεως τοῦ λόγου τῆς κατασκευῆς ὡς δηλοῖ —

Fol. 104 v ad 204, 32 εἰ δέ μοι λέγοι — 205, 1 νομίμων:

οἶμαι δὲ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν οὕτως ἐλλιπῶς ὡς νῦν ἐν τῷ ἐδαφίῳ [1]) κειμένῳ παρὰ τοῦ ἑρμογένους τὸ παρὸν ἐκτεθῆναι χωρίον (cod. χορίον), ἀλλ' ὕστερον νοθευθῆναι παρὰ τῶν ἀντιγράφων.

Fol. 120r ad 212, 11:

ἔν τισι τῶν βιβλίων ἢ τεθέντος εὗρον· ἐν ἑτέροις δὲ εἴτε θέντες. ἐν ἄλλοις δὲ ἢ εἰ τεθέντες· ἐν ἐνίοις δὲ ἢ εἰ τεθὲν λύομεν. δῆλον δὲ ὡς ἐν οἷς ἂν εἰ τεθέντες εὕρομεν, τοῦ ἐχθροῦ προσυπακούσομεν. Cf. cod. Venet. 433 (= W. VII 752 not. 2): εἴτε οὖν εἰσάγομεν ἡμεῖς κεφάλαιον, εἴτε θέντες λύοιμεν κτλ;

---

[1]) De hac voce loci Schol. Pind. Ol. V p. 117 ed. Boeckh R. Foerster me monet.

quod cod. Mon. (= W. III 111 not. 2) exhibet εἴτε τεθέντες sane corruptum est ex εἰ τεθέντες vel εἴτε θέντες.

Fol. 120v ad 212, 14:

τὰ μὲν τῶν βιβλίων ἀπὸ τῶν αὐτῶν αἱ γενέσεις τῶν νοημάτων τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἔχει· τὰ δὲ χωρὶς τοῦ ἄρθρου ἀπὸ τῶν αὐτῶν αἱ γενέσεις [τῶν][1]) νοημάτων τοῖς ἐπιχειρήμασιν. εἰ μὲν (fol. 121r) χωρὶς τοῦ ἄρθρου εἴη ἡ γραφή, νοήματα λέγοιτ' ἂν τὰ ἓξ περιστατικὰ κεφάλαια· εἰ δὲ μετὰ τοῦ ἄρθρου, δηλοῖτο ἄν, ὅτι ὁ νοῦς τῶν ἐπιχειρημάτων γίνεται ἀπὸ τῶν περιστατικῶν· οὐ μὴν ἡ φράσις· ἤγουν τὸ σχῆμα δι' οὗ προφέρεται· ἤγουν ἀπὸ τῶν περιστατικῶν· τί μέν ἐστι περίστασις, νῦν ὁ τεχνογράφος παρίστησιν ὁριζόμενος· πόθεν δὲ τῆς τοιαύτης ὀνομασίας τετύχηκε, τὸ περὶ τῶν προγυμνασμάτων (Foerster, cod. γυμνασμάτων) ἐξηγούμενοι τοῦ (Foerster, cod. τοῖς) ἀφθονίου βιβλίον (Foerster, cod. βιβλίοις) εἰρήκαμεν. Cf. II 215, 2 sq. Walz.

Fol. 134r ad lemma: παρὰ τὸ τυχόν p 217, 5:

ἡ παρὰ ἀντὶ τῆς κατὰ· ἐν κατὰ συμβάν· τινὰ δὲ τῶν βιβλίων παρατυχὸν ἔχει ἀντὶ τοῦ παρατυχόντος· ὡς εἶναι ἀττικὴν τὴν σύνταξιν· εὐθεῖαν ἀντὶ γενικῆς παρὰ τὸ τυχόν. Lemma quod exhibet Ioann. Dox. etiam in codd. Par. Vindob. et ed. Ald. invenitur; cf. Par. ad marg. (W. III 118 not. 71).

Fol. 142r ad 219, 7:

ἰστέον, ὅτι τὰ πλείω τῶν βιβλίων ἀντὶ τοῦ εἰ ἓν εὑρίσκεται ἐπιχείρημα, οὐχ ἓν εὑρίσκεται παράδειγμα.

Fol. 161r ad 229, 3—5:

τριχῶς δὲ εὗρον τὴν γραφὴν ἐν τοῖς βιβλίοις· τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει· ἵν' ἐκ τῆς ἀνάγκης τοῦ ἐπιχειρήματος ἀνισταμένου τοῦ κεφαλαίου τὸ ἑξῆς ἓν ὕφος ὁ λόγος γένηται σῶμα· τὰ δὲ οὕτως[2])· ἵν' ἐκ τῆς ἀνάγκης τοῦ ἐπιχειρήματος ἀνισταμένου τοῦ κεφαλαίου κατὰ τὸ ἐφεξῆς, ὕφος ἓν λόγος γένηται σῶμα· ἕτερα δὲ οὕτως· ἵν' ἐκ τῆς ἀνάγκης τοῦ ἐπιχειρήματος ἀνισταμένου τοῦ κεφαλαίου τοῦ ἐφεξῆς ἓν ὕφος γένηται σῶμα.

Fol. 162v ad p. 229, 27:

διάφορον κἀνταῦθα τὴν γραφὴν εὗρον ἐν τοῖς βιβλίοις· τὰ μὲν

[1]) Hoc τῶν delendum est.

[2]) Cf. Walzii contextum III 137, 13 sq., nisi quod v. 15 ὁ ante λόγος omittit Dox.

γὰρ αὐτῶν οὕτως ἔχει· ὅ τε (corr. Foerster, semper cod. ὅτε) γὰρ τὸν ὅρον ἔχων καὶ τὸν συλλογισμὸν τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν ἑκάτερα δύναται· τὰ δὲ οὕτως· ὅ τε γὰρ τὸν ὅρον ἔχων καὶ τὸν ἀνθορισμὸν τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν (cod. κατασκευάζει) ἑκάτερα δύναται· ὡς ἂν θατέρου μὲν ἔχοντος ὁμοῦ τόν τε ὅρον καὶ τὸν ἀνθορισμόν. θατέρου δὲ τὸν συλλογισμὸν καὶ τὴν λύσιν τοῦ συλλογισμοῦ· τὰ δὲ οὕτως ἔχει· ὅ τε γὰρ τὸν ὅρον ἔχων καὶ τὸν ἀνθορισμὸν τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν ἑκάτερα δύναται· ὅ τε τὸν συλλογισμὸν καὶ ὁ τὴν λύσιν τοῦ συλλογισμοῦ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν ἑκάτερα δύναται· ὡς ἂν ὁ τοῦ αὐτοῦ ἔχοντος τὸν ὅρον καὶ τὸν ἀνθορισμόν· ἀλλ' ἑνὸς μὲν τὸ ἓν κτλ. ὁ μέντοι ἐξηγητὴς οὕτως ἀνέγνω τὸ παρὸν ῥητόν· ὅ τε γὰρ τὸν ὅρον ἔχων καὶ τὸν συλλογισμὸν τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν ἑκάτερα δύναται· ὅ τε τὸν ἀνθορισμὸν καὶ τὴν λύσιν τοῦ συλλογισμοῦ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν ἑκάτερα δύναται.[1]) ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη γραφὴ οὐκ ὀρθῶς οἶμαι ἔχει κτλ. δῆλον οὖν, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἔχει αὕτη ἡ γραφή. ἀλλ' οὐδὲ ἡ μετ' αὐτὴν ἔχει ὀρθῶς κτλ. (fol. 163r) δῆλον οὖν, ὅτι καὶ αὕτη κακῶς ἔχει ἡ γραφή· ἀλλ' οὐδὲ τὴν τρίτην ὀρθῶς οἶμαι ἔχειν κτλ. ἀλλ' οὐδὲ ἣν οὐξηγητὴς ἀνέγνω γραφὴν τὸ ὀρθὸν ἔχει κτλ.

Fol. 164v ad 230, 5 καὶ ὁ – 14 πράγματος: ἔπταισται κἀνταῦθα ἡ γραφή· προσθετέον γὰρ τῷ γέγονε τὴν οὐ ἄρνησιν· ὁ γὰρ ὅρος ἐκ τῶν παρειμένων γίνεται. ὡς ἐμάθομεν ἐν τῷ περὶ τῶν στάσεων (p. 153, 22 sq. Sp.), ὁ δὲ τὸν ἀνθορισμὸν ἀντιτιθεὶς ἵνα οὕτω λέγῃ· ἔδει γενέσθαι τόδε πρὸ τοῦ πράγματος, οὐ γέγονεν, ἀφαιρετέον τοῦ γέγονε τὴν οὐ ἄρνησιν· ὁ γὰρ ἀνθορισμὸς ἐκ τῶν πεπραγμένων γίνεται. Consentit ergo Io. Dox. cum manu corr. rec. cod. Mon., probata Walzio III 139, 1 sq., improbata a Spengelio, qui primam manum secutus est.

Fol. 165r ad 230, 15 ὁ δὲ τὸν — 231, 2 μάγοις: κἀνταῦθα ἔπταισται ἡ γραφή· ἀντὶ τοῦ ἔχειν γὰρ ὁ δὲ τὸν ὅρον κατασκευάζων ἐρεῖ οὕτως ἔχει· ὁ δὲ τὸν ἀνθορισμὸν κατασκευάζων. Hanc quam Dox. vituperat lectionem exhibent codd. Par. Vind. Mon.; primam ed. Ald. Portus.

Fol. 170v ad 232, 17—18: τινὲς ἀντιστρόφως μᾶλλον ἀξιοῦσιν ἀναγινώσκειν οἰκονομία

[1]) Haec interpretis lectio extat in Walzii contextu III 138, 13.

μεταχειρήσεως ἀρίστης, τὸ μὴ δὲ ἐν τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους γενομένοις (cod. γενομένους) ἀποχρήσασθαι ταῖς ὑποδιαιρέσεσιν· καὶ εἰκότως· ὅτε τοιοῦτον εἴη τὸ πρᾶγμα οὐδὲ <ἐν> τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους χρησόμεθα ταῖς ὑποδιαιρέσεσιν, ἵνα μὴ πάλιν τὸ καθ' ἕκαστον τῶν αἰσχρῶς γεγενημένων ὑποδιαιρού<ν>των ἡμῶν εἰς λεπτὰ εἰς κακόζηλον ἐμπέσῃ ὁ λόγος.

Fol. 172v ad lemma: ταυτολογεῖ δὲ διασκευὴν τῇ καλουμένων χωρίων ἀγωγῇ (p. 233, 6):

ὁ μὲν οὖν ἐξηγητής· ταυτολογεῖ δὲ διασκευῇ καὶ ἡ τῶν καλουμένων χωρίων ἀγωγή[1]. ἀντὶ πληθυντικοῦ ἔλαβεν ὁ τεχνικός· ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν γάρ φησιν ὅτι ταυτολογοῦσιν οἱ διασκευάζοντες καὶ ἐν τῇ τῶν καλουμένων χωρίων ἀγωγῇ, ταυτολογεῖ δὲ διασκευῇ καὶ ἡ τῶν καλουμένων χωρίων ἀγωγὴ εἴρηκε· τὰ δὲ ἀκριβέστερα τῶν βιβλίων ταυτολογεῖ διασκευῇ τῇ τῶν καλουμένων χωρίων ἀγωγῇ ἔχει, καὶ ἄμεινον τοῦτο· χωρία[2]) δὲ λέγεται τὰ ἐξ ὁμοίων ἱστοριῶν εἰς ἀνατροπὴν καὶ ἔλεγχον τῶν νῦν διασκευαζομένων λαμβανόμενα.

Fol. 173r ad 233, 18:

ἔνια τῶν βιβλίων ἃ προσῆκον ἔχει· καὶ ἀμείνων αὕτη ἡ γραφή.

Fol. 178r ad 236, 2:

ὁ μὲν ἐξηγητὴς ἀντίθετόν ἐστι σχῆμα λόγου ἀναγνοὺς τὸ μὲν σχῆμα ἀντὶ γένους ἔφησε κεῖσθαι· καὶ γάρ φησιν· ἔστι σχῆμα καὶ σώματος. — τὰ δὲ πλείω τῶν βιβλίων οὐκ ἔχει σχῆμα λόγου, ἀλλὰ ἀντίθετόν ἐστι σχῆμα.

Ita cod. Par. et schol. VII 807, 11 (cf. Walz III 147 not. 1), quae etiam de eis quae sequuntur conferas. Praeterea vide Anon de fig. VIII 619, 10 Walz.

Fol. 179v ad 236, 18:

ἔνια τῶν βιβλίων οὐκ ἔχει ἐπ' ἀδείας, ἀλλ' ἀδείας χωρὶς τῆς ἐπὶ προθέσεως· ἐν οἷς ἐπ' ἀδείας ἔχοι. μέσην στιγμὴν θετέον εἰς τὸ ἦμεν καὶ τὸ ἑξῆς ἀναγνωστέον· ἐπ' ἀδείας δὲ ἦμεν καὶ ἐξουσίας ἐπειλημμένοι.

ἐπὶ deest in cod. Vind. = W. III 148, 8. An. VIII 619, 20. VII 808, 11 sq.

ἐπὶ habet cod. Mon qui virgulam post ἦμεν ponit, inverso

[1]) Cf. cod. Mon. et VII 802, 25 sq.
[2]) Cf. VII 802, 28 sq. V. 418, 28 sq.

autem ordine exhibet ἐπειλημμένοι ἐξουσίας omissa voce καί, cf. Spengel, rhet. II praef. XIII.

Fol. 192v ad 241, 7:

ἔνιοι δὲ προστιθέασι τῷ μᾶλλον τὴν οὐ ἄρνησιν· ὃ οὐ μᾶλλον ἐκπλήττει γινόμενον ἐξ αὐτοσχεδίου, ἢ γραφῇ παραδιδόμενον· ἵν' ᾖ ὅτι τοσοῦτον ἐκπλήττει, ἁπλῶς οὕτω λεγόμενον, ὅσον ἡνίκα ἐν ζωγραφίῳ παραδίδονται.

Nec silentio praetermiserim semel citari Sopatri quaestionum divisionem, fol. 200r ad Herm. inv. p. 249, 20 sq. Sp: ταῦτα εὗρον τὸν Σώπατρον ἐν τῷ περὶ διαιρέσεως πολιτικῶν ζητημάτων βιβλίῳ περὶ διαφορᾶς ἐπιφορᾶς τε καὶ καταφορᾶς λέγοντα· διαφέρει δὲ ἐπιφορὰ κτλ. = VIII 111, 11 sq. Walz

Postremo ad illustranda Hermogenis verba saepius exemplis e Photii homiliis haustis utitur: fol. 46r, 47v, 50v, 141r, 186r. Praeterea cf. Cramer, An. Ox. I 4, 168. Hergenroether, Monumenta graeca ad Photium eiusque historiam pertinentia (Ratisb. 1869) p. 4 sq., 18 sq.

Caput I.

De Minuciani vita et scriptis.

§ 6.

De Minuciani vita.

Suidas s. v. haec habet: Μινουκιανός, Νικαγόρου τοῦ σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος, γεγονὼς ἐπὶ Γαλιηνοῦ, τέχνην ῥητορικὴν καὶ προγυμνάσματα καὶ λόγους διαφόρους.

Unde multi viri docti Minucianum sub Gallieno (a 260—268) floruisse et praeter opera citata etiam tractatum composuisse de argumentis (Rhet. Gr. IX 601 Walz, I 417 Spengel, I 340 Hammer) putaverunt; e.g.

L. Normannus (= Rhet. Gr. IX 598 sq. W.)

A. H. L. Heeren, Menandri rhet. comm. de encomiis (Gotting. 1785) p 16. 22

K. W. Piderit, de Hermagora rhetore (Hersfeld 1839) p. 16

L. Vaucher, études critiques sur le traité du sublime et sur les écrits de Longin (Genève-Paris 1854) p. 20

K. Bursian, der Rhetor Menandros (= Abhandlungen der philos.-philol. Classe der Kgl. Bayr. Akademie der Wissensch. 16. Bd. 3. Abt. p. 12 not. 1, München 1882)

C. Hammer, Rhet. Gr. I (Lips. 1894) praef. p. XIV.

Eandem videntur probare sententiam

Fr. W. Nitsche, der Rhetor Menandros und die Scholien zu Demosthenes (Progr. Berlin 1883) p. 8

Fr. Cumont, sur l'authenticité de quelques lettres de Julien (= Recueil de travaux publiés par la faculté de philosophie et lettres, fasc. 3., Gand 1889), p. 27 not. 3

C. Brandstaetter, de notionum πολιτικὸς et σοφιστὴς usu rhetorico (= Leipziger Studien 15 (1894) p. 192 not. 2.

Omnes illi scholiastas, qui Minucianum ab Hermogene impugnatum esse tradunt, in temporum rationibus erravisse censent. Contra alii auctoritatem interpretum secuti duos extitisse Minucianos affirmant,

D. Hoeschel = Rhet. Gr. VI 583 not. 23 W.

Fabricius, Bibl. Gr. VI 107 Harles, cf. p. 115

Westermann, Gr. Ber. p. 233 not. 15

B <aehr>, Pauly, Realenc. s. v. Minucianus

Maercker, de Theod. Phas. etc. p. 70 not. 5

J. H. Chr. Schubart, Jahrbuecher der Literatur 83 (Wien 1838) 242

M. F. G. Fritsche, comm. de origine atque indole progymnasmatum rhetoricorum part. I (Prog. Grimma 1839) p. 27, cf. not. 35

Kampe, Z. f. d. Alt-Wiss. 4 (1846) 986

Bernhardy in edit. Suid. s. v. Μιν. cf. adnot.

R. Volkmann, die Rhetorik der Griechen und Römer, 2. Aufl. Leipzig 1885 p. 23.

Illos Minucianos eiusdem esse gentis certis argumentis demonstravit Letronne (Journal des savants 1844 p. 43 sq), cuius vestigia secutus Io. Graeven Minucianum maiorem circa a. 150 floruisse confirmavit (Cornut. art. etc. praef. p. XXIX). Et Suidae locus quas praebeat difficultates et qua ratione sit diiudicandus, recte iam perspexit Fritsche l. c. p. 27 not. 35: *„nec — nemo facile concedet Suidam aut intactum*

reliquisse antiquiorem illius nominis rhetorem, aut eius quem commemoravit aevum non recte definisse"; qui etiam in Hermagoris rhetoribus similiter eum omnia miscuisse atque perturbasse recte monuit (p. 28 not. 36). Ergo Suidam ea quae de duobus Minucianis tradita erant in unum confudisse verisimile est. Cum enim incipiat a Minuciano minore, Nicagorae filio, qui vixit sub Gallieno, quae enumerantur opera maiori tribuenda sunt Minuciano, cuius artem impugnatam esse ab Hermogene per scholiastas docemur. Deinde cum Suida (s. v. Μένανδρος) teste Menandrum et in Hermogenis artem et in Minuciani progymnasmata commentarios confecisse constet, hoc de Minuciani maioris opere intellegere non dubitabimus, quippe quem cum Hermogene praestantissimum illius aevi artium scriptorem fuisse noverimus (Syr. II 128,22).

Himerium bis Minuciani una cum Nicagora mentionem facientem (Phot. bibl. cod. 243 p. 365 a 42 et 366 a 38 Bekk.) de minore verba facere statuendum erit.

Quaestionem de auctore libelli περὶ ἐπιχειρημάτων in medio relinquendam esse censebimus.

De Minuciano medico nihil constat, nisi quod Galenus praecepto eius usus est: ἄλλη πρὸς χοιράδας Μινουκιανοῦ, ᾗ χρῶμαι κατὰ κόρας (vol. XIII 930 K.).

§ 7.

De Minuciani[1]) scriptis.

An. VII 1023, 28 W: Μινουκιανὸς ἐν τῷ περὶ στάσεων δευτέρῳ. Agitur hoc loco de doctrina quae ad statum collectivum pertinet, cuius tractatio cum semper sub finem librorum de statuum divisione compositorum fieri soleat, Minuciani artem duobus libris absolutam fuisse iure concludemus.

[1]) Indici Walziano (IX 645) s. v. Min. addas hos locos: IV 69. 82. 128 131. 132. 139. 140. 143. 180–185 195. 199. 202. 203. 204. 235. 238 249. 250. 270. 288. 300. 432. 472. 536. 647. 685. 698. V 9. 14. 57. 74. 155. 245. 252. VII 351. 667. 355 errore typothetae positum est pro 353. Sop. V. 150,8: pro Minuciani nomine ut restituatur Hermogenes cum sensus postulat tum Nilus fol. 38 v praecipit.

De titulo operi inscripto agam cap. II § 9 sub litt. hh. De Minuciani praeexercitamentis supra (p. 24) verba feci.

Λόγοι διάφοροι qui sint, dolendum est quod explicare non possumus. Unum autem opus Suidas omisit. Nam Hermogenes Demosthenis artificia esse difficilia intellectu, difficiliora imitatu postquam exposuit (form. or. p. 267, 3 sq.) haec addit (v. 24): χαλεπὸν δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ τὸ εὑρόντα εἰπεῖν καὶ δεῖξαί τι σαφὲς περὶ αὐτῶν· οὐδὲ γάρ ἐστιν ὅστις πρὸ ἡμῶν, ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, εἰς τήνδε τὴν ἡμέραν ἀκριβές τι περὶ τούτων πραγματευσάμενος φαίνεται, ὅσοι δὲ ἥψαντο, τεταραγμένως καὶ λίαν ἀπιστοῦντες σφίσιν αὐτοῖς περὶ ὧν εἶπον εἰρήκασιν, ὥστε αὐτοῖς συγκεχύσθαι τὰ πάντα, πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ οἱ δόξαντές τι λέγειν περὶ τἀνδρὸς κτλ. Technicorum illorum nomina quae more suo Hermogenes silentio premit, Io. Doxap. VI 111, 15 affert: οἱ δὲ εἰπόντες τι ἀκριβὲς καὶ ἀληθὲς οὐδὲν εἰρήκασιν, ὥσπερ Βασιλικὸς καὶ Μινουκιανὸς καὶ ἄλλοι πλεῖστοι. v. 26: - οὓς εἴρηκε καὶ μετ' αὐτῶν ὁ Ζήνων — Ἀριστείδης καὶ Διονύσιος. Cf. Syr. I 13, 1—10 R.

Hermog. form. 384, 4 de iis loquitur qui Demosthenis orationes male interpretati sint: — τοῖς ἰαλέμοις τούτοις, οἵ φασιν ἐξηγεῖσθαι τὸν ῥήτορα καὶ δὴ καὶ βιβλία καταλιπεῖν ἐτόλμησαν τῶν εἰς αὐτὸν ἐξηγήσεων; cf. Io. Doxap. VI 435, 17: ἰαλέμοις τοῖς θρήνων ἀξίοις· αἰνίττεται εἰς Διονύσιον καὶ Βασιλικὸν[1]) καὶ Μινουκιανόν, μᾶλλον δὲ Μινουκιανόν.

Unde conicio Minucianum conscripsisse commentarios in Demosthenis orationes, in quibus enarrandis operam se ipsum consumpsisse testatur Hermogenes form. p. 333, 3. 340, 3[2]).

---

[1]) Cf. K. Sittl, Gr. Litt. II 238 not. 3.

[2]) Miro quodam errore hunc Hermogenem cum eo qui sub Domitiano floruit confudit M. H. E. Meier; cf. Demosth. ed. Dindorf (Oxon. 1851) vol. VIII praef. p. XV not. m.

Caput II.

De Minuciani doctrina.

§ 8.

A. quae in universum Minuciano obiecerit Hermogenes

Hermogenes qui omnes artium scriptores quod praeter ordinem et rationem docuerint vituperat (cf. p. 267, 28 sq.), ipse se laudat propter perspicuitatem et bonam distinctionem: οἶμαι γὰρ θαυμάσασθαι ἂν εἰκότως μᾶλλόν τινας ἡμᾶς διὰ ταῦτα καὶ τὸ μέγιστον ἐπ' εὐκρινείᾳ (p. 267, 10), πολλῶν δὲ πολλὰ ἐκθεμένων περὶ ἐπιχειρημάτων καὶ πολὺν ἀναλωσάντων λόγον καὶ μηδενὸς δυνηθέντος σαφῶς παραστῆσαι, πειράσομαι ὅτι μάλιστα σαφέστατα διακρῖναι (inv. 206, 31 sq.); et diserte affirmat admirabili arte se cavisse ne confunderetur oratio: τέχνη δὲ θαυμασία παρ' ἡμῖν εὕρηται πρὸς τὸ μήτε πεφύρθαι τὸν λόγον κτλ. inv. 230, 1. Similia invenies pag. 265, 14. 266, 30. 268, 8. 269, 5. 270, 29. 274, 5 285, 5. 328, 1. 347, 17.

Iisdem posteri laudibus Hermogenem tollunt, eadem congerunt in Minucianum convicia. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστὸν τοῦ Ἑρμογένους, ὅτι οὐχ ὥσπερ Μινουκιανὸς ἑτέρους ἐπεισήνεγκε λόγους καὶ τὴν ὑπόθεσιν συνετάραξεν proll. IV 36, 23 W.; κατὰ τάξιν πρόεισι Sop. IV 67, 4; laudatur quod non συναναφύρει An. VII 165, 17 = V 252, 1, συγχέει VII 580, 22 = V 333, 30. ἄλλως τε καὶ αὐτὸ τοῦτο τῷ Μινουκιανῷ ἐγκαλῶν τὸ περιττὰ καὶ οὐκ ἀναγκαῖα τῷ προκειμένῳ συγγράμματι λέγειν καὶ βουλόμενος σαφέστερον καὶ εὐδιακριτώτερον εἶναι αὐτῷ τὸν λόγον κτλ. Sop. V 14, 24; cf. IV 140, 10. 143, 13. τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ὁ Μινουκιανὸς πάντα συνέχεε An. VII 402, 25; λέληθε γὰρ ὁ Μινουκιανὸς αὐτὸν πάντα ἀναστρέψας VII 403, 17. πρῶτος δὲ Μινουκιανὸς ἐξέθετο περὶ τῶν ιγ στάσεων· ἔπειτα γενόμενος ὁ Ἑρμογένης τοῦτον πολλῆς ἀσαφείας κατέγνω, αὐτὸς δὲ μετὰ ἀκριβείας ἐξέθετο. ὡς τοῦ Μινουκιανοῦ προκρίνεσθαι schol. Apth II 683, 28.

Tum Minuciani nomine omisso de Hermogene solo laudes illae decantantur e. g. [Syr.] I 111, 7. Syr. II 5, 24 sq 56,

17. schol. IV 117, 3. 124, 3. 134, 29. 143, 13. 783, 3. 806, 3. 820, 13. VII 110, 14. 137, 28. 164, 19. 166, 1. 168, 10. 179, 17. 181, 1. 186, 9. 587, 9.

Sed silentio praetereundum non est Hermogenem a posteris etiam eisdem paene maledictis esse increpatum atque Minucianum. Praeexercitamenta eius ἀσαφῆ πως ἐδόκουν καὶ δύσληπτα, ἅτε ὄντα ἀπαραδειγμάτιστα, alia conscripsit Apthonius, οὗ καὶ μᾶλλον προεκρίθησαν ἀναγινώσκεσθαι ὡς σαφέστερα: auctor anonymi codicis Rehdigerani Vratisl. 12 fol. 137 v (ed. P. Schaefer, de Aphthonio sophista diss. Vratisl. 1854 p. 3). Disserit de eadem quaestione etiam Io. Doxapatri II 131, 17 Walz: φαμὲν οὖν ὡς σαφέστερα τῶν ἄλλων καὶ ὡς εὐληπτότερα. ὁ μὲν γὰρ Ἑρμογένης καὶ οἱ λοιποὶ μεθόδους ψιλὰς χωρὶς παραδειγμάτων ἐκθέμενοι , Ἀφθόνιος σαφῶς -- [1]).

B. Quibus in universum locis differat a Minuciano Hermogenes

1) Hermogenes uniuscuiusque status primum locum esse docet propositionem, quam Minucianus omnino non induxerat. Cf. Herm. stat. 153, 12. 157, 7. 161, 15. 167, 8. 168, 2. 169, 6. 171, 21. 173, 4. An. VII 402, 1: πρῶτον κεφάλαιον τὴν προβολὴν ἡμῖν ὁ τεχνικὸς δέδωκεν, οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Μινουκιανὸν σφόδρα περὶ τούτου σφαλλόμενοι τὴν ἀρχὴν ἐκ τοῦ ὅρου λαμβάνουσιν, οὐδαμοῦ τῶν κεφαλαίων τὴν προβολὴν ἀνεχόμενοι προτάττειν.

2) Minucianus statuum definitiones a parte accusati constituerat: λέγεται δὲ πρῶτος Μινουκιανὸς εἰς τὰς δεκατρεῖς στάσεις διελεῖν καὶ τὰ ὀνόματα ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τῆς ἀπολογίας ποιήσασθαι: Sop. V 8, 21. Cf. Syr. II 61, 8. 99, 1. 5, 7. 127, 22. 128, 19. 138, 12. Marcell. IV 690, 25 sq. W. An. VII 212, 4 sq. De quaestione cf. Quint. III 6, 13 sq. Sop. V 159, 13. Marc. IV 795, 18. Anon. V 592, 22.

§ 9

A. Quatenus in singulis Minucianus et Hermogenes inter se differant.

In discriminibus disserendis secundum ordinem progrediar quem Hermogenes in libro de statuum divisione conscripto constituit.

---

[1]) Cf. Brzoska, Pauly-Wiss. I 2797 sq.

a) Minucianus oratoris officia esse docuerat haec: νόησις[1]), εὕρεσις, τάξις, οἰκονομία, μνημοσύνη, ὑπόκρισις, ἑρμηνεία: Georg. Pleth. VI 582, 2 sq. Walz.[2]) Haec est Stoicorum doctrina ita immutata, ut uno singillatim ordine officia Minucianus ponat, cum alii nonnulla officia sicut partes aliis subiungi officiis iubeant; cf. Sulp. Vict. p. 315, 7 Halm. 320, 9 sq. Augustin. p. 137 H. An. VII 34, 29 sq. VII 15, 11. Spengel l. c. Volkmann p. 364. Omnino Hermogenes neque quae sint oratoris officia curat neque quot sint genera artis rhetoricae, id quod Minucianus fecerat, cf. Sop. IV 63 not. 20 W. Volkm. p. 23.

b) Hst. 133, 15 primum quid sit πολιτικὸν ζήτημα inquirendum esse putat. Quod neglexisse Minucianum constat (cf. Sop. V 26, 24. IV 67, 4. 69, 10), quem id solum rhetoris esse officium, ut de omni dicere possit quaestione civili contendisse docemur per Sop. V 9, 15. Qua de causa hoc loco vocabulum πολιτικός notionem habere ῥητορικοῦ statuat C. Brandstaetter l. c. p. 192 not. 2, non intellego, nisi quia Minucianum post Hermogenem docuisse censet; cf. contra Sop. IV 64, 3 locum Marc. IV 69, 16 sq.

c) Hst. 133, 21 in omni quaestione et de persona et de facto constare debere docet. Contra Minucianus quaestionem fieri affirmaverat deficiente aut persona aut facto, ita ut iudicium possit constitui aut de facto solo aut de suspicionibus quibusdam ortis ex rei moribus. Cf. Sop. IV 82, 20 sq. = An. VII 117, 7. Huc referendum esse videtur Christoph. fol. 25v pag. 243 Rabe (ad Hst. 135, 21[3]): ἀποτείνεται πρὸς Μινουκιανὸν λέγων, ὅτι ζητήματος ὄντος ἀνάγκη τοὺς ἀφ' ἑκατέρων λόγους ἰσχυροὺς εἶναι.

[1]) νόησις vocem inseras coll. p. 585, 7. 586, 2. L. Spengel, Rh. M. 18 (1863) 506. proll. rhet. VII 23, 9.

[2]) In nomine Theodectis, qui una cum Minuciano a Georgio laudatur (cf. Tzetz. Chil. 12, 568) viri docti offenderunt; cf. Fr. Striller, de Stoicorum stud rhetoricis (= Bresl. philol. Abhandl. I 2, Breslau 1886) p. 34. 37. Volkm. Rhet.[2] p. 364 not. 1. Ego suspicor posteris in manibus fuisse artem nomine Theodectis falso inscriptam. Cf de Isocrate quae disseruit G. Thiele, Hermes 27 (1892) 11 sq; de Antiphonte: Thalheim, Pauly-Wiss. I 2527, Norden, Ant. Kunstprosa p. 72 not. 2; ita demum talia in arte Theodectea extitisse probabile est.

[3]) Cf. Fuhr Rh. M. 51 (1896), 46 not. 1.

d) De circumstantiis disseruisse Minucianum ex An. VII 498, 17 sq. colligo. Hst. 133, 26 sq. septem personarum modos enumerat, sex docuisse Minucianum refert Christophorus fol. 15v. Similia invenies apud Fortun. p. 103, 8 sq. ed. Halm, qui viginti uno modis personam considerat. Animadvertas etiam increpari a scholiasta Hermogenem: θέλων οὗτος πλέον τι τοῦ Μινουκιανοῦ ἐπινοῆσαι. Cf. ad ἐπινοεῖν: Sop. V 55, 17. 57, 8.

e) Christ. f. 25r: ὥστε τρεῖς πραγμάτων ποιότητες καὶ οὐ δύο κατὰ τὸν Μινουκιανόν; unde quae affert Hst 134, 26. 28 discrimina e Minuciani arte videntur deprompta esse; tertium enim (p. 134, 31) ab Hermogene esse inventum (cf. schol. IV 128, 19. VII 129, 3), ut Minuciani adversaretur doctrinae, commentatorum testimoniis constat; cf. IV 131, 5. V 55, 17. 57, 8. 59, 4.

f) Minucianus Hermagorae maioris vestigia secutus[1]) controversiam constare dixerat ex his tribus: αἰτίῳ συνέχοντι κρινομένῳ: Syr. II 50, 13. An. V 593, 3. Sop. V 57, 23. IV 139, 28. Marc. IV 145, 5. An. VII 139, 19. Christ. fol. 27r. p. 241 not. 2 Rabe. Contra Hst. 135, 17 sq. quattuor novos proponit modos, quibus simul cognoscatur controversia consistat necne. Cf. IV 139, 24, 140, 10 sq. Minucianum proferre ea quae tunc in scholis terebantur Sopater IV 139, 28 prodit: ὡς καὶ Μινουκιανῷ δοκεῖ; contra Hermogenes πολλῷ ἐκείνου σαφέστερον διδάσκει: IV 140, 10 = VII 140, 4. Cum Minuciani doctrina ad verbum interdum consentit Fortunat. p. 82, 6 sq.

g) Hst. 136, 16 inter asystata enumerat inhonestum; aliter Minucianus. Cf. Sop. IV 180, 23; sine Minuciani nomine: IV 189, 5. 164, 23, ubi v. 24 virgulam post εἴη tollendam et post πρᾶγμα ponendam esse censeo.

h) An. VII 156, 24 (ad Hst. 136, 21) Hermogenem haec genera paene asystata excogitasse tradit; ergo Minucianus de eis nondum egerat.

i) Sicut Fortunatianus (cf. p. 82, 15. 89, 21), ita etiam Minucianus longiore intervallo interposito τὰ συνεστῶτα videtur tractavisse. Cf. Christ. fol. 29v (ubi ad χρήσιμα cf. An. VII 164, 16). An. VII 139, 19.

[1]) Cf. Thiele, Hermagoras, Strassburg 1893 p. 67 sq.

k) Hst. 137, 9 asystatis pertractatis in eos artium scriptores invehitur, qui antequam agerent de statuum divisione verba fecerint de quaestionum genere et specie, novis et quae huic doctrinae non congruerent inductis [1]). Quibus eum increpuisse apparet doctrinam Minuciani, qui quinque genera: πανηγυρικόν δικανικόν ἠθικόν παθητικόν μικτόν et quattuor species ἔνδοξον ἄδοξον παράδοξον ἀμφίδοξον [2]) docuit testibus Syr. II 42, 17. 43, 24. Marc. IV 185, 11. 17 sq. Max. Plan. V 252, 5 sq. An. VII 165, 17 sq. 581, 16. Cf. Volkm. 109. 111 [3]). Contra extiterunt qui Minuciano succurrerent, cum Hermogenis obiurgia solum homonymia vocis εἶδος niti ostenderent; Minucianum enim cogitare de genere neque elocutionis neque rhetorices, sed solum de generibus controversiarum, quatenus in eis et diversorum morum personae et diversi momenti res tractentur, diserte exponit schol. IV 163, 28 sq. cf. 187, 28. 191, 18. Neque tamen omnino iniuria Hermogenem vituperasse verba Minuciani, et alios technicos eiusmodi genera de elocutione intellexisse, docemur per Fortunatianum, qui postquam (p. 88, 20 sq.) [4]) quinque controversiarum esse genera exposuit, ita pergit: *haec genera propter quid consideramus? propter modum actionis et genus elocutionis* (p. 89, 16 sq.); quibuscum cf. Hst. 137, 10: τὰ μὲν γὰρ εἴδη καὶ τοὺς τρόπους διὰ τοῦτο μανθάνομεν δήπου, ἵνα ταῖς οἰκείαις ἰδέαις τῶν λόγων χρώμενοι τὰ προβλήματα μελετῶμεν. Praeterea cf. Sulp. Vict. 316, 7 sq. 20. An. VII 164, 20. De significatione εἶδος = ἰδέα (de elocutione) cf. IV 185, 3. 192, 1. VII 166, 13. Quidnam valeat τρόπος in elocutione, vide VII 166, 4.

l) Hst. 137, 30 verbis τὴν λεγομένην στάσιν eos designat, qui de etymologia status quaesiverunt, dum ipse talia veluti nugas non curat. Inter illos fuisse Minucianum testantur

---

[1]) Recte etiam nostri aevi vir doctus, A. Reuter (Hermes 28 (1893) 79 ad Fortun. c. 10 p. 88 H.) talia ad status non facere monuit.

[2]) Haec quattuor sicut σχήματα iam Hermagoras maior protulit, cf. Thiele p. 114 sq.

[3]) Syr. IV 182, 10. 183, 15 errore quodam quattuor modo genera Minuciano tribuit.

[4]) Hoc loco iam Capperonnerius Minuciani doctrinam in comparationem vocavit.

schol. IV 199, 4. 195, 16. V 76, 23. VII 170, 12 et not. 58; praeterea cf.

Hst. 137, 31	Sop. V 77, 12
εἴτε ἀπὸ τοῦ στασιάζειν τοὺς ἀγωνιζομένους.	ταῦτα πρὸς τὸν Μινουκιανὸν αἰνίττεται· ὁ γὰρ Μινουκιανὸς εἶπεν, ὅτι εἴρηται στάσις ἢ παρὰ τὸ στασιάζειν τοὺς ἀγωνιζομένους (corr. Volkm. p. 38 not. 1 pro στασιαζομένους. Cf. IV 35, 1. 199, 6. VII 170 not. 58. Syr. II 47, 17.

m) Μινουκιανὸς ὡρίσατο τὴν στάσιν. στάσις ἐστὶ τὸ ἐκ τῶν πρώτων προτάσεων συνιστάμενον ζήτημα[1]): An. V 592, 3. Quam definitionem teste An. VII 178, 9 sq. quamquam non recipit Hermogenes, eandem quae ea continetur doctrinam aliis profert verbis (stat 138, 9 sq.) διὰ τὸ ἁπλούστερον, ut ait scholiasta v. 15, h. e. ut simpliciore elocutione clarior fiat doctrina. In προτάσεις vocabulo accipi voluisse Minucianum αἴτιον et συνέχον apparet ex verbis Iul. Vict. p. 375, 22 Halm, qui κρινόμενον per status explicat. Cf. Reuter l. c. p. 80. Mart Cap. p. 487, 10 Halm. Sop. V 175, 29. 176, 8. Rufus p. 407, 1 Hammer.

n) Minucianus definitione a parte accusati constituta statum coniecturalem per negationem criminis fieri docuerat: Μινουκιανὸς μὲν οὖν ὡρίσατο τὸν στοχασμὸν οὕτως· ἄρνησις παντελὴς τοῦ ἐπιφερομένου ἐγκλήματος: Syr. II 61, 8, cf. schol. IV 202, 30. 214, 16 V 150, 7 sq. At Hermogenes coniecturam induxit ἐναντίως ἐπιχειρήσας τῷ Μινουκιανῷ ἀπὸ τοῦ διώκοντος ὁρισάμενος (Syr. II 61, 25), quem secundum rationem processisse iam intelleges; nam cum accusator coniciendo verum indagare studeat, recte huic statui coniecturae nomen imponitur; is contra qui infitiatione vel negatione rei hunc statum fieri contendit, uti non potest nisi nomine status infitialis (στάσις ἀρνητική). Quod nomen Graecorum in libris usurpatum fuisse concluserim ex Quintil. inst. or. III 6, 32[2]): *infitialis est quem dicimus coniecturalem, cui ab infitiando no-*

[1]) Ergo proll. VII 20, 11 W. pro: στάσις ἐστὶ τὸ ἐκ τῶν δύο προσώπων καὶ στάσεων συνιστάμενον legendum sit: ἐκ τῶν δύο πρώτων προτάσεων.

[2]) Cf. Capperonnerius Quintil. ed. (Paris. 1725) p. 167 not. 174, ubi Quintiliani verba Minuciani definitione illustrata invenis.

men alii in totum dederunt, alii in partem, qui accusatorem coniectura, reum infitiatione uti putaverunt. § 15: *quidam eundem a reo infitialem esse dixerunt* Cf. Cic. part. or. 29, 102. 32, 110. Iul. Vict. 380, 27. Minucianeae definitionis mentionem faciunt interpretes Hermogenis locis hisce: Syr. II 60, 18. schol. IV 212, 10. 305, 16. 312, 2. 329, 4. 469, 6. 472, 13. 478, 16. 646, 30. 649, 10. V 79, 24. 85, 11. 150, 3. VII 175, 19. 177, 4. 16. 180, 18. 202, 6. 231, 5. 258, 9. 268, 24. 355, 2. 394, 20. 683, 7. Negandi verbum usurpant technographi Latini hi: auct. ad Her. I 17, 27. Cic. part. or. 29, 101 sq. 30. 104. 31, 107. top. 25, 93. Quint. III 6, 17. 83. VII 2, 7. Sulp. Vict. 325, 19. 336, 23. Fortun. 90, 1. 111, 14. Iul. Sever. 361, 11. Mart. Cap. 456, 6. 458, 12. 460, 28. Cassiod. 496, 20 = Isid. 509, 8 Halm.

o) Minucianus in statu finitivo quaeri docuit de proprietate (περὶ ἰδιότητος: Syr. II 99, 3) vestigia secutus Theodori, qui hunc statum nominaverat περὶ ἰδιότητος, cf. Quint. III 6, 53. August. p. 142, 27 Halm.[1]).

p) Hst. 139, 10 suo more etymologiam negotialis non exhibet, Minucianus etiam in hoc explicando operam navavit (Christoph. fol. 67v); cuius doctrinae prima pars sine auctoris nomine reicitur a schol. IV 704, 7 = VII 587, 16 = schol. Apth. II 672, 6, altera a schol. VII 588, 26 (cf. Rabe, Rh. M. 50, 245).[2])

q) Minucianus qualitatem absolutam a parte rei id quod obicitur sibi licuisse affirmantis definiverat: Syr. II 127, 23; similiter schol. IV 234, 17. 372, 15. VII, 198, 14. Syr. II 129, 4, cf. Sop. V 172, 3. Apud Latinos invenitur verbum *licendi* his locis: ad Her. I 14, 24. Sulp. Vict. 344, 11 sq. 27; cf. 29. Victorin. p. 190, 43. At Hermogenem contra omnium qui antecesserunt auctoritatem novi aliquid protulisse, cum definitionem qualitatis absolutae ab accusatoris parte constitueret, dilucide tradit Syr. II 128, 18 sq.

---

[1]) Sine Minuciani nomine exhibent hanc doctrinam Syr. II 200, 3. schol. V 30, 26. 31, 5. IV 209, 10. 479, 22. 835, 18. VII 184, 28. 191, 5. 192, 28. 401, 31. Cum voce ποῖον a Syriano vituperata cf. Quint. VII 3, 2. 23. Victorin. p. 182, 1 sq. Halm.

[2]) Cf. ad verba ποικίλη: Syr. II 161, 24. An. VII 188. 32. δυσκολία: VII 606 not. 4. 610, 22. δυσχέρεια: 610, 4.

r1) Minucianus statuum qualitatis assumptivae ordinem statuerat hunc: ἀντίστασις μετάστασις ἀντέγκλημα συγγνώμη: Sop. V 173, 23 = IV, 647, 12, quem Hermogenes immutavit hoc modo: ἀντίστασις ἀντέγκλημα μετάστασις συγγνώμη (stat. 139, 27 sq.).

r2) Brevi et quae sit facilis ad discendum Minucianeae compensationis definitioni (Syr. II 138, 12) aliam quae eundem aliis verbis sensum affert Hermogenes opponit (stat. 139, 29).

r3) Minuciano assignari iniuria definitionem a Syr. II 144, 3 relatam eis quae in hac paragrapho sub litt. kk) proferam comparatis intelleges, contra eam quae sola recte ad Minuciani doctrinam pertinet definitionem servatam reperies a schol. IV 245, 23 sq., cui etiam consentaneum est quod Syrianus interdum incusat Minucianum non quid sit status aliquis, sed quando incidat docentem. Cf. II 99, 10. 128, 4. Utriusque doctrinas confundit schol. IV 248, 20 sq. 688, 12.

s) Praeter duos quos profert Hst. 141, 6 antinomiae modos Minucianus statuerat tertium, cum duae personae eadem lege nitentes diversa petunt: Marc. IV 270, 25. Cf. schol. IV 151, 26. V 107, 9 sq. Quint. VII 7, 3. Victorin. p. 298, 1—5 Halm.

t) Minucianus in definienda ambiguitate (Christ. fol. 121r) Stoicorum se esse sectatorem prodit. Cf. Striller, De Stoic. stud. rhet. p. 41. Auct. ad Her. I 12, 20. Cic. de inv. II 40, 116. Victor. p. 290, 21. Quint. VII 9, 14. schol. IV 273, 5. V 230, 21.

u) Hst. 141, 31 ultimo loco inducit translationem; aliter Minucianus teste Nilo (fol. 155r, antecedit Harpocrationis doctrina cf. c. VII § 24 a): ὁ δὲ Μινουκιανὸς μετὰ τὴν ἀντίληψιν αὐτὴν τάττει, διότι κοινωνοῦσι πάνυ ἀλλήλαις, εἴγε θέλουσι λέγειν, ὅτι ἡ ἀντίληψις μεταλήψει λύεται καὶ ἡ μετάληψις ἀντιλήψει, εἰ καὶ μή ἐστι τὸ ὕστερον ἀληθές. ἔλεγεν οὖν, ὅτι ἄτοπον τὰς συνημμένας τῇ φύσει καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς τόποις χωρίζειν. διὸ καί τις τῶν τεχνικῶν, Ἑρμαγόρας δὲ οὕτως[1]) οἶμαι, πολὺν ἀναλώσας λόγον εἶπεν, ὅτι ἀλλήλαις οὐδὲν διαφέρουσιν ὕστερον (sequitur fragmentum Epiphanii cf. c. VI § 22 a). Quam

[1]) οὗτος mavult E. Norden.

doctrinam ut alio loco laudatam invenirem, mihi non contigit. Translationem ab aliis poni alio loco tradit An. VII 235, 25.

v) Hst. 143, 5 cum in locorum coniecturae ordine ponat ἀντίληψις μετάληψις μετάθεσις αἰτίας, ultimam praeponit iuri absoluto et translationi Minucianus. Cf. Sop. V 122, 5 = IV 314, 3. Marc. IV 373, 29 sq. An. VII 315, 10. Volkm. p. 378.

w) Iam accedam ad quaestionem de qualitate instituendam, ἐπειδὴ πάντων ἐστὶ τῶν λόγων ἡ κοινὴ ποιότης, οὐ μόνον τῶν στοχαστικῶν (VII 328, 12). — πολλὴ περὶ τῆς ποιότητος ἡ ζήτησις, πότερον κεφάλαια τῶν ἀγώνων ἐστὶν ἢ ἐπίλογοι, ὥσπερ ἡ κοινὴ ποιότης ἐν τῷ στοχασμῷ. ὁ μὲν γὰρ Μινουκιανὸς ἐν ἐπιλόγοις τάττει φανερῶς τὴν ποιότητα: An. VII 443, 3 cf. 446, 20. 447, 14; unde schol. IV 536, 26 sq.: ἐζήτη<σαν> δὲ ὑπ<ὲρ> τῆς ποιότητος, Μινουκιανὸς μὲν τῶν ἐπ<ιλόγων εἶναι> αὐτὴν ἀποφαινόμενος legendum et v. 28 verba τε καὶ κοινῇ e textu movenda esse censeo. Contra Hst. 148, 24: ἡ κοινὴ ποιότης οἱ ἐπίλογοί εἰσι —; quod inauditum ad id tempus fuisse affirmat Marc. IV 417, 1 (= An. VII 327, 19): καινοπρεπῶς αὐτὸ εἶπεν· οὐ γὰρ ἡ ποιότης οἱ ἐπίλογοί εἰσιν, ἀλλ' ἡ ποιότης τῶν ἐπιλόγων ἐστί. Sed distinguantur oportet duae qualitates[1] (An. VII 443, 17): ἰδία ποιότης (schol. IV 536, 28. 540, 23), propria ut ita dicam qualitas[2], et κοινὴ ποιότης (p. 536, 29. 540, 24), qualitas conclusiva (Sulp. Vict. p. 336, 33. 337, 29) vel quaestio epilogica (Fort. p. 105, 22), quarum altera pertinet ad certae personae mores (p. 544, 27. 545, 28), altera cum de generis cuiusdam hominum moribus adhibeatur, affinitatem quandam habet cum loco communi[3], cf. IV 415, 8. 417, 8. 418, 9. 544, 21. 593, 3. VII 118, 11 327, 14. 329, 1 sq. 16. Cum igitur utramque epilogo adnumeret qualitatem Minucianus, varia ratione utitur Hermogenes, qui p. 148, 24 quaestionem epilogicam simpliciter conclusionem esse docet, alio loco (p. 154, 14) primam qualitatem argumenti locis inserens utramque qualitatem argumentationi attribuit: ἡ μέντοι

---

[1]) Cf. Volkm. p. 382.

[2]) Fortunatianus vertit: *qualitas quae spectatur iusto utili honesto* (p. 105, 21). Aliam huius termini versionem non inveni.

[3]) Cf. Nicol. prog p. 470, 16 Sp.: λοιπὸν δὲ κεφάλαιον οἱ ἐπίλογοι, οὗ πρὸς ἄσκησιν ὁ κοινὸς ἡμᾶς γυμνάσει τόπος. p. 472, 12: ἐπιλόγου χρείαν πληροῖ ὁ κοινὸς τόπος.

κοινὴ ποιότης συμπεπλεγμένως ἐνταῦθα τῇ ποιότητι τοῦ προσώπου καὶ τῇ γνώμῃ ἐξετασθήσεται (stat. 154, 25). Quod primo loco (p. 148) qualitate propria in coniecturae locis omissa epilogicam quaestionem conclusionem esse dicit, videtur esse veritus ne quis obiceret quod qualitate propria adhibita induceret quam alias (p. 149, 28) repudiaret coniecturam imperfectam deficientem rerum circumstantia.

Definitionem conclusionis Minucianeam tradit schol. IV 422, 30.

x) Secundum Hermogenem incidere potest στοχασμὸς ἁπλοῦς ἀτελὴς ἐκ πραγμάτων (p. 149, 23 sq.), ubi iudicium fit solo de facto, argumentis ex accusati persona omnino deficientibus; incidere non potest στοχασμὸς ἁπλοῦς ἀτελὴς ἐκ προσώπων (p. 149, 28 sq. 150, 18), ubi sine ulla rerum circumstantia solum ex accusati moribus et vita argumenta deducuntur. Contra Minucianus quem designat Hermogenes [1]) verbis τεθείκασι δ'οὖν τινες (p. 149, 32) coniecturam simplicem imperfectam aut personarum aut rerum circumstantia deficientem docuerat. Cf. Volkm. p. 63 sq., qui quod inquirere neglexit de praepositionum usu, ego quattuor distinguam modos:

1) ἐκ πραγμάτων = „auf [2]) Grund von Thatsachen" h. e. ubi personarum circumstantiae plane deficiunt, cum exemplo eius qui invenitur in solitudine recens occisi cadaver sepeliens (νεοσφαγής): Hst. 149, 23.[3]) Marc. IV 432, 23. 27. Troilus VI 54, 13; sine exemplo: Marc. IV 131, 15. 432, 18. 23.

ἐκ προσώπων = „auf Grund der persönlichen Eigenschaften", h. e. ubi rerum circumstantiae plane deficiunt, cum exemplo luxuriosi, cuius pater non comparuit (ἄσωτος): Hst. 149, 28. Marc. IV 432, 25. 28. 449, 16. Troilus p. 54, 14; sine exemplo: Marc. IV 131, 17. 432, 13. 25. 449, 28.

---

[1]) Hermogenem etiam hac doctrina novi aliquid protulisse neque quemquam vestigiis eius institisse affirmat An. VII 349, 6.

[2]) Hoc loco nostra utar lingua oportet, quod Latinorum *ab* et *ex* praepositiones non eodem sensu respondent Graecorum ἀπὸ et ἐκ.

[3]) Quod exemplum ab Hermogene non fictum sed e veteribus artium scriptoribus delibatum esse refert An. VII 130, 24 = V 241, 19, cf. VII 177, 31. Thiele, Hermag. p. 159 sq.

2) Ab aliis usurpatur praepositio ἀπὸ eodem sensu quo illud quod modo tractavimus ἐκ, cuius notionis quod attinet ἀπὸ πραγμάτων exemplum afferre nequeo, ἀπὸ προσώπων autem invenitur apud An. VII 135, 15. 351 not. 13. Marc. IV 132, 5. 432, 10 cf. 211, 27. Max. Plan. p. 243, 18.

3) Tum adhibetur ἀπὸ = „fehlend, ohne"; *sine*, graece ἄνευ; ex hoc usu ἀτελὴς ἀπὸ προσώπου est, ubi argumentis ex persona deficientibus solo ex facto iudicatur, idem ergo est atque Hermogenis ἐκ πραγμάτων, cf. Sop. V 55, 18. 140, 3. Item respondet ἀτελὴς ἀπὸ πράγματος ei coniecturae modo quem appellat Hermogenes ἀτελὴς ἐκ προσώπων: Sop. IV 128, 19. 28. V 55, 21. 59, 11. 118, 26. 140, 5. Cf. Sop. IV 82, 25 sq.: ἐνταυθοῖ γὰρ ἐξ ὑπονοίας λέγουσι τὸ πρόσωπον κρίνεσθαι, ἄνευ πράγματος, οὐκ ἀκριβῶς δὲ οὗτοι.


Cum hoc loco paulo ante (v. 20) Minucianeae de coniectura imperfecta fiat mentio doctrinae et ii qui minus accurate talia docuerint sectatores Minuciani sint intellegendi, colligere ausim in arte sua Minucianum in disserenda coniectura praepositione ἀπὸ eo quem modo exposui sensu usum esse. Cf. schol. Dem. VIII 391,27. sq. Dindorf: καὶ γὰρ ἐν τῷ τοῦ ἀσώτου προβλήματι καθολικῶς Ἑρμογένης ἡμῖν ἀποφαίνεται μὴ οἷόν τε εἶναι ἁπλοῦν στοχασμὸν ἄνευ πραγμάτων.

4) Denique usurpatur praepositio ἐκ eo sensu, ut persona aut res deficiat, h. e. ἐκ = *sine* ; itaque ἐκ προσώπου idem est atque Hermogenis ἐκ πραγμάτων: schol. IV 431, 24 sq. VII 348, 25. 357, 17; et ἐκ πράγματος idem atque Hermogenis ἐκ προσώπων: An. VII 348, 25. Sop. V 57,7. IV 131, 7. 134, 10. 140, 23. 210, 31. 211, 15. Marc. IV 308, 10. Syr. II 34, 23. 62, 4. Max. Plan. V 288, 31.

Sine Minuciani nomine doctrina tradita extat in scholiis: IV 126 not. 1. 138,7. 207,19. 436,5. 437,2. 449,28. VII 245 not. 1. 349,6 353,17. Praeterea cf. Quint. VII 2,15 sq. Sulp. Vict. p 327,10. Fortun. p 90,3 sq. Iul. Vict. p. 376,33. 387,36. 388,7.

γ) Hst. 153,6 eos vituperat qui praeter ea quae ipse docet coniecturae genera proferunt, Minucianum maxime increpans, qui coniecturam admirabilem posuerat: τινὲς δὲ ὑποτίθενται τὸν παράδοξον, ὧν εἷς ἐστιν ὁ Μινουκιανός: Marc. IV 472,6. Praeterea Minuciani de imperfecta aut personarum aut rerum

circumstantia deficiente coniectura ab Hermogene esse impugnatam doctrinam meminerimus; adde quod exhibet Nilus in fol. 11 v haec (cf. An. VII 348,3 sq): τῶν γὰρ στοχασμῶν οἱ μέν εἰσιν ἁπλοῖ, οἱ δὲ διπλοῖ· ἔπειτα ὑποδιελών φησι, τῶν ἁπλῶν οἱ μέν εἰσι τέλειοι, οἱ δὲ ἀτελεῖς ἀπὸ προσώπου, οἱ δὲ ἀτελεῖς ἀπὸ πράγματος, εἰ καὶ ὁ τεχνογράφος τοῦτο οὐδόλως δέχεται, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον διαλεχθήσομαι. τῶν δὲ διπλῶν οἱ μέν εἰσι συνεζευγμένοι, οἱ δὲ ἀντεγκληματικοί· τῶν δὲ ἀντεγκληματικῶν οἱ μὲν ἀτελεῖς ἐκ προσώπου, οἱ δὲ ἀτελεῖς ἀπὸ πράγματος, οἱ δὲ τέλειοι. τῶν δὲ συνεζευγμένων πάλιν ὁ μὲν ἐμπίπτων, ὁ δὲ προκατασκευαζόμενος, ὁ δὲ συγκατασκευαζόμενος. ἔστι δὲ καὶ τὸ ἀπὸ γνώμης καλούμενον. ταῦτα μὲν κατὰ τὸν Ἑρμογένην, ὡς ἡ διαίρεσις δηλοῖ.



ὁ ἀπὸ γνώμης . ὁ κατὰ διαίρεσιν . ὁ κατὰ ἀμφισβήτησιν . ὁ παράδοξος

Iam apparet eum qui etiam contra Hermogenis auctoritatem imperfectam docet coniecturam aut personarum aut

rerum circumstantia deficientem militare in castris Minuciani; ergo verba ταῦτα μὲν κατὰ τὸν Ἑρμογένην quae antecedunt coniecturae schema per errorem posita esse manifestum est. Itaque schema ipsum, cuius in fine enumeratur παράδοξος Minuciani, non ex Hermogenis schola ortum, sed a technico quodam et Minuciani et Hermogenis doctrinas conserente confectum esse statuendum puto.

De coniectura admirabili cf.: IV 210, 30. 211, 2. 212, 9. 470, 28. 472, 11. V 85, 23. 30. 91, 25. 139, 23. 146, 7. VII 394, 13. VIII 78, 6 Rh. Gr. W.

z) Minucianus primum status finitivi locum teste An. VII 402, 1 sq. posuerat definitionem eamque accusatori tribuerat, h. e. ei qui cum factum aliquod iure appellari aliquo nomine contendat, hoc nomen statuit ex factis: ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ὁριεῖται τὰ πεπραγμένα λαβών p. 402, 19; τὸν μὲν γὰρ ὅρον ἐκ τῶν πεπραγμένων ᾠήθη λαμβάνεσθαι p. 403, 18. cf. Syr. II 99, 8. 103, 24 sq. Contra reus, h. e. is qui quod obicitur factum iniuria ab accusatore ita nominari cum contendat, contrariam definitionem inducit ex omissis (ἐκ παραλελειμμένων p. 403, 20), multa deesse dicit, priusquam nomen ab accusatore adhibitum possit facto imponi. Hermogenes primum locum vult esse propositionem (stat. 153, 17, cf. c. II § 8 B 1) inductam ab accusatore iure a se factum illud suo nomine appellatum esse affirmante; cui adversatur reus per finem ex omissis negans factum iure ita nominari. Tum fini opponit accusator contrariam definitionem ex factis. Hermogenem ergo de verbis tantum esse rixatum apparet, cum quod sensum attinet, eadem fere proferat atque Minucianus; nam illius propositio et definitio contraria idem valere videntur atque huius finis, et Hermogenis finis respondere contrariae Minuciani definitioni. Quamquam vituperatur Minucianus ab interpretibus: πάντα συνέχεε VII 402, 26, laudatur Hermogenes: ὁ δὲ τεχνικὸς ἀκριβέστερον p. 402, 37. Locorum ordinem qualis fuerit in arte Minuciani restituere licet ex Sulp. Vict. p. 336, 32 Halm: *finis, contraria definitio* etc. Hermogenes igitur cum propositionis esse doceret quae facta sint narrare, Minucianus hoc officium tribuit praeparationi[1],

[1]) Ita verto terminum κατάστασις.

ita tamen, ut eam in locorum argumentationis numerum non reciperet[1]). Cf. Nil. fol. 41r (antecedunt verba περὶ ὧν λέξομεν = VII 408, 15): ἰστέον, ὅτι τρεῖς δόξαι φέρονται τῶν μὲν λεγόντων κατάστασιν ἐμπίπτειν καὶ οὐ προβολήν, τῶν δὲ προβολὴν καὶ κατάστασιν, τῶν δὲ προβολήν· ὁ μὲν οὖν Μινουκιανός φησιν ἐμπίπτειν κατάστασιν μόνον λόγῳ τοιούτῳ· πάντως δεῖ διηγεῖσθαι τοῖς δικασταῖς τὸ πρᾶγμα. ἐμπίπτει τοίνυν κατάστασις, προβολὴ δὲ οὐκ ἐμπίπτει· ποῦ γὰρ χρεία τὰ ἤδη εἰρημένα πάλιν διηγήσασθαι; ὁ δέ γε Εὐστάθιος δοξάζων, ὅτι καὶ κατάστασις καὶ προβολὴ ἐμπίπτει, ἀνατρέπει τὸν Μινουκιανὸν λέγων, ὅτι ἐν μὲν τῇ καταστάσει διηγούμεθα ψιλῶς, ἐν δὲ τῇ προβολῇ ἀνακεφαλαιούμεθα τὰ ἐν τῇ καταστάσει αὔξοντες. οἱ δὲ λέγοντες, ὅτι προβολὴ μόνον ἐμπίπτει, πιστοῦνται ἔκ τε τοῦ κατὰ Μειδίου καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος τῆς προβολῆς· ἐκ μὲν τοῦ κατὰ Μειδίου πιστοῦνται λέγοντες, ὅτι οὐκ ἐμπίπτει κατάστασις ἐν αὐτῷ, διότι προέγνωστο τὸ πρᾶγμα τοῖς δικασταῖς· τί γὰρ (cf. VII 408, 19) ἔδει πρὸς εἰδότας τὸ πραχθὲν ἀποτείνειν διήγησιν; ἐν γὰρ τῷ θεάτρῳ πάντων ὁρώντων ἐνύβριστο, ὥστε οὐκ ἄν τις ἠγνόει τῶν δικαστῶν. καθ᾽ ἃ καὶ αὐτός φησιν ἐν τῷ λόγῳ (Demosth. Mid. § 16)· καὶ οὐδ᾽ ἂν ἐπεχείρησα ἔγωγε κατηγορεῖν αὐτοῦ νῦν, εἰ μὴ καὶ τότε ἐν τῷ δήμῳ παραχρῆμα ἐξήλεγξα. ἔπειτά φασιν (fol. 41v) αὐτοί, ὅτι ὁ ῥήτωρ καὶ ὁ τεχνικὸς προβολὴν αὐτὴν ἐκάλεσε, καὶ οὕτως πιστοῦνται καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος. ὁ μεν οὖν ῥήτωρ τοῦτο τὸ μέρος προβολὴν ὠνόμασε δι᾽ ὧν φησι (§ 19)· τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς φυλέτας ἠσελγημένα καὶ τὰ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικήματα τούτων πεπραγμένα, ἐφ᾽ οἷς αὐτὸν προὐβαλόμην, ταῦτά ἐστιν (cf. VII 408, 28).

Minuciano igitur cum et praeparationis[2]) et propositionis[3]) officium putaret esse narrare, supervacua erat propositio; cf. V 151, 23. De κατάστασις = διήγησις cf. schol. IV 49, 3. 54, 25. VII 327, 11 Volkm. p. 149.

Contra Hermogenes, qui propositionem esse docet narrationem cum exaggeratione coniunctam, facit missam praeparationem.

[1]) Cf. Volkm. p. 381: *„demnach gehört sie eigentlich nicht zur tractatio, und wir brauchen uns nicht zu wundern, dass sie bei den Lateinischen Rhetoren fehlt.“*

[2]) Quodnam alias habeat officium, cf. Syr. II 64, 20. 127, 9. Apsines p. 251, 5 Hammer.

[3]) Cf. Sop. IV 655, 7: ἡ προβολή, ἔφαμεν πολλάκις ὅτι ἀφήγησίς ἐστι ψιλὴ τῶν πραγμάτων, κἂν ὁ τεχνικὸς μὴ βούληται.

Uterque igitur praeparationem et propositionem idem fere esse voluit; cf. schol. Dem. p. 542, 16 Dind.: πρὸς τούτους ὅτι ἐν ὅρῳ ταυτόν ἐστι προβολὴ καὶ κατάστασις.

Eustathius[1]) demum utroque aetate posterior et Minuciani et Hermogenis doctrinas suum in usum coniunxit; item Syrianus in unaquaque controversia et praeparationem et propositionem incidere refert: II 64, 10 sq 101, 9. 11.

aa) Hst. 153, 18 in locorum ordine ponit πηλικότης πρός τι inverso Minuciani ordine: schol. IV 485, 7 sq. V 155, 10 sq. cf. IV 484, 23. 519, 10.

bb) Minucianus in qualitatis absolutae tractatione, quatenus differat et a coniectura et a fine, disseruit (cf. Sop. V 95, 3. 96, 30. IV 235, 22); in Hermogenis vero de statibus opere nusquam talia inveniuntur. Similia profert Syr. II 130, 13 sq.

cc) Hermogenes in qualitatis absolutae locos unam **assumptivam** recepit (ἀντίθεσις: stat. 157, 9. 158, 10); oportere enim ἐπὶ τῆς ἀντιλήψεως — τὸ ἀπ' αὐτῆς τυραννικὸν κατὰ μίαν — θεραπεύειν τῶν ἀντιθετικῶν (An. VII 503, 22). Quod non semper oportere Minucianus putaverat, qui assumptivam interdum omitti vult teste schol. IV 617, 12 cf. V 169, 23.

dd) Docet Hst. 158, 4 in qualitate absoluta cum *quantitate*[2]) et *comparatione*[3]) coniungendum esse locum *a summo ad imum*[4]), tum sequi locum *qualitatem absolutam*[5]) ipsam. At Minucianus locum *a summo ad imum* cum *translatione* conexuit ut sumpta ex iisdem locis: An. VII 498, 17 cf. Nil. fol. 99v (antecedit ἐρείδοιντο: v. 16): ὁ δὲ Εὐστάθιος μᾶλλον Μινουκιανῷ συναινεῖ λέγοντι μᾶλλον ἐμπίπτειν ἐν τῇ μεταλήψει τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους· τὰ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους φησὶν ἐκ τῶν κτλ. usque ad v. 23; tum sequitur: ὁ δὲ Γεώργιος μηδ' ἕτερον οἴεται καλῶς λέγειν· οὐ γάρ, φησι, δεῖ ταυτολογεῖν, ὥς φησιν Ἑρμογένης. οὐδὲ δεῖ μετατάξαι τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους πρὸς ἃ ἐμπίπτει προταγεῖσα ἡ ἀντίληψις, ὥς φησι Μινουκιανὸς καὶ Εὐστάθιος· ἀλλά φησιν αὐτὸς κτλ.

---

[1]) De quo agam in cap. VI § 18.

[2]) πηλικότης = *quantitas* cf. Hst. 153, 13. Fort. 105, 20.

[3]) πρός τι = *comparatio* cf. Hst. 153, 13. Fort. 105. 21.

[4]) τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους = *a summo ad imum*, cf. Sulp. Vict. 344, 13.

[5]) Cf. Sulp. 344, 10 sq.

ee) Omnes qualitatis assumptivae status iisdem dividit locis Hst. 161, 15, suis quemque locis tractat separatim Minucianus; cf. Sop. V 173, 23 = IV 647, 17. Volkm. p. 389.

ff) Qualitatis assumptivae locorum ordinem concluserat contraria definitione Minucianus (cf. Sop. V 175, 26—176, 12), admittit etiam quantitatem et comparationem Hermogenes (stat. 161, 16).

gg) Hst. 161, 18 communem esse putat et accusatoris et accusati qualitatis assumptivae locum qui dicitur βίαιος ὅρος, quem Minucianus in solam compensationem receptum accusatori ascripserat; cf. Sop. V 178, 2.

hh) Universo operum suorum corpori inscripsit Hermogenes τέχνη ῥητορική et singulas eius partes addito nomine quid in eis tractaretur indicante distinxit: Ἑρμογένους τέχνης ῥητορικῆς περὶ τῶν στάσεων, Ἑρμογένους τέχνης ῥητορικῆς περὶ εὑρέσεως etc. Contra libro suo cuius maximam partem obtinuit statuum divisio, inscripserat Minucianus et ipse τέχνη ῥητορική: δύο ἁμαρτήμασι Μινουκιανὸν ὑποβάλλει κακῶς τε τὸ περὶ στάσεων τέχνην ἐπιγράψαντα ῥητορικήν: Marc. IV 604, 19 cf. VII 579, 25. 580, 25. In eum eiusque pediseques invehitur Hst. 163, 5: ἐπειράθησαν δέ τινες τῶν ἐπιγραψαμένων τέχνην ῥητορικὴν τὸ περὶ διαιρέσεως μέρος αὐτῆς.

Posteriorum alii Minuciani vestigia secuti singulas partes artis nomine ornaverunt, cf. Syr. II 2, 22. 3, 4. 5. 14, 9. An. VII 921, 2. proll. IV 32, 20. 35, 5. VII 41, 17 sq, Max. Pl. V 226, 6 sq.; alii artis nomine vitato variis vocibus usi sunt, e. g. πραγματεία: Hst. 137, 28. form. 409, 26. 425, 12. Syr. II 3, 15. 25. 5, 12. 12, 23. proll. IV 39, 3. An. VII 104, 5. 168, 25. 171, 1. 313, 1. 611, 24. Greg. Cor. VII 1090, 9. Georg. Diaer. VI 509, 27. Schol. Apth. II 199, 1.

βιβλίον: schol. Apth. II 101, 8. 115, 14. 176, 1. 196, 7. 212, 19. 647, 8. 671, 21. An. VII 110, 3. 113, 19. 264, 9. 611, 26. Georg Diaer. VI 509, 26. 510, 2.

λόγος: Hermog. form. 396, 20. 425, 10.

σύγγραμμα: An. VII 168, 16; alii nihil addiderunt: Herm. inv. 284, 8. Schol. Apth. II 286, 19. 646, 31. Sop. V 12, 15. proll. IV 34, 31. 35, 15. V 227, 22.

Omnino ex sensu Hermogenis disserit auctor tractatus sine nomine traditi, quem e cod. Rehdigerano Vrat. 12 fol.

137 v edidit P. Schaefer, de Aphthonio sophista p. 3: — ἅπασαν τὴν τῆς ῥητορικῆς τέχνην καὶ δύναμιν ἐν τέταρσι βιβλίοις συμπεριλαβὼν παραδέδωκεν, ἅπερ εἰσὶ αἱ καλούμεναι στάσεις, εὑρέσεις, αἱ ἰδέαι, καὶ αἱ μέθοδοι, ἃ καὶ ῥητορικὴν ὠνόμασε.

ii) Ne dividatur qualitas assumptiva in genera, quae non locorum, sed controversiarum differentiis nitantur, Hst. 163, 6 sq. repugnat repellens Minucianum (ἀκαίρως εἴδη κακῶς τῶν ἀντιθετικῶν παραδιδόντα: Marc. IV 684, 21 = VII 579, 26), qui secundum controversiarum qualitatem tria statuerat genera: ἐκεῖνος γὰρ ταῦτα εἴδη ἐτεχνολόγει κατὰ τὸ δημόσιον καὶ ἰδιωτικὸν καὶ μικτόν: An. VII 579, 28 cf. IV 684, 25 sq. VII 579, 15. Hermogenem primum haec genera reiecisse affirmat An. VII 579, 12 sq.: — ἐν δὲ ταῖς ἀντιθετικαῖς παντάπασιν ἀποσιωπᾷ τὰ εἴδη, τὴν ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις τεχνογράφοις ἰών.

kk) De remotione et deprecatione quatenus differant, Hermogenes quamquam aliam init viam, non tamen omnino renuit doctrinam Minuciani, qui remotionem per ea quae extrinsecus accidunt fieri iubet et deprecationem per animae affectus (stat. 163, 19 sq.). Conferas quaeso cum hoc loco Nili verba (fol. 119r): ὁ μὲν Ἑρμογένης διορίζεται τὴν προειρημένην διαφοράν, ὡς ἐὰν μὲν εἰς ὑπεύθυνόν τι μεταφέρωμεν τὴν αἰτίαν, μετάστασιν ποιοῦμεν, ἐὰν δὲ εἰς ἀνυπεύθυνον, συγγνώμην· ἀλλ' ἐναντιοῦνται αὐτῷ πολλοί. ὁ δὲ Μινουκιανὸς τοιαύτην λέγει διαφοράν, καθ' ὃ ἐν μὲν τῇ συγγνώμῃ πάθη (πάθει: cod.) εἰσὶ ψυχῆς, καὶ γὰρ εἰς πάθος οἰκεῖόν φασι μεταφέρει τὴν αἰτίαν ὁ κρινόμενος, οἷον μέθην ὀργὴν ἔρωτα, (fol. 119v), ἐν δὲ μεταστάσει οὐδέποτε. οὐκ ἔστι δ' ἀσφαλὴς ἡ διαφορά· ἔστι γὰρ εὑρεῖν συγγνώμην πάθους ἐκτός. cf. VII 203, 4. Marc. IV 690, 25 cf. VII 206 sq. IV 688, 17. 690, 25. 248, 24. 250, 6. V 98, 27. VII 582, 25. Huic Minuciani doctrinae a Sopatro quamvis laudetur ut omnino pervulgata (καὶ αὕτη μὲν ὑπὸ πάντων προφερομένη διαφορά, ὅτι συγγνώμης μὲν ἴδιον ἐπὶ μόνα τὰ τῆς ψυχῆς φέρειν πάθη, μεταστάσεως δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω V 101, 12), tamen alia superducitur accuratior, quacum conferatur Menandri fragmentum quod e Christophori commentario (fol. 102v) publicavit Rabe. Utramque Minuciani differentiam soli deprecationi attribuerunt alii technici teste Nilo (fol. 118r): ὁρίζονται δὲ οἱ τεχνικοὶ τὴν συγγνώμην οὕτως· στάσις πολιτικοῦ πράγματος τῶν ἐπὶ μέρους,

καθ' ἣν ὁ φεύγων ὁμολογῶν τὸ [1]) ἀδίκημα ἀναγκαίαν τινὰ τοῦ ἀδικήματος προβάλλεται πρόφασιν. ἡ δ' ἀνάγκη ἢ τῶν ἔξωθέν τι μεῖζον καὶ βιαζόμενον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐστὶ ἤ τι τῶν περὶ ψυχῆς παθῶν καὶ περὶ σῶμα, ὡς δηλοῖ ἡ διαίρεσις.

ἡ συγγνώμη

τῶν ἔξωθεν, χειμὼν καὶ τὰ τοιαῦτα — τῶν περὶ ψυχῆς — τῶν περὶ τὸ σῶμα

ἔρως ἄγνοια μέθη — ὕπνος βάσανος.

ll) Hst. 164, 2 quos enumerat status negotialis locos et rationali et legali adaptari vult, Minucianus utrique generi alios ascribit locos. Nil. fol. 142v (antecedunt verba ἄγραφον πραγματικήν = VII 595, 1): τὴν μὲν ἔγγραφον τοῖς τελικοῖς, τὴν δὲ ἄγραφον ὁ Μινουκιανὸς διαιρεῖ τοῖσδε· τῷ φύσει καλῷ, τῷ ἔθει, ταῖς εὐλόγοις αἰτίαις. ἀλλὰ ῥητέον, ὅτι καὶ ταῦτα οὐχ ἕτερά τινά ἐστι παρὰ τὰ τελικά. τὸ μὲν γὰρ φύσει καλὸν τοῦ πανηγυρικοῦ ἐστι τέλος, τὰ δ' ἄλλα δύο τοῦ δικαίου ἐποίει τὰ εἴδη· ἔνθεν τὰ εἴδη φασὶ προέταξεν κτλ.

mm) Hst. 172, 21 sq. quattuor proponit collectionis genera, quae quod eadem [2]) locorum divisione utantur, re vera non esse genera quamquam contendit, tamen exemplis illustrat. Quae quattuor attribuit Minuciano An. VII 667, 8 per errorem, ut apparet ex An. VII 1023, 6 sq: τὸ δὲ ὅμοιον διαφέρει τοῦ ἴσου· τὸ μὲν γὰρ ὅμοιον ποιότητος, τὸ δὲ ἴσον πηλικότητος. καὶ Μινουκιανὸς ἐν τῷ περὶ στάσεων δευτέρῳ ὡς εἴδη διάφορα τίθησι τό τε ἀπὸ τοῦ ὁμοίου καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἐν τῷ συλλογισμῷ. Quocum cf. Nil. fol. 168v: εἰσὶ δὲ συλλογισμοῦ τρόποι δ΄. ἐκ τοῦ ἴσου, οἷον νόμος τὸν ἐκ πόρνης μὴ δημηγορεῖν· ἐκ πόρνου τις γεγονὼς κωλύεται λέγειν. ἐκ τοῦ μείζονος, ὡς ἐπὶ τούτου· νόμος τοὺς καταστείχοντας φυγάδας μαστίζειν· μαστίζων τις φυγάδα ἀπέκτεινε καὶ κρίνεται φόνου· τοῦτο δὲ καὶ ἀκόλουθον καλοῦσί τινες. ἐκ τοῦ

[1]) Cf Syr. II 148, 14.

[2]) Semper diversa locorum divisione opus esse, ut fieri possint genera status, saepius lectori inculcant interpretes: Syr. II 89, 1 (= IV 428, 13). 95, 5. 100, 20. 140, 8. 153, 17. 162, 14. 193, 17. schol. IV 440 4. 684, 7. 25. 685, 30. Sop. V 160, 1 (= IV 579, 5). 171, 5. 178, 32. VII 580, 13. 595, 16. Nil. fol. 31r: τὰ μὲν οὖν παρὰ ταῦτα εἴδη οὐ διαφόρου διαιρέσεως ὄντα εἰκότως παρῆκε.

ἐλάττονος, ὡς ἐπὶ τούτου· νόμος τοὺς καταστείχοντας φυγάδας φονεύειν· στίζων τις κρίνεται. ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὡς ἐπὶ τούτου· νόμος τὸν ἀριστέα δωρεὰν αἰτεῖν· ἔρριψέ τις τὴν ἀσπίδα καὶ κρίνεται. ἐὰν δὲ μεταστρέψῃς, ποιεῖ καταίτησιν δωρεᾶς· νόμος τὸν ῥίψασπιν τεθνάναι· ἀριστεύσας τις αἰτεῖ δωρεάν. προστιθέασι δέ τινες καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου, ὡς ἐπὶ τούτου· νόμος ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ στρατηγοῦ μὴ κωμάζειν· ἐπὶ τὴν σκηνήν τις κωμάσας κρίνεται. σπεύδουσιν οὗτοι δεῖξαι διαφορὰν ἴσου καὶ ὁμοίου καὶ λέγουσιν, ὅτι τὸ ἴσον ἐπὶ ποσοῦ. τὸ δὲ ὅμοιον ἐπὶ ποιοῦ λαμβάνεται. καὶ ἀληθὲς μὲν λέγουσιν κτλ.

Hoc solum de Minuciani sectatoribus esse intellegendum apparet. Is autem posterioris aevi scriptor cuius auctoritatem sequitur Syrianus, his diversis Minuciani generibus comprehensis unum collectionis modum esse facit ἀπὸ τοῦ ἴσου καὶ ὁμοίου (II 198, 25). Distinguuntur illa etiam ab An. VII 425, 18. Praeterea illud velim animadvertas, quod in hoc statu a se discessit Minucianus, cum nonnullas ab accusatoris parte cognosci collectiones doceret: φησὶ δὲ πάλιν ὁμοίως ὁ Μινουκιανός, ὅτι ἡ μὲν μετάληψις ἐκ τοῦ κατηγόρου γνωρίζεται, ἀλλὰ καὶ ἔνιοι τῶν συλλογισμῶν: An. VII 667, 8 sq. cf. Nil. fol. 168v: καὶ ἀληθὲς μὲν λέγουσιν. οὐ μέντοι γε τὴν αὐτὴν διαφορὰν ἐν τοῖς προβλήμασιν ἔστιν εὑρεῖν. ἰστέον δέ, ὅτι ἐν μὲν τῷ ἀπὸ τοῦ ἴσου καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ὁ φεύγων κέχρηται τὸ ῥητόν, ἐν δὲ τῷ ἀπὸ μείζονος καὶ ἐλάττονος ὁ κατήγορος. Similia profert schol. IV 834, 9—29.

nn) Hermog. inv. p. 218, 14 eos vituperat qui tamquam epichiremata ponunt quae modo loci sint; quem in locum adnotat An. VII 759 not. 9: Μινουκιανὸς λέγει καὶ Μητροφάνης. Metrophanes autem cum sit Hermogenis assecla [1]), vix digna videtur interpretis auctoritas cui fides habeatur.

B. quatenus in singulis Minucianus et Hermogenes congruant.

A) Tredecim quos docet status Hermogenes sunt hi: στοχασμός, ὅρος, ἀντίληψις. ἀντίστασις, ἀντέγκλημα, μετάστασις, συγγνώμη, πραγματική, μετάληψις, ῥητὸν καὶ διάνοια, ἀντινομία, συλλογισμός, ἀμφιβολία (stat 143 sq), quibus constitutis doctri-

[1]) Syr. II 55, 5. 196, 2. Graeven, Cornut. praef. p. XXIX.

nam eum de statibus absolvisse contendit Volkmannus p. 54[1]); at eum fugit iam ante Hermogenem tredecim pronuntiasse status Minucianum, qui quod hoc primus fecerit laudatur: Μινουκιανὸς μὲν οὖν πρῶτος τῶν καθ' ἑαυτὸν τεχνογράφων ιγ̅ εἶναί φησι τὰς στάσεις Syr. II 55, 2. πρῶτος δὲ Μινουκιανὸς ἐξέθετο περὶ τῶν ιγ̅ στάσεων schol. Apth. II 683, 28 cf. Sop. V 8, 21. Iam si quomodo Hermogenis nascantur status consideramus (p. 138 sq), exceptis coniectura fine translatione omnes ex qualitate gigni videmus: ergo sicut fundamento nititur doctrina Hermagorae maioris (cf. Thiele p. 48). At in hac statuum divisione animadvertendum est, quod qualitas, cum divisa est in rationalem et legalem, ipsa desinit status esse, item tum rationalis, cum discessit in negotialem et iuridicialem, non iam status est; idem patiuntur et iuridicialis in absolutam et assumptivam, et assumptiva in compensationem relationem remotionem deprecationem diffissae; simile quoddam accidit in statibus legalibus. Iam cognoscimus unumquemque statum ex quo alii nascuntur status ipsum desinere statum esse; Minucianum ergo quem ante Hermogenem tredecim status docuisse novimus, huius divisionis inventorem esse statuimus.

B) Ut Hermogenes ita etiam Minucianus in primo coniecturam loco posuit, quamquam alia de causa: Syr. II 60, 8. 202, 20. An. VII 175, 20, quod ego breviter commemoro, quia de hac quaestione multum videtur esse disputatum (cf. Hst. 142, 26. Syr. V 78, 30. 117, 14. An. VII 175, 10. 250, 24), et alii technici in secundum eam locum miserunt. Cf. Syr. II 60, 14. 19. 24. schol. IV 278, 17. V 190, 9. VII 232, 18. Rhet. ad Her. I 11, 18. Cic. part. or. 28, 99. top. 25, 93. Quint. III 6, 13. VII 5, 2.

C) Hermogenem in statuum numero facere cum Minuciano cognovimus. Ille igitur cum in statuum cognitione nitatur quaestione, utrum apertum sit quod obicitur necne (p 138, 10), etiam in his Minuciani eum sequi vestigia suspicabimur.

---

[1]) P. 55 Hermogenem duodecim docuisse status dicit, qui demum qualitate adnumerata fierent tredecim; at errat, cum qualitatem absolutam statim dividat in quattuor assumptivas omissa qualitate absoluta; cf. Hst. 139, 16 sq.

Cf. Quint. III 6, 34 *plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem de qua constet et in rem de qua non constet.*

D) Cum in qualitate absoluta e lege vel e natura vel e more sibi licere aliquid contendere soleret reus (cf. supra pag. 32 litt. q), his Minucianus quartum genus addidit: τὸ μὴ κεκωλυμένον An. VII 542, 31 sq., quod in mente videtur habere Hst. 139, 18, cf. Iul. Vict. p. 380 31 sq. Sine Minuciani nomine haec quattuor praebet schol. IV 617, 30. cf. Nil. fol. 88r: διαιρεῖσθαι δέ φασι τὴν ἀντίληψιν τετραχῶς. καὶ πρῶτος μὲν τρόπος, ὅτε τὴν ἐξουσίαν προβάλλεται ἢ ἀπὸ νόμου ἢ ἀπὸ τέχνης ἢ ἀπὸ φύσεως ἢ ἀπὸ τοῦ <μὴ> κεκωλυμένου ἢ ἀπὸ ἔθους. De his quinque cf. schol. IV 233, 25 sq. 234, 19. 24 sq.

E) Minucianus primus eas quas iam Hermagoras maior quattuor posuerat qualitatis assumptivae partes (cf. Thiele p. 60 sq.), status esse in se positos voluit teste Sopatro V 97, 7 = IV 238, 15 = VII 200, 3. Eadem extant apud Hst. 139, 24 sq.

F) Relationem esse, cum transferatur causa facti in eum qui cum sit laesus accusat, et Minuciani et Hermogenis consentiens est opinio (Sop. V 174, 5 sq. Hst. 139, 32). Cf. Cic. de inv. I 11, 15. II 26, 78. Quint. VII 4, 8. Sulp. Vict. 346, 21. Fort. 93, 6. Iul. Vict. 381, 10.

G) In scripti et voluntatis statu semper reum niti voluntate, accusatorem scripto nonnulli putaverunt: schol. V 203, 14 = IV 256, 13. V 230, 16. VII 212, 14. Syr. II 193, 6. Quod non semper oportere docent Minucianus et Hermogenes: An. VII 212, 4 sq. Hst. 140, 27 cf. Quint. VII 6, 2. 4. Schol. IV 799, 14. V 261, 24. VII 215, 8.

H) Exemplum eius qui una duas nocte puellas rapuit legum contrariarum statui subicit Hst. 141, 15; item Minucianus: ἀλλ' ὁ μὲν Μινουκιανὸς οὐκ ἰσάζειν φησὶ διὰ τὸ ἀνόμοιον τῆς αἰτήσεως Marc. IV 270, 15 = An. VII 225, 7. Liceat hoc loco monere a nonnullis antinomiam in statuum numerum non esse receptam: Nil. fol. 170r: ζητοῦσί τινες, ὅτι οὐ συνίσταται ἡ ἀντινομία. ἀλλ' ἀσύστατός ἐστι κατὰ τὸ ἐξισάζειν, ἑκάτερος γὰρ ἔχει ῥητὸν καὶ διάνοιαν. καὶ φαμὲν πρὸς αὐτούς, ὅτι καλῶς ἂν ἐλέγετε, εἰ τὸ αὐτὸν ῥητὸν ἑκάτερος ἔλεγε καὶ τὴν αὐτὴν διάνοιαν. Cf. Sop. V 106, 26 sq. cf. IV 266, 20 sq. V 202, 25 sq.

I) Translationem esse et rationalem et legalem docet Hst. 142, 5; item Minucianus duo translationis genera statuerat: Μινουκιανὸς μὲν οὖν πρῶτος τῶν καθ' ἑαυτὸν τεχνογράφων ιγ εἶναί φησι τὰς στάσεις, τὴν μετάληψιν διπλῆν μὲν εἶναι λέγων, ὡς μίαν δὲ αὐτὴν ἐξετάζων: Syr. II 55, 2. Ad hanc de translatione et praescriptione quaestionem, quoniam mihi sufficere non videntur quae praebet Volkmannus p 84 sq., nonnulla conferre mihi liceat, ita ut levioribus omissis quattuor tangam capita, quibus perlustratis quam varie hic ab artium scriptoribus tractatus sit status cognoscas.

I. Hermagoras maior translationem esse et accusatoris et rei censuerat, sed nondum nominibus haec genera distinxerat; cf. Thiele p. 52. 106.

II. Hermogenes duo statuit genera (stat. 141, 30 sq.)

1) translationis legalis (ἔγγραφος: 142, 7): cum reus aliqua lege nisus actionem excludere studet,

2) translationis rationalis (ἄγραφος): cum accusator in universum reo contra se agi non debere contendenti assentitur, sed una ex circumstantiis utitur (περί τι τῶν περὶ τὸ πρᾶγμα: p. 142, 16), ex qua iure se inducere quaestionem colligit, cf. schol. IV 280. 1 sq. 378, 2. 382, 5. VII 236, 11. Tum animadvertas quaeso eodem sensu Hermogenem uti nomine et translationis et praescriptionis (παραγραφὴ γάρ ἐστι p. 142, 5 cf. A. Reuter, Hermae vol. 28 (1893) 87. schol. IV 276, 12. 280, 6. 282, 18. 323, 27. VII 237, 28 sq.) Si igitur Minucianum iam duplicem statuisse translationem, quam tamen unum statum esse voluit, docemur per Syrianum, hausisse ex Minuciani opere doctrinam suam Hermogenem concludimus; quocum consentit teste Sulpicio (p. 340, 16 sq.) Marcomannus [1]) quidam, cf. Reuter l. c. p. 87 sq.

III. Syrianus translationis praebet duos modos, quos per se status esse vult (II 153, 13 sq.):

1) ἄγραφος, quae nominata proprie translatio tribuitur accusatori (153, 7. 57, 23. 66, 8),

2) ἔγγραφος, quae nomine praescriptionis praedita debetur reo (p. 57, 24). Haec potest esse aut perfecta (τελεία) aut imperfecta (ἀτελής: 158, 3), cum reus

[1]) De his agam in cap. VIII § 28.

aut actionem omnino excludat aut circumstantiarum ope ne hoc tempore vel hoc loco actio possit fieri obtineat; cf. An. VII 240, 13 sq., passim scholia.

IV. Denique eo pervenit res, ut accusatore excluso soli reo tribueretur hic status. Talia exhibet fragmentum rhetoris cuiusdam ignoti[1]) apud Fort. 98, 28: *quid interest inter praescriptionem et translationem? quod praescriptio excludit actionem, translatio autem differt*[2]). Secundum hunc technicum eandem habet vim praescriptio atque παραγραφὴ τελεία et translatio atque παραγραφὴ ἀτελὴς Syriani. Cf. schol. IV 290, 28. 291, 10. schol. Demosth. 380, 11. Non curavi in his interpretum neglegentiam, qui saepe nomina confundunt. Cf. An. VII 237, 28—31.

Contra liceat hoc loco inserere aliquam inter Minucianum et Hermogenem differentiam, quos translationem legalem accusato, rationalem accusatori tribuisse modo ostendimus. Quod non constanter fecisse Minucianum testatur An. VII 244, 14 (= V 269, 9): ὁ δὲ Μινουκιανὸς καὶ ἐκ τοῦ φεύγοντός φησι μετάληψιν γίνεσθαι; sequitur thema de Lacedaemonio qui Athenis virginem rapuit. Hoc loco intellegendam esse translationem rationalem apparet coll. Marc. IV 292, 29: τινὲς δὲ παράδειγμα εἰρήκασι τῆς ἀγράφου μεταλήψεως ἀπὸ φεύγοντος, ἐπειδὴ εἰρήκαμεν, ὅτι γίνεται σπανίως ἀπὸ τοῦ φεύγοντος; sequitur thema modo laudatum. Sine Minuciani nomine eandem proferunt doctrinam Marc. IV 280, 3. An. VII 238, 8.

K) Interdum in duplicis coniecturae quaestionibus concertativis probationum expetitionem non incidere docent Minucianus (Sop. VIII 18, 10 W) et Hst. 150, 26; cf. schol. IV 444, 8 sq. VII 356, 23—357, 13. Posteri demum probationum expetitionem omnino excludunt: Syr. II 92, 13. Sop. VIII 18, 7. An. VII 357, 16.

---

[1]) Non posse intellegi Marcomannum, ut opinatur A. Reuter, Hermae vol. 24 (1889) 179 not. 1, apparet coll. Sulp. Vict. 340, 16 sq. 341, 27.

[2]) Cf. August. p. 143, 11 Halm: *nostrorum pauci reprehensionem, plerique translationem vocaverunt, utrique sane rationem secuti. Qui reprehensionem dixerunt eo scilicet, quod cum maxime inducatur in iudicium causa, reprehenditur et quasi retrahitur: qui translationem, quod reus non omnino excludat actionem, sed ut praesentem condicionem actionis excuset, in aliut genus iudicii transferat, vel habitum iam vel futurum.*

L) Hst. 154, 8 thema de eunucho adultero statui finitivo subicit, quod item fecit Minucianus teste Nilo (fol. 64r): ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τὸ παρὰ τῷ τεχνικῷ παράδειγμα ἐκβαλεῖν ἐπιχειροῦσι τοῦ ὅρου, ἀντιπίπτοντες οὐ μόνον τῷ τεχνικῷ, ἀλλ' ἔτι καὶ Μινουκιανῷ. προσήκει τι καὶ περὶ αὐτοῦ διαλεχθῆναι. τὸ τοῦ εὐνούχου φασὶ παράδειγμα μὴ δύνασθαι ὅρου καθεστάναι κτλ.; recensentur adversariorum argumenta, tum sequitur in fol. 64v.: ὅτι δὲ καὶ ὅρου ἐστὶ καὶ δὴ δεικτέον. Cf. Sop. V 158, 8.

M) An. VII 596, 13 Hermogenem (stat. 164, 2) afferre locos ab omnibus comprobatos tradit; quocum congruit, quod et Minucianus et Hermogenes negotialem statum et legalem et rationalem esse docent (Sop. V 181, 2). De ratione autem huius divisionis num utrique eadem fuerit sententia, vehementer dubitaverim, immo vero ex eo quod qualitatis assumptivae statuit Minucianus tria genera, ἰδιωτικόν, δημόσιον, μικτόν (cf. c. II § 9 ii), colligo sectatores eius habere in mente, ubi disserit de status negotialis generibus, anonymum vol. VII 592, 23 οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ δημόσιον καὶ ἰδιωτικὸν διαστέλλεσθαι αὐτὰς ᾠήθησαν δεῖν· ἡ μὲν γὰρ ἔγγραφος περὶ δημοσίων ἐστίν, ἡ δὲ ἄγραφος, φασίν, περὶ ἰδιωτικῶν.

N) Minucianum, cum easdem atque Hermogenes negotialis partes statuat, huic statui attribuisse quaestionem de futuro suspicer. Cf. anon. apud H. Köchly et W. Rüstow: Griechische Kriegsschriftsteller II 2 (Leipzig 1855) p. 19: ὅτι τὴν πραγματικὴν αὐτός τε Ἑρμογένης (stat. 139, 11) καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ῥήτορες στάσιν εἶναί φασι περὶ μέλλοντος πράγματος καταγινομένην (Volkm. praef. p. XIII); cf. Syr. II 123, 18. 162, 7. Sop. V 92, 15. proll. V 230, 16. Sulp. 344, 5.

His tantis consensionis exemplis allatis nemo posterioris aevi homines doctos Minucianum ab Hermogene esse exscriptum censuisse mirabitur, cuius opinionis testes extant Tzetz. chil. VI 791: καὶ διασύρας ἅπαντας ἐξ ὧνπερ ὠφελήθη, στάσεσι τὸν Φοιβάμμωνα καὶ Μινουκιανὸν δὲ et Georg. Pleth. VI 583, 7: — τὸν τεχνογράφον Μινουκιανόν, ὃν Ἑρμογένης ὁ σοφιστὴς διασύρει, καίπερ τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν δύναμιν ἐκ τοῦδε — σφετερισάμενος.

At Hermogenes quantopere pendeat ab iis qui antecesserunt artium scriptoribus et quantum scholarum sui temporis doctrinae debeat, cum ex his cognoscimus tum ex iis quae in capite insequenti proferam planius intellegemus.

Cap. III.

De Minuciani aequalibus.

§ 10.

De Lolliano.

Historiam artis rhetoricae ubi breviter pertractat interpres Apthonii (Rh. Gr II 683 W.) de iis qui proximi Minucianum et Hermogenem praecesserunt haec tradit v. 26: ἀκμασάντων τῶν Ῥωμαικῶν πραγμάτων Ἑρμαγόρας στάσεις οἶδεν ἑπτά, Λολλιανὸς πέντε. Iam incipiamus a P. Hordeonio Lolliano[1]), cuius vitam invenies enarratam a Philostrato (vit soph. I 23). Primus ex ea quam instituit Hadrianus Athenis sede professus est artem rhetoricam; librorum quos conscripsit nonnulli traditi sunt tituli: τέχνη[2]) ῥητορικὴ περὶ ἀφορμῶν ῥητορικῶν: proll. IV 35, 8; tractatus περὶ προοιμίων καὶ διηγήσεων: proll. VII 19, 28, ex quo servatum est fragmentum VII 32.

Post Antipatri tempora dirutam iacuisse artem rhetoricam, Lollianum autem eius extitisse sospitatorem tradit auctor proll. VII 6, 13 τῶν δὲ Μακεδονικῶν πραγμάτων κατισχυσάντων Ἀντίπατρος ἐνενήκοντα ὀκτὼ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ἀνεῖλε ῥήτορας, καὶ χιλίους ὀκτακοσίους ἀπὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος· τότε

[1]) Hoc loco intellegendum esse P. Hordeonium Lollianum, non L. Egnatium Victorem Lollianum (cf. Pauly, Realenc. s. v. Loll.) certum mihi videtur esse ex iis quae exposuerunt C. L. Kayser, P. Hord. Loll. Heidelberg 1841 et Welcker, Rh. M. N. F. I (1842) 210 sq. Cf. Prosopographia imperii Romani II p. 147 sub. no. 147. — Lollianum ut tractem ante Hermagoram impellit me locus proll. VII 6, de quo mox agam, quamquam omnibus locis ante Lollianum nominari Hermagoram non ignoro; cf. II 683. V 79, 175. IV 63.

[2]) Animadvertas quaeso vocem τέχνη usurpari de parte artis rhetoricae; cf. c. II § 9 hh.

οὖν ἐπονείδιστος ἡ τέχνη ἐνομίσθη καὶ πάντες αὐτὴν ὡς σφαλερὰν ἀπωθοῦντο. Πύρρος δὲ ὁ Κλαζομένιος[1]) καὶ Λολλιανὸς ὁ Ἐφέσιος ἐπιγενόμενοι πάλιν ἀνέσωσαν. posteriore aevo cum nullius hominis talia fingere interesset, hunc locum universa eloquentiae qualis illo tempore fuit condicione considerata intellegi velim hunc in modum.[2])

Dionysius Halicarnaseus in libri de antiquis oratoribus prooemio Asianorum admodum paucis in urbibus servari eloquentiam affirmat. Neque iniuria eum haec opinari censeo. Cum enim urbs Roma totius orbis oculos in se converteret omniumque gentium homines ingeniosos gloriae divitiarumque spe alliceret, ex populis qui Graeca utebantur lingua ut versutissimus quisque et prudentissimus patria relicta urbem peteret effectum est; hinc cur ei quos Seneca pater declamantes facit oratores magna ex parte profecti sint ex Graecia, intellegitur. Itaque praesertim cum primi Caesares haud ita magnam Graeciae curam impenderent, in exteris imperii partibus artis rhetoricae studia fere evanuerunt. Quae non ita velim intellegas, quasi negaverim etiam tunc rhetorum in scholis decantatas esse controversias illas saeculorum usu tritas; neque tamen crediderim eam animi alacritatem atque ingenii aciem illius aevi fuisse rhetoribus, ut novas de arte rhetorica doctrinas invenirent. Cum igitur homines ingeniosi versarentur Romae, ii qui remanserant nihil ad expoliendam doctrinam conferrent, nullius fere rhetoris vel technographi qui illo aevo in Graecia vel in Asia floruerit nomen accepimus. Sed condicio eloquentiae sub Flaviorum imperio mutata est, cum minus quam antea Roma rhetores Graecos alliceret; quo accedebat quod Graecorum cum omnes disciplinae tum ars rhetorica effloruit ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου; ῥητορικῶν καὶ φιλολόγων βασιλέων (Sop. V 8, 14. cf. Syr. II 1, 10. Schaefer, de Aphth. p. 3.) Sic in angustias delati sunt qui tunc rhetorum scholas moderabantur, cum dicendi ratio scholastica declamandi consuetudine servata esset, sed quemadmodum

[1]) Pyrrhus Clazomenius cum aliunde sit plane ignotus, scribendum putat Ζώπυρος pro Πύρρος Westermann, Gr. Bereds. § 78 not. 1; sed quid sibi vult hoc loco Zopyrus?

[2]) Cf. de iis quae sequuntur E. Rohde, der griechische Roman p. 288 sq.

libris conscribendis doctrina esset retractanda, omnino neglexissent scholastici. Itaque iam occasione data qui sophistarum erant principes in artibus conscribendis versati sunt[1]), id quod fieri non poterat nisi ita ut maiorum artes suum in usum converterent. Inter illos sophistas cum maxime excelleret Lollianus, qui primus ex imperatoris mandatu profiteretur artem rhetoricam dignus iudicatus est. Iam perlustremus Lolliani quae servata sunt fragmenta, quatenus ex libro de statibus composito deprompta videntur esse.

a) Schol. IV 63, 14: de generibus rhetoricae cf. c. II § 9 a. Sop. V 25, 3. An. VII 111, 7.

b) Sop. V 17, 17: quatenus pendeat ab Hermagora cf. Volkm. p. 13.

c) An. V 593, 7: cum in terminorum usu ab aliis recedat, quidnam sentiat, non plane intellego.

d) An. V 592, 31 sq: ad doctrinam eius quae mihi non satis perspicua est respicere videtur Hermogenes:

Hst. 138, 1	An. V
ὄνομα δὲ ἀφεὶς εἶναι τοῦτο κοινὸν ἢ καὶ συμβεβηκὸς τῶν ζητημάτων ἁπάντων —	τί ἐστι τῆς ῥητορικῆς ἡ στάσις; καὶ λέγομεν, ὅτι συμβέβηκεν τῷ λόγῳ τῷ ῥητορικῷ ἡ στάσις καὶ δύναμιν ἔχει συμβεβηκότος, —

e) Sop. V 8, 18 ita legendum puto: τῶν δὲ νῦν φερομένων τεχνικῶν πρῶτος Ἑρμαγόρας φαίνεται ἑπτὰ μόνας στάσεις εἰπὼν καὶ Λολλιανὸς μετ' αὐτὸν πέντε, coll. p. 79, 10. Schol. Apth. II 683, 28 W.[2]) Quinque igitur docuit status Lollianus. At repugnare videtur locus Sop. V 79, 14, ubi quattuor enumerantur illi Hermagorae maioris status. Quae difficultas quomodo sit solvenda, iam perspexit Piderit, de Hermagora p. 25: controversias de lege oriundas nominaverat quaestiones legales (νομικὰ ζητήματα) Hermagoras (cf. Thiele p. 80), status

[1]) Sophistarum aevo effloruisse etiam artium conscribendarum studium recte iam animadvertit Th. Bergk, Gr. Litt. 4, 556.

[2]) Aliter Piderit l. l. p. 28; at non numeri sed nomina transmutanda sunt. τεχνικὸς in τεχνικῶν corrigendum et ad φερομένων esse referendum ex sensu apparet: eorum qui nunc valent technicorum, h. e. eo tempore quo is quem excussit Sopater auctor scripsit, id est circa a. 300, ut postea cap. V § 17 probabo.

legales (στάσεις νομικαί) appellavit demum Hermogenes[1]; cum autem enumeret Sopater (V 79, 10 sq) inter Hermagorae (minoris, ut mox apparebit) status etiam legalem (νομική) et iuridicialem (δικαιολογία), Hermagorae maioris quaestiones legales proprio status legalis nomine praeditas esse colligo inde a temporibus demum Lolliani, quem hoc modo ad quinque statuum numerum pervenisse censeo. Ergo locum Sop. V 79, 14 sq. lego ita: Λολλιανὸς δὲ στοχασμόν, ὅρον, ποιότητα, <νομικήν>, μετάληψιν[2]). Simul apparet quantum et Minucianus et Hermogenes ex is qui antecesserunt pendeant[3]).

f) Sop. V 174, 26 = IV 648, 9: quam caute artis sospitator progressus sit, patet; quamquam enim Hermagoras maior qualitatem assumptivam in quattuor diviserat partes[4]), haec subtilia abnuit Lollianus: Λολλιανὸς δὲ οὔτε ἐν τῇ διαιρέσει οὔτε ἐν τῷ ὀνόματι τῶν στάσεων διεῖλεν, ἀλλὰ μίαν εἶναι καλεῖ τὴν ἀντιθετικὴν στάσιν. Item in Hermagorae minoris statuum numero iuridicialis sola inducitur (Sop. V 79, 10 sq.), unde eas quae attribuuntur ei quattuor tamquam „στάσεις" a Sopatro (p. 174, 17), non status, sed status qualitatis partes ab eo esse existimatas apparet. Minucianus demum has qualitatis partes status per se esse voluit suis locis tractatas (cf. c. II § 9 E); et post eum media progressus via Hermogenes in methodo quattuor ponit status, quos in divisione tamquam sint unius status partes iisdem tractat locis (Sop. V 174, 29 sq.).

g) An. V 593, 2 una cum Lolliano laudat Cornutum, quem eius quae adhuc sub titulo anonymi Segueriani ferebatur artis esse auctorem mihi persuasit Io. Graeven.

---

[1]) Iam alios quorum auctoritas non valuit status induxisse legales apparet ex Quint. III 6, 54.

[2]) Quod laudatur Lolliani στάσις ἀντιθετική (Sop. V 174, 28 = IV 648, 10), neglegentia interpretis statuenda est, cum certo Lollianus assumptivam non per se statum, sed qualitatis partem esse docuerit. Itaque quod Kayser p. 12 quintum Lolliani statum fuisse contendit qualitatem assumptivam, comprobare nequeo.

[3]) Kayser l. l. p. 11: *„Seine Theorie stellte er in einer τέχνη πολιτική auf und wurde so einer der nächsten Vorgänger des Hermogenes, der ihn, wenn er auch seinen Namen nicht nennt, doch ohne Zweifel benutzt hat."*

[4]) Cf. Thiele p. 102 sq.

Quodsi consideramus a Cornuto Hermogenem neglegi[1]), eis adnumerare licebit technicis Lollianum quos ab Hermogene impugnatos esse mox comperiemus.

h) An. VII 930, 24 sq.: Lachares ubi ἐκτίθεται δόξας ἀνδρῶν παλαιῶν καὶ μάλα σεμνῶν, αὐτίκα Λολλιανοῦ μετὰ τὸν Ἰσοκράτην μέμνηται. Etiam in fragmento quod in capite quodam de inventione conscripto videtur extitisse Lollianus ipse Theodectem laudat, cf. proll. VII 33, 4.

Teneamus igitur illum sophistam etiam in his praeceptis veterum sophistarum persequi disciplinam; cf. de ea quae ad elocutionem pertinet doctrina quae disseruit Norden, Kunstprosa p. 354. 379. 392.

§ 11.

De Hermagora.

Aevo illo extitisse Hermagoram quendam[2]) iam animadvertit Piderit p. 15 sq., sed quae inter eum et Lollianum et Minucianum intercedat ratio non docet; deinde Thiele p. 19 sq. ad eum rettulit locos schol. IV 63. 223. V 8. 337[3]). VII 1219; ego etiam de eo intellegam hos: V 78. 79. 174[4]). II 513. 683.

Quod attinet ad vitam, de qua nihil traditum habemus, circa a. 150 eum floruisse statuit Thiele p. 20; praeter eam quam certo conscripsit artem rhetoricam ex operibus eius laudatur libellus de statu negotiali: ἰστέον δέ, ὡς Ἑρμαγόρας ὁ νεώτερος καὶ Μητροφάνης ἰδίᾳ περὶ πραγματικῆς μονόβιβλον ἑκάτερος συντάξαντες — schol. V 337, 28[5]).

---

[1]) Cf. Graeven praef. p. XXVI.

[2]) Quod causa idonea non allata in dubium vocat L. Spengel, Z. f. d. Alt. Wiss. I (1843) 436.

[3]) Locum V 337 de Hermagora Octaviani Augusti aequali intellegit R. Volkmann, observ. misc. (Progr. Jauer 1872) p. 2. O. Harnecker, quamquam exscribit locum V 337, tamen hunc Hermagoram non curat (J. f. Phil. 131 (1885) 69 sq.)

[4]) Non mihi persuasit K. Fuhr, qui hos locos Hermagorae maiori tribuit (Deutsche Litteratur-Zeitung 15 (1894) 677).

[5]) Animadvertas quaeso Nilum in fol. 142v de hoc libro nihil referre.

a) Greg. Cor. VII 1219, 12: una cum Dionysio[1]) et Minuciano Hermogenis adversariis adnumeratur.

b) Doxap. II 513, 24: inducuntur οἱ περὶ Ἑρμαγόραν καὶ Ἀψίνην, Theonis Platonici adversarii; hoc loco quem Hermagorae maiori neque ascribere neque abrogare audet Piderit p. 44, vix existet qui Hermagoram maiorem intellegendum esse putet; cum enim Apsinem Hermogenis auctoritatem respuisse constet (Graeven, Corn. praef. p. XXVI), verisimile est hunc locum ad Hermagoram minorem pertinere.

c) Sop. IV 63,10: de generibus rhetoricae cf. c. II § 9 a. c. III § 10 a. Sop. V 24, 22. An. VII 111, 4.

d) Sop. V 78, 19: quam Hermagorae maioris definitionem esse negat Thiele p. 50 not. 2, ego minoris esse puto, qui maioris doctrinam paulum immutatam recepit.

e) Schol. Apth. II 683, 25 cum septem[2]) doceat status, non de maiore Hermagora intellegendus est; cf. Piderit p. 28; de loco Sop. V 8, 20 cf. c. III § 10 e.

f) Locus Sop. V 79, 10 propter translationis divisionem alienus est ab Hermagora maiore, cf. Piderit p. 28; post στοχασμόν inserendum esse ὅρον recte monuit Volkm. p. 38 not. 1; excedere ultra Lollianum in statuum ordine Hermagoram manifestum est, cum negotialem et iuridicialem per se ipsos faciat esse status seiunctos a qualitate.

g) Opinioni modo prolatae fidem dat Marc. IV 223, 4, qui status rationales genera qualitatis fuisse Hermagorae tradit, ita tamen ut qualitas ipsa in statuum ordine permaneret. Haec verba κοινὴ στάσις vituperat Hermogenes, qui qualitatem non communem statum, sed commune modo nomen (κοινὸν ὄνομα: v. 8) esse censet, cf. V 90, 19. VII 188, 31. Piderit p. 30 not. 2.

h) Ad eundem fortasse Hermagoram referenda est doctrina illa nihil differre translationem et qualitatem absolutam (Nil. fol. 155r cf. c. II § 9 u), in qua ab aliis translationem

---

[1]) A. E. Egger (Longini quae supersunt, Paris 1837) praef. p. LVII) hunc Hermagoram putat esse Theodori discipulum (cf. Quint. III 1, 19), quamquam Dionysium altori p. Chr. saeculo assignat.

[2]) Kayser p. 12 τέσσαρας pro ἑπτά legendum proponit, nimirum quod de Hermagora maiore verba facere interpretem opinatur.

subiectam esse qualitati meminerimus, cf. Quint. III 6,42. Mart. Cap. p. 455, 22. 456, 11. 458, 4 sq. Syr. II 152, 3. schol. IV 279, 5.

i) Qualitatis assumptivae generum ordinem (Sop. V 174, 16) nusquam alias inveni.

k) In negotialis divisione eum secuti sunt et Minucianus et Hermogenes. Cf. Max. Plan. V 337, 23. Hst. 164, 3. Sop. V 181, 2. cap. II § 9 M.

l) Septem Hermagoras tum demum poterat inducere status, cum iam quinque antea docuisset Lollianus; itaque si omnibus post Hermagoram ponitur Lollianus locis, hoc solum modo explicare possum, ut doctrinam Lolliani in scholis cognitam edidisse amplificatam et excultam Hermagoram, deinde post Hermagorae artem editam publici iuris fecisse suspicer Lollianum suam de quinque statibus doctrinam, quem librum ego alteram eius artem rhetoricam fuisse coniecerim, cum prima eius ars commemoretur in cod. Vatic. gr. 105; cf. H. Graeven, Hermae vol. 30 (1895) 306 not. 4.

§ 12.

De Dionysio.

a) Greg. Cor. VII 1219, 12 Dionysium quendam una cum Hermagora et Minuciano Hermogenis esse adversarios tradit.

b) Io. Doxap. Sic. VI 435, 18: una cum Minuciano et Basilico eis qui male Demosthenis orationes interpretati sint adnumeratur Dionysius; ad eundum referri debet p. 112, 12 coll. p. 111, 14 sq. cf. c. I § 7.

c) Tzetz. chil. 6, 791 sq.: scripsit Hermogenes διασύρας ἅπαντας ἐξ ὧνπερ ὠφελήθη — ἰδέαις Διονύσιον; cf. supra p. 49.

d) Tzetz. = Anecd. Oxon. IV 126, 5 Cramer (ex Ioanne Doxapatri cf. p. 125, 6. 21):

πρὸ Ἑρμογένους ἔγραψαν καὶ ἄλλοι γὰρ ἰδέας, αὐτὸς ὁ Διονύσιος σὺν ᾧ καὶ Βασιλίσκος, καὶ Ζήνων δὲ —

e) Una cum Aristide ab Io. Doxap. VI 95, 4. 112, 20 iis adiungitur, qui rem tractaverint μερικῶς καὶ ἀσαφῶς καὶ ἀπαραδειγματίστως.

f) Denique eum enumerat inter Minucianum et Philostratum Tzetz. chil. 12, 569.

De hoc loco quidnam iudicet, nescit Fr. Blass, de Dion. Hal. script. rhet. (Bonnae 1863) p. 24, eaque de causa ineptiarum arguit Tzetzam. Sed cum addito Ἁλικαρνασσόθεν quod etiam Io. Dox. VI 95, 4 exhibet, cognomine deceptus hunc locum ad Dionysium Augusti aequalem referre vellet, talia additamenta nihil valere apud posterioris aevi scriptores, qui saepe illustrium virorum patriam aliis eiusdem nominis hominibus tribuunt, non satis perspexit[1]). Contra recte monuit Blass (p. 29) Dionysium illum non conscripsisse librum de formis oratoriis; ergo hunc quem ante Hermogenem floruisse et ab eo exscriptum esse tradit Tzetzes Dionysium, eundem esse atque Hermagorae Minucianique aequalem et Hermogenis adversarium colligo[2]).

Apud Io. Siceliotam una cum Dionysio inducitur bis Aristides, cuius opus de formis quanam ratione suum in usum converterit Hermogenes, dilucide exposuit H. Baumgart libro cui inscripsit: Aelius Aristides als Repraesentant der sophistischen Rhetorik etc. Leipzig 1874, qui operis Aristidis indolem quibus descripserit verbis, hoc loco afferre iuvat: non esse opus diligenter expolitum, sed scatere mendis, multa contra rationem alienis tractata esse locis (p. 147); videri sibi hunc tractatum non ut in publicum ederetur, sed ut discipulorum manibus tereretur, conflatum esse (p. 148); breves esse hominis in causis agendis versuti notas, qui qua ratione singula conecteret nesciret (p. 150); compositum esse sine ullo artificio (p. 162).

Sed quid multa: quis enim est quin haec opprobria simillima esse eorum quibus in Minucianum eiusque sectatores Hermogenes invehitur, sponte intellegat; omnia ergo

---

[1]) Cf. Thiele, Herm. vol. 27 (1892) p. 15 not. 1. Hermag. p. 184 not. 1.

[2]) Blassii opinioni accedit etiam C. Th. Roessler, Dion. Hal. script. rhet. fragm. (Lips. 1873) 41 sq; quae contra Bl et R. profert H. Liers (J. f. Phil. 131 (1885) 582), eis mihi non persuadet: neque enim Hermogenem magnam tribuisse Dionysio Halicarnasseo auctoritatem crediderim, cuius semel obiter mentionem faciat: p. 342, 10 Sp. cf. Io. Sic. VI 352, 31. An. VII 1048, 25. Norden, Kunstprosa p. 80.

quae nostri aevi homo doctus in Aristidis opere agnovit vitia, ea non dubium est quin Hermogenes et in illius et in Minuciani aliorumque scriptis vituperarit. Si igitur Dionysium una cum Aristide laudatum, Dionysium inter eos enumeratum, qui cum male Demosthenem intellexerint, falsa de ideis protulerint, Dionysium denique ab Hermogene et impugnatum et exscriptum inveniemus, haec omnia de uno eodemque homine intellegere non iam dubitabimus. Deinde haec velim animadvertas. Dionysium si de formis scripsisse sumimus, ex hoc opere depromptum esse oportere fragmentum quod exhibet Marc. IV 190, 13, recte perspexit Blass p. 29; quod cum Halicarnaseo assignet Volkm. p. 111, ego Dionysio Hermogenis adversario tribuo; sed ipsa Marcellini verba appono: ταῦτα τὰ εἴδη Διονύσιος χαρακτῆρας καλεῖ, τὰ πανηγυρικά, ἠθικά παθητικά, συμβουλευτικά, μικτά. Praeterea hunc interpretis locum pertinere moneo ad Hermogenis verba stat. 137, 10, ubi genera et modos Minuciani refellit, quem docuisse genera haec cognovimus: πανηγυρικόν, δικανικόν, ἠθικόν, παθητικόν, μικτόν (cf. cap. II § 9 k). Ad verbum igitur fere consentiunt Dionysius et Minucianus. De voce χαρακτήρ = εἶδος cf. An. VI 35, 1. VII 166, 3. Marc. IV 185, 19.

Teneamus igitur Dionysium quendam fuisse aequalem Aristidis, Hermagorae, Minuciani; opus eius de formis oratoriis Hermogenem cum vituperasse tum in usum suum convertisse.

Eundem esse hunc Dionysium atque Aelium Dionysium Halicarnaseum musicum (cf. Suid.) coniectura est Eggeri l. c. p. LVII. Sed cum Io. Dox. p. 95 eum sicut Aristidem pauca praestitisse in expolienda artis doctrina, multum vero in orationibus conficiendis (δημιουργοὶ λόγων πολλῶν καὶ καλῶν: v. 6.) valuisse affirmet, ego eum esse conicio quem Philostratus vit. soph. I 22 laudat Dionysium, Lolliani et aequalem et contubernalem ex Isaei scholis profectum (p. 35, 14. 40, 13 ed. Kayser, Lips 1870).

In scholiis Demosthenis eius fit mentio semel: p. 71, 1 Ddf.

§ 13.

De Basilico.

Walzius in indice (Rhet. Graec. vol. IX p. 622) per errorem nominat Basiliscum quendam, cum cod. Venetus exhibeat

Βασιλικός; cf. Syr. II 180, 9 Rabe. Eadem falsa nominis forma utitur Tzetzes; cf. c. III § 12 d; locis V 498. VI 96 agitur de Basilio magno theologo; item VII 1118, 4 ex coniectura Theodori Gerber, 'quae in comment. a Greg. Cor. scriptis vetust. comment. vestigia deprehendi possint' (Kiliae 1891) p. 45. Deinde in indice typothetae errore positum est nomen Basilii ad locum VI 111, cum recte contextus praebeat Βασιλικός; de loco VI 435 iam egi; cf. c. I § 7.

Atque in universum cum delegare possim lectorem ad ea quae congessit Brzoska (Pauly-Wiss. III 97), pauca quibus mihi quam secutus sit Basilicus rhetorum familiam, illustrari videatur ascribo.

a) Syr. I 13, 1: οἶδε γὰρ καὶ Βασιλικὸν πρὸ ἑαυτοῦ γεγραφότα περὶ ἰδεῶν, οὐ μέντοι σὺν εὐκρινείᾳ καὶ τάξει τῇ ἀρίστῃ, — cf. c. I § 7. c. II § 8 A. c. III § 12 d.

b) Syr. I 13, 6: εἰς τοὺς ὑπομνηματίσαντας τῶν Δημοσθενικῶν λόγων ἐνίους ἀποτείνεται καὶ τὰς περὶ αὐτῶν θεωρίας φιλοτιμότερον ἐπεξεργασαμένους Βασιλικόν τε καὶ Ζήνωνα καὶ τοὺς ὁμοίους. cf. c. I § 7.

c) An. VII 930 sq. ex Lacharis sophistae opere commemorat Isocratem, Lollianum, Basilicum, Cornutum, Apsinem, h. e. inter Lollianum, quem veterum continuasse doctrinam supra cognovimus, et Cornutum Apsinemque, quos Hermogenis aspernatos esse auctoritatem iam diximus, Basilicum ponit. Cum Suida teste (s. v Βασιλικός) librum conscripserit περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς ἢ περὶ ἀσκήσεως, eum non artis doctrina, sed dicendi exercitatione oratorem fieri contendisse verisimile est[1]); cf. Io. Siceliotae (VI 95) iudicium de Dionysio et Aristide.

---

[1]) Cf. proll. VII 49, 6 ῥητορική ἐστιν ἄσκησις λόγου ἐν ἰσοσθενέσι τὸν ῥήτορα γυμνάζουσα ὑποθέσεσι; cui opinioni iam repugnat Philod. rhet. II 67 fr. III Sudhaus, ubi ad verba λέγειν σπανίως καὶ κακῶς ἐκ τοῦ λέγειν cf. Syr 4, 6: sophista quidam tempore Euagorae Athenis docuit discipulos λαλεῖν ἐκ τοῦ λαλεῖν.

Cap. IV.

De Syriano.

§ 14.

Quaenam intercedat ratio inter Syrianum et Minucianum Hermogenemque.

Syriani genuinum opus primus proposuit H. Rabe (edit. Lips. 1893), cuius partes a Walzio in quarti voluminis adnotationes relegatae difficile conquirebantur, cum ea quae in illius voluminis extant contextu posteriorum vel additamentis depravata vel neglegentia perturbata esse constet (cf. Walz, Rh. Gr. IV praef. p. VI).

Horum quae dicuntur Syriani in Hermogenis status scholiorum parvam partem esse scholia recte monuit K. Fuhr (DLZ 1894, 523). At si quis commentarium illum inde a pag. 56 perlustraverit, sibi esse in manibus inveniet librum plane perfectum et diligenter concinnatum et certa ratione compositum de statuum divisione, cuius haec fere est indoles:

nomen status: p. 61, 3. 97, 3 sq. 127, 18. 138, 11. 157, 18. 161, 25. 193, 6. 198, 2. 201, 23.

definitiones statuum

et Minuciani: 61; 8. 99, 1. 127, 22. 138, 13. 144, 2

et Hermogenis[1]: 61, 19. 97, 23. 128, 13. 139, 1. 144, 4.

Quae semper reiciuntur eaque de causa inde a pag. 147, 9 omittuntur.

Contra semper alia sequitur definitio ex auctoris sententia perfecta (ὅρος δὲ αὐτοῦ τελείως ἔχων κτλ): 62, 20. 99, 15. 129, 4. 139, 8. 144, 10. 147, 6. 148, 14. 153, 7. 157, 25. 162, 7. 193, 8. 195, 13. 198, 7. 202, 4.

Tum disseritur aut quo singuli gignantur modo status (129, 17. 198, 11) aut quam habeant proprietatem: 63, 2. 99, 19. 139, 11. 144, 14. 147, 11. 148, 17. 195, 16,

quo differat hic status ab aliis: 97, 20. 130, 13. 145, 2. 150, 5. 153, 11. 165, 12. 193, 22.

---

[1] Qua de causa hoc faciat, auctor prodit ipse p. 128, 21 sq.

genera aut modi statuum: 63, 6. 100, 6. 131, 8. 140, 8. 145, 9. 153, 17. 158, 13. 162, 10. 198, 21. 202, 18.

loci divisionis: 64, 9. 101, 1. 132, 8. 141, 1. 145, 10. 148, 3. 149, 5. 155, 18. 160, 26. 169, 16. 194, 17. 197, 11. 200, 20. 202, 14.

Nondum hanc totam illius libri indolem perspexit K. Fuhr, qui Syrianum confecisse censet commentarium ad Hermogenis respicientem verba; facile enim eum qui librum de statibus conscripsit a Syriano commentario suo subiectum saepius ex Minuciani pendere disciplina cognosces.

At ego nunc, ne longus sim, quatenus congruant Syrianus et Hermogenes, inquirere supersedeo, praesertim cum saepe in adnotationibus ad Hermogenis verba releget Rabe, contra quibus differant locis breviter exponam, ut manifestum fiat inde a pag. 56 non Hermogenis verba illustrari, sed alieni rhetoris de statibus doctrinam proferri.

a) Syr. II 56, 25 sq: quattuordecim docet status, cum translationem et praescriptionem per se esse status ponat; contra tredecim praebet Hermogenes, cf. c. II § 9 J.

b) — 61, 22: Hermogenis definitio improbatur et alia praedicatur melior.

c) — 63, 9 cf. 122, 4: fieri posse coniecturam simplicem imperfectam deficientem aut personarum circumstantia aut rerum contendit, cf. c. II § 9 x.

d) — 65, 21: quaestionem epilogicam in coniecturae locorum numerum non recipit; cf. 101, 3, 132, 12. 141, 10. 146, 15. 148, 8 156, 6. 194, 22. 197, 26. 202, 17. Contra Hst. 143, 6: (ὁ στοχασμὸς τοίνυν διαιρεῖται —) — ποιότητι κοινῇ. cf. c. II § 9 w.

e) — 66, 19: quinque habet praescriptivi modos, Hst. 143, 7 sq quattuor.

f) — 83, 12: alios colorum habet locos atque Hermogenes, (fortasse ex Minuciano), cuius doctrina (stat. 146, 26) sine nomine, sed cum laude (τεχνικωτέρα) affertur p. 83, 23.

g) — 97, 26: Hermogenis definitio repudiatur.

h) — 100, 7: duo finium simplicium enumerat genera; at Hst. 154, 29 unum docet.

i) — 131, 8. 9. 136, 1. 18: recedit in qualitatis absolutae

genererum terminis ab Hermogene, cf. stat. 158, 32. 159, 4. 160, 7. 19.

k) — 132, 10 sq. coll. Hst. 159, 7: in locorum ordine solum usque ad translationem consentit.

l) — 138. 143. 147. 148: qualitatis assumptivae status suis quemque locis separatim tractat, cf. c. II § 9 ee.

m) — 139, 4: Hermogenis definitionem repellit.

n) — 144, 5: fieri posse negat remotionem in rem, quam docet Hst. 140, 4.

o) — 147, 9: Hermogenis definitionem ut vitiosam omittit.

p) — 151: quibus de causis translationem non eo ponat loco quo Hermogenes docet.

q) — 162 sq: accurata status negotialis controversiarum disquisitio, fortasse ex Minuciano deprompta, non extat apud Hermogenem, cuius divisioni (stat. 164, 2) postquam paulum immutatam rettulit (p. 169, 16), aliam accuratiorem opponit (p. 171, 8 sq).

r) — 194, 17 sq: paucis locis differunt, cf. Hst. 168, 2.

s) — 196, 2: Hermogenis de legum contrariarum controversiis doctrinam improbat.

Praeterea cf.	197, 11 sq	— Hst.	169, 6 sq.
	200, 20	—	171, 21
	202, 14	—	173.

Etiam cum Minuciano consentit Syrianus.

A) — 63, 9: de coniectura imperfecta; cf. h. § litt. c.

B) — 129, 4: ea quam perfectam esse censet definitio ad Minuciani exemplar ficta est; cf. c. II § 9 q.

C) — 130, 13: etiam Minucianus quo differat qualitas absoluta a coniectura et a fine exposuit; cf. c. II § 9 bb.

D) — 138. 143 147. 148: eodem quem Sopatro teste (V 173, 23) Minucianus constituerat ordine assumptivae qualitatis status separatim tractantur; cf. c. II § 9 ee.

E) — 140, 13 sq: tres profert compensationis modos, qui generibus Minuciani respondent; cf. c. II § 9 ii.

F) — 161, 23: Minuciani definitionem Syriani auctori ante oculos fuisse apparet; cf. c. II § 9 p.

G) — 198, 24: de quattuor collectionis modis; cf. c. II § 9 mm.

Sed tamen est ubi recedit a Minuciani doctrina.

α) — 61, 10. 99, 4: Minuciani definitiones repellit.

β) — 101, 1: propositionem quam reicit Minucianus cum in locorum numerum recipit tum Minucianum qui inter finem atque narrationem affinitatem quandam intercedere docuerat impugnat; cf. c. II § 9 z.

γ) — 143, 16: thema de Archidamo subicit compensationi, quod Minucianus (teste Christoph. fol. 103 r, p. 247 Rabe) remotionis cum compensatione coniunctae exemplum esse censuerat; cf. An. VII 569, 17. Sulp. Vict. 345, 35.

δ) — 144, 10. 148, 14: alias remotionis et deprecationis praebet definitiones; cf. c. II § 9 kk. c. II § 9 r 3.

ε) — 147, 9: relationis definitionem tamquam mendosam omittit.

Quodsi cuius rhetoris librum de statibus in suum transtulerit librum Syrianus, quaerimus, a vero non aberrabimus, si illum fuisse contendimus et rhetorem et philosophum, cui soli eandem materiam esse rhetoricae verae et philosophiae pronuntiare conveniat (p. 156, 19); deinde ex laude Platonis (p. 173, 24. 180, 14) Platonicorum novae sectae illum se addixisse concludimus[1]). Tum facit ad hominem philosophiae studiis deditum, quod subtilitatem desiderat atque requirit in definitionibus et Minuciani et Hermogenis (p. 61 ,11. 128, 1. 138, 15. — 139, 5), quod terminorum nomina ex significatione derivare conatur (ὠνόμασται cf.: 61, 3. 66, 15 70, 5. 72, 21. 76,9. 81, 16. 82,22. 87, 3. 89, 11. 92, 24. 93, 7. 15. 94, 6. 101, 11. 102, 19. 106, 16. 117, 24. 119, 2. 120, 13. 125,1. 127, 18. 132, 25. 138, 11. 157, 18. 161, 25. 192, 20. 193, 6. 198, 2. 201, 23); quod modos esse praedicat, quae genera sunt aliis (p. 129, 18. 131, 22. 198, 22). Etiam illud observatione dignum videtur, quod definitiones statuum sua de sententia perfectorum ab iisdem semper facit incipientes verbis (ὁ δὲ τελείως ἔχων ὅρος — ἐστὶν οὗτος· — ἔστι στάσις πολιτικοῦ πράγματος τῶν ἐπὶ μέρους —: 62, 20. 99, 15. 129, 4. 139, 8. 144, 10. 147, 6. 148, 14. 153, 7. 157, 25. 162, 7. 193, 8. 195, 13. 198, 7. 202, 4.)

---

[1]) Quae dicit Rabe praef. p. VI: *philosophum autem Platonicum esse Hermogenis commentatorem unaquaeque fere pagina clamat*, non solum de Syriano, sed etiam de auctore eius intellegam.

Iam videmus virum doctum et rhetorem et philosophum[1]) conscripsisse librum de statibus, cum uteretur artibus et Minuciani et Hermogenis. Utriusque doctrinam, quamquam non satis acriter atque accurate eos artem rhetoricam tractasse contendit, ita in usum suum convertit, ut modo cum Minuciano, modo cum Hermogene faciat, modo aut utriusque verba conglutinet aut novam proferat doctrinam, quae cum ab illorum sententiis discedat, etiam post Hermogenem arti excolendae operam dedisse technicos prodit.

Haec quae exposui iam ex titulo quem Syrianus[2]) operi suo dedit subaudiri posse recte monuit Fuhr: σχόλια εἰς τὰ μέχρι στοχασμοῦ τῆς Ἑρμογένους τέχνης καὶ εἰς τὰς ιδ̄ στάσεις Συριανοῦ σοφιστοῦ, h. e. scholia in Hermogenis artem usque eo ubi incipit status coniecturalis, et commentatio de quattuordecim statibus, composita a Syriano sophista. Deinde quosnam in statibus enarrandis sequatur auctores, ipse prodit Syrianus (p. 56, 16)): μέχρι μὲν οὖν ἐνταῦθα τοῖς Ἑρμογένους ἀκολουθητέον τεχνικώτατα καὶ σαφέστατα εἰρημένοις· ἐπειδὴ δὲ τοὺς τῶν στάσεων ὅρους ὑπογραφικωτέρους μᾶλλον ἤπερ τελείως ἔχοντας ἀποδέδωκεν, ἀναγκαῖον ἂν εἴη πρὸς τὰ λοιπὰ τοὺς ἀρίστους φιλοσόφους Εὐαγόραν τε καὶ Ἀκύλαν μεταγενεστέρους μὲν ὄντας, ἐπιστημονικώτατα δὲ περὶ τούτων διεξελθόντας συλλήπτορας ἡμῖν τῆς ἀκριβοῦς περὶ τῶν στάσεων γνώσεως γίνεσθαι παρακαλεῖν.

Ergo Syrianus ex duorum eiusdem ingenii atque sectae philosophorum operibus suum conflavit opus, nisi, quod ego mox probabo, unum praecipue ita sequitur auctorem, ut ex altero aliqua immisceat alterius doctrinae.

§ 15.

De Euagora et Aquila[3])

admodum pauca tradita habemus.

Syr II 35, 1: ad exemplum Minuciani thema de luxurioso cuius pater non comparuit, coniecturae esse deficientis rerum circumstantia docent; cf. II § 9 x.

---

[1]) Philosophos novae Platonicorum sectae artis rhetoricae studia non neglexisse etiam W. Schmid (Rh. M. 49, (1894). 133) monuit.

[2]) Fuhr l. c.: „*der handschriftliche Titel, der wohl von ihm selbst stammt*".

[3]) De Aquila cf. Brzoska, Pauly-Wiss. II 314.

— 41, 11: in asystatorum numero augendo terminos ab Hermogene positos egressi sunt.

— 55, 6 quattuordecim eos induxisse[1]) status refert. cf. c. IV § 14 a. Rh. Gr. VI 31. V 231. cod. Par. suppl. gr. 125 fol. 115[2]). Matth. Cam. VI 606, 25: περὶ διαιρέσεως τῶν δεκατεσσάρων στάσεων, quod minime mutandum est in δεκατριῶν[3]): aeque enim atque Syrianus p. 55, 5 falso assignat Hermogeni quattuordecim status Matth. Cam.[4]).

— 56, 21: supra exscripsi.

— 60, 24: cf. c. II § 9 B.

De Aquila solo tradita sunt haec:

— 37, 26: in controversia diiudicanda,

— 39, 7: in terminorum usu recedit ab Hermogene.

— 43, 13: alia controversiarum genera profert atque Minucianus.

— 50, 23: in quorundam terminorum usu diversus est a Minuciano.

De Euagora solo haec accepimus:

— 3, 23 sq.: cum libro de statibus inscripserit περὶ τῶν στάσεων πραγματεία, Hermogenis de titulis se probare sententiam ipse declarat. cf. c. II § 9 hh.

proll. VII 12, 20. 13, 3 sq: οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐαγόραν — πέντε εἶπον εἶναι ῥητορικάς· τὴν μὲν σύνδρομον τῇ φιλοσοφίᾳ, ἣν ὡρίζοντο ἐπιστήμην τοῦ εὖ λέγειν.

Quod rhetoricam scientiam esse contendit, in philosopho nihil habet offensionis.

Omnibus his ea comprobantur quae iam cognovimus, Minuciani Hermogenisque doctrinas ab illis aut impugnatas aut probatas aut immutatas aut excultas esse.

Aquila quem laudat Suidas num idem sit existimandus atque is quem Hermogenis interpretes commemorant necne, cum in medio relinquat Brzoska, ego nullus dubito. Refert enim Suidas: Ἀκύλας, φιλόσοφος, σχόλια λογικὰ γεγραφὼς περὶ

---

[1]) Qua de causa pares eos esse iudicat Archytae atque Aristoteli Syr. II 58, 23 sq.

[2]) Cf. Omont, Inventaire p. 16.

[3]) Cf. Piderit, Z. f. d. Alt. Wiss. (VIII (1841) 1100).

[4]) De quarto decimo Harpocrationis statu cf. An. VII 563, 20 sq.

συλλογισμοῦ; quocum cf. quae exhibet Nilus in fol. 35 r (antecedunt verba καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐκμετρούμενον = VII 396, 19): διασαφήσω δὲ ἐγὼ τὸ τρίτον καὶ τέταρτον σημαινόμενον. ὅρος λέγεται, ὡς ἔφαμεν, παρὰ τοῖς φιλοσόφοις. ὥς φησιν ὁ Ἀκύλας, τὸ μέρος τῆς προτάσεως τοῦ συλλογισμοῦ· οἷον ὁ ἄνθρωπος ζῶον, τὸ ζῶον ἔμψυχον, ἔμψυχος ἄρα ὁ ἄνθρωπος. ἐν τούτῳ τῷ συλλογισμῷ μία πρότασίς ἐστι, τὸ ἄνθρωπος ζῶον, μέρος δὲ τῆς (fol. 35 v) προτάσεως τὸ ἄνθρωπος καὶ πάλιν ἕτερον μέρος τὸ ζῶον· τούτων οὖν ἑκάτερον ἰδίᾳ λέγεται ὅρος. λέγεται ὅρος τὸ τέταρτον σημεῖον ὁ διαλεκτικός, ὁ δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος· πρὸς δὲ τούτοις κτλ. = VII 396, 20.

Suid. s. v.: Εὐαγόρας Λίνδιος, ἱστορικός, ἔγραψε — τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις πέντε.

Ad hunc Euagoram solum locum proll. VII 12 pertinere putat Bernhardy in Suidae editione, hac ni fallor causa permotus, quod cuius in scholiis extet nomen, Hermogenis eum scripta interpretatum esse putat; nihil autem Suidas de eius in Hermogenem commentariis refert. At nos cum quae Syriani dicuntur in Hermogenem scholia maxima ex parte librum de statibus ab Hermogenis auctoritate saepe alienum esse cognoverimus, eundem esse censebimus Syriani et Suidae Euagoram.

Syrianus suam de statibus doctrinam haurire se ex libris simulat Euagorae et Aquilae [1]), quos nominat p. 128, 13, plurium verborum circuitu ostendit aliis locis: οἱ τὴν ἀρίστην τῶν στάσεων ποιησάμενοι διαίρεσιν p. 127, 17; οἱ τεχνικώτερον διεξιόντες 127, 7; οἱ μεταγενέστεροι (cf. p. 56, 21) σὺν φιλοσοφίᾳ τοὺς περὶ τῶν στάσεων διεξελθόντες λόγους 151, 14; οἱ τῶν τεχνογράφων ἄριστοι 161, 22.

Neque tamen hoc ita esse crediderim consideratis locis p. 62, 26: προσθεὶς τὸ πολιτικοῦ πράγματος τῶν ἄλλων αὐτὴν ἐχώρισε στάσεων; p. 63, 1: προσθεὶς τὸ ἐπὶ μέρους ἐχώρισεν αὐτὰς τῶν καθόλου. τὸ δὲ τοῦ στοχασμοῦ ἴδιον προσθεὶς τῶν ὁμογενῶν αὐτὸν χωρίζει στάσεων. Quemnam illum esse putabimus qui aliquid addiderit quo hunc statum seiungeret ab aliis? nempe eum qui quam modo ut perfectam induxit defi-

[1]) Cui fidem habet Fuhr l. c: *die στάσεις selbst erörtert er, allerdings mit Berücksichtigung des Hermogenes, im Anschluss an Euagoras und Aquila.*

nitionem invenit. Syrianus igitur neque hanc definitionem invenit et unum sequitur auctorem. Iam vero cum omnes quas Syrianus profert statuum definitiones ab eisdem incipiant verbis, ex eiusdem viri docti ingenio se esse ortas quasi ipsae produnt (cf. 62, 20. 99, 15. 129, 4. 139, 8. 144, 10. 147, 6. 148, 14. 153, 7. 157, 25. 162, 7. 193, 8. 195, 13. 198, 7. 202, 4). Unius igitur auctoris praecipue verba in suum transfert librum Syrianus.

Itaque si tamen Syrianus duos illos rhetores fontes suos esse contendit (p. 56, 20. 127, 7. 17. 128, 23. 151, 14. 161, 22), etiam in ea operis parte quae exhibet scholia in Hermogenem (p. 1—54), non, si una laudantur Euagoras Aquilaque, hos duos ante oculos habuisse putandus est. — 35, 1: ex utro fonte hoc hauserit, diiudicari non potest, cum thema de luxurioso a technicis in coniectura tractanda afferri soleat. cf. Hst. 150, 2. Fort. 90, 19. — 41, 22 cum dicat ἔνιοι-ῶν, apparet hoc loco eum non ex libro sed e memoria illos rhetores laudare.

Omissis igitur his locis dubiis Euagoras in scholiis nusquam una cum Aquila inducitur; contra ex locis p. 43, 13. 50, 23 Syriano solum Aquilam Minuciani doctrinam impugnantem in manibus fuisse apparet. Quas difficultates hoc uno modo solvere ausim: Syrianus priore in parte (p. 1—54) multis hausit ex auctoribus, maxime ex Aquila, Euagora (cf. p. 3, 23), Porphyrio (p. 14, 9), aliis quorum nomina reticet. Postea inde a pag. 56, 16[1]) quamquam Euagorae de statibus quattuordecim disputationem operi suo ut fundamentum subicit, tamen Aquilae nomen una cum Euagora laudare pergit.

p. 55—56, 15, cum discrepent inter se quae inveniuntur in p. 55, 14 et 152, 4, non ex Euagorae ingenio orta, sed a Syriano ut scholia et Euagorae librum conecteret, videntur esse composita.

Opinioni modo prolatae auctoritatem praebent nova Aquilae fragmenta:

Nil. fol. 39 r (antecedunt verba: ἡ προβολὴ κυρίως τὸ συνέχον = Sop. V 151, 15). ὁ δὲ ἀνεπίγραφος προβολή<ν> φησι κεκλῆσθαι διὰ τὸ προτετάχθαι καὶ προβεβλῆσθαι τῶν κεφαλαίων. ὁ δ'

---

[1]) Accurata statuum divisio incipit demum inde a p. 61, 3.

Ακύλας ἐκ τῆς προβολῆς τοῦ ὀνόματος· καὶ πιστοῦται ἐκ τοῦ τὸν ῥήτορα ἐν τῷ κατὰ Μειδίου καλέσαι αὐτὴν προβολήν. ἐπεκράτησε γὰρ ἐκ τούτου λέγεσθαι οὕτως. Euagoram quoque propositionis etymologiam praebere similem et Demosthenis orationem in Midiam habitam proferre animadvertas. cf. Syr. II 101, 11 sq.

Nil. fol. 70 r (ad Hst. 154, 23): δεύτερον κεφάλαιόν φησιν ὁ Ἀκύλας, ὅτι ἡ γνώμη τάξιν ἐπέχει χρώματος. ἑκατέρου γὰρ τῶν ἀντιδίκων τὴν γνώμην τοῦ ἐναντίου ἀνατρέποντος καὶ τὴν οἰκείαν εἰσάγοντος ὥσπερ χρῶμα εὑρίσκεται. δεῖ δέ φησιν, ἐπειδὴ πολλάκις ἀπορεῖ ὁ εἷς τῶν ἀντιδίκων οἰκείαν γνώμην εἰσενεγκεῖν, κεχρῆσθαι παραγραφικῷ λέγοντα, ὅτι περιττὸν ποιεῖ ἐῶν τὸ προκείμενον καὶ γνώμας ἐρευνῶν· ὁ γὰρ τὸ κενοτάφιον διορύξας ἀπορῶν γνώμην εὔλογον ἀποδοῦναι μεθ' ἧς ὤρυξε χρήσεται τῷ παραγραφικῷ. Nihil ad hanc doctrinam facit in Syriani libro; nam eo qui simile quoddam praebet loco non de eorum qui apud iudices litigant (cf. Hst. 154, 23 sq.), sed de legislatoris voluntate agitur.

Nil. fol. 98 r (ad Hst. 158, 1; antecedunt verba: ὅλως ἀδίκημα = VII 496, 5): οὐ γὰρ τὸ πεπραγμένον ὑπεύθυνον ἵνα πρὸς ἕτερα παραθῇ. Ἀκύλας δὲ ἀξιοῖ αὐτὸ ἐμπίπτειν λέγων, ὅτι δυνατὸν καὶ τὸ μὴ ὂν ὑπεύθυνον πρὸς ἕτερα παρατιθέναι ὡς ἐπὶ τοῦ ζωγράφου· λέξει γάρ, ὅτι μεῖζον τοῦ προδοῦναι τὰς ναῦς τὸ ἐν σπάνῃ καταστῆσαι τὴν πόλιν. Item Euagoras comparationem usurpari posse docet et ab accusatore et a reo (cf. Syr. II 134, 2 sq.).

Sed vereor ne quis mihi opponat illud quod supra exscripsi Aquilae fragmentum (Nil. fol. 35 r), quod maiorem cum Syriani verbis (p. 97, 3 sq.) affinitatem prae se ferat, quam ut illum Syriani locum ex Aquila pendere negari possit. Cui respondeo illum locum quo quid significare possit finis disseritur, desiderari posse in libro de statibus composito[1]); deinde illud quod affert Nilus fragmentum ex opere quodam de syllogismis depromptum esse cognovimus. Ergo Syrianum hoc

---

[1]) Tale quid iam sensit Minas, qui cod. 727, 68 r asterisco post ἐκμετρούμενον (= VII 396, 19. Nil. fol. 35 v) posito haec profert in adnotatione: μετὰ τὸ ἐκμετρούμενον ἕπεται ἐν τῷ ἀντιγρ. παρένθετα ἄλλου τινὸς καὶ οὐχὶ τοῦ σχολιαστοῦ· λέγει γάρ· διασαφήσω κτλ. usque ad πράγματος. ταῦτα οὐδὲν ἄλλο ἢ ἑρμήνεια δῆθεν τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου σημαινομένου, ἅπερ ἦν ὁ ὀνοματώδης ὁρισμὸς τοῦ ὅρου κατὰ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην.

loco ex Aquila hausisse concedo, sed non ex arte eius rhetorica. Itaque etiam his concessis ea quam supra confirmavimus sententia, in statibus disserendis Euagorae vestigia premere Syrianum, nullo modo infringitur.

Quod attinet ad Euagorae et Aquilae aetatem, non ante annum 250 eos floruisse coniecerim[1].

Iam nonnulla verba faciam oportet de status negotialis apud Syrianum dispositione, cum quanam ratione et Minucianum et Hermogenem suum in usum verterit Euagoras, hac occasione demonstrari possit. Sequitur post usitatam definitionem (p. 162, 7) divisio negotialis in modos rationalem et legalem (cf. c. II § 9 M) una cum iudicio quodam de Hermogene qui haec docet (stat. 164, 2): ἔγγραφος μὲν ἡ ἀπὸ ῥητοῦ τὸ ζήτημα ἔχουσα; quocum cf. schol. Apth. II 674, 25 sq: — διδάσκει Ἑρμογένης ἐν τῷ περὶ στάσεων, ἐν οἷς φησιν, ὅτι ἔγγραφος μὲν ἡ ἀπὸ ῥητοῦ τὴν ζήτησιν ἔχουσα, δεῖ δὲ προσθεῖναι καὶ περὶ ῥητόν. Sop. IV 724, 4. Max. Pl. V 336, 27[2]; cf. V 187, 24. 26. VII 593, 29 sq. 594, 7[3]. Verba περὶ ῥητόν ut Hermogenis verbis adderentur, iam paulo post Hermogenis libros editos videntur proposuisse viri docti, cum iam Euagoras ad hanc normam suam fingat doctrinam: ἡ μὲν ἔγγραφος ἀπὸ ῥητοῦ τινος καὶ περὶ ῥητὸν ἔχει τὴν ἐξέτασιν (p. 162, 11). Porro si quis in eo qui iam sequitur impetu in eos qui genera statuum esse docent quae differentiae controversiarum existimandae sint, eorum meminerit de quibus iam disserui (cf. p. 131, 22. 140, 12. 198, 21. 201, 20 coll. cap. II § 9 D, ii, mm), non iam quae enumerantur septem controversiarum differentiae quin secundum Minuciani exemplum constitutae sint dubitabit. Deinde quonam ab aliis hic differat status, disseritur, quod Minuciani et Euagorae proprium esse iam diximus (p. 165, 12 sq. cf. 97, 20. 130, 13. 145, 2. 150, 5. 153, 11. 193, 22. cap. II § 9 bb. cap. IV § 14 C). Tum p. 169, 17 sq. quinque divisionis locos exhibet Hermogenem secutus (cf. progymn. p. 11, 8 Sp.)[4]; tum postquam breviter de praeparatione et

[1]) Cf. Graeven, Corn. Praef. p. XXIX.

[2]) Omnes eundem auctorem videntur sequi.

[3]) Cf. c. VI § 18 aa.

[4]) Quinque Hermogenis locos praebet etiam pag. 91, 17 sq. coll. Hst. 164, 2.

narratione exposuit (p. 170, 14 — 171, 2), iterum locos (τελικὰ κεφάλαια) recenset tres, quos in alios decem partitur[1]). At talia faciunt neque ad quinque locos modo constitutos neque ad eam quam Hermogenes praebet locorum seriem.

Syr. II 171, 8 sq.	Hst. 164, 10 sq.
νόμιμον	νόμιμον
δίκαιον	ἔθος v. 13
ἔθος	δίκαιον 22
χρήσιμον	χρήσιμον 26
ἀναγκαῖον	ἀναγκαῖον 27
δυνατόν	οὐ χαλεπόν 165, 6.
ῥᾴδιον	ἀναγκαῖον 8
ἐκβησόμενον	ῥᾴδιον 11
πρέπον	ἔνδοξον 28
ἔνδοξον	ἐκβησόμενον 166, 4.

Apparet igitur post sententias et Minuciani et Hermogenis prolatas nunc suam inferre Euagoram doctrinam, quae quamvis sit Hermogenianae similis, tamen paucis differt. Eosdem tres locos invenies apud Syrianum p. 84, 21. 89, 16; (cf. schol. Apth. II 672, 30 = An. VII 590, 18 = Max. Plan. V 335, 25. 335, 3 sq. Sop. V 31, 19 sq. cf. 32, 21. 33, 11.)

Suida teste Euagoras artem rhetoricam quinque libris absolvit. A Syriano II 3, 25 laudatur eius στάσεων πραγματεία; p. 198, 18 quae antecedunt appellantur διαίρεσις στάσεων. Unde Euagorae librum inscriptum fuisse colligo περὶ στάσεων. Iam si ab Hermogene impugnatum esse tenemus Minucianum propter artis titulum libro de statibus datum (cf. c. II § 9 hh), si hac de causa hunc titulum multos abrogasse technicos operi totius rhetoricae partem continenti consideramus, denique si hunc Euagorae de statibus tractatum unum fuisse ex quinque totius artis libris conicimus, quinque libris Euagoram easdem atque Hermogenem[2]) enarrasse materias, praeexercitamenta scilicet, status, inventionem, formas, methodum concludamus oportet.

Quae alio Syriani loco confirmatur opinio: p. 171, 4: ἐν προγυμνάσμασιν ἡμῖν εἴρηται. Quae cum non possint esse Her-

[1]) Volkm. p. 302.

[2]) Cuius opus appellat πεντάβιβλον Tzetz. chil. 6, 751. 11, 259.

mogenis praeexercitamenta, in quibus tres illi loci non inveniuntur (cf. p. 11, 8. 18, 8. 27), restat, ut hoc loco eius quem exscribit Syrianus, h. e. Euagorae intellegenda esse praeexercitamenta concludamus, praesertim cum Syrianum in Hermogenis praeexercitamenta commentarium scripsisse traditum non sit.

His constitutis etiam quae in praeexercitamentis protulerit Euagoras coniectura assequi licet. Ut enim Minucianum in arte de multis quaestionibus, quibus de artis rhetoricae natura atque indole instruatur discipulus disputasse cognovimus, ut de civili quaestione (cf. c. II § 9 b), de oratoris officiis (c II § 9 a), de controversiarum generibus et modis (cf. c. II § 9 k), de generibus rhetoricae (cf. c. II § 9 a), ita talia ab Hermogene consilio neglegi comperimus. Porro Syrianus refert (p. 171, 4): ἐν προγυμνάσμασιν ἡμῖν εἴρηται, εἴγε καὶ τρία τῆς ῥητορικῆς ἔγνωμεν εἴδη. Quae tria rhetoricae genera ubi tractasse Euagoram censebimus? Nimirum in praeexercitamentis. Euagoras igitur quaestiones illas discipuli instruendi causa tractatas, quas Hermogenis auctoritatem secutus in librum de statibus confectum non recepit, ne omnino neglegerentur in praeexercitamenta relegavit.

Contra Aquilae in Minucianum opprobria ad tales pertinere quaestiones cognovimus (cf. supra p. 65). Itaque cum Aquilam de eiusmodi quaestionibus disputasse necesse sit, ad Minuciani impugnati exemplum suum confecisse Aquilam librum de arte rhetorica concludimus.

Cap. V.

De Sopatro.

§ 16.

Quae intercedat ratio inter Sopatrum et Minucianum Hermogenemque.

Iam accedamus ad Sopatri (Rhet. Graec. V 1—212) commentarium, cuius exordium (p. 1—17) postea tractandum

nunc praeterimus. Hac quoque in causa omnes quibus cum Hermogene consentit Sopater locos notare supersedens de eis disputabo quibus Hermogenis doctrinam aut reicit aut corrigit.

— 30, 24 sq.: Hermogenis doctrinam (stat. 133, 18) impugnat et postquam omnes qui ei extiterunt defensores confutavit (cf. p. 31, 18. 32, 3. 20. 33, 1. 11), errasse Hermogenem contendit: λείπεται τοίνυν ἐπταῖσθαι τὸν ὅρον καὶ ἐκ προσθήκης ἰᾶσθαι δύνασθαι 33, 27.

— 51, 28 sq.: vituperat eum, quod personarum materias omiserit (ἐκλέλοιπεν τὴν ἑκάστου ὕλην 51, 30) et rerum differentiae sit ignarus (v. 31); contra suam profert opinionem.

— 74, 23: increpat eum propter vocem πρόβλημα pro ζήτημα usurpatam; cf. 84, 2. Marc. IV 138, 18.

— 74, 30 sq.: vituperat eum, quod elocutionem secundum controversiae genus instituendam esse docuerit; cf. Hst. 137, 10.

— 85, 10 sq.: definitio coniecturae percensetur; cf. sent. contr. 2.

— 90, 9: verba stat. 139, 2 supervacua esse censet.

— 91, 7: negotialis definitionem imperfectam esse contendit (cf. ἀτελῶς σφόδρα v. 7; οὐκ ἀκριβῶς v. 12. 23) et aliam inducit perfectam (p. 92, 15).

— 94, 20: idem iudicat de qualitatis absolutae definitione.

— 106, 10 sq. (cf. 103, 10): invehitur in verba Hermogenis stat. 141, 6 cf. c. II § 9 H; s.

— 108, 21 cf. 111, 9: quod tertium ambiguitatis modum neglexerit obiurgatur.

— 108, 28: mendi arguitur, quod asystato usus sit in statu illustrando.

— 109, 29: doctrina eius de translatione suppletur; cf. 110, 9.

— 118, 24: (legendum est: ἔλαθε δὲ αὐτὸν ὁ τεχνικός pro ἔλαβε) ipsum erroris coarguisse se demonstrat Hermogenem, cum Minucianum de coniectura imperfecta impugnaret.

— 122, 28: quattuor Hermogenis praescriptiva duo esse ostendit.

— 125, 19: invehitur in stat. 143, 27.

— 131, 1: quod iuventutem et divitias laudi tribuerit, carpitur Hermogenes.

— 131, 12: τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους — ηὕρηται — δέ ποτε καὶ μόνου τοῦ φεύγοντος

contra Hst. 145, 31: μόνου δὲ τοῦ φεύγοντος γενέσθαι τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀδύνατον.

— 135, 6: arguit eum inscientiae (ad stat. 147, 1 cf. 192, 2 ad stat. 166, 20).

— 141, 2: Hermogenis doctrinam supplet.

— 159, 8 sq: quod confuse docuerit et definitionem ab accusatoris parte constituerit, vituperatur Hermogenes.

— 141, 30: qualitatis absolutae genera quae Hst. 161, 11 enumerare consilio praetermiserat, inducit recens a se ficta (καινοτομηθέντες: p. 172, 15).

— 209, 14: vituperantur verba ἀντιθέσει ἔστιν ὅτε (p. 171, 23), semper enim unam ex assumptivis incidere.

Praeterea cf. 178, 18 ad Hst. 162, 6.
188, 28 — 164, 23.
189, 27 — 165, 6.

Accedit quod cum his in Hermogenem obiurgiis interdum laus Minuciani coniungitur. Is quem iam tetigi locus p. 51, 28 sq ita desinit, ut eas quas rixarum cupidus sibi excogitaverit Hermogenes differentias meras esse nugas Sopater contendat (p. 55, 16 sq); deinde Hermogenis rationes cadere, contra valere causam Minuciani declarat: p. 57, 6 sq. cf. c. II § 9 e; x.

— 121, 24: reprehenditur Hermogenes propter locorum coniecturae ordinem (stat. 143, 5), cui praefertur ordo Minuciani aliorumque (p. 122, 6) cf. c. II § 9 v.

Itaque Sopatrum saepius facere cum Minuciano non mirabimur.

— 57, 23 sq: asystata et quae consistunt controversias eadem discernit ratione per αἴτιον, συνέχον, κρινόμενον, cf. 61, 28. 69, 31. 77, 29. 84, 9. 158, 19. 197, 31. cap. II § 9 f.

— 85, 23, cf. 91, 25. 139, 33. 146, 7: de coniectura admirabili cf. c. II § 9 y.

— 98, 7 sq: technicum errare se sentire contendit et exponit secundum Minucianum, quo differant remotio et deprecatio (v. 27), cf. cap. II § 9 kk.

— 122, 21: qualitatem (propriam scilicet) et voluntatem adnumerat conclusioni, cf. c. II § 9 w.

— 159, 13: status ab accusati parte esse cognoscendos docet, cf. c. II § 8 B2.

— 163, 23: assumptivum in qualitate absoluta deficere potest, cf. c. II § 9 cc.

— 205, 25: ebrietas filii facit statum deprecationis, cf. Min. ap. An. VII 203, 11 sq.

Accedit quod nonnullis locis Sopater ad Minucianum videtur respicere:

— 75, 12: quattuor controversiarum profert genera Minuciani modis similia, cf. c. II § 9 k.

— 75, 31: quattuor enumerantur modi quinque Minuciani generibus similes, cf. c. II § 9 k.

— 77, 28: status esse dicitur τοῦ ἢ πεπρᾶχθαι ἢ κληθῆναι ἢ ποιότητος ἐξέτασις; at eadem significant haec verba atque ὕπαρξις, ἰδιότης, ποιότης: 83, 18. 84, 21. 85, 27. 117, 15. Cum idem esse constet ὕπαρξις atque στοχασμός (cf. V 30, 25. 31, 5. IV 74, 16. 218, 2. 305, 28) et ἰδιότης atque ὅρος, iam coll. eis quae exposui in c. II § 9 o illam ex Minuciani doctrina pendere definitionem coniciam.

Nonnulla ex quibus Syriani auctorem philosophiae quoque operam dedisse conclusimus indicia etiam in Sopatri commentario inveniuntur: non solum quo singuli differant[1]) status explicat, sed etiam quid habeant commune[2]); ut ille (cf. supra p. 63) quae genera esse negavit, modorum nomine ornat (p. 171, 4. 178, 32).

Unde tertii p. Chr. saeculi auctorem Sopatri commentario subesse suspicor.

Attamen cum quae consideravimus ad auctorem nos relegent, qui cum Hermogenem impugnaret tum Minuciano opitularetur, alius generis scriptorem quendam produnt quae nunc proponemus. Non solum enim Hermogenes magnis effertur laudibus (cf. καλῶς 25, 18. 63, 14. 71, 20. 85, 11.

---

[1]) 64, 4. 29. 67, 29. 70, 26. 71, 3. 89, 24. 91, 21. 30. 92, 13. 30. 93, 9. 95, 3. 8. 18. 96, 6. 27. 99, 5. 13. 19. 100, 5. 19. 30. 110, 15. 113, 18. 26. 114, 12. 28. 116, 6. 15. 26. 123, 1. 133, 12. 151, 29. 160, 3. 27. 166, 4. 174, 4. 192, 36. 207, 9. 17.

[2]) 64, 1. 27. 67, 27. 88, 29. 92, 31. 93, 6. 94, 24. 95, 21. 96, 11. 98, 29. 99, 8. 100, 13. 23. 28. 101, 7. 113, 4. 23. 114, 5. 25. 116, 3. 18. 117. 13. cf. 70, 25. 71, 2. 72, 21. 74, 17.

103, 1. 13. 108, 19. 131, 5. 133, 25 etc. καλῶς πάνυ 88, 9. 197, 17. ἱκανῶς 196, 18. εἰκότως 67,18. προσηκόντως 71,20) sed evenit etiam, ut doctrina Minuciani reiciatur, Hermogenis probetur:

— 151, 17: in quaestione utrum propositio an definitio primus status finitivi sit locus, Hermogenem sequitur, cf. c. II § 9 z.

— 178, 25: Minuciani de tribus assumptivae qualitatis generibus doctrinam improbat, cf. c. II § 9 ii.

In scholasticorum de Hermogenis doctrina rixis cum etiam defensores eius extitisse clarum sit (cf. οἱ ἀπολογούμενοι περὶ αὐτοῦ V 118, 30), ad unum ex illis ea quae modo exposui pertinere censeo.

Elucet igitur praeter alios quos nunc non curamus, usum esse Sopatrum scriptis duorum rhetorum, quorum alterum Minuciano contra Hermogenem opem tulisse, alterum Hermogenis fautorem fuisse cognovimus.

Atque duo hoc modo in unum coisse corpora quae probent indicia inveniri possunt:

p. 76, 13: Minuciani etymologia verbi στάσις exhibetur quam

p. 77, 12 coniunctam cum aliis repetitam reperies.

p. 159, 26 nonnullos technicos tria status finitivi[1]) genera docuisse refert; quae tamen non genera sed qualitates esse existimanda (p. 160, 2), itaque illis nugis omissis certa proferenda esse de fine (v. 11). Iam si eiusmodi genera non ex locorum, sed controversiarum differentia orta in Minuciani arte extitisse (cf. c. II § 9 ii; mm) meminerimus, eum qui talia neglegit Hermogenis esse sectatorem censebimus. Ergo iam Hermogenis de quibus agit Sopater verba (stat. 154, 22 sq.) accurate explicatum iri expectamus. Quod non solum non evenit, sed inducuntur tria genera (Sop. V 160, 12 sq.), quae ex Hermogenis norma omnino genera putanda non sunt nec a qualitatibus modo (p. 160, 2) reiectis quicquam differunt. Ergo usque ad p. 160, 12 Sopater auctorem sequitur qui genera ad Minuciani morem inventa improbat,

---

[1]) Pro λόγου legendum est ὅρου coll. schol. IV 578, 30.

inde a versu 12 alius subest auctor qui eiusmodi genera admittit.

p. 175, 12—32 et 176, 1—12: de eadem agitur materia. Plane duorum auctorum perlucent vestigia in p. 197 (ad Hst. 168, 2), ubi v. 17 Hermogenes laudatur (καλῶς), v. 22 vituperatur (κακῶς), quae iudicia secum pugnantia leviter consuta sunt verbis: εἰδέναι δὲ καὶ τοῦτο χρή (v. 21).

At ego quisnam sit ille auctor Hermogenis defensor inquirere nunc non curo, Minuciani patronum investigabo[1]).

§ 17.

De Porphyrio.

Quasdam prooemii (p. 1—17) partes per Porphyrium saepius laudatum ad Sopatrum esse delatas postquam coniecit A. Gercke (Hermae vol. 32 (1897) 344), iam non prooemio solum, sed toti Sopatri commentario opus quoddam Porphyrii subesse comprobare possum.

p. 9, 1 sq.: ζητοῦσί τινες πρῶτον, τί δήποτε τέχνην ῥητορικὴν ἐπιγράψας τὸ βιβλίον — ; talem in modum cum opus suum non inscripserit Hermogenes, Minucianum vero libro de statibus artis nomen indidisse cognoverimus (cf. c. II § 9 hh), illa verba in ea Minuciani extitisse suspicor defensione quam commemorat Sopater (v. 14) ὁ δὲ Πορφύριος ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ Μινουκιανοῦ τὸ αὐτὸ ἔγκλημα ἐγκαλουμένου —; haec argumenta pro Minuciano a Porphyrio prolata etiam quibus defendatur Hermogenes apta videntur: ταύτην τὴν ἀπολογίαν προτείνεται, ἥτις καὶ ὑπὲρ Ἑρμογένους ἁρμόσει λέγεσθαι v. 18; deinde cum per Suidam (s. v. Πορφύριος) Porphyrium commentarium confecisse doceamur εἰς τὴν Μινουκιανοῦ τέχνην, non dubitabimus statuere conscripsisse Porphyrium commentarium in Minuciani artem, in quo quae ab Hermogene contra illum prolata erant ita refutare studeret, ut cum defensione impetus in Hermogenem coniungeret. Quem

---

[1]) Liceat hoc loco adnotare praeter alios usum esse Sopatrum Menandro; quod non solum apparet ex fragmento Menandri per Christophorum servato (fol. 102 v = V 101, 14 sq), sed etiam verisimile est coll. Sop. V 132, 7 cum schol. Demosth. p. 388, 2 sq. Ddf., quae maxima ex parte ad Menandrum redeunt.

commentarium[1]) a Sopatro in suum opus esse translatum certum est, etsi in singulis quid debeat Porphyrio dispici iam non potest[2]).

Iam consideremus Porphyrium esse aequalem Euagorae Aquilaeque et rhetorem et philosophum Platonicum atque Suida (s. v. Λογγῖνος) teste e schola Longini prodiisse, quem Hermogenis auctoritatem non agnoscere affirmat Graeven, Corn. praef. p. XXVI.

Pauca addam de p. 78, 28—83, 29, quibus se Sopater methodum a se inventam proferre affirmat. Sed ex huius ingenio eam natam esse, si quis ea quae p. 8, 16. 68, 19 nugatur expenderit, vix credet. Ergo illud ἐπινενόηται ἡμῖν (p. 79, 6) ad eum quem excussit pertinet auctorem, quem in statibus fingendis modo ad Minucianum modo ad Hermogenem respexisse modo utrumque correxisse, si eos perlegeris, intelleges. Sed ad Porphyrium non referendam esse hanc methodum coll. p. 81, 17 sq. cum An. VII 203, 22 sq. apparet.

In fine liceat adiungere Porphyrii fragmentum adhuc ineditum quod exhibet Nilus in fol. 170 v (antecedit fragmentum Eustathii cf. c. VI § 18 cc): καὶ ὁ Πορφύριος ἔλεγεν, ὅτι ἡ ἀντινομία ἀπὸ δύο ῥητῶν κεκυρωμένων θέλει εἶναι (sequitur fragmentum Epiphanii cf. c. VI § 22 b).

---

[1]) Praeter Menandrum et Porphyrium in Minuciani artem confecit commentarium Pancratius quidam (Suid. s. v.). Quem omnino alias ignotum si Pro aeresii sub Iuliano florentis (Suid. s. v. Προαιρέσιος) patrem esse ponimus, sub Constantino eum fuisse coniectabimus.

[2]) Minime enim ego omnia quibus differunt Sopater et Hermogenes Porphyrii libro deberi existimo.

Cap. VI.

De philosophis rhetoribusque Platonicis.

§ 18.

De Eustathio[1]) et Paulo.

Postquam K. Fuhr quam confirmare studuerat sententiam, Eustathium qui in scholiis in Hermogenem citatus sit eundem esse atque Thessalonicensem Homeri interpretem (cf. Rh. M. 51 (1896) 48 sq.) in eodem volumine ipse in dubium vocavit (p. 164), solum constat sub Eustathii nomine posterorum in manibus fuisse commentarium simillimum commentarii An. VII Walz.[2]).

Agedum fragmenta ex Eustathii opere servata perlustremus.

a) Christoph. fol. 49 v[3]): difficultatem Hermogeni obiectam solvere studet.

b) Chr. 66 v: Hermogenem defendit.

c. Chr. 79 v: thema Hermogeni ignotum ἀσύστατον κατὰ τὸ κακόηθες esse censent Marc. IV 169, 18. An. VII 164, 6; sed hic dicens v. 12: καὶ τοῦτο ἀνάγομεν ἐπὶ τὸ ἑτερορρεπές facit cum Eustathio.

d) Chr. 79 v: Hermogenem propter qualitatis absolutae definitionem vituperat[4]); praeter locum schol. IV 233 quem attulit Fuhr (p 47) cf. Syr. II 128, 15 sq.; ad ὑπογραφή cf: Syr. II 138, 14 sq. schol. IV 235, 7 sq.

e) Christ. 101 v cf. An. VII 203, 23 sq : consentit cum Porphyrio in distinguendis remotione et deprecatione.

---

[1]) Cf. Westermann, Gr. Ber. § 103: *„das Gelichter rhetorischer Neuplatoniker,“* quibus in adn. 2 inter alios etiam Eustathium adnumerat.

[2]) Cf. Krumbacher. Byz. Litt. 2 § 195 not. 6.

[3]) In textu constituendo probo quae proposuit Fuhr p. 46; in fine legendum puto: ὡς καὶ τούτων κἀκείνων <ἐκ τῶν αὐτῶν γινομένων> προτάσεων.

[4]) Quis est ille qui ἀπολογεῖται? num Eustathius, is qui paulo ante ἐπιλαμβάνεται?

f) Chr. 109 r, ubi Nilus post ἐπιχειρεῖ δὲ οὕτως exhibet haec (fol. 167 v): ἐφ' ἑκάστου φησὶ πράγματος τὸ αἴτιον, τὸ συνέχον, τὸ κρῖνον ὑπάρχει τὰ τρία. αἴτιον μὲν οὖν ὁ κατήγορος, συνέχον ὁ ἀπολογούμενος, κρίνων (sic) ὁ δικαστής. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ προκειμένου προβλήματος τοῦ ἑαυτὸν πηρώσαντος (πειρ-: cod. semper) τὸ ποιοῦν τὴν δίκην αἴτιον ἡ πήρωσίς ἐστιν. οὐκοῦν αἰτήσει πρότερον δηλαδὴ ὁ πηρωθεὶς καὶ χρήσεται τῷ ῥητῷ· ἐν δὲ τοῖς κατὰ ἀξίωσίν τε καὶ αἴτησιν τῆς κατηγορίας τὴν τάξιν ἡ αἴτησις ἐπέχει· δεῖ γὰρ πρότερόν τινα αἰτῆσαι, εἶθ' οὕτως τὴν ἀντίρρησιν γενέσθαι πρὸς τὴν ἀξίωσιν, ὅπερ ἐστὶ κἀνταῦθα. χρήσεται ὁ μὲν αἰτῶν, φησι, ὃς καὶ ἔχει τὴν τοῦ κατηγόρου τάξιν, τῷ ῥητῷ, ὁ δὲ ἀντιλέγων, ὃς τὴν τοῦ ἀπολογουμένου, τῇ διανοίᾳ. καὶ πρὸς τούτοις πάλιν ἀνάγκη προϋπάρχειν τὸ ῥητὸν τῆς διανοίας ἀεί· τίνος γὰρ ἂν ἀποδοθείη διάνοια μὴ προϋπόντος ῥητοῦ; εἰ οὖν δεῖ προϋπάρχειν πάντως τὸ ῥητὸν τῆς διανοίας, προϋπεῖναι δὲ τοῦ φεύγοντος τὸν διώκοντα, δῆλον ὅτι τὸ ῥητὸν ἂν εἴη τοῦ κατηγόρου, ἵνα τὸ πρότερον τῷ προτέρῳ δοθείη. καὶ οὕτως μὲν ὁ Εὐστάθιος, ἡμεῖς δὲ κτλ. Impugnat igitur et Minucianum et Hermogenem, qui scriptum etiam accusati esse docuerant; cf. c. II § 9 G.

g) Chr. 121 r, ubi Nil. fol. 156 v sq. addit haec: Εὐστάθιός φησιν ὅτι <καθ' ἑαυτὴν ἡ παραγραφὴ γενέσθαι οὐ δύναται[1])· γίνεται δὲ κατὰ τέσσαρας μόνας τῶν στάσεων> κατὰ ὅρον κτλ. Eustathius his verbis Hermogenis doctrinam (stat. 166, 18) circumcidit; similia profert Syr. II 158, 13, qui et ipse Demosthenis Timarcheam praescriptionis cum coniectura coniunctae exemplum esse censet. Fieri docet Eustathius praescriptionem κατὰ στοχασμὸν καὶ ὅρον καὶ δύο τῶν νομικῶν, ῥητὸν καὶ διάνοιαν λέγω καὶ ἀμφιβολίαν. καὶ κατὰ στοχασμόν φησιν, ὡς κατὰ Τιμάρχου· κακῶς δὲ λέγει ὁ Εὐστάθιος περὶ τὰς δύο μόνας τῶν νομικῶν γίνεσθαι τὴν ἐργασίαν· γίνεται γὰρ καὶ κατὰ συλλογισμὸν καὶ ἀντινομίαν. Tum impugnatur doctrina de statibus coniecturali et finitivo coniunctis cum praescriptione (fol. 157 r): συνίσταται ἡ παραγραφὴ μετὰ ἑκάστης στάσεως. κακῶς οὖν εἶπεν ὁ Εὐστάθιος τὴν πρώτην ζήτησιν ἤγουν τὴν παραγραφὴν κατὰ στοχασμὸν ἢ ὅρον εἶναι. καὶ ἐν τῷ τῆς ἱερείας γὰρ προβλήματι τοῦ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ μὴ εἶναι δίκας πρὸ τοῦ ζητουμένου νομική ἐστιν ἡ ζήτησις καὶ τελευταῖον ὁ ὅρος ἐμπίπτει. τοιγαροῦν

---

[1]) Cf. schol. V 357, 1.

ἐν ἁπάσῃ παραγραφῇ τρεῖς ἀνάγκη τὸ ἐλάχιστον ὑπεῖναι στάσεις, αὐτὴν τὴν παραγραφὴν καὶ τὴν συμπεπλεγμένην αὐτῇ, καθ' ἣν γίνεται, καὶ τὴν τῆς εὐθυδικίας, οἷον κτλ.; cf. schol. VII 622, 21 sq. = V 356, 25 sq.

h) Tzetzes = An. Ox. IV 1, 1 sq. 2, 27 Cramer: recedit ab Hermogene[1].

i) Io. Doxap. = An. Ox IV 167, 26: recedit ab Hermogene, qui praescriptivum primum esse coniecturae locum docet stat. 143, 3.

k) An. VII 613, 4 = V 353, 21: quid de Hermogenis ordine iudicaverit, non apparet (cf. stat. 165, 28).

l) An. VII 646, 22 (ad Hst. 169, 22, cf. 141, 10): quod Hermogenes antinomiae subicit thema, Eustathio est πραγματικὴ κατὰ ῥητόν; idem est πραγματικὴ κατὰ ἀντινομίαν Syriano (II 196, 2. 15), qui Hermogenis diserte reicit sententiam. Ad utrumque igitur quadrant verba An. VII 223, 25.

m) An. VII 704 = An. Ox. IV 167 not. non pertinet ad statuum divisionem.

n) Nil. fol. 41 r (cf. c. II § 9 z): ut Minucianum praeparationem solam incidere iudicantem impugnari cognovimus, ita eos quoque, quos cum solam admitterent propositionem, intelleximus esse Hermogenem eiusque sectatores, impugnavit Eustathius teste Nilo (fol. 41 v; antecedunt verba: ταῦτά ἐστιν = VII 408, 28): τούτοις δὲ ὁ λόγιος Εὐστάθιος ἀνατρέπει λέγων οὕτως, ὅτι ἐν τῷ κατὰ Μειδίου κατάστασίς ἐστιν· εἰ γὰρ καὶ διὰ τριῶν ἐτῶν ἔγνωστο τὸ πρᾶγμα τοῖς δικασταῖς, ἀλλ' οὖν ἐπιλαθόμενοι ἦσαν διὰ τριῶν ἐτῶν εἰσαχθείσης τῆς δίκης, ὡς αὐτὸς ὁ ῥήτωρ φησίν (Dem. Mid. § 13)[2]. ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ πανδίονι (sic) φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί (cf. VII 409, 2). καὶ εἰκὸς ἐπιλελησμένους τοὺς δικαστὰς χρῄζειν τῆς ἄνωθεν διηγήσεως. κακῶς δὲ λέγει· οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἐξηγήσατο τὸ χωρίον, ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διονυσίων ἐπὶ τρίετη (sic) ἡ Πανδιονὶς φυλὴ χορηγὸν οὐκ εὐπόρησε καὶ τότε Δημοσθένης ἑκὼν ἐχορήγησε. λέγει δὲ καὶ ἕτερον λόγον ὁ Εὐστάθιος, ὅτι εἰ καὶ ἔγνωστο τοῖς δικασταῖς τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' οὖν πρὸς τὸ συμφέρον ἑαυτοῦ τὰ πεπραγμένα σχηματίζοντος (— ζων: cod.) ἑκάστου διηγουμένου καταστάσει χρησόμεθα· οὐ τοίνυν οὐδὲ κατὰ τοῦτον τὸν

[1]) p. 9, 21 sq. non magis intellego quam Fuhr p. 48.

[2]) Cf. Volkm. p. 149. Cornut. § 112 p. 21, 12 sq. cum adn. Graeveni.

λόγον περιττὴ ἂν ἡ διήγησις ἐτύγχανεν οὖσα. κακῶς δὲ λέγει· εἰ γὰρ ἔγνωστο τὸ πρᾶγμα καὶ κακουργῆσαι ἐβουλόμεθα, εὐχερῶς <ἂν> ἐφαινόμεθα. λέγει δὲ ὁ Εὐστάθιος καὶ ἕτερον λόγον, ὅτι πολλὰ ἔξωθεν διηγησάμενος φαίνεται, ἅπερ οὐκ ἐν τῷ θεάτρῳ ἐπράχθη οὐδὲ ἦν τοῖς δικασταῖς γνώριμα· οἷον τὸ τοῦ χρυσοχόου καὶ τὸ[ν] περὶ τὸν αὐλητὴν καὶ ὅσα τοιαῦτα. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον ἤγουν τῆς προβολῆς τοῦ ὀνόματος ὅτι καὶ ὁ ῥήτωρ προβολὴν αὐτὸ ἐκάλεσε, φησίν, ὅτι καθάπαξ ἐπισυμπλέκεσθαι δεῖ τῇ διηγήσει τὴν προβολήν. τί οὖν θαυμαστόν (fol. 42 r), εἰ κἀνταῦθα τῆς προβολῆς ἐπισυνημμένης τῇ διηγήσει ὁ ῥήτωρ εἶπεν (Dem. Mid. § 19)· ἐφ' οἷς αὐτὸν προὐβαλλόμην. ἀλλ' εἰ δεῖ τοὺς τῶν ἄλλων λόγους ἐάσαντας εἰπεῖν τὰ ἡμέτερα, λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι κτλ. (disseritur modo praeparatione, modo propositione opus esse; tum in fine folii: πρὸς τοὺς λέγοντας καὶ κατάστασιν καὶ προβολὴν ἐμπίπτειν ἀπαντῶμεν οὕτως, sequuntur alia argumenta). Eustathius ergo profert doctrinam e Minuciani et Hermogenis praeceptis confectam; quam plane cum eis quae exhibet Syr. II 64, 10. 101, 9 congruere cum iam statuimus, tum clare apparebit his (Nil. fol. 42 v): ἰστέον δέ, ὅτι φησὶν ὁ Εὐστάθιος συμπλέκεσθαι τῇ καταστάσει τὴν προβολήν, τοῦτο θέλων εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τὴν κατάστασιν εὐθέως τῇ προβολῇ χρώμεθα. μὴ εὑρίσκων δὲ τοῦτο δεῖξαι ἐν τῷ κατὰ Μειδίου τῷ ὀνόματι τοῦ συμπεπλέχθαι παραλογιζόμενός φησιν, ὅτι συμπεπλεγμένας λέγω, καθ' ὃ ἅμα εἰσὶν ἡ αὔξησις καὶ ἡ διήγησις. καὶ εὑρίσκεται λέγων τὰ ἡμέτερα· τοῦτο γὰρ λέγομεν εἶναι προβολὴν διήγησιν μετ' αὐξήσεως.

o) Nil. fol. 43 v: ταύτην δὲ τὴν ἐργασίαν ἣν ἔφαμεν (ἔφημεν cod.) πιστοῦται [1]) Γεώργιός τε καὶ Εὐστάθιος· φησὶ γὰρ οὕτως· τοῦ κατηγόρου προβολῇ πλατείᾳ χρωμένου καὶ πίστιν (πιστήν cod.) ἐμποιοῦντος τῇ ἑαυτοῦ ἀνθορισμῷ, οὐδ' ὁ φεύγων ἀρκεῖται τῷ (τό cod.) ψιλῶς ὁρίσασθαι, ἀλλὰ κέχρηται οὕτως· πρώτην τίθησιν ἔνστασιν παραγραφικὴν λέγων, ὅτι οὐδεὶς ἐπὶ τῷ τοιούτῳ πράγματι ὕβρεως ἐκρίθη· καὶ πιστοῦται τοῦτο, εἰ μὲν εὐπορήσει, ἀπὸ νόμου, εἰ δὲ μή, ἀπὸ ἔθους, ἔθους δὲ ἐκ παραδειγμάτων ἢ οἰκείων ἢ ξένων· εἶτά φησιν ἐκ τούτου (fol. 44 r) ὁδοποιεῖ ἑαυτῷ πρὸς τὸ ὁρίσασθαι· ὡς γάρ τινος λέγοντος εἰ οὐ λέγεις τὸ ἐπανατείνασθαι ὕβριν εἶναι, ὁρίζεται, ὅτι ὕβρις ἐστὶ καὶ τὸ τύψαι· εἶτα μετὰ τὸ ὁρίσασθαι κέ-

[1]) Animadvertas quaeso singularem; unum enim Georgium auctorem videtur sequi Nilus.

χρηται τῇ ἀντεμφάσει λέγων, ὅτι ἐὰν τὸ τύψαι ὕβρις ἐστί, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ τύψαι οὐκ ἐστὶν ὕβρις. κέχρηται δὲ καὶ τῷ ἀνακολούθῳ καὶ τῷ ἀκολούθῳ, τὸ μὲν ἀκόλουθον ἀπονέμων τῷ οἰκείῳ ὅρῳ, τὸ δὲ ἀνακόλουθον τῷ (τό cod.) τοῦ ἐναντίου λέγων, ὅτι ἀκόλουθόν ἐστι τῷ ὑβρίζοντι καὶ τὸ τύψαι, ἀνακόλουθον δὲ καὶ τῷ ὑβρίζοντι τὸ μὴ τύψαι. καὶ ταῦτα μὲν ὧδε οὗτοι. Cf. VII 410, 25 – 412, 16.

p) — fol. 53r (ad Hst 154, 2): περὶ τῆς γνώμης τοῦ νομοθέτου ἔχομεν ζητῆσαι κεφάλαιον καὶ πρῶτον περὶ τῆς τάξεως· ὁ γὰρ ἀνεπίγραφος καὶ ὁ Γεώργιος Φοιβάμμων τε καὶ Εὐστάθιος ἔφασαν, ὅτι ἡ γνώμη τοῦ νομοθέτου ὡς καλῶς εἴη μετὰ τὸν συλλογισμὸν τεταγμένον, δεῖ δὲ καὶ μετὰ τὴν πηλικότητα καὶ πρός τι ταγῆναι δύο λόνους. πρῶτον ὅτι ἔδει τὴν γνώμην τοῦ νομοθέτου ὥσπερ πιστοῦται τὰ προλαβόντα κεφάλαια, οὕτω πρὸς πίστιν ἄγεσθαι καὶ τῆς πηλικότητος (πιλ- cod.) καὶ τοῦ πρός τι, ἵνα καὶ ταῦτα ἐπιρρώσῃ τε καὶ ὥσπερ ὁμολογούμενα καταστήσῃ· κακῶς δὲ λέγουσι κτλ.

— 53v: δεύτερον λόγον λέγουσι τοῦ ὀφείλειν μετατετάχθαι τὴν γνώμην τοῦ νομοθέτου τούτων, ὅτι ὁ συλλογισμὸς ἴσα δείκνυσι τὰ πεπραγμένα τοῖς παρειμένοις. ἔδει τοίνυν μετὰ τὸ<ν> ἐκ τοῦ ἴσου τόπον ἀκολούθως τὸν ἐκ τοῦ μείζονος ἐπενεγκεῖν τόπον τουτέστι τὸ πηλίκον· κακῶς δὲ λέγουσι κτλ.

q) Disseruerunt technici πότε ἐμπίπτει ἀντίθεσις (ad Hst. 154, 7; antecedunt verba: ἐλλεῖπον φαίνεται = VII 438, 17): ὁ μὲν Μητροφάνης καὶ ὁ ἀνεπίγραφος θέλοντες κανόνα παραδοῦναι τοῦ πότε ἐμπίπτει φασὶ — (fol. 61r) —. οὐκ ἔστι δὲ ὁ κανὼν ἀληθής· ὁ δέ γε Ἀθανάσιός φησι (fol. 61v) —. κακῶς οὖν φησιν ὁ Ἀθανάσιος, tum sequitur (fol. 62r): ὁ δὲ Εὐστάθιός φησιν, ὅτι πρὸς τὴν ὅλην τῆς ὑποθέσεως ἐμπεσεῖται ἡ ἀντίθεσις· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὅπου εὕρωμεν συμπλοκὴν στάσεων, πάντως τὸ ὁμώνυμον ἑκάστῃ στάσει ἐμπίπτει κεφάλαιον, ὥσπερ ἐν τῷ τοῦ εὐνούχου· συμπλεκείσης γὰρ τῆς ἀντιλήψεως καὶ ἀντιθέσεως τὰ ὁμώνυμα τούταις ἐνέπεσε κεφάλαια τὸ ἀντιθετικὸν καὶ ἀντιληπτικόν· τῷ μὲν οὖν πρώτῳ καλῶς εἴρηται τῷ Εὐσταθίῳ, καὶ ἡμεῖς γὰρ οὐ νομίζομεν εἶναι κανόνα τοῦ ἐμπίπτειν τὴν ἀντίθεσιν, ἀλλ' ὅτε χορηγήσει ἡ ὕλη τῆς ὑποθέσεως· κακῶς δὲ δοξάζει ἐνταῦθα στάσεων εἶναι συμπλοκὴν ἐν τῷ τοῦ εὐνούχου, πολλὰ γὰρ αὐτῷ ἄτοπα συμβαίνει· πρῶτον κτλ., sequuntur tres causae. Desinit in fol. 64r post verba λεγομένων καταγελῶν (= VII 442, 10)

ita: οὗτος δὲ ὅστις ἂν εἴη τὰ αὐτὰ τῷ Εὐσταθίῳ λέγει καὶ ὡς αὐτὸς ἁμαρτάνει.

r) — 69v (ad stat. 154, 23): Hermogenem vituperat: περὶ τῆς γνώμης ζητοῦμεν δύο κεφάλαια, πρῶτον ὅτι φησὶν ὁ τεχνικός, ἡ γνώμη ὡσαύτως ἐπ' ἀμφοῖν ἐξετασθήσεται. φησὶν ὁ Εὐστάθιος καὶ ὁ Γεώργιος, ὅτι περιττὸν ἐποίησεν ὁ τεχνικὸς διαλαβὼν ἐνταῦθα περὶ γνώμης· ἤδη γὰρ ἐν τῇ ποιότη<τι> ἔγνωμεν αὐτὴν ἐμπίπτουσαν ζητοῦντες, ὁποίᾳ γνώμῃ πεποίηκε· καλῶς δὲ ἄμφω λέγουσι κτλ.

s) Solvuntur difficultates Hermogeni obiectae (stat. 154, 30), altera ab Eustathio quam alii obiecerunt, altera quam ipse proposuit Eustathius, ab aliis (fol. 83r): αὕτη ἡ διαφορὰ λύει τὴν παρὰ τῷ Εὐσταθίῳ προφερομένην ἀπορίαν τὴν λέγουσαν, διὰ τί μὴ καὶ ἐν τῷ ἀντονομάζοντι ἑκατέρων τῶν ἀντεγκλημάτων φαμὲν αὐτὸν καθεστάναι ὑπεύθυνον, ἀποροῦσι δέ τινες, ὅτι εἰ φύσει ἐν τῷ ἀντονομάζοντι ἀκολουθεῖ τῷ μείζονι ἐγκλήματι τὸ ἔλαττον, διὰ τί μὴ μᾶλλον αὐτὸ συλλαμβάνει. πρὸς τοῦτο ὁ μὲν Εὐστάθιός φησιν, ὅτι ὡς ὁμολογούμενον αὐτὸ λαβὼν παρέρχεται καὶ οὐ συλλαμβάνει· οἶμαι δὲ οὐ καλῶς.

t) Ab Hermogene (stat. 155, 7) recedit etiam in his (fol. 84r; antecedunt verba: προειρημένους διπλοῦς = VII 465, 17): καὶ ὁ μὲν Εὐστάθιός φησιν (φασιν cod.) ὅ τι ἐλέγομεν ἐπὶ τοῦ ἀντονομάζοντος κτλ. = 465, 18[1]) usque ad πρόσεστι τῷ ἀντιδίκῳ = 466, 12. Tum sequitur: ὁ δὲ Γεώργιός, φασι, καλῶς λέγειν οἴεται τὸν Εὐστάθιον περὶ τοῦ ὅρου, ὅτι οὐκ ἐμπίπτει διπλοῦς, ἀλλ' ἀρκεῖται μόνον τῷ ἀναιρεῖν τὸν τοῦ ἐναντίου καὶ τὸν οἰκεῖον συνάγειν. φησὶ (φασι cod.) γὰρ αὐτὸς ὁ Γεώργιος· ἄλλως πως οὐκ ἔστιν ἐξετάσαι ἢ διπλῶς. περὶ τοῦ πρός τι ὁ μὲν Εὐστάθιος λέγει, ὅτι ἁπλῆν τὴν ἐξέτασιν ποιησόμεθα· ἑκάτερος γάρ, φησι, τὸ οἰκεῖον αὔξει μόνον. ὁ δέ γε Σώπατρος καὶ Γεώργιος καὶ Ἀθανάσιός φασιν (φησιν cod.), ὅτι ἐν τοῖς κατὰ ἀμφισβήτησιν ὅροις δυσκόλως ἐμπίπτει τὸ πρός τι, πλὴν εἰ μὴ κατά τινα περίστασιν, σπανίως δὲ πάνυ, σχεδὸν οὐδέποτε. ἡμεῖς δὲ (fol. 85r) φαμέν, ὅτι ἑκάτερος καὶ τὸ οἰκεῖον αὔξει καὶ τὸ τοῦ (τούτου cod.) ἐναντίου μειοῖ· καὶ διπλῷ χρηστέον τὸ πρός τι αὔξων καὶ μειῶν.

u) — fol. 98v (= ὅτι διῃρημένου = VII 496, 28): disserit bifariam esse usurpandas collectionem, quantita, temcompara-

---

[1]) p. 465. 10: κεφαλαίων (fol. 84v) διπλοῖς —

tionem; desinit in fol. 99v: τὰ σώματα = VII 498, 7. Tum sequitur: καὶ τοσαῦτα μὲν ὁ Εὐστάθιος, ὅτι διπλῇ τῇ τούτων ἐξετάσει χρηστέον.

v) — fol. 99v: consentit cum Minuciano; cf. cap. II § 9dd.

w) Metrophanes etiam compensationis locum docet esse praescriptivum, cui adversatur Eustathius (fol. 125r, post κρίνεσθαι = VII 554, 19): φησὶν ὁ Εὐστάθιος παντάπασιν ἀνάρμοστον εἶναι κτλ. usque ad ἐπιδραμεῖν (v. 33). Tum sequitur Georgii Metrophanem defendentis impetus in Eustathium.

x) Post κεφαλαίων (= VII 555, 12) exhibet Nilus haec (fol. 125v): ὁ δὲ Μητροφάνης πρὸ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους λέγει ἐμπίπτειν ἐν ταῖς ἀντιθετικαῖς τὸ αὐτοῦ παραγραφικόν. ὅπερ Εὐστάθιος χώραν μὴ ἔχειν ἐμπεσεῖν, εἴγε ὡμολόγηται τὸ ἀδίκημα, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται ἀκριβῶς.

y) Post κοινοῦ τόπου (= VII 559, 28) extant in fol. 127r haec: ἰστέον δέ, ὅτι εὕρηκεν ἐν τοῖς ἀγῶσι κοινὸν τόπον· ὁ Εὐστάθιός φησι δεῖν σημήνασθαί, ὅτι ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐμπίπτουσιν ἐπιλογικά· τοῦτο δὲ Γεώργιός τις οὐκ ἀποδέχεται.

z) — fol. 128v (cf. VII 563, 15): ἐντεῦθεν ἀπορία μεγίστη κινεῖται, εἰ ἀλλήλαις ἐπισυμπλέκονται, πόθεν ἐπιγινώσκομεν τὴν περιέχουσαν στάσιν καὶ τὸ περιεχόμενον κεφάλαιον. καὶ φησὶν ὁ Εὐστάθιος δύο μεθόδους, καθ' ἃς οὓς cod. τὰ τοιαῦτα διακρινοῦμεν τῶν ζητημάτων (cf. 563, 30).

aa) — fol. 141v: ἄλλοι δέ φασιν, ὧν εἷς ἐστι καὶ Εὐστάθιος, ὅτι οὐχ ἁπλῶς κτλ. = VII 594, 11—17. Hermogenem ergo defendere conatur; cf. cap. IV § 15 p. 69.

bb) — fol. 142r (cf VII 594, 18 26): ὁ Εὐστάθιος ὑπὸ τὸ ἀπίθανον ἀνάγει τὸ πρόβλημα λέγων, ὅτι ἀπίθανόν ἐστιν ἄνθρωπον ὄντα θείας προσηγορίας ἐρᾶν καὶ ἐφίεσθαι. καὶ ἀπολογοῦνταί τινες, ὅτι τὸ παράδειγμα ἐκ Περικλέους, ὃς Ὀλύμπιος ὠνομάζετο· ἀπορούμενος δὲ ὁ Εὐστάθιος, διὰ τί οὖν καὶ ὁ Περικλῆς ἐκλήθη Ὀλύμπιος, φησίν, ὅτι οὐκ αὐτὸς ᾔτησε τῆσδε τυχεῖν τῆς προσηγορίας, ἀλλ' ὁ δῆμος τοῦτο ἐποίησεν, εἶτα ἀπολογεῖται ὑπὲρ τοῦ τεχνικοῦ λέγων, ὅτι οὐκ ἀπίθανον εἶναι τὸ τὸν Κλέωνα ὡς ἐπχιρόμενον, τοιοῦτος (τοιαῦτα cod.) γὰρ ἦν, ἐρᾶν τῆς τῶν θεῶν προσηγορίας· κεκωμῴδηται κτλ. usque ad αὐτοῦ.

cc) fol. 170v (ad Hst. 169, ?): ὁ δὲ Εὐστάθιός φησιν, ὅτι ἐνταῦθα ῥητοῦ καὶ διανοίας εἰπὼν οὐ περὶ τῆς στάσεως λέγει, ἀλλ' ἁπλῶς ῥητοῦ καὶ διανοίας, οἷον εἰ ἔλεγεν, ὅτι δύο βούλεται

ἔχειν ῥητὰ καὶ διανοίας· (sequitur fragmentum Porphyrii; cf. cap. V § 17).

dd) Doxap. cod. Vind. 130 fol. 87v ad stat. 133, 7 sq.: μέμφεται δὲ ὁ Εὐστάθιος καὶ αὐτῷ τῷ τεχνικῷ τὸ πανταχοῦ εἰρηκότι —.

ee) — fol. 95r ad stat. 134, 8: καὶ ὁ μὲν Εὐστάθιος λέγει, ὅτι πάντα ζητήματα καὶ πράγματα καὶ πρᾶγμα καὶ πρόσωπον ἔχοντα κτλ. usque ad οἷον τὸ μυούμενος ἐμάνη ἤ τι ἕτερον τοιοῦτον, ὡσαύτως ζήτημα γίνεται· καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐστάθιος.

ff) — fol. 101r ad stat. 135, 20—22: λέγουσι δέ τινες, ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ Εὐστάθιος, ὅτι τὸ ἕτερον ἐπὶ ὡρισμένου δύναται νοεῖσθαι = VII 139, 12.

gg) — fol. 101v ad stat. 135, 22 sq.: δεῖ γὰρ εἰδέναι, ὅτι τριῶν τούτων εὑρισκομένων ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὥς φησιν Εὐστάθιος, τῶν λεγόντων προσώπων καὶ τῶν ἀκροωμένων καὶ τοῦ πράγματος κτλ.

hh) — fol. 101v ad stat. 135, 26: ἕτεροι δὲ πάλιν, ὧν ἐστι καὶ ὁ Εὐστάθιος, τὸ εἰρήσεται δὲ κατ' εἶδος καὶ περὶ ἀμφοτέρων τῶν τε συνεστώτων καὶ ἀσυστάτων εἰρῆσθαι ἐνόμισαν.

ii) — fol. 112r ad stat. 139, 2 sq., praecipue v. 5: ὁ δὲ Εὐστάθιος λέγει διὰ τοῦτο τὸ πρᾶγμα τοῦ ῥητοῦ προτετάχθαι διὰ τὸ καὶ προτιμότατα τὰ πράγματα καθεστάναι τῶν νόμων = VII 189, 20.

kk) — fol. 112v ad stat. 139, 5 sq.: καὶ ἡμεῖς μὲν λέγομεν καὶ πρὸς τοῦτο, ὃ καὶ πρὸς τὸ ἀνώτερον εἰρήκαμεν, ὁ δὲ Εὐστάθιος λέγει διὰ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα τοῦ ῥητοῦ προτετάχθαι, διότι περὶ τοῦ ῥητοῦ μὲν ἀναβάλλεται τέως εἰπεῖν· περὶ δὲ τῶν κατὰ τὸ πρᾶγμα λέγειν βούλεται, ἵνα πρὸς τὸ τελευταῖον τὴν διδασκαλίαν ποιήσηται; cf. VII 189, 25 sq.

ll) fol. 116r ad stat. 139. 22 sq.: τινὲς δέ φασιν, ὅτι οὐκ εἰκότως αὗται μόναι ἀντιθετικαὶ ὀνομάζονται, εἴγε καὶ πᾶσα στάσις ἐξ ἀντιθέσεως γίνεται· οἷον ἐφόνευσας· ἀντίθεσις· οὐκ ἐφόνευσα· πρὸς ὅ φησιν ὁ Εὐστάθιος, ὅτι οὐκ ἀκριβῶς κατενόησαν τὴν φύσιν τῆς ἀντιθέσεως· ἐν ταύτῃ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ τρόπον τινὰ ὁ κατηγορούμενος ἀντι<τί>θησιν· ὥστε εἶναι καὶ ἀντίθεσιν σχεδὸν τὴν μὲν τοῦ κατηγόρου, τὴν δὲ αὐτοῦ τοῦ κατηγορουμένου, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντι<τί>θησι τῷ δέχεσθαι τὸ ἔγκλημα; cf. VII 200, 7—14.

mm) — fol. 143v ad stat. 152, 30 sq.: ὁ μέντοι Εὐστά-

θιος καὶ ὁ Γεώργιος καὶ παραγραφικόν φασιν ἐμπίπτειν ἐν τῷ τοιούτῳ ζητήματι. ἐρεῖ γάρ, φησιν, ὅτι οὐδεὶς ἐπὶ μανίᾳ κρίνεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεεῖται. δεῖ μέντοι εἰδέναι, ὅτι τῷ Σωπάτρῳ δοκεῖ κτλ. (supra p. 11) (cf. VII 390, 17—20).

Iam Eustathii aetatem artioribus circumscribere licet terminis. Sequitur enim in comment. Ioannis Doxap. ad stat. fol. 95r post Eustathii doctrinam: ὁ δὲ Φώτιος τούτοις ἀπαρεσκόμενος; deinde fol. 102v: αὐτίκα γὰρ ὁ κορυφαιότατος αὐτῶν Φώτιος τῷ Εὐσταθίῳ ἑπόμενος —. Cum hoc loco sine dubio intellegendus sit Photius ille · patriarcha celeberrimus, ante medium saeculum nonum vixisse Eustathium apparet.

Ante oculos habuit Eustathius opera et Minuciani et Hermogenis, qui nondum maiore utebatur auctoritate. Quorum doctrinis ita usus est, ut modo hunc modo illum aut reiceret aut acciperet, aut utroque neglecto novam et quae discederet ab illis proferret sententiam, vel suam vel suo tempore in scholis tritam. Cum autem semel cum Porphyrio faciat, interdum cum Euagora congruat, Platonicorum sectae eum inserendum esse coniecerim.

Eunapius in vitis sophistarum Eustathii cuiusdam ex Cappadocia orti mentionem facit ut discipuli Iamblichi philosophi (p. 12 Boiss.); neque eum philosophiae non dedisse operam testantur commentarii eius in Aristotelis categorias (Εὐστάθιος ὁ φιλόσοφος ὑπομνηματίσας τὰς κατηγορίας: vol. IV p. 46b6 edit. Berol. a. 1836). Iuliano imperatori est λόγιος[1]) καὶ φιλόσοφος (epist. 76 p. 599, 12 Hertlein). Platonicum igitur et rhetorem eundem fuisse veri simile est.[2])

Opus inscriptum fuisse εἰς τὰς στάσεις conicit Fuhr p. 47; quodsi Syriani opus, quod planam de statuum divisione expositionem esse cognovimus, et ipsum inscriptum esse vidimus εἰς τὰς στάσεις, Eustathii opus non commentarium in Hermogenis status, sed propriam de statibus commentationem fuisse concludemus.

---

[1]) Ad λόγιος cf. Nil. fol. 41v (supra p. 80 litt. n.).

[2]) Eadem fuit opinio Schubarti, ad quem postea demum R. Foerster oculos meos convertit, l. c. vol. 84 p. 38: *nicht unwahrscheinlich waere es, an den Rhetor und Neuplatoniker Eustathius aus Kappodokien, den Schueler des Jamblichus, zu denken.*

Nilus quae de Eustathio tradit, non ex eius opere ipso mutuatus est, sed per alios accepit viros intermedios, quorum unus est Georgius. Cf. ὁ δὲ Γεώργιος ἐπιλαμβάνεται τοῦ Εὐσταθίου fol. 59r; ὁ δὲ Γεώργιός, φασι, κακῶς λέγειν οἴεται τὸν Εὐστάθιον fol. 84v. Post VII 498, 23 in fol. 99v ὁ δὲ Γεώργιος μηδ' ἕτερον οἴεται καλῶς λέγειν; fol. 125r οὕτως μὲν οὖν ὁ Εὐστάθιος, πρὸς ὃν ὁ Γεώργιος; fol. 127r ὁ Εὐστάθιός φησι — τοῦτο δὲ Γεώργιός τις —; fol. 128v καὶ φησὶν ὁ Εὐστάθιος δύο μεθόδους, καθ' ἃς (οὓς cod.) τὰ τοιαῦτα διακρινοῦμεν κτλ. usque ad τὸ ἰσχυρόν = VII 565, 5; tum sequitur (fol. 129r) ταύτας δὲ τὰς μεθόδους οὐ καλῶς ὑπέλαβεν ἔχειν ὁ Γεώργιος.

Scholiis vol. VII W immixtas invenies partes e commentario Georgii cuiusdam depromptas (cf. p. 655. 670. 690), quae extant in codice Vindobonensi quodam (cf. Rhet. Gr. VI praef. p. XIII). Hic Georgius sit idem necne putandus atque Georgius Nili, cum novissimum Georgii apud Nilum fragmentum (fol. 153v ad Hst. 165 fin.) pertineat ad statum negotialem, primum apud An. VII ad antinomiam, quamquam contendere nequeo, id tamen affirmare possum nullum eorum quae Nilus praebet fragmentorum Georgii cum eo quod antecedit in vol. VII (p. 104—655) consonare Itaque quae de Eustathio tradunt accepit Nilus per Georgium, Anonymus voluminis VII per alium virum intermedium.

Ea quae e Georgio citat Tzetzes (An Ox. IV 12, 26. 13, 25, 28), cum quae illis respondet pars operis Nili deperdita sit, in comparationem vocari nequeunt.

Denique Georgii cuiusdam scholia in Hermogenem adhuc inedita servari in cod. Par. gr. 2919 moneo .(cf. Fabr. bibl. gr. XII 21 Harles. Rhet. Gr. VI 505 W.).

Quae Eustathius Homeri interpres ex Hermogenis scriptis scholiisque in ea confectis laudat, non pertinent ad status; locis p. 12, 24. 148, 31. 809, 27. 1133, 35. 1422, 15. 1653, 48. 1682, 23. 1854, 23 quos congessit E. Schwabe, Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum fragmenta (Lips. 1890) p. 277 not. 1 addit R. Foerster: p. 1834, 43. 1864, 14 (ad Hermog. meth. p. 442, 11 Sp. cf. Greg. Cor. VII 1277, 16). Praeterea mentionem facit Hermogenis Eustathius in commentario in Dionys. Perieg. v. 401.

Sed unus restat locus qui maiorem habeat affinitatem cum proll. VII, quam ut ex eodem fonte utrumque haustum esse negari possit. Conferas enim

fol. 87v cf. supra p. 85 sub litt. dd)	proll. VII 34, 11 sq.
μέμφεται δὲ ὁ Εὐστάθιος καὶ αὐτῷ τῷ τεχνικῷ τὸ πανταχοῦ εἰρηκότι, διὸ καὶ μάτην (corr. Foerster, μάντις cod.) ἐν προοιμίοις τῆς αὐτῆς ἐξηγήσεως ὑποσχόμενος φαίνεται παντὸς ὑπεξελεῖν τὸν τεχνικὸν ἁμαρτήματος.	εἰ καὶ δόξειεν ἄν τινι παράδοξον τὸ ἐπάγγελμα παντὸς ὑπεξελεῖν ἁμαρτήματος τὸν τεχνικόν, ὑπισχνούμεθα τοῦτο πάντως, Παύλου τοῦ πάνυ δόντος ἡμῖν ἀποφαίνεσθαι.

Itaque illa prolegomena ad Eustathii prooemium[1]) descendere concludemus; quibus concessis Paulum illum ante Eustathium vixisse apparet.

Iam perlustremus Pauli fragmenta:

VII 235, 15: quod accuratius quam Porphyrius distinxerit, laudatur.

525 – 528: laudatur propter difficultatem quam alii obiecerant Hermogeni optime solutam.

619, 23—621, 27: Hermogenem defendit et doctrinam eius ab adversariorum maculis purgat (καθαίρειν: 621, 26). Eadem laude tollitur p 624, 17 sq., praecipue v. 29.

Ergo defensorem extitisse Hermogeni Paulum concludemus et eundem esse statuemus atque Paulum Aegyptium qui Suida[2]) teste floruit sub Constantino, et illum Paulum qui docuit Athenis exeunte saeculo III secundum Eunapium (p. 11 Boiss.) in vita Porphyrii illius, quem defensorem Minuciani extitisse supra (cap. V § 17) cognovimus et quem una cum Paulo citat An. VII 235, 8 20.

---

[1]) Quo iure talia promittere potuerit Eustathius, quem invehi in Hermogenem saepius vidimus, vix intellegas.

[2]) Παῦλος, Αἰγύπτιος, ἐκ τῶν Λύκων, σοφιστής, υἱὸς Βησαρίωνος, τοῦ καὶ Διδύμου, γεγονὼς ἐπὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου. De Paulo Germino cogitat D. Wyttenbach, adnot. in Eunap. p. 45.

§ 19.

De Tyranno.

Una cum Eustathio inducitur a Christophoro Tyrannus quidam (fol. 65, 79), de quo Suidas tradit haec: Τύραννος, σοφιστής, περὶ στάσεων· περὶ διαιρέσεως λόγου βιβλία δέκα. Idem quo morbo confectus obierit, Hermogenes docet: proll. VI 39, 16. IV 31 not. (cf. IV 32, 11. VII 18, 3).

a) Extat definitio status, quae iisdem verbis profertur a Syriano: II 48, 14 = An. V 592, 17. Minime ea de causa Tyrannum a Syriano esse exscriptum, sed Tyrannum et eum quo utitur Syrianus scriptorem in iisdem militare castris concludimus. Illa Syriani scholia ex parte ad Aquilam redire iam statuimus; ut enim p. 50, 13 Minucianum ille propter αἴτιον etc impugnat, ita p. 47, 13 cum inter etymologias status improbatas eam quam proposuit Minucianus teste Sopatro V 77, 12 reperias, etiam ex hoc impetu Aquilam agnoscas; ergo si quae antecedunt et quae sequuntur ex Aquila hausta sunt, etiam eam quae extat in p. 48 status definitionem Aquilae Minucianum impugnantis operi debere Syrianum colliges. Ergo Tyrannum Platonicis ascribo. Nec praetermitto relegare ad locum p. 48, 24 ἐχώρισε προσθείς —. Cf. p. 49, 2: διακρίνων αὐτὰς ἐκείνων ἔφη-: is scilicet qui definitionem status modo laudatam protulit, h. e. Aquila; cf. quae in cap. IV § 15 (supra p. 66) ad Syr. II 62, 26 sq. de Euagora docui.

b) Schol. IV 617, 18: Minucianum impugnat, assentitur Hermogeni, cf. cap. II § 9 cc.).

c) Christoph. fol. 65v: defendit Hermogenem.

d) Chr. 79r: thema a Tyranno qualitati absolutae subiectum ignotum est Hermogeni, sed invenitur apud Sop. V 95, 29. Sulp. Vict. 336, 8. Cyr. VIII 388, 6 W. Schol. IV 236, 13; compensationi adnumeratur ab Annaeo Seneca controv. VI 3; de utraque sententia cf. Sulp. Vict. 336, 7. 16.

e) An. VII 357, 26 sq.: explicat Hermogenis verba stat. 150, 26.

f) Nil. fol. 3r (antecedunt verba: κοινὴ ποιότης = VII 329, 27): τοῦ δὲ ποιότης αἰτίαν ἀποδίδωσιν ὁ Τύραννος τοιαύτην· φησὶ γάρ, ὅτι κατεχρήσατο ὁ τεχνικὸς τῷ ποιότης. οὐκ εἰσὶ γὰρ οἱ ἐπίλογοι ποιότης, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ποιότης προσώπου ἐξετά-

ζεται· ἐν γὰρ τῷ κοινῷ τόπῳ ποιότητα προσώπου ἐξετάζομεν μοιχοῦ ἢ προδότου. ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι καλῶς εἶπεν ὁ τεχνικός· (fol. 3 v) οὐ γὰρ περὶ ποιότητος προσώπου εἶπεν, ἀλλ' ὅτι οἱ ἐπίλογοι κοινή τις ποιότης ἐστὶ λόγων, τοῦ λόγου ἔχοντος τοιόνδε ποιόν: — δεύτερον κεφάλαιον· ἐντεῦθεν δὲ κτλ. = VII 329, 27. Impugnat ergo Tyrannus Hermogenem; de quaestione cf. cap. II § 9 w.

g) Sed etiam quibus Hermogeni succurrat, excogitat argumenta, quae tamen posteri non probant; Nil. fol. 113r: καὶ διὰ τί αὗται μόναι ἐκλήθησαν ἀντιθετικαί (cf. Sop. V 97, 15), ὡς τῶν ἄλλων μὴ ἐχουσῶν ἀντιθέσεις; καὶ ἀπολογεῖται Τύραννος λέγων, ὅτι διὰ τοῦτο λέγεται ἀντίθεσις, διότι τῷ ῥήματι (ῥεύματι cod.) τῷ (τό cod.) ἀπὸ τοῦ κατηγόρου φερομένῳ[1]) ἀντιτίθησιν ὁ φεύγων δικαιολογίαν τινὰ ἀνακρούειν βουλόμενος τὴν ἐπιφορὰν ἢ εὐεργέτημα ἐκ τοῦ ἀδικήματος γενόμενον ἢ τὸ πεπονθὸς πρόσωπον αἰτιώμενος ἢ πάθη ψυχῆς προβαλλόμενος ἢ μεθιστῶν εἰς[2]) ὑπεύθυνον τὴν αἰτίαν. καὶ ταύτας τὰς στάσεις ἀντιθετικὰς καλεῖσθαι πεποίηκεν ἡ παρὰ τοῦ κατηγορουμένου[3]) ἀντεισφερομένη αἰτία πρὸς τὸ ἔγκλημα. φαμὲν δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον πᾶσα στάσις ἀντίθεσις λέγεται.

§ 20.

De Athanasio[4]).

a) Schol. IV 359, 8 sq.: paulum immutat doctrinam Hermogenis (stat. 145, 20).

b) Marc. IV 518, 17 sq.: quaeritur a nonnullis, qua de causa locorum in ordine discreverit quantitatem et comparationem Hermogenes, quarum idem sit officium. Quibus adversatur Athanasius (v. 20), qui suum utrique loco officium tribuens eo pervenit, ut locorum ordine quem proposuit Hermogenes reiecto Minuciani partibus accedat et comparationem praeponat quantitati, cf. cap. II § 9 aa. Cf. Nil. fol. 56 v (cf. VII 432, 3): τινὲς ἀποροῦσι, διὰ τί ἐχώρισε τὴν πηλικότητα τοῦ πρός τι τὰ δύο αὐξητικὰ ὄντα. ἀπολογούμενος οὖν πρὸς τοῦτο

---

[1]) Corr. ex φερόμενον eadem manus.

[2]) In textu omissum in margine supplevit eadem manus.

[3]) Corr. ex κατηγόρου suprascripto μένου eadem manus.

[4]) Pauca de eo congessit Westermann, Gr. Ber. § 104 not. 15.

Ἀθανάσιός φησιν, ὅτι εἰ καὶ αὐξητικά εἰσιν ἄμφω, ἀλλ' οὖν εἰκότως ἐχωρίσθησαν. ἔχουσι γὰρ πρὸς ἄλληλα διαφοράν, ὅτι τὸ μὲν πρός τι σύγκρισιν ποιεῖται τοῦ πράγματος, δείκνυσι γάρ, ὅτι μεῖζόν ἐστι τὸ ἔγκλημα φύσει τοῦ ἐπιφερομένου ἐκ τοῦ κατηγόρου ἐγκλήματος, ἡ δὲ πηλικότης ὑπέρθεσιν ἔχει, δείκνυσι γάρ, ὅτι μέγα μόνον· κακῶς δὲ λέγει κτλ. — ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι εἰκότως αὐτὰ ὁ τεχνικὸς ἐχώρισεν· ἐπειδὴ γὰρ κτλ. = IV 519, 3.

— fol. 57r: οἱ μὲν οὖν πολλοί, ὧν καὶ Ἀθανάσιος, προτάττειν ἀξιοῦσι τὸ πρός τι τῆς πηλικότητος λόγῳ τοιῷδε· τὸ ἐν συγκρίσει, φασί, μεῖζόν τινος οὐκ ἂν εἴη κτλ. = IV 519, 12.

c) An. VII 611, 29: difficultatem de loco Hermogenis stat. 165, 28 ortam dissolvit; cf. 612, 7.

d) An. VII 613, 19: alium atque Eustathius docet locorum ordinem; cf. cap. VI § 18k.

e) An. VII 619, 4 sq.: Athanasium non iam intellegere Hermogenis de translatione doctrinam dilucide apparet. Cum enim solam Platonicorum de praescriptione perfecta atque imperfecta noverit doctrinam (p. 619, 6 cf. cap. II § 9JIII), quo iure Hermogenes (stat. 166, 17) translationem appellare possit praescriptionem, non perspicit.

f) An. VII 921, 10: sex habet circumstantias secundum Hermog. inv. p. 212, 20.

g) Nil. fol. 61v (antecedunt Metrophanis et Anepigraphi verba, cf. cap. VI § 18q.): ὁ δέ γε Ἀθανάσιός φησιν, ὅτι ἐν μὲν τοῖς κατὰ κρίσιν οἰκειότερόν ἐστι τὸ ἐμπεσεῖν ἀντίθεσιν· ἐν γὰρ τοῖς κατ' αἴτησιν οὐκ ἔστιν ἀδίκημα, ἐν δὲ τῇ ἀντιθέσει ὁμολογοῦμεν ἀδίκημα, καὶ πῶς ἔχει ἐμπεσεῖν, ὅπου οὐκ ἔστιν ἀδίκημα; κακῶς δὲ λέγει.

h) Nil. fol. 84v: cf. cap. VI § 18t.

i) — fol. 85r (ad Hst. 156, 19): φησὶ γὰρ ὁ Ἀθανάσιος, ὅτι ὁ συλλογισμὸς καθάπαξ οὐκ ἐμπίπτει λόγῳ τοιούτῳ· ὁ συλλογισμὸς τὰ πεπραγμένα εἰς ταὐτὸν συνάγει τοῖς παρειμένοις καὶ λείπουσιν, ἄμφω συνάγων. ἐνταῦθα δὲ ἐὰν συνάγῃ τὰ πεπραγμένα τοῖς λείπουσι, συνηγορεῖ τῷ ἐναντίῳ· ὃ γὰρ λείπει, τοῦτο ἔπραξεν ὁ ἐναντίος, καὶ πάλιν ὃ πέπρακται αὐτῷ, λείπει τῷ ἐναντίῳ, καὶ εὑρίσκεται ὁ συλλογισμὸς ἑκατέρῳ συνηγορῶν· καὶ καλῶς μὲν λέγει. Corrigit igitur Athanasius Hermogenis doctrinam.

k) — fol. 103r (ad Hst. 158, 13; antecedunt in fol. 102v haec: διαφέρει δὲ ἡ μετάληψις ἥδε τῆς πρὸς τὴν ἀντίληψιν

ἤγουν τῆς ἀνωτέρω φερομένης κτλ. usque ad κοινολογούμενον = VII 505, 7—19): δευτέρα δὲ διαφορά, ᾗ λέγει Ἀθανάσιος, ὅτι ἐκείνη μὲν γίνεται ἐνστάσει καὶ ἀντιπαραστάσει, αὕτη δὲ ἀντιπαραστάσει μόνῃ, ἐνστάσει δὲ οὐδέποτε· καὶ ἐντεῦθεν ἡ ἐν τῷ κατὰ Μειδίου βεβαιοῦται ἀπορία· τὴν γὰρ ἀντίθεσιν ἐνστάσει ὁ ῥήτωρ ἐπελύσατο.

l) — fol. 133 v (ad Hst. 162, 17; antecedunt verba: τὸ εἰδικόν = VII 576, 18): ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐπεὶ βίαιός ἐστιν, ὁ Ἀθανάσιος λέγει τρισὶ θεραπείαις ἰάσασθαι τὸ ἐν αὐτῷ βίαιον (quae sequuntur). Excolit ergo Athanasius Hermogenis doctrinam.

m) — fol. 152r: λέγει δ' Ἀθανάσιος, ὅτι ἡνίκα τυράννου ποιούμεθα ἀναίρεσιν, τοῖς ἀπὸ ψυχῆς πλείστοις χρησόμεθα λέγοντες, ὅτι καὶ τὸ θεῖον ἔχει ἐναντίον ὡς ἀσεβής. Cf. VII 611, 11.

In scholiis Demosthenis memoratur Athanasius bis: p. 732, 28. 771, 28.

Athanasium docuisse post Euagoram cognovimus (litt. e), aequalem fere eum Eustathii esse conicio, cum una cum eo laudetur ab An. VII 613. Nil. fol. 62r cf. litt. p.; semel consentit cum Minuciano (litt. b), sed auctoris nomen non addit; Nilus cum eo coniungit Sopatrum et Georgium (fol. 84v). Ex omnibus fragmentis apparet disputationes de Minuciano et Hermogene scholasticas Athanasii temporibus iam finem cepisse, Hermogenis contra in doctrina vel enarranda vel corrigenda illius temporis rhetores consumpsisse operam.

Itaque Athanasium saeculo quarto exeunte floruisse conicio. Quod eum eundem esse atque Athanasium theologum existimat Chapmann (Demosth. ed. Dindorf VIII (Oxon. 1851) praef. p. XVIII. XXXI), confirmari non potest.

§ 21.

De Iuliano.

Complures earum quae Iuliani esse feruntur imperatoris epistularum Iuliano assignandas esse rhetori, qui saeculo quarto ineunte Athenis scholas habuit, comprobavit Cumont, sur l'authenticité de quelques lettres de Julien. Ad eundem ego referam fragmentum quod exhibet Nilus in fol. 14v (ad Hst. 149, 20 sq.): πέμπτον ἐπιχείρημα τὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ. λέγει γάρ, ὅτι ἐνταῦθα πρᾶγμά ἐστιν, οὐ

μέντοι γε ἐξετάζεται, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐτέθη, ἐπειδὴ κανών ἐστι τοῦ τεχνικοῦ λέγων· πᾶν πρόβλημα συνίστασθαι θέλει ἐκ προσώπου καὶ πράγματος. πρὸς τοῦτο πάλιν φαμέν, ὅτι ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοῦ πράγματος σπεύδετε παραλογίσασθαι· ὁ γὰρ τεχνικὸς πρᾶγμα λέγει ἐν τῷ κανόνι τὸ ἔγκλημα, ὑμεῖς δὲ λέγετε τὸ σημεῖον· πράγματος γὰρ ὄντος τοῦ φόνου καὶ τοῦ σημείου τοῦ παριστάναι ἐν ἐρημίᾳ ὑμεῖς τὸ σημεῖον λαμβάνετε. ἕκτον ἐπιχείρημά ἐστι τοῦ αὐτοῦ, ὅτι τὸ πρᾶγμα κεῖται ἐνταῦθα ἀόριστον, μηδὲν διαφέρον τοῦ τίς ἀορίστου. πρὸς οὓς φαμὲν σὺν αὐτῷ τῷ Ἰουλιανῷ, ὅτι εἰ λέγετε· αὐτὸ δύναμιν ἀόριστον ἔχει, ἐπάρατε τὸ ἀφανὴς γέγονε καὶ λέξατε· πέπραχέ τι καὶ οὐ συνίσταται.

§ 22.
De Epiphanio.

Suid. s. v.: Ἐπιφάνιος, ἔγραψε περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς στάσεων. Quo ex opere eam opinor esse depromptam partem quae incipit: τῶν μὲν ἄλλων διαφέρουσιν κτλ. = schol. IV 463 cf. 464, 2. 465, 15. Qua ratione differant inter se status [1]), disseruisse rhetores iam supra exposui, cf. cap. II § 9bb. cap. IV § 14 p. 60 cap. V § 16 p. 74 cum not. 1 et 2.

Alia praebet Nilus fragmenta.

a) — fol. 155r (antecedunt sententiae et Harpocrationis (cf. cap. VII § 24a) et Minuciani (cap. II § 9u) quo loco ponenda sit translatio disserentium): ὁ δὲ Ἐπιφάνιος μετὰ τὴν πραγματικὴν τάττει αὐτὴν ὡς μεταξὺ οὖσαν καὶ μετέχουσαν τῶν λογικῶν καὶ τῶν νομικῶν. Eadem verba exhibet Sop. IV 774, 8; de sensu cf. Quint. III 6, 78. Iul. Vict. p. 376, 24. 382, 5. Syr. II 151, 4. Sop. V 34, 2. Schol. IV 276, 8. An. VII 618, 10.

b) — 170v: qua de causa non simpliciter duplicem scripti atque voluntatis statum esse antinoniam docuerit Hermogenes (stat. 169, 2), disputatur. Antecedit fragmentum Eustathii (cf. cap. VI § 18cc) et Porphyrii (cf. cap. V § 17): ὁ δὲ Ἐπιφάνιος λέγει, ὅτι δεῖ τὸν ἕνα νόμον παραβεβάσθαι (— σται cod.) ἐπὶ τῆς ἀντινομίας. Cf. Syr II 166, 5. 195, 17. IV 710, 13 Marc. IV 268, 23. Max Plan V 230, 20.

---

[1]) In cod. Paris 1741 fol. 297 v extat anonymi tractatus de communione et differentia statuum.

Eunapius Epiphanium quendam inter Iuliani discipulos enumerat (p. 68 Boiss.); etiam inter Demosthenis interpretes invenitur Epiphanius (p. 177, 8. 266, 3 Dindorf). Haec omnia de uno eodemque accipiens circa a. 350 floruisse et a Platonicorum partibus stetisse Epiphanium conicio.

Cap. VII.

Analecta.

§ 23.

De Antipatro.[1]

Antipatrum quod sicut Minucianus translationem, rationalem scilicet, a parte rei induci posse docet, vituperat An. VII 244, 20 (cf. cap. II § 91 fin.); doctrinam eius alio loco (p. 235, 12) reicit. Quae si ad Antipatrum Zenonis discipulum referimus, cum post annum 144 eum natum esse constet, Minuciani ut aequalem etsi aetate minorem ita sectatorem eum fuisse censebimus.

§ 24.

De prolegomenis vol. V p. 222 sq. Rhet. Gr. W.

Quae Walzius sub nomine Maximi Planudis edidit prolegomena nihil continent, quod non alias quamquam alio ordine prolatum invenias[2]; unde talia sescenties in scholis tractata, sescenties litteris promulgata esse concludas.

---

[1]) Cf. W. Schmid, Pauly-Wiss. I 2517.

[2]) Cum 222, 3—15 cf. VII 39, 26—40, 12; 222, 16—223, 5 cf. VII 40, 12—29; cf. 16—20 cf. 17, 13—16; 222, 28—223. 5 cf. 17, 17—22; 223, 5—11 cf. VII 44, 6—16; 223, 11—225, 14 cf. VII 45, 13—47, 17; 225, 15—226, 5 cf. 44, 18—45, 9; 226, 6—227, 9 cf. 41, 17—43, 18; 226, 31—227, 4 cf. 43, 20—24; 227, 10--16 cf. 41, 6—16 cf. 17, 22; 16—21 cf. 40, 29—41, 3. — 228, 3—13 cf. 50, 25—51, 10; 13—17 cf. 20, 6—10; 17—24 cf. 20, 15—24; 228, 25—229, 18 cf. 24, 5—28; 229, 19—230, 3 cf. 23, 20—24, 5; 230, 3—23 cf. 27, 20—28, 13.

Eligam nonnulla quae mihi non ad prolegomena in Hermogenis status facere videntur.

a) p. 224, 22: in controversia quadam per omnes status tractanda initium sumitur a translatione, quam primo loco posuit Harpocratio testibus Syr. II 60, 14. Nil. fol. 154 v: περὶ τῆς τάξεως τῆς μεταλήψεως πολλαὶ πολλοῖς διαφωνίαι γεγόνασιν. Ἁρποκρατίων γάρ, φησί, πρώτην αὐτὴν ἀξιοῖ τετάχθαι διὰ τριῶν ἐπιχειρημάτων (quae sequuntur). Cf. cap. II § 9B.

b) — 226, 6: ἐπιγέγραπται δὲ τέχνη ῥητορικὴ τὸ βιβλίον, καίτοι οὐ περὶ πάσης ἐνταῦθα τῆς ῥητορικῆς διαλέγεται, οὐ μόνον γὰρ οὐκ εἰς πάντα τὰ εἴδη τῆς ῥητορικῆς τὸ περὶ τῶν στάσεων συντελεῖ —, quod defenditur. At meminerimus ab Hermogene vituperatos esse Minucianum et sectatores eius, qui librum de statibus inscriberent τέχνην ῥητορικήν (cf. cap. II § 9hh). Contra cum Suida teste et artem rhetoricam et de formis librum [1]) conscripserit Harpocratio, artem illam librum fuisse de statibus ad exemplum Minuciani conicio. Defensio igitur de titulo non ad Hermogenem, sed ad Harpocrationem facit.

c) — 228, 13: quae enumerantur status definitiones non pertinent ad Hermogenem, praesertim cum quae tamquam vera praedicatur definitio (p. 228, 17) doctrinae Platonicorum similis sit; cf. cap. VI § 22a.

d) — 228, 25 quae profertur status etymologia similitudinem habet cum una ex iis quas Minuciano assignat Sop. V 77, 15. Cf cap. II § 91.

e) — 229, 19 sq.: quattuor praedicantur status rationales, quattuor legales [2]). Meminerimus Hermagoram maiorem rationales modo status admisisse [3]), his deinde addidisse ut novum statum quae antea nominabantur quaestiones legales Lollianum (cf. cap. III § 10e), tum adiunxisse iuridicialem et negotialem Hermagoram minorem (cf. cap. III § 11 f), postremo status divisos non iam esse status docuisse Minucianum, quem primum tredecim constituisse status comperimus (cf. cap.

---

[1]) Suidas s. v.: Ἁρποκρατίων ὁ Αἴλιος χρηματίσας ὁ σοφιστής, ἔγραψε — περὶ τέχνης ῥητορικῆς, περὶ ἰδεῶν.

[2]) P. 229, 21 μετάληψις pro ἀντίληψις legendum est, cf. Piderit, de Hermagora p. 29. P. 229, 28 post συλλογισμός inserendum esse ἀμφιβολία monuit idem p. 29 not. 2.

[3]) Cf. Thiele p. 48 sq. 78 sq.

II § 9 A). Itaque cum tradat Max. Plan. V 229, 29: ὑφαιρουμένων τοίνυν τῶν τριῶν γενῶν, τῆς τε ποιότητος καὶ δικαιολογικῆς καὶ ἀντιθετικῆς, στάσεις γίνονται αἱ πᾶσαι δεκατρεῖς, hanc doctrinam esse prolatam primum Minuciani temporibus colligimus, quod eo solum tempore quo primum illa statuum extitit divisio, ipsis verbis consentaneum erat monere omnes status divisos desinere status esse.

§ 25.

De Maiore.

Marc. IV 324, 13: enarrat verba Hermogenis ἔστιν ὅτε: stat. 143, 3.

Contra non omnino recipit Hermogenis παραγραφικὸν κατὰ τὸ περιττεῦον vel ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλοντος (Syr. II 66, 26. Marc. IV 324, 20 cf. Hst. 143, 10), sed refelluntur argumenta eius (Syr. II 67, 7).

Suid. s. v.: Μαίωρ, Ἀράβιος, σοφιστής, ἔγραψε περὶ στάσεων βιβλία ιγ΄. συνεχρόνισε δὲ Ἀψίνῃ καὶ Νικαγόρᾳ, ἐπὶ Φιλίππου τοῦ Καίσαρος καὶ ἐπάνω.

Itaque si de statibus tredecim libros conscripsisse Maiorem, Hermagoram autem et Metrophanem unum de negotiali statu librum composuisse consideraverimus, tredecim singulos statibus libros dedisse Maiorem coniciemus. Deinde ad exemplum eum docuisse Hermogenis colligemus, cum de tredecim ageret statibus, omissis eis quas statuum divisioni praeposuerat Minucianus quaestionibus.

§ 26.

De scholiis in Demosthenem.

De scholiis in Demosthenem rhetoricis nemo, quantum comperi, adhuc quaesivit[1]). Ego autem nunc pauca quae ad Minucianum et Hermogenem pertinent congeram.

a) Remotionem fieri, si referantur crimina in ea quae extrinsecus sint admota, deprecationem, si in animae affectus

---

[1]) Consilio quaestionem illam neglegunt et W. Schunck, de schol in Dem. or. XVIII XIX XXI fontibus disputatio (Progr. Koburg 1879) p 2 et E Wangrin, quaest. de schol. Dem. fontibus part. I (Diss. Halle 1883) p. 4.

docet Minucianus, cf. cap. II § 9kk. Ad haec faciunt schol. Dem. p. 677, 26 Df.: ἀναφέρων ἐπὶ τὴν τύχην οὐχὶ συγγνωμικῶς, ἀλλὰ μεταστατικῶς ἔοικε τὰ λυποῦντα λύειν. Cf. p. 389, 15. Sop. V 101, 10. Aliter Marc. IV 638, 7.

p. 388, 30 sq.: thema de adulescente qui tyrannum futurum occisurum se esse iuraverat subicitur deprecationi, περὶ γὰρ μέθην εἰρηκέναι φησί (p. 389, 1). Cf. de ebrietate: Min. ap. Nil. fol. 119r. An. VII 203, 11 schol. IV 250, 2. 397, 24. 530, 2. 688, 3. V 205, 25. Sulp. Vict 349, 3.

p. 389, 8: τῶν δὲ συγγνωμικῶν ἐστι καὶ ὁ ἔρως καὶ ἡ ἄγνοια καὶ ἡ μέθη καὶ εὐήθεια καὶ ἀβελτηρία καὶ ὅσα τοῦ γένους ἐστὶ τούτου. ἡ γὰρ συγγνώμη ἀπὸ τῶν παθῶν[1]) χαρακτηρίζεται τῆς ψυχῆς. Cf. de amore: Min. ap. Nil fol. 119r. An. VII 203, 12. Syr. II 148, 24. schol. IV 530, 3. 688, 3. 691, 2; de ignorantia: Quint. VII 4, 14. Syr. II 174, 18. schol. IV 397, 24. 466, 20. 530, 2, 638, 8. 688, 3 691, 2.

p. 556, 18: ἑτέρα συγγνωμικὴ ἀντίθεσις, ὅτι δι' ὀργὴν ἐποίησα. Cf. de ira: Min. ap. Nil. fol. 119r. An. VII 203, 12. Syr. II 148, 24. schol. IV 250, 4. 688, 3. 691, 2.

p. 388, 17: ἀλλ' ἔστιν ἐνταῦθα τὸ χρῶμα μεταστατικὸν ὁμοῦ καὶ συγγνωμικόν. ἐξαπατηθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ Φιλίππου λέγει ταῦτα εἰρηκέναι. οὐκοῦν εἰ μὲν ἐπὶ τὸν Φίλιππον μεθίστησι, μεταστατικόν· εἰ δὲ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιοῖ ὡς ἐξηπατημένος, συγγνωμικὸν γίνεται. Cf. p. 389, 17. De fraude cf. Marc. IV 364, 30.

b) Omnia quae adhuc protuli, etsi maxima ex parte scholia in Menandrum redire constat, non ex hoc hausta esse apparet coll. Christ. fol. 102 v. Sed in alia doctrina cum Minuciano faciunt scholia; p. 334: ἡ μὲν ὑπόθεσις στοχαστική, οὐ γὰρ συντρέχει τοῖς ἐγκαλουμένοις Αἰσχίνης, ἀλλ' ἀρνεῖται παντάπασιν —, cf. cap. II § 9n.

c) — p. 567, 2. 570, 4: de comparatione quantitati praeposita cf. cap. II § 9aa.

d) Quibuscum bene facit, quod non magnam tribuit Hermogeni auctoritatem scholiasta, qui postquam (p. 390) insignes oratores pluris esse existimandos exposuit quam sui aevi technicos, pergit ita (v. 27): καὶ γὰρ ἐν τῷ τοῦ ἀσώτου προβλήματι καθολικῶς Ἑρμογένης ἡμῖν ἀποφαίνεται, μὴ οἷόντε εἶναι

[1]) Cf. p. 263, 11.

ἁπλοῦν στοχασμὸν ἄνευ πραγμάτων, ἄντικρυς Ἰσοκράτους ἡμῖν ἐν τῷ πρὸς Εὔθυνον τἀναντία νενομοθετηκότος. Cf. cap. II § 9 x; de Isocrate cf. p. 141, 3, 10 et quae exposui cap. III § 10h.

e) Denique impugnat scholiasta etiam Metrophanem Hermogenis interpretem: p. 760, 19: οὕτως οὐ πᾶσα μάχη πρός τι ῥητὸν νομικὸν ποιεῖ ζήτημα, ὅπερ διωρίσατο Μητροφάνης καὶ Ἑρμογένης (stat. 139, 6).

p. 550, 3: ὥστε οὐκ ἀκριβὲς τὸ τοῦ Μητροφάνους, ὅτι μετάληψις ἀντιλήψει λύεται; sine nomine p. 680, 11: ἡ γὰρ μετάληψις οὐκ ἀντιλήψει μόνον, ἀλλὰ καὶ μεταλήψει λύεται (cf. p. 690, 3), quibus etiam Hermogenis percutit verba: εὑρεθήσεται καὶ μετάληψις καὶ ἀντίληψις εὐθὺς ἑπόμενα: stat. 153, 15.

§ 27.

De Cyro.

Cyrum, eum dico qui conscripsit libellum περὶ διαφορᾶς στάσεως (Rhet Gr. VIII 387 sq.), virorum qui antecesserunt doctorum niti scriptis cum per se consentaneum est tum ex ipsius verbis apparet; p. 391, 14: ἄλλοι δέ φασι; p. 391, 22: ἄλλος δέ φησι; post p. 394, 19 cod. Par. suppl. 670 fol. 184r exhibet haec: τὰς ἀποκηρύξεις οὐχ, ὡς οἴονταί (οἶόντε: cod.) τινες, πραγματικὰς νομιστέον[1]). Praeter hos alium sequitur auctorem quem inducit voce φησί.

p. 387, 6: omnes codices (etiam Par. 670) praebent φησί.

p. 389, 17. 393, 4. 6. 15[2]): idem auctor intellegendus est.

p. 390, 4: post ἑξῆν pergit Par. fol. 181 r: ἑξῆς δέ φησι καὶ εἰς κτλ.

p. 391, 4: quod habet Walzii textus φησί omittit Par. fol. 181 v.

p. 394, 26: pro φησί exhibet αὗται Par. fol. 184r.

Cum eorum qui laudantur verbis ἄλλοι τινές opiniones ita faciant ad sententiarum conexum, ut eos iam commemoratos fuisse appareat in scripto eo quod suum in usum convertit is qui primus existimandus est auctor Cyri, illud φησί cum plane sensu careat, excidisse clamat nomen quoddam, illius scilicet primi auctoris. Quod nomen praebet cod. Par. (fol.

---

[1]) Cf. Sulp. Vict. p. 350, 21.

[2]) Hoc loco φησί omittit Par. fol. 183r.

182v = Rhet. Gr. VIII 393, 3 W.): ταράξουσι μὲν ἴσως τοῖς ὀνόμασι, εὑρεθήσονται ἐκ τῶν φευγόντων, ἄλλοτε ἄλλαις ὑποπιπτούσαις στάσεσι. φησὶ δὲ Σιρίκιος, ὅτι εὑρεθήσονται ἐν ταῖς δικαιολογικαῖς. Siricii ergo opus, contractum ab aliquo rhetore qui auctorem citabat verbis φησὶ δὲ Σιρίκιος, cum magis magisque in scholis, ut opinor, tereretur, factum est, ut nomen Siricii per saecula oblitterati et posterioribus ignoti paulatim evanesceret, — id quod alias quoque factum esse constat, — illud φησί aut integrum remaneret (ut in textu Walzii; Par. fol. 181r) aut corrigeretur (W. ad 387, 6; Par. 184r) aut omitteretur (p. 390, 4 W.; Par. 181v, 183r). Uno igitur loco ut primi auctoris nomen servaretur, felici casu evenit.[1])

De Siricio admodum pauca tradita accepimus, ut eum vix memoria dignum esse censuerit Westermann, Gr. Ber. § 98 not. 21. De vita refert Suidas: Σιρίκιος Νεαπολίτης ἐκ Παλαιστίνης, σοφιστής, μαθητὴς Ἀνδρομάχου, σοφιστεύσας χρόνον τινὰ κατὰ τὰς Ἀθήνας, προγυμνάσματα καὶ μελέτας. De Andromacho autem idem haec tradit: Ἀνδρόμαχος Νεαπολίτης ἐκ Συρίας, σοφιστής, υἱὸς Ζωνᾶ ἢ Σαβίνου, παιδεύσας κατὰ Νικομήδειαν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ βασιλέως. Ergo Siricius sub Constantino floruit.

Definitionem status exhibet An. V 592, 14: Σιρίκιος δέ φησιν· στάσις ἐστὶ ζήτησις, ἐφ' ἣν αἱ κατὰ μέρος πίστεις ἀνάγονται τῶν ἐν τῷ πολιτικῷ ζητήματι κειμένων, ubi post ζήτησις inserendum esse puto πολιτική coll. Sop. V 78, 10; cf. Quint. III 6, 21: *Hermagoras statum vocat, per quam subiecta res intellegatur et ad quam probationes etiam partium referantur.*

Alterum quod aetatem tulit fragmentum ex praeexercitamentis depromptum extat apud schol. in Apth. II 594, 20.

Sequitur ut themata a Cyro tractata cum aliis artium scriptoribus comparemus. Adnumerat themata Cyrus statibus his:

---

[1]) Cf. verba Schubarti, quae postea demum Foerster mihi monstravit: *Ref. ist übrigens der Ansicht, dass wir hier nicht das eigentliche Werk des Cyrus, sondern nur einen dürftigen Auszug haben; die ganze Form der Abhandlung scheint dafür zu sprechen; ja wir finden selbst eine aeussere Andeutung in dem einigemal eingeschobenen* φησί, *womit der Verf. des Auszuges wahrscheinlich die Worte oder Belege des Cyrus selbst anführt.* A quibus in multis discedo.

p. 387, 11: στοχασμός = Syr. II 72, 15. Marc. IV 215, 18.

— 388, 6: ἀντίληψις = Sop. V 95, 28 = IV 236, 14. Tyrannus apud Christ. fol. 79v. Sulp. Vict. 336, 7.

— 388, 17: συλλογισμός = Hermog. stat. 171, 28. Syr. II 200, 9. Ios. Rhac. III 493, 26 W.

— 390, 20: στοχασμός = Syr. II 95, 12. 21. Sop. V 94, 25.

— 390, 23: συγγνώμη = Syr. II 95, 14. 22 Sop. V 100, 26.

— 394, 22: ἀντίληψις = Sop. IV 587, 29.

— 395, 1: πραγματική = Sulp. Vict. 351, 1.

— 395, 15: ὅρος = Syr. II 122, 15. 126, 15. Sop. V 114, 2. 159, 29, 161, 28. schol. IV 578, 33.

— 395, 19 sq.: quod Minucianus subiecit scripto et voluntati, posteriores finitivi esse status volunt; cf. Syr. II 167, 20 sq. Cyrus ergo quasi putat esse scripti et voluntatis status exemplum cum fine coniuncti; cf. An. VII 621, 21: πλείστη συμπλοκὴ ὅρου καὶ ῥητοῦ <καὶ> διανοίας.

— 396, 3: πραγματική = Syr. II 121, 24 (sed alio nomine addito).

Accedunt duo themata codicis Parisini; post ζήτησις = p. 388, 4 sequitur in fol. 180r: καὶ πάλιν ἕτερον παράδειγμα· οἷον τὸν ἄπαιδα μὴ στρατηγεῖν, εἰσεποιήσατό τις καὶ μετὰ τὴν στρατείαν (στρατιὰν cod.) ἀπεκήρυξεν καὶ κατασοφισμοῦ κρίνεται· εἰ γὰρ ὁμολογήσει ἐπὶ τοῦτο τὸν υἱὸν εἰσποιήσασθαι ὥστε στρατηγῆσαι, ἄντικρυς κατασοφισμὸς ἂν εἴη τὸ πεπραγμένον, νῦν δὲ ἀρνεῖται. ἔσονται κτλ. Cf. de hoc et eo quod insequitur themate Sop. V 95, 24 = IV 236, 8, qui item alterum coniecturae, alterum qualitati absolutae subicit.

Post p. 395, 16 pergit cod. Par. (fol. 184v): τὸ ζήτημα ὁριστικόν, τίς ὁλόκληρος· καί τις ἓξ ἔχων δακτύλους δοκιμάζεται· τὸ ζήτημα συλλογιστικόν, ἴσον εἶναι γάρ φαμεν τοῦ ἐνδεῖν τὸ περιττεύειν. Thema de sacerdotii competitore sex habente digitos nusquam alias ratiocinationi adnumeratur.

Consentit igitur Siricius in exemplis diiudicandis plerumque cum rhetoribus Platonicis, id quod optime ad aetatem eius supra constitutam quadrat.

De Cyri vita nihil constat[1]: ita confitetur Walzius (VIII 386), qui in medio relinquit, utrum Cyrus Theodorus Prodromus an is qui II p. Chr saeculo floruit sophista sit intellegendus; at utrumque refellimus, cum cod. Par. iam s. XI. scriptus sit et s. IV floruerit Siricius.

Sed non satis constat de nomine Cyri, quod qui exhibent codices cum recentioris sint aevi et ii quibus usus est Walzius[2]) et qui praeterea mihi innotuerunt[3]), sine nomine autem extet opus in codice Parisino. Praebet igitur cod. Par. excerptum scholasticum operis cuiusdam ad Siricium redeuntis, alia[4]) eius recensio in eam quam imprimi iussit Walzius formam redacta est. Circa annum millesimum extitit recensio illius operis multis locis Walziana amplior[5]), sed nondum Cyri nomine inscripta.

Iam revertamur ad codicem illum quem in Vatopaedi monasterii bibliotheca inspexit I. Lascaris. Inter eum et codicem

---

[1]) Qua de causa Sopatri eum esse aequalem censeat Volkm. p. 92, non intellego.

[2]) Paris. 2924. 2976. Vindob. 84 s. XV—XVI.

[3]) Paris. 2975. Laurent. pl. LV cod. 3; pl. LVIII cod. 21. saec. XV.

[4]) Walzii contextum non pendere ex Parisino apparet, cum hic interdum textum praebeat breviorem atque codd. Walzii, e. g. fol. 181 v = p. 391, 14: — ὁριστικόν· ὑποπίπτουσι δὲ (fol. 182 r) καὶ ἀντιλήψεσιν· οὐ μὴν χρηστέον γε καὶ ἐν ταύταις τῇ ἐξουσίᾳ· ἁλώσεται γὰρ μᾶλλον ὁ κρινόμενος ἐν οἷς ἐξῆν αὐτῷ μὴ διαλῦσαι τὴν χάριν (v. 20).

[5]) Saepe etiam melior, ita ut solis ex Parisini verbis intellegi possit contextus:

p. 388, 8: recte exhibet νεώτερον a Walzio restitutum. (fol. 180 r).

p. 388, 24: ἐγὼ δέ σε οὐ παρὰ νόμον κρίνω, ἀλλ' ὅτι κατεσοφίσω ἑτέρῳ τρόπῳ τὸ αὐτὸ ποιῶν (fol. 180 v).

p. 389, 2: ὁ δῆμος ἀνεβόησε τὸν δεῖνα κωμῳδεῖν καὶ κρίνεται (fol. 180 v).

p. 390, 14: — ἀντιληπτικαὶ ἢ ἄλλῃ τινὶ τῶν ἐκ τῆς δικαιολογίας στάσεων ὑποπεσοῦνται, ὅταν δὲ ἐφ' οἷς ἄλλος, στοχαστικαί (fol. 181 r).

p. 390, 16: — κατιόντας τοῦ νόμου κελεύοντος καὶ τούτῳ χρώμενος (fol. 181 r).

p. 393, 14: μὴ δεῖν (fol. 183 r).

p. 396, 13: ἐνταῦθα γὰρ περὶ τοῦ τίς ὁ τὸν τύραννον ἀποκτείνας ἡ ζήτησις, οὐχὶ τίς ἐπιτηδειότερος· καὶ τῶν μὲν οὐδὲν ἐνδεῖ, ἀλλ' ἑκάτερος ὁλόκληρόν τι πρᾶγμα προβαλλόμενος οὕτως τὰς ἀμφισβητήσεις ποιεῖται (ποιῆται: cod.)· ἐν δὲ τοῖς ὁριστικοῖς ἑκατέρωθεν ἐνδεῖ τῶν δικαίων· τί μὲν γὰρ πέπρακται, τί δὲ λείπει (fol. 185 r).

Par. 670 cognationem aliquam intercedere apparet. Conferas enim:

Lascaris notas (Centralbl. f. Bibl. I 396)	cod. Par. cf. Hermae vol. 30 p. 289 sq.
ἐν τῇ ἐξηγήσει τῆς ῥητορικῆς παρὰ Φωτίου περὶ κατασοφισμοῦ.	fol. 180r: περὶ κατασοφισμοῦ.
Λαχάρους σοφιστοῦ περὶ τοῦ τὴν ῥητορικὴν ὑπὸ τοὺς πόδας εἶναι τοὺς ἐν τοῖς μέτροις καὶ μὴ ἀδιαφόρως, ὡς οἱ πλείους νομίζουσιν. παρὰ τῷδε ὅτι Λογγῖνος ὁ φιλόλογος ὁμιλιῶν βυβλία συνετάξατο δέκα[1]).	186r: Λαχάρου σοφιστοῦ. περὶ τοῦ τὴν ῥητορικὴν ὑπὸ τοὺς πόδας εἶναι τοὺς ἐν τοῖς μέτροις καὶ μὴ ἀδιαφόρως, ὡς οἱ πλείους νομίζουσιν.
σχόλια εἰς μέρη τινὰ τοῦ περὶ εὑρέσεως Ἑρμογένους.	190r: σχόλια εἰς μέρη τινὰ τοῦ περὶ εὑρέσεως ἑγμογένους ἐκ πολλῶν φιλοπόνων συνειλεγμένα.

Ille ergo tractatus, in cod. Par. 670 sine auctoris nomine traditus, quem Walzius sub Cyri nomine edidit, in codice Athoo ascriptus erat Photio. Is igitur qui codicem Paris. 670 conscripsit, postquam Nili commentarii ad finem pervenit, illos tres tractatus rhetoricos adiunxit ex codice quodam manuscripto sine dubio simillimo codicis Athoi, quem vidit Lascaris, nisi quod Photii nomen non praebebat.

Illum quem Lascaris vidit codicem ego non inveni in catalogo codicum in nonnullis Athoi montis monasteriis servatorum, quem saec. XVIII in. confecit Chrysanthos Notaras (ed. K. N. Sathas, μεσαιων. βιβλ. I (Venet. 1872) p. 276 sq. 283). Cum autem catalogus codicum Athoorum quem edit Sp. P. Lampros nondum Vatopaedianam bibliothecam contineat, num ille codex adhuc in hac bibliotheca servetur, diiudicare non possum[2]).

[1]) Cf. p. 292, 5 sq. Graeven, cum adnot. crit.

[2]) Interim etiam catalogi a Mina confecti vel exscripti (codd. Par. Suppl. gr. 657. 675 fol. 10) aliquid auxilii praebere poterunt.

Cap. VIII.

De artium scriptoribus Latinis.

§ 28.

De Sulpicio Victore et auctoribus eius Zenone et Marcomanno.

De Sulpicii Victoris libro, quamquam magni eum esse momenti constat[1]) ei qui artis rhetoricae historiae operam dat, nondum satis inquisitum esse puto. Stoicorum eum esse imbutum doctrina iam pridem cognoverunt viri docti[2]), etiamsi quid in singulis ars rhetorica Stoicis debeat, non perspicuum est[3]); denique doctrinas illas ex parte prolatas esse primum a Stoico quodam ante Senecae patris tempora Hermagorae doctrinam immutante atque excolente pluribus demonstravit Striller[4]). Sed mea nunc non id refert quo tempore primum ea quae docet Sulpicius prolata sint, investigare, sed quo tempore is quem Sulpicius, ut ipse testatur, sequitur floruerit.

Incipit Sulpicius ab his verbis: *Sulpicius Victor M. Siloni genero. quod frequenter a me postulabas videor expedisse. contuli in ordinem ea quae fere de oratoria arte traduntur, secundum institutum magistrorum meorum, Zenonis praecepta maxime persecutus, ita tamen, ut ex arbitrio meo aliqua praeterirem, pleraque ordine immutato referrem, nonnulla ex aliis quae necessaria videbantur insererem. recte an perperam fecerim, tu iudicabis; nec enim volo haec in multorum manus pervenire.*

Aetate ergo iam senior generi in usum conquirit Sulpicius, quae adulescens rhetorum in scholis didicit, cum et Zenonis aut artem rhetoricam aut commentarium in scholis confectum suo subiciat operi et aliorum doctrinas interdum

---

1) H. Sauppe, Gött. gel. Anz. 1864, 2016 = Ausgew. Schriften (Berlin 1896) 411.

2) L. Spengel, Rh. M. 18 (1863) 500.

3) L. Radermacher, Rh. M. 54 (1899) 286.

4) De Stoic. stud. rhet. p. 29. 32. 44. 52.

inserat. p. 321, 29–325, 2: recedit a Zenone; tum p. 340, 19–341, 25 sequitur Marcomannum. Duobus his capitibus exceptis quin unum sequatur auctorem, Zenonem scilicet, non habeo quod dubitem in homine qui et adnotat semper, ubi recedit ab exemplo suo neque corrigit, ubi aliam probat sententiam (cf. p. 338, 28).[1])

Hic Zeno quisnam fuerit, dissentiunt viri docti. Stoicae eum sectae fuisse conditorem censet Turnebus[2]), saeculi IV sophistam Dindorfius[3]); unde de Zenone medico et philosopho qui sub Iuliano floruit, cogitat Teuffel-Schwabe § 427 not. 6. edit. V. Equidem antequam Zenonis doctrinam perscruter, profiteor me non posse accedere opinioni A. Reuteri, qui Sulpicium ex Hermogenis doctrina pendere censet, cum ipse illos saepe inter se differre diserte exponat (Herm. 28 p. 97. 99. 100. 101). Quae vero ad Zenonis aetatem stabiliendam usui fore spero, haec sunt.

a) Maximam institutionum Sulpicii oratoriarum partem statuum divisio obtinet; idem in Minuciani opere factum esse novimus. Cf. cap. II § 9hh. De totius operis dispositione cf. cap. II § 9a.

b) p. 315, 22: asystata longe ante eas quae consistunt tractantur controversias; cf. cap. II § 9i.

c) — 316, 5 sq.: tres[4]) causarum species similes sunt quinque Minuciani, cf. cap. II § 9k. Hoc loco Hermogenis scholiastas in comparationem iam vocavit Capperonnier in edit. rhet. Lat. p. 258 not. 26.

d) — 316, 24: quattuor sunt Minuciani modi quinto addito. Cf. cap. II § 9k.

e) — 317, 15: inhonestum non recipit in asystatorum numerum; cf. cap. II § 9g.

---

[1]) Ipse nimirum addidit et ea quae ex Ciceronis scriptis laudat et quae e Romanorum rebus gestis affert exempla.

[2]) In Quintiliani editione Capperonneriana (Parisiis 1725) p. 246 not. 547; cf. Spengel, Rh. M. 18 (1863) 490. Susemihl Alex. Litt. II, 511 et 512.

[3]) Edit. Demosth. VIII praef. p. XIX ex praesumpta opinione Sulpicium quarto demum saeculo vixisse.

[4]) Male cum hoc loco Syr. IV 182, 10, ubi quattuor modo Minuciano assignantur species, contulit Reuter l. c. p. 80.

f) — 320, 1 sq.: unum qui pertinet ad Minuciani de inventione doctrinam locum minime dignum esse cui habeatur fides cognovimus; cf. cap. II § 9nn. Accedit quod Stoicorum moris erat neglegere inventionem [1]).

g) — 325, 5: de tredecim statibus ex quattuor rationalibus et quattuor legalibus ortis cf. cap. II § 9A. cap. VII § 24e, ubi hanc doctrinam alteri p. Chr. saeculo ascripsimus.

h) — 325, 19: de coniectura ex negatione orta cf. cap. II § 9n.

i) — 327, 10 sq.: de coniectura imperfecta aut personarum circumstantia aut rerum deficiente cf. cap. II § 9x.

k) — 328, 9 sq.: facit cum iis qui probationum expetitionem in causis concertativis reiciunt omnino; cf. cap. II § 9K.

l) — 336, 32: de fine status finitivi primo loco cf. cap. II § 9z.

m) — 337, 12 sq.: quae profert soli accusatori conveniunt; cf. Minuc. apud Syr. II 103, 24 sq.

n) — 338, 24 sq.: unam cum Zeno agnoverit translationem, ex Marcomanno petit praescriptionem Sulpicius; cf. cap. II § 9I.

o) — 342, 3: de status negotialis modis cf. cap. II § 9 M. Fortun. p. 94, 17.

p) — 345 sq.: suis quemque qualitatis assumptivae statum locis separatim tractat; cf. cap. II § 9ee; cap. III § 10f; Volkm. p. 389.

q) — 346, 45 sq.: de relatione saepe cum compensatione coniuncta cf. cap. IV § 14γ.

r) — 347, 14: definitio similis est definitioni Minuciani; cf. cap. II § 9kk.

s) — 347, 24: de tempestate remotioni subiecta vide Minuc. apud An. VII 586, 5; cf. schol. IV 249, 13. Sop. VIII 223, 11 sq.

t) — 349, 3: de ebrietate adulescentis ad deprecationem praetensa cf. cap. VII § 26b.

Num quis his affinitatis exemplis allatis Sulpicium ex Minuciani libro pendere existimabit? Ergo omnia quibus con-

[1]) Cf. H. v. Arnim, Loben und Werke des Dion von Prusa p. 79.

gestis Sulpicium pendere ex Hermogene[1]) demonstrare studuit Reuter, cadunt, contra ex iis quae et Reuter et ego exposuimus, solum apparet Zenonem saeculo II p. Chr. docuisse et Minuciani Hermogenisque aequalem fuisse. Ubi ergo aut cum hoc aut cum illo consentit, eam de qua in illius aevi scholis disputabatur doctrinam profert.

At iam Fabricius (Bibl. Gr. VI 140 Harles) *Zeno*, inquit, *Citieus, iunior, a quo Lysiae orationes illustratas fuisse memorat Suidas. Zenonis praecepta maxime secutum se testatur Sulpitius Victor in institutione oratoria ad Silonem generum*; tradit enim Suidas haec: Ζήνων, Κιτιεύς, εἰ δὲ ῥήτωρ τις ἦν ἢ φιλόσοφος, ἄδηλον. ἔγραψε περὶ στάσεων, περὶ σχημάτων, ὑπομνήματα εἰς Ξενοφῶντα, εἰς Λυσίαν, εἰς Δημοσθένην, περὶ ἐπιχειρημάτων[2]). De studiis in Demosthenem enarrandum collatis cf. schol. Dem. p. 16, 13. 43, 1. 191, 3. 481, 1 Ddf. Io. Doxap. VI 111, 24. Syr. I 13, 9 supra cap. I § 7. His convenit, quod a Syriano (II 60, 11) nominatur Zeno quidam inter Minucianum et Hermogenem; denique Philostratus (vit. soph. p. 108, 31 ed. Kayser, Lips. 1870) ubi de Antipatro[3]) refert ἀκροασάμενος δέ, inquit, καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἀθηναίου τὸ περὶ τὴν τέχνην ἀκριβὲς ἐκείνου ἔμαθεν. Iam Antipatri aetatis ratione habita circa a. 160 p. Chr. Zenonem Athenis docuisse concludimus[4]).

---

[1]) Recte hac de re iudicat Volkm. p. 23 not. 1 (cf. Cic. inv. II 24, 17) p. 100; cf. Bergk, Gr. Litt. 4, 557 not. 2. W. Schmid, Rh. M. 49 (1894), 160.

[2]) Zenonem Suidae et Sulpicii unum esse affirmat etiam Dindorfius (Dem. VIII praef. p. XIX), qui eum s. IV floruisse censet, opinionem secutus Chapmanni (cf. l. c. p. XXIX), qui loco Rufini (p. XXX, cf. Rh. L. M. p. 581, 19 Halm) nititur, ubi Victor quidam inter saeculi IV auctores commemoratur At qua de causa illum Victorem Sulpicium esse putat?

[3]) Cf. cap. VII § 23.

[4]) Quodsi Suidas Citiensem fuisse Zenonem tradit, per errorem id factum esse recte censet K. Sittl (Gr. Litt. II 238 not. 3); deinde de eodem viro esse intellegendos locos Syriani II 60, 11 et I 13, 9 coniecit Graeven (Corn. praef. p. XXIX); tum eundum esse Zenonem Philostrati et schol. Dem contendit Sittl (l. c. 239 not. 2); denique Bernhardyus Tzetzae locum (= An. Ox. IV 126, 7 cf. cap. III § 12 d) ad Suidae verba adnotavit.

Altero igitur saeculo Athenis professus est rhetoricam, celebratus maxime propter accuratam doctrinam (cf. schol. Dem. p. 191, 8: Ζήνων ὁ πολυθρύλητος). Ars eius rhetorica (vel quod ego magis crediderim, commentarius de arte rhetorica in scholis eius confectus)[1], quae nobis hucusque servatur, retractata atque in linguam Latinam versa a Sulpicio Victore, si indolem et multas in singulis doctrinas respicimus, arti Minuciani simillima erat; iis igitur adiungemus Zenonem technicis quos obscuritatis, neglegentiae, mali ordinis arguit Hermogenes[2], ut etiam studia eius in Demosthenem collata aeque atque Minuciani, Dionysii, Basilici, Aristidis, aliorum ab Hermogene improbata esse cognovimus. Cuius Zenonis si ponimus discipulum fuisse Sulpicium, ca. a. 200 vel saeculo III ineunte eum quae nobis in manibus sunt institutiones confecisse oratorias colligimus.

Multa in Sulpicii textu vulgaris sermonis verba restituit Th. Stangl (Philol. N. S. VIII (1895) 347 sq.), quae inveniri consentaneum est, cum soli genero scribat Sulpicius nec multorum in manus pervenire opus suum velit (p. 313, 6 sq.).

Deinde quod Catonis orationes novit (p. 324, 2), facit ad veterum auctorum imitationem, quae Sulpicio iuvene viguit.

Postremo dubito an locus Doxap. proll. rhet. VI 21, 3 referendus sit ad hunc Zenonem: ὁ δὲ Ζήνων δικάζεσθαι μόνον εἰδὼς ῥήτωρ ἤκουε. Haec enim opprobria ab Hermogenis asseclis facta esse putaverim, qui adversarium solo in foro aliquid valere existimandi sint clamasse[3]. Si igitur in foro

---

[1]) Propterea quod Zenonem de statibus librum conscripsisse Suidas tradit. Zeno igitur, cum in scholis quibus intererat Sulpicius totam artem rhetoricam amplecteretur, per litteras postea solam edidit doctrinam ut de statibus ita de argumentis. In hac nova tituli ratione utrum Zenonem Hermogenes an Hermogenem Zeno imitatus sit, diiudicari non potest (cf. cap. II § 9hh).

[2]) Quibus non repugnat, quod in Zenone laudat accuratam doctrinam Philostratus; nam Hermogenis est adversarius; cf. Norden, Kunstprosa p. 382.

[3]) Philostratus de Lolliani opera in negotiis forensibus consumpta nihil refert (cf. Kayser, P. Hordeonius Lollianus p. 8); cf. Rohde, Roman p. 303: „*Sie übernahmen, gleich manchen Rhetoren der ehemaligen asi-*

solo eum praestitisse aliquid auctor refert, nihil in excolenda arte eum valuisse subauditur. Cf. Io. Siceliotae de Dionysio et Aristide iudicium (VI 95, 4. cap. III § 12 e).

Ex his igitur cum Marcomannum, cuius de praescriptione doctrinam operi suo inserit Sulpicius, ca. a. 200 floruisse appareat, multo prius quam viri docti putabant, in veterum litteras invasit nostri populi homo[1]). Cui aevo doctrina convenit; quod enim officium oratoris esse censet, sapit Hermagoram maiorem (Victorin. p. 173, 25. Thiele p. 23. Reuter l. c. 75 not. 1. Fort. 81, 7. Aug 138, 15. Sulp 314, 4. exc. rhet. 585, 7). Deinde Minucianum et Hermogenem translationem et rationalem et legalem docuisse, Hermogenem eodem sensu usum esse translatione et praescriptione cognovimus. Hoc loco intellego doctrinam Marcomanni qui Hermogenem sequitur in distribuenda translatione, sed nondum praescriptionis ipsius modos statuit, ut postea Euagoras (cf. cap. II § 9J II—III. Reuter l. c. p. 87 sq.).

Denique Marcomannum non solum ad Graecorum exemplum scripsisse, sed etiam Graeca lingua usum esse colligo et ex ipsis auctoris verbis (p. 340, 34: — *magis etiamsi Graece controversia explicetur, qui δίκην tam poenam quam actionem vocant, sed nos quoque Latino sermone* —) et ex eo quod interdum Marcomanni verba cum scholiis in Hermogenem consentiunt;

cf. p.	340, 19—28	cum An. VII	237, 8—14.
	340, 29	cum	629, 18.
	340, 34	cum	230, 22. 239, 4—5. 243, 3.
	340, 38—341, 1	cum	238, 30—239, 1.

Terminat Sulpicius caput de praescriptione verbis his (p. 341, 26): *haec quae ad praescriptionem pertinent, quamquam ab instituto Zenonis remota, non tamen alienum fuit persequi ex his quae tradidit Marcomannus, ex cuius commentariis haec prope ad verbum translata sunt.* Cum commentariorum mentionem faciat, non Zenonis solum sed etiam Marcomanni

---

anischen Schule, gelegentlich wohl auch die rednerische Vertretung eines Processirenden vor Gericht; aber dieses däuchte ihnen eine leichte und verächtliche Uebung".

[1]) Cuius de aetate nihil adhuc constabat (cf. Teuffel-Schwabe § 401, 9. Rohde, JfPhil. 123 (1881) 428).

discipulum Athenis fuisse Sulpicium coniecerim; ergo Marcomannum Zenonis aequalem fuisse existimabimus.

§ 29.

De Fortunatiano[1]).

Ex eo quod librum Fortunatiani, quem Christianum fuisse[2]) et Cassiodori fere temporibus vixisse constat (cf. p. 495, 11. 498, 15 Halm), glossematis, lacunis, mendis scatere demonstravit I. Simon[3]), ego concluserim conscripsisse Fortunatianum artem suam ita, ut technici cuiusdam libro tamquam fundamento subiecto hic illic aut aliqua ex aliorum artibus auctorum partim male intellecta insereret aut quae sibi displicerent vel omitteret vel immutaret. Librum illum pro fundamento usurpatum primum ex Graecorum quodam exemplari ducere originem et per se liquet[4]) et testantur Graecorum nomina totum per opus usurpata; deinde existunt testes et cod. Bernensis, qui interrogatis et responsis praefigit Δ(ιδάσκαλος) et Μ(αθητής) (cf. app. crit. p. 81, 4 Halm), et qui solus in cod. Emmeranensi et in editione principe asservatur titulus, scolica nempe sive scholicae. Quod Graece esse σχολικά statim perspicuum est, etsi semel haec vox operi rhetorico inscripta invenitur. Exhibet enim Cornutus haec (§ 179 p. 33, 15 Graeven): τὴν δὲ μάχην ἐν τοῖς περὶ εὑρέσεως σχολικοῖς, ἐν οἷς περὶ ἐπιχειρημάτων ἐλέγομεν, ἐδιδάξαμεν, ubi non de scholiis in Hermogenem esse cogitandum recte monuit Graeven (praef. p. XXVI.) Quid significet, nunc patebit; nam cum Fortunatiani opus in breve contractum ut in scholis discentibus et cito sciendi cupidis proponatur indicare videatur, etiam illa Cornuti scholica eiusmodi commentarium discipulorum in usum confectum fuisse censeo[5]).

---

[1]) Eam tantum partem operis curo, quae statuum doctrinam amplectitur.

[2]) Cf. Spengel, Rh. M. 18 (1863), 490 not. 1.

[3]) Kritische Beiträge zur Rhetorik des C. Chirius Fortunatianus, Gratulationsschrift zum 400 jähr. Jubiläum der Universiät München, Schweinfurt 1872.

[4]) F. Meissner, N. Schweiz. Mus. II (1862) 203. Spengel, l c. 490.

[5]) Eiusmodi σχολικά fuisse iam colligemus commentarium quem cum doceret audientium in manibus esse voluit Zeno; et ut ipse eum mul-

Deinde inter Fortunatianum, cum praebeat Hermagorae maioris doctrinam in Stoicorum officinis immutatam et inflexam, et Sulpicium saepe intercedere cognationem quandam, iam pridem viri docti cognoverunt [1]).

Unde eiusdem fere temporis esse conicimus primum Fortunatiani auctorem [2]) atque Zenonem. Hoc posito optime explicari possit, qua ratione saepius Fortunatianus et cum Hermogene [3]) et cum Minuciano facere possit; cf.

a) p. 82, 6 sq.: de v. αἴτιον etc. cf. cap. II § 9 f.

b) — 82,15: de asystatorum loco cf. cap. II § 9 i.

c) — 88, 22 sq.: de generibus controversiarum cf. cap. II § 9 k. Hunc locum Minuciani doctrina iam Capperonnier ed. rh. lat. p. 59 not 62 illustravit.

d) — 89, 22: de simili status definitione cf. cap. II § 9 m.

e) — 89, 25: cf. 97, 26: de statibus legalibus cf. cap. II § 10 e.

f) — 89, 31: de translatione et praescriptione eodem sensu usurpatis cf. cap. II § 9 J II 1.

g) — 90, 1: de coniectura ex negatione orta cf. cap. II § 9 n.

h) — 90, 3: de coniectura imperfecta cf. cap. II § 9 x [4]).

i) — 92, 10 cf. 93, 3: quod status ex quo alii nascuntur ipse desinit status esse, non solum notatu dignum esse putabimus [5]), sed quomodo sit explicandum, intellegimus coll. cap. II § 9 A. cap. VII § 24 e. cap. VIII § 28 g.

k) — 97, 30: de tredecim (cf. p. 90, 1. 91, 5. 92, 12. 93, 6 11. 20. 32. 94, 17. 97, 27) statibus cf. cap. II § 9 A.

---

torum in manus pervenire sine dubio noluit, ita postea genero soli eum commisit Sulpicius. Eadem de Marcomanni commentario iudicemus licet.

[1]) Cf. Spengel, l. c. 490. Volkm. p. 9. 207. Thiele, Hermag. p. 42. Schmid, Rh. M. 49, 138 sq.

[2]) Artium saeculi II p. Chr. scriptores niti doctrina Hermagorae iam cognovimus (cap. III—IV). Cf. Thiele, p. 19: *„Fortunatian lag ein Rhetor vor, der sich wahrscheinlich als Sospitator des Hermagoras — gefiel.“*

[3]) Cf. Reuter l. c.

[4]) Sed animadvertas quaeso non solum docere Fortunatianum coniecturam imperfectam aut personarum aut rerum, sed etiam et p. et r. deficientem (p. 90, 19).

[5]) Cf. Reuter l. c. p. 84 not. 1.

l) — 99, 13: locus corruptus nos de doctrina Minuciani (cf. Marc. IV 270, 25) monet.

m) — 100, 11: quinque quamquam habet collectionis modos, in eo tamen recedit a Minuciano, quod pari omisso inducit consequens, quod aliis interdum nomen est loci a maiore ad minus (Nil. fol 168 v. Sop. V 105, 16 coll. V 206, 14); cf. cap. II § 9 mm.

n) — 105, 20[1]: de fine status finitivi primo loco cf. cap. II § 9 z. cap. VIII § 28 l

o) — 105, 22: de qualitate conclusioni tributa cf. cap. II § 9 w.

p) 105, 23: de translativo in qualitatis absolutae locorum ordine deficiente cf. cap. II § 9 dd.

q) — 105, 26: ita ut Hermogenes assumptivae qualitatis status tractat separatim in methodo (p. 93, 6 sq.), coniungit autem eas in divisione (cf. cap. III § 10 f. Volkm. p. 389).

r) — 109, 4: de figuris cf modos Minuciani cap. II § 9 k. cap. VIII § 28 d.

Illorum igitur rhetorum numero qui II p. Chr. saeculo ab Hermogene impugnabantur, Fortunatiani auctor habendus esse videtur. Neque iam in Fortunatiani opere Hermagorae et Stoicorum doctrinas inveniri permixtas mirabimur[2]), cum eam fuisse illius temporis artibus indolem per Minucianum doceamur.

Cap. IX.

Conclusio.

§ 30.

Minuciani ars rhetorica qualis fuerit breviter exponitur.

Iam qualis fuerit argumentorum in arte Minuciani ordo, si summa attingentes statuere conamur, ad Sulpicii et Fortunatiani normam haec fieri debere apparet.

---

[1]) De verbis constituendis cf. Reuter, l. c. p. 96 not. 1.

[2]) Ita Spengel, l. c. 489 sq.

Minucianus neque rhetoricam neque oratorem neque quaestionem civilem definiverat, sed oratoris esse solum contenderat de omni quaestione civili dicere posse (cf. cap. II § 9 b; contra Fort. 81, 4 sq.); deinde enumeraverat tria rhetoricae genera (cf. cap. II § 9 a; Fort. 81, 12 sq.), quibus — de thesi et hypothesi a Minuciano tractatis nihil traditum invenimus - adiunxisse videtur officia oratoris (cap. II § 9 a. Fort. 81, 20. Sulp. 315, 5). Tum controversia per αἴτιον etc. constituta (cap. II § 9 f.; Fort. 82, 1 sq. Sulp. 315, 21) asystata secuta sint oportet, quorum in numerum inhonestum (quod exhibet Sulp. 315, 22) non receptum fuisse comperimus (cap. II § 9 g). Deinde cognito εἰ συνέστηκεν τὸ πρόβλημα, δεῖ καὶ τὸ εἶδος ἐπιγνῶναι ἐφ' ὃ ἀνάγεται (An. VII 16, 9 sq.); secuta sunt igitur genera et modi (cap. II § 9 k. Fort. 88, 20. Sulp. 316, 5). Sed iam oritur quaestio alia: τρίτον καὶ τὴν στάσιν εἰς ἣν τὸ πρόβλημα ἀναφέρεται (An. VII 16, 12. cf. Fort. 89, 21); unde hoc loco eum definivisse statum et quo modo ex primariis statibus ducerentur status, docuisse opinor (cf. cap. II § 9 A; cap. VII § 24 e; cap. VIII § 28 g; § 29 i). Postea inventionem (An. VII 16, 13) breviter eum tetigisse suspicor (cf. cap. II § 9nn; cap. VIII § 28f.). De ordine naturali et artificiali, quamquam nihil traditum est, aeque atque memoria [1]) pauca eum protulisse verisimile est. Postremo de elocutione tractata extat testimonium Tzetzae (chil. 12, 568).

Quibus ego eum primo libro finem imposuisse opinor, ut illis quaestionibus pertractatis alterum [2]) librum daret statuum divisioni. Huic fortasse proposuit disputationem de circumstantiis (cf. cap. II § 9 d. e. Fort. 102, 21 sq.). Quem ordinem fuisse ut statuam, impellor loco Syriani II 99, 11 qui de Minuciano refert haec: ἐν τῇ διαιρέσει τῶν στάσεων ἔξω τῆς ποιότητος ἐάσας τὸν ὅρον ἐνταῦθα ὑπὸ τὴν ποιότητα αὐτὸν ἀνάγει —, h. e. distinguit inter generalem statuum divisionem qualem exhibent Fort. 89, 25 sq. Sulp. 325, 4 - 17. Hst. 138, 9—142, 18, et divisionem uniuscuiusque status in locos suos. Deinde induxisse Minucianum definitiones statuum

---

[1]) Attamen notatu dignum est, quod neque quidquam de memoria docet Sulpicius et ea quae affert Fortunatianus ad verbum ex Quintiliano deprompsit (cf. Striller l. c. p. 61).

[2]) Cf. cap. I § 7 init.

ante locos divisionis ex Syriani loco apparet, cum Hermogenes definitionem una cum deductione status afferre soleat.

Sicut Sulpiciani operis maximam partem obtinet statuum divisio (cap. VIII § 28a), ita alterum Minuciani operis librum ambitu ampliorem priore fuisse verisimile est, cum Hermogenis de titulo artis convicia vix intellegantur (cf. cap. II § 9hh). Atque omnino illius aevi technicis moris fuisse coniciamus, ut usitatam totius rhetoricae dispositionem quamquam operibus subiciebant, tamen ceteris summatim attactis praecipue statibus operam navarent; itaque ceteris magis magisque neglectis facile quis in libris illius de statibus modo agi poterat contendere.

§ 31.

De Hermogene Minuciani adversario.

Hermogenes quibus de causis adversatus esset Minuciano, recte iam perspexit Ioannes Sturm: „*Hermogenes non eam habet rationem dicendi, quam multi apud Graecos et Latinos instituerunt: omittit enim multis in locis partitiones totius artis generales, multas etiam definitiones: hoc est, ea omittit et praeterit, quae suo tempore in scholis rhetorum tum Graecorum, tum etiam Romanorum fuerunt tradita et divulgata et omnibus nota. Idcirco non ponit in hoc aditu suo doctrinae partes officii oratorii, sed eas data opera et de industria praetermittit. Reliqui autem scriptores statim initio doctrinae tradunt officium oratoris esse etc*“ — (Scholae in partit. rhetoricas Hermogenis, Argentorati 1570 p. 1). Etiam aliam causam ipse prodit Hermogenes, cum facere se aliquid dicat quo fiat aptior doctrina instituenti: διδασκαλικώτερον γὰρ ἐσπούδασα τὰς τέχνας ἀφηγήσασθαι, περιελὼν τὴν τέχνην τοῦ λόγου καὶ γυμνὰ τιθεὶς τὰ νοήματα, ὡς εἶναι κατάδηλα μᾶλλον (inv. 178, 11). θαυμάζειν δὲ οὐ χρὴ τὸν τρόπον τῆς διδασκαλίας τοῦτον, εἰ πρὶν διδάξαι τι περὶ τῆς περιβολῆς, ὡς πρὸς εἰδότας περὶ αὐτῆς διαλέγομαι· οὐ γάρ ἐστιν ἑτέρως διδάξαι τι περὶ τούτων (form. 278, 28). Idem deinde in eo laudant interpretes: διδασκαλικῶς πάνυ πρότερον ἡμῖν τοῦ πολιτικοῦ ζητήματος παραδίδωσι τὸν ὅρον — (Syr. II 14, 23). οὐ τοσοῦτον πρὸς τὴν φύσιν ἀπιδὼν ὅσον πρὸς τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναγκαῖον (An.

VII 235, 27). ῥητέον δέ. ὅτι οὐ τοσοῦτον εἴωθεν ὁ τεχνικὸς ἀποβλέπειν εἰς τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, ὅσον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναγκαῖον (VII 618, 18 cf. v. 22. 28). Itaque si totum artis rhetoricae campum peragrare neglegit Hermogenes, non id sibi proponit, ut pueris discentibus, sed ut viris docentibus[1]) praecipua artis capita exponat; non enim quomodo se in singulis[2]) gerat aliquis, docet, sed normam quandam et viam proponit, quibus qua ratione utatur ipse vir eloquentiae iam peritus inveniat[3]).

Hermogenes vivus eorum qui antecesserunt neglegentiam et obscuritatem vituperavit, mortuus iisdem a Platonicae sectae rhetoribus cumulatus est conviciis. Sed media progressi sunt posteri: oblitteratis enim omnibus fere qui docuerunt ante Hermogenem et omnibus qui eum mortuum in doctrinae subtilitate superare studuerunt, Hermogenis in dies ut augetur auctoritas, ita Minuciani rarius rariusque mentio fit. Tertio enim saeculo qui eum enarrent, inveniuntur Hermogenisque de Minuciani operis indole ita neglegitur iudicium, ut Aquila ad exemplum eius suum componat opus; etiam quarto saeculo de huius doctrina in scholis disputatur. Posteris vero, quamquam Minuciani et nomen et fragmenta in commentariis citantur, recte docuisse Hermogenem, erravisse Minucianum constat: ἔστι δέ, φησί, τοῦτο τὸ λεγόμενον κοινότατον ἐπὶ πάντων τῶν πραγμάτων καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τῶν τεχνῶν· καὶ γὰρ ἀνάγκη ἐπί τε γραμματικῶν κρεῖττον εἶναι τὸ λεγόμενον ὑπὸ ἀρίστων καὶ ἐπὶ τῶν ῥητόρων τὸ λεγόμενον ὑπὸ Ἑρμογένους μᾶλλον ἢ τὸ ὑπὸ Μινουκιανοῦ, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἰατρικῶν, λογικῶν, φυσικῶν (anon. in Aristot. rhetor. I 7 p. 1364 b 14 = p. 35, 25 ed. Rabe, Berol. 1896.) Eadem Hermogenes utebatur auctoritate apud renatae antiquitatis

---

[1]) *„Ipse enim ut et Aristoteles rhetoricam suam non proponit adolescentibus, sed viris politicis“* (Laurentius, comment. in Hermogenis status, Col. Allobr. 1614 p. 2).

[2]) Cf. quae de formis eius iudicat Fr. Leo (Gött. gel. Anz. 1898, 179): *„während er aber so keineswegs zur gesonderten μίμησις der einzelnen ἰδέαι auffordern will, vielmehr ihren inneren Zusammenhang unablässig betont“* —.

[3]) Stat. 165, 23: τὴν μὲν γὰρ ὁδὸν ἡ τέχνη δείκνυσι τῆς διαιρέσεως, τῇ δὲ φύσει τοῦ πράγματος τὴν τέχνην προσακτέον κατὰ τὸ ἐγχωροῦν.

viros doctos: καὶ τὴν Ἑρμογένους ῥητορικὴν — ἑρμήνευε — ὡς χρησιμωτάτην τε καὶ διδασκαλικωτάτην ἁπασῶν —, μόνος γὰρ ὁ Ἑρμογένης ῥητόρων, ὅσοις ἡμεῖς ἐνετύχομεν, τὰς πολλὰς τῶν λόγων περιπλοκὰς χαίρειν ἐάσας, αὐτοῦ ἔχεται τοῦ πράγματος διδάσκων — πῶς μὲν ἄν τις — τοῦ λέγειν ἐντέχνως ἐπιτυγχάνοι (Demetrius Lucas Marco Musuro [1]). Iniuria deinde rhetorum studiis diu neglectis nunc demum intellegunt viri docti optimos percipi posse fructus e commentariis in Hermogenem scriptis [2]), qui cuius sint pretii recte iudicat Aldus Manutius: *„dedicamus igitur tibi hos Syriani, Sopatri ac Marcellini in Hermogenis Rhetorica et Aphthonii Progymnasmata commentarios, de quorum doctrina et copia potuissemus nonnihil scribere, ut adhortaremur studiosos ad studendum more nostro, si fuisset nobis quietus animus“* [3]).

In fine vero mihi liceat mea facere verba Guilelmi de Occam [4]): *quamvis his diebus opus perfectum facere nequeamus, utile erat penitus non silere, ut alios copiam librorum habentes ad faciendum perfecta opera provocemus.*

---

[1]) Cf. E. Legrand, Bibl. Hellénique I, 87.

[2]) Cf. C. Hammer, Jahresber. d. klass. Alterth. 46 (1886), 90. L Radermacher, Rh. Mus. 54 (1899), 366.

[3]) Cf. Legrand l. c. I, 89.

[4]) Quae laudat S. Riezler, die litterarischen Widersacher der Paepste zur Zeit Ludwig des Bayers, (Leipzig 1874) praef. p. IX.

Druck von Max Schmersow, vorm. Zahn & Baendel, Kirchhain N.-L.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

ACHTER BAND.

DRITTES HEFT.

PROLEGOMENA IN PSEUDOCELLI DE UNIVERSI NATURA LIBELLUM

SCRIPSIT

IOANNES DE HEYDEN-ZIELEWICZ.

BRESLAU.
VERLAG VON M. & H. MARCUS.
1901.

PROLEGOMENA

IN PSEUDOCELLI

DE UNIVERSI NATURA LIBELLUM

SCRIPSIT

IOANNES DE HEYDEN-ZIELEWICZ.

VRATISLAVIAE.
M. & H. MARCUS.
1901.

Parentibus optimis

CONSPECTUS RERUM.

I.

1. Ocelli Lucani nomen prae se ferunt et opusculum quod περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως inscribitur, compluribus traditum codicibus [1]) atque ab Ioanne Stobaeo (Ecl. I 424 sq.) excerptum, et fragmentum περὶ νόμου libri a Stobaeo conservatum (Ecl. I 340) et fragmentum ab Ioanne Laurentio Lydo (de mens. II 8) traditum. Qui Ocellum laudant scriptores veteres [2]), plerique Pythagoreum eum dicunt veterem ac praestantem [3]). Quare opusculo illi a viris litterarum graecarum peritis magna auctoritas semper est tributa. Inde a renatarum litterarum aetate saepius ediderunt, verterunt, explicaverunt libellum viri philosophiae graecae studiosi [4]) et in Pythagoreorum primorum et vetustissimorum numero auctorem eius collocaverunt. Antiquitas libelli primum a XVII. saeculi viris doctis nonnullis, imprimis ab Hermanno Conring (Propolit. c. XV p. 104) in dubium est vocata, saeculo XVIII. exeunte recens eius origo a Meinersio (Histor. doctr. de vero deo p. 312 sq. Hist. doctr. ap. Graec. et Rom. p. 584) clare est cognita et demonstrata. Tamen opinio opposita, qua et περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως et περὶ νόμου liber pro Ocelli Lucani, Pythagorei veteris, Platonis et Aristotelis auctoris, operibus habebantur, usque ad XIX. saeculi initium sese obtinuit, sagaciter et docte a multis

[1]) Cf. Mullach Fr. phil. gr. I 385.

[2]) Cf. Mullach l. l. p. 384.

[3]) Cf. Lucian. pro lapsu in salt. § 5 ὁ μέν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἴδιον ἡμῖν καταλιπεῖν τῶν αὑτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Ὀκέλλῳ τῷ Λευκανῷ καὶ Ἀρχύτᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι . . .

[4]) Cf. Fabricii Bibl. gr. ed. Harles I p. 855 sq. Novissimas editiones libelli curaverunt Rudolph, Lipsiae 1801 (cum commentario) et Mullach Frgm. phil. gr. I p. 383 sq., Parisiis 1875.

viris doctis defensa[1]). Nostra quidem aetate viri philosophiae graecae periti de recente libelli origine non dubitant[2]). Et hic et fragmentum illud περὶ νόμου libri (fragmentum a Lydo traditum neglegitur a plerisque) Neopythagoreorum qui dicuntur scriptori alicui attribuuntur, qui Ocelli, Pythagorei veteris, nomen et indolem simulet, idem in ambobus opusculis[3]). Etiamnunc vero libello universi naturam tractanti in Pythagoreorum litteris enarrandis maius tribuitur momentum, ut a Zellero[4]) ita laudante: „Allen anderen geht der falsche Ocellus voran, dessen Schrift unter den uns erhaltenen Urkunden des späteren Pythagoreismuus nicht bloss eine der ältesten und einflussreichsten ist, sondern auch durch Schärfe der Begriffe und des logischen Verfahrens sich auszeichnet."

De auctoribus, quibus libelli scriptor sapientiam suam debeat, summatim tantum nonnulli viri docti coniecturas protulerunt, ut in prima libelli parte Zeller[5]) de Parmenide et Aristotele, Susemihl[6]) de Aristotele et Critolao, Schmekel[7]) de Peripateticis cogitaverunt.

---

[1]) Cf. Fabric.-Harles l. l. p. 857.

[2]) Cf. vero quae G. Long in „Dictionary of greek and roman Biography and Mythology" (London 1880 ed. by W. Smith) s. v. Ocellus Lucanus profert: „If the existing work (scil. libellus π. τ. τ. π. φ.) is not genuine, we must suppose that when it was fabricated, the original was lost. It is also possible that it is a kind of new modelled edition of the original; and it is also possible that the extant work is the original itself, which the brevity and simple close reasoning render a probable conclusion." De libelli pretio adduntur haec: „The book appears to be a fragment. The physical philosophy is crude and worthless, but the fundamental ideas are clearly conceived and happily expressed".

[3]) Cf. Mullach Fr. ph. gr. I 383. Zeller, Ph. d. Gr. III 2 p. 95[3]. Susemihl, Gesch. d. gr. Litt. II, 333.

[4]) Ph. d. Gr. III, 2 p. 131[3].

[5]) Ph. d. Gr. III 2 p. 131,2: „Die Hauptgedanken dieser Begründung sind ihm natürlich durch Aristoteles und teilweise schon durch Parmenides an die Hand gegeben."

[6]) G. d. gr. Litt. II, 336: „Schon bei Pseud-Okellos, welcher unter anderem die Anfangs- und Endlosigkeit der Welt von Aristoteles und Critolaos entlehnt."

[7]) D. Philos. d. Stoa p. 433: „Noch klarer tritt dies in der Schrift des Ocellus hervor. Sie beginnt gleich damit, die Ewigkeit der Welt zu beweisen und zwar mit Gründen, die der peripatetischen Schule entlehnt sind." Cf. Diels Doxogr. p. 107, 188.

2. Quae cum ita sint, ipsi accuratius et libelli argumentum atque indolem et auctorum eius inter se rationem scrutemur.

Atque ineuntem libellum considerantes primum vix effugere potest Peripatetica quaedam ars atque ratio, quam scriptor indicat. Nam profitetur vel potius simulat hausisse se sapientiam suam τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών, τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. Apparet scriptorem maius concedere momentum observationi naturae, minus cogitationi soli[1]). Hanc tribus describit nominibus δόξα, λόγος, νόησις, discrimine quod est inter ea et Platoni et Aristoteli et recentioribus Pythagoreis probatum[2]), non notato. Nam Pythagoreorum plurimi cum Platone inter quattuor cognoscendi gradus (νοῦς, διάνοια sive ἐπιστήμη, δόξα, αἴσθησις) distinguunt ita, ut rerum ipsarum et verarum (dei, idearum, numerorum) cognitio primi et alterius, imaginum rerum cognitio tertii et quarti cognoscendi gradus sit. At Pseudocellus infimo cognitionis generi (αἰσθήσει) aperte summum tribuit momentum, summo (νοήσει) infimum. Denique cognoscendi ars atque ratio quam ipse profitetur, a Pythagorea et Platonica plane abhorret.

3. Quae sequuntur (§ 2) coniungenda esse videntur tam argumentandi ratione quam mundi imagine iis explicata cum §§ 10 (11). Haec Eleatica repetere videntur argumenta et Parmenidi auctori a Zellero aliisque tribuuntur. Re vera § 10, ubi ostenditur universum nec in ens nec in non ens interire posse, Parmenidei argumenti (fragm. 8), quod docet universum nec ex ente nec e non ente ortum esse posse, memoriam repetere videtur. Etiam Parmenidis verba ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν a Pseudocello repetuntur, cum dicit (§ 2): δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγέννητον, et paullo post: οὕτως οὖν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγέννητον τὸ πᾶν. Tamen dubitem, num Parmenides unicus auctor fuerit. Nam primum huius argumentatio qua universum nec ortum nec interiturum esse demonstrat, multo uberior, dialectica

[1]) Cf. Aristot. de gener. anim. III 10. 760 b 27 sq.

[2]) Plat. Tim. V 27 D, 28 A, 51 DE, 52 A B. Aristot. Metaph. Λ 9. 1074 b 36. Eth. Nicom. H 9. 1151 a 17; Z 12. 1143 b 1; 13. 1144 b 29. Ps. Archyt. in Stob. Ecl. I 784,722; Iambl. in Villoisoni Anecd. II 199. Brontin. ibid. II 198.

arte praestantior est quam illius. Pseudocellus de universi et ortu et interitu disputat, de interitu quidem, de quo Parmenides omnino non loquitur, multo accuratius et longius (§§ 2, 10, 11) quam de ortu (§ 2). Accedit quod Parmenides imprimis de ente, cui universi nomen et naturam (πᾶν) attribuit, loquitur, entis naturam laudat, entis ortum refutat. Pseudocellus vero non de ente, sed de universo imprimis loquitur. Ostendit universum nec ortum nec interiturum esse, cum id unde oriri posset πρῶτον τοῦ παντός esset, et id in quod interire posset ἔσχατον τοῦ παντὸς esset. Cum autem et illud et hoc partes sint universi — illud prima, hoc ultima —, universum modo e parte sui ipsius oriri et in partem sui ipsius interire potest. Sequitur ipsum manere et restare semper (§ 2). Idem etiam aliter consideratur et ostenditur in hunc modum. Universum in non ens dissolvi non potest. Ens vero — in quod unum interire potest universum — sive universum est sive pars universi. Semper vero restat universum (§ 10). Vides rationem inter § 2. et § 10 esse eam, ut haec illam explicet atque compleat. Universum modo e parte sui ipsius oriri et in partem sui interire posse, id quod in § 2 docetur, clarum fit et explicatur iis quae in § 10 adduntur: universum aut in ens aut in non ens dissolvi posse, hoc vero ἀμήχανον esse, illud autem partem universi esse. Apparet universi notionem totius argumentationis Pseudocellanae summum esse principium atque cardinem. Qua notione omnia explicantur, inde derivantur argumenta. Quod Parmenidi ens, Pseudocello universum est (τὸ ὅλον, τὸ πᾶν), de quo tota hac libelli parte disserit. Ens quidem respicit Pseudocellus, notionem vero eius notioni universi posthabet; Parmenides vero universi quidem notionem respicit, eam vero entis notioni posthabet.

Quare dubitari potest iure, an re vera e Parmenidis carmine solo sapientia Pseudocelli fluxerit. Atqui inter reliquos Eleaticae philosophiae sectatores exstat aliquis, qui propius quam Parmenides ad Pseudocellanae argumentationis indolem et rationem accedere videatur. Neque verisimilis non erit suspicio etiam illum in Pseudocelli fuisse auctoribus. Melissum dico Samium, cuius libelli fragmenta nonnulla Simplicius tradidit. Quae quamquam additamentis Sim-

plicii ipsius aperte amplificata sunt[1]), tamen dubitandum non est quin Melissi ipsius argumentatio uberior fuerit et accuratior quam Parmenidis. Elucet id e Melissi fragmentis 7, 5, 1, quae a Simplicio (in Aristot. Phys. 22 b. 103, 13. 109, 20) tradita sunt, cum Parmenidis fragmento 8 et Pseudocello I, 2, 10 comparatis.

Parmenides (ed. Diels)

μοῦνος δ' ἔτι μῦθος ὁδοῖο | λείπεται ὡς ἔστιν· ταύτῃ δ' ἐπὶ σήματ' ἔασι | πολλὰ μάλ', ὡς ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν, | οὖλον μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς ἠδ' ἀτέλεστον· | οὐδέ ποτ' ἦν οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἔστιν ὁμοῦ πᾶν, | ἕν, συνεχές· τίνα γὰρ γένναν διζήσεαι αὐτοῦ; | πῇ πόθεν αὐξηθέν; οὔτ' ἐκ μὴ ἐόντος ἐασέω | φάσθαι σ' οὐδὲ νοεῖν· οὐ γὰρ φατὸν οὐδὲ νοητόν | ἔστιν ὅπως οὐκ ἔστι. τί δ' ἄν μιν καὶ χρέος ὦρσεν | ὕστερον ἢ πρόσθεν τοῦ μηδενὸς ἀρξάμενον φῦν; | οὕτως ἢ πάμπαν πέλεναι χρεών ἐστιν ἢ οὐχί.

Melissus

fr. 7: ὅτε τοίνυν οὐκ ἐγένετο, ἔστι δέ, ἀεὶ ἦν καὶ ἀεὶ ἔσται. καὶ ἀρχὴν οὐκ ἔχει οὐδὲ τελευτήν, ἀλλ' ἄπειρόν ἐστιν. εἰ μὲν γὰρ ἐγένετο, ἀρχὴν ἂν εἶχεν (ἤρξατο γὰρ ἄν ποτε γινόμενον) καὶ τελευτήν (ἐτελεύτησε γὰρ ἄν ποτε γινόμενον)· εἰ δὲ μήτε ἤρξατο μήτε ἐτελεύτησεν ἀεί τε ἦν καὶ ἀεὶ ἔσται, οὐκ ἔχει ἀρχὴν οὐδὲ τελευτήν· οὐ γὰρ ἀεὶ εἶναι ἀνυστόν, ὅτι μὴ πᾶν ἐστι. fr. 1: εἰ μὲν μηδὲν ἔστι, περὶ τούτου τί ἂν λέγοιτο ὡς ὄντος τινός; εἰ δέ τι ἔστιν, ἤτοι γενόμενόν ἐστιν ἢ αἰεὶ ὄν, ἀλλ' εἰ γενόμενον ἤτοι ἐξ ὄντος ἢ ἐξ οὐκ ὄντος. ἀλλ' οὔτε ἐκ μὴ ὄντος οἷόν τε γενέσθαι τι . . . . οὔτε ἐκ τοῦ ὄντος· εἴη γὰρ ἂν οὕτως καὶ οὐ γίνοιτο. οὐκ ἄρα γινόμενόν ἐστι τὸ ὄν. αἰεὶ ὂν ἄρα ἐστίν. οὐδὲ φθαρήσεται τὸ ὄν. οὔτε γὰρ ἐς τὸ μὴ ὂν οἷόν τε τὸ ὂν μεταβάλλειν . . . . οὔτε ἐς ὄν. μένοι γὰρ ἂν πάλιν οὕτω γε καὶ οὐ φθείροιτο. οὔτε ἄρα γέγονε

---

[1]) Cf. Pabst, de Melissi Samii fragmentis, Bonnae 1889. Dubitandi cupidine impulsus nimia is ultra iustum terminum procedere videtur, cum fragmenta 1—5 paraphrasin Melissi verborum a Simplicio ipso factam dicit. Aucta esse illa et addita quaedam a Simplicio non negem. Argumenta vero quibus Pabst efficere conatur fragmenta illa pro paraphrasi Melissi verborum esse habenda, non sufficiunt. Spero occasionem de indole atque argumento fragmentorum, de eorum cum reliquis fragmentis et ceteris Melissi doxographis ratione vera, denique de eorum auctoritate disputandi alibi brevi mihi datum iri.

τὸ ὂν οὔτε φθαρήσεται· αἰεὶ ἄρα ἦν καὶ ἔσται. fr. 5: εἰ ὢν ἐστι μὴ κενεόν, ἀνάγκη πλῆρες εἶναι· εἰ δὲ τοῦτο, μὴ κινέεσθαι· οὐχ ὅτι μὴ δυνατὸν διὰ πλήρεος κινέεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν σωμάτων λέγομεν, ἀλλ' ὅτι πᾶν τὸ ἐὸν οὔτε ἐς ἐὸν δύναται κινέεσθαι· οὐ γάρ ἐστι τι παρ' αὐτό· οὔτε ἐς τὸ μὴ ἐόν· οὐ γάρ ἐστι τὸ μὴ ἐόν.

Pseudocellus (ed. Mullach)

I 2 δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγέννητον. ἀεί τε γὰρ ἦν καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγέννητον τὸ πᾶν· οὔτε γὰρ εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζοι, εὕροιτο ἄν, ἐξ ὅτου γεννηθείη, οὔτε εἰ φθαρτόν. εὕροιτο ἄν, εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. ἐξ ὅτου τε καὶ γέγονεν. ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν, εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔσται. τὸ δέ γε πᾶν γινόμενον σὺν πᾶσι γίνεται καὶ φθειρόμενον σὺν πᾶσι φθείρεται. καὶ τοῦτό γε δὴ ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. I, 10 ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὂν ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται· καὶ εἰς μὲν τὸ ὄν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορά, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὂν ἤτοι τὸ πᾶν ἢ μέρος τί ἐστι τοῦ παντός· καὶ μὴν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν· ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ πᾶν.

Vides propius accedere ad Melissi argumentationem quam ad Parmenidis carmen locum Pseudocelli, sive illam accuratam et plenam et dialectica arte praestantem, sive loquacem et verbosam et non argumenta, modo verba cumulantem appellamus; similiorem eum esse illius quam huius rationi. Accedit, quod etiam verba ipsa Pseudocelli (§ 2): ἀεί τε γὰρ ἦν καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγχρονον ἦν κτλ. non dissimilia sunt Melissi verbis (frgm. 7): ἀεὶ ἦν καὶ ἀεὶ ἔσται . . . εἰ μὲν γὰρ ἐγένετο κτλ., atque Pseudocelli verba (§ 2): οὔτε εἰ φθαρτόν, εὕροιτο ἄν, εἰς ὃ φθαρείη . . . . εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται κτλ. Melissi verbis (frg. 1): οὐδὲ φθαρήσεται τὸ ὂν . . . μένοι γὰρ ἂν πάλιν οὕτω γε καὶ οὐ φθείροιτο· οὔτε ἄρα γέγονε τὸ ὂν οὔτε φθαρήσεται.

Differunt vero Melissus et Pseudocellus[1]) eo quod hic

[1]) Inde quod Melissi universum est infinitum, Pseudocellus vero in § 15 de rotunda eius figura loquitur, nihil de maiore huius cum Parmenide

de universo, ille de ente imprimis loquitur. Haec autem differentia re vera fortasse minor est, quam primo aspectu videtur. Nam post ea quae Apelt, Chiapelli, Kern, Offner, Tannery, Vermehren [1]) de Melissi philosophia exposuerunt, dubium non videtur quin Melissus universi et unius notionem — praeter entis — respexerit magis et conceperit clarius quam Parmenides. Neque est dubium quin Melissus cum de infinita entis natura disserat, non tam aut de spatio solum aut de tempore tantum cogitet, quam de existendi infinitate omnino, neque alterius infinitatem ab alterius infinitate clare secernat, sed utramque commisceat, utramque cum universitate entis necessario coniunctam, ex hac necessario consequentem intellegat. Itaque — si recte leguntur et explicantur Melissi fragmenta [2]) — etiam in eo propius accedere videtur Pseudocelli locus ad illa, quam ad Parmenideum carmen [3]).

Haec autem Pseudocelli cum Parmenide et Melisso ratio explicari potest sive ita, ut utrumque philosophum in Pseudocelli manibus fuisse putemus, sive ita, ut alium quendam coniciamus scriptorem, qui Eleatarum argumenta enarraverit et eorum dicta nonnunquam verbotenus repetiverit, id quod

---

quam cum Melisso similitudine concludere licet. Nam quae in § 15 dicuntur, aperte Peripatetici auctoris sunt, cum §§ 2, 7, 10, 11 plane non cohaerentia neque cum illis conferenda, modo eadem libelli parte contracta (cfr. pag. 20).

[1]) Apelt, Melissos bei Ps. Aristot. in: Jahrb. f. kl. Philol. 133 (1886) p. 729 sq. — Chiapelli, Sui frammenti e sulle dottrine di Mel. d. Sam., Rendic. dell' Accad dei Lincei 1890. — Kern, Zur Würdigung des Mel. v. Sam., Festschr. d. Stettin. Stadtgymn. 1880. — Offner, Zur Beurteil. d. Mel., Archiv f. Gesch. d. Philos. IV 12. — Tannery, Pour l' histoire de la science hellène, Paris 1887. — Vermehren, die Autorschaft der dem Aristot. zugeschr. Schr. π Ξενοφάνους etc., Jena 1861. — Cf. Baeumker, Probl. d. Mater. 58, 3.

[2]) Cf. Aristot. soph. elench. I 5. 167b 14: οἷον ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος, ὅτι ἄπειρον τὸ ἅπαν, λαβὼν τὸ μὲν ἅπαν ἀγένητον. ἐκ γὰρ μὴ ὄντος οὐδὲν ἂν γενέσθαι, τὸ δὲ γενόμενον ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι. εἰ μὴ οὖν γέγονεν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει τὸ πᾶν, ὥστ' ἄπειρον.

[3]) Cf. etiam Melissi frgm. 4, 11, 12, 13. — Aetii plac. II 4, 11. I. 24, 1 (Diels Dox. 332 b1, 320a 11).

scriptoris huius libelli indolem respicienti verisimilius esse videtur.

4. Iam ad § 11 capitis eius Pseudocellani transeamus. Ubi nullam interitus causam nec interiorem nec exteriorem esse posse ostenditur. Exterior causa nulla exstare potest, cum praeter et extra universum nihil omnino adsit; interior nulla, cum omnia quae sunt, in universo sint, haec autem magnitudine et potentia inferiora sint universo. Vides haec cum §§ 2 et 10 communi indole i. e. unitatis et universitatis notione Eleatica (cf. Melissi frg. 3, 4, 5) cohaerere. Tamen hanc sententiam nec in Parmenidis carmine nec in Melissi fragmentis reperimus. At similitudo quaedam loci eius cum Philonis de aeternitate mundi libri locis (c. V, XVI, XX, XXII) adest, quos cum Pseudocello conferas.

Pseudocellus

εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντὸς φθαρήσεται δυναστευόμενον ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός. οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντὶ καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ κόσμος. οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ. δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονα καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές. ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντὸς καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσται καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν.

Philo c. V (ed. Cumont.)

τοὺς δὲ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον κατασκευάζοντας λόγους ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν ὁρατὸν (θεὸν) αἰδοῦς τακτέον προτέρους. ἅπασι τοῖς φθορὰν ἐνδεχομένοις αἰτίαι διτταὶ τῆς ἀπωλείας, ἡ μὲν ἐντός, ἡ δὲ ἐκτὸς προϋπόκεινται. εἰ δὲ φθείρεται καὶ κόσμος, ἐξ ἀνάγκης ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ἢ πρός τινος τῶν ἐν αὐτῷ δυνάμεων διαφθαρήσεται. ἀμήχανον δ' ἑκάτερον. ἐκτὸς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ κόσμου πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ συνερανισθέντων. οὕτως γὰρ εἷς τε ἔσται καὶ ὅλος καὶ ἀγήρως. εἷς μὲν διὰ τὸ ἀπολειφθέντων τινῶν ἕτερον ἂν τῷ νῦν ὄντι γενέσθαι ὅμοιον. ὅλος δὲ ἕνεκα τοῦ σύμπασαν τὴν οὐσίαν εἰς αὐτὸν ἐξανηλῶσθαι· ἀγήρως δὲ καὶ ἄνοσος, ἐπειδὴ τὰ νόσοις καὶ γήρᾳ σώματα ἁλωτά, θερμότησι καὶ ψύξεσι καὶ ταῖς ἄλλαις ἐναντιότησι προσεμπιπτούσαις ἔξωθεν

ἰσχυρῶς ἀνατρέπεται, ὧν οὐδεμία δύναμις ἀποδράσασα κυκλοῦται καὶ ἐπιτίθεται, πασῶν μηδενὸς ἀποστατοῦντος μέρους ὁλοκλήρων ἐγκατειλημμένων εἴσω. εἰ δ' ἄρα τί ἐστιν ἐκτός, πάντως ἂν εἴη κενὸν ἢ ἀπαθὴς φύσις, ἣν ἀδύνατον παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι. καὶ μὴν οὐδὲ ὑπό τινος αἰτίας διαλυθήσεται τῶν ἐντὸς αὐτοῦ. πρῶτον μὲν ἐπειδὴ τοῦ ὅλου τὸ μέρος καὶ μεῖζον ἔσται καὶ κραταιότερον, ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον. ὁ γὰρ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει χρώμενος ἄγει τὰ πάντα μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτῶν ἀγόμενος. ἔπειτα διότι διττῶν οὐσῶν φθορᾶς αἰτιῶν, τῆς μὲν ἐντός, τῆς δ' ἐκτός, ἃ τὴν ἑτέραν οἷά τε ὑπομένειν, δεκτικὰ καὶ τῆς ἑτέρας ἐστὶ πάντως. σημεῖον δέ· βοῦς καὶ ἵππος καὶ ἄνθρωπος καὶ τὰ παραπλήσια ζῷα, διότι πέφυκεν ἀναιρεῖσθαι ὑπὸ σιδήρου, καὶ νόσῳ τελευτήσει. χαλεπὸν γάρ, μᾶλλον δ' ἀδύνατον εὑρεῖν, ὅτι· τὴν ἔξωθεν αἰτίαν πεφυκὸς ὑπομένειν τῆς φθορᾶς ἄδεκτον ἔσται κατὰ τὸ παντελὲς τῆς ἔνδοθεν. ἐπειδὴ τοίνυν ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἐκτὸς φθαρησόμενος ἐδείχθη ὁ κόσμος . . . οὐδ' ὑπό τινος τῶν ἐν αὐτῷ . . . .

Philo c. XVI

Ἀποδείξεσι δὲ οἱ περὶ τὸν Βόηθον κέχρηνται πιθανωτάταις . . . εἰ, φασί, γενητὸς καὶ φθαρτὸς ὁ κόσμος, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι γενήσεται, ὅπερ καὶ τοῖς Στωικοῖς ἀτοπώτατον εἶναι δοκεῖ. διὰ τί; ὅτι οὐδεμίαν φθοροποιὸν αἰτίαν εὑρεῖν ἐστιν, οὔτ' ἐντὸς οὔτ' ἐκτός, ἣ τὸν κόσμον ἀνελεῖ. ἐκτὸς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστιν, ὅτι μὴ τάχα που κενόν, τῶν στοιχείων ἀποκριθέντων εἰς αὐτὸν ὁλοκλήρων, εἴσω δ' οὐδὲν νόσημα τοιοῦτον, ὃ γένοιτ' ἂν αἴτιον θεῷ τοσούτῳ διαλύσεως. εἰ δ' ἀναιτίως φθείρεται, δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἔσται ἡ γένεσις τῆς φθορᾶς, ὅπερ οὐδ' ἡ διάνοια παραδέξεται. καὶ μήν φασιν, ὅτι γενικοὶ τρόποι φθορᾶς εἰσι τρεῖς . . . ἔτι πρὸς τούτοις ἐὰν ἐκπυρωθῇ, φασί, τὰ πάντα, τί κατ' ἐκεῖνον ὁ θεὸς πράξει τὸν χρόνον; ἢ τὸ παράπαν οὐδέν; καὶ μήποτ' εἰκότως· νυνὶ μὲν γὰρ ἕκαστα ἐφορᾷ καὶ πάντων οἷα γνήσιος πατὴρ ἐπιτροπεύει, καὶ εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἡνιόχου καὶ κυβερνήτου τρόπον ἡνιοχεῖ καὶ πηδαλιουχεῖ τὰ σύμπαντα . . . πάντων δ' ἀναιρεθέντων ὑπ' ἀργίας καὶ ἀπραξίας δεινῆς ἀβιώτῳ βίῳ χρήσεται· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον;

Philo c. XX

ἔτι τοίνυν κἀκεῖνο μοι δοκεῖ μὴ ἀπὸ σκοποῦ τοῖς ἰχνηλατοῦσι τἀληθὲς εἰρῆσθαι. φθειρόμενος ὁ κόσμος ἤτοι ὑπό τινος ἑτέρας

φθαρήσεται αἰτίας ἢ ὑπὸ θεοῦ. ὑπ' ἄλλου μὲν οὐδενὸς τὸ παράπαν δέξεται διάλυσιν. οὐδὲν γάρ ἐστιν ὃ μὴ περιέχει. τὸ δὲ περιεχόμενον καὶ κατακρατούμενον ἀσθενέστερον δήπου τοῦ περιέχοντος, ὑφ' οὗ κατακρατεῖται. ὑπὸ δὲ θεοῦ φθείρεσθαι λέγειν αὐτὸν πάντων ἀνοσιώτατον. ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἀταξίας καὶ ἀκοσμίας καὶ φθορᾶς, ἀλλὰ τάξεως καὶ εὐκοσμίας καὶ ζωῆς καὶ παντὸς αἴτιος ἀνωμολόγηται τοῦ ἀρίστου παρὰ τοῖς τἀληθῆ δοξάζουσιν. c. XXII ἀλλ' οὐδέν ἐστιν ἐκτός, ὃ μὴ μέρος γέγονεν αὐτοῦ· ὅλον περιέχεται γὰρ καὶ κατακρατεῖται.

Apparet Pseudocellum et Philonem locis quos dico idem explicare argumentum. Quaeritur quae sit ratio horum locorum inter se et cum Pseudocello. Vides Philoneorum locorum primum (c. V)[1] et verbis nonnullis cum Pseudocelli loco congruere[2] et indole ad huius argumentationem propius accedere quam ceteros quos dico Philonis locos. Quorum alter (c. XVI), qui ad Boethum Stoicum referendus videtur, et tertius (c. XX) etiam deum, mundi auctorem, gubernatorem, tutorem respiciunt, de divina actione eiusque cum mundo ratione loquuntur[3], quae Pseudocellus aeque ac primus ille Philonis locus (c. V) omisit. Sequi videtur Philonis caput V artius cum Pseudocello cohaerere quam reliquos Philonis locos quos attuli. Atque coniciendum aut ex eodem fonte fluxisse hoc Philonis argumentum atque Pseudocelli argumentationem aut illud ex hac esse haustum, aut et Pseudocellum et huius fontem a Philone esse adhibitos. Alteri vero coniecturae obstat, quod Philonea argumentatio uberior est et plenior non verbis modo, sed etiam sententiis quam Pseudocelli. Itaque aut primam illam aut postremam amplec-

[1]) Quem V. Rose (Aristot. Frgm. I 19 p. 33, 11 ed Lips.) Aristoteli tribuit ratione nulla allata. Cf. Arist. Frgm. ed Acad. Bor. 1, 17. 1477, 6.

[2]) Pseudocellus: ὑπό τινος τῶν ἔξω φθαρήσεται δυναστευόμενον ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός = Phil. ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς ἢ πρός τινος τῶν ἐν αὐτῷ φθαρήσεται δυνάμεων. Pseudocell.: δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονα καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός = Phil. ἐπειδὴ τοῦ ὅλου τὸ μέρος μεῖζον ἔσται καὶ κραταιότερον. Pseudocell.: ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντός = Phil.: ὁ γὰρ κόσμος ... ἄγει τὰ πάντα μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτῶν ἀγόμενος.

[3]) Cf. Aristaeonis Pythagorei de principio mundi divino fragmentum (Stob. Ecl. I 428), quod similem spirat animum.

temur coniecturam. Quaestionem tamen, quis Philonis auctor hic fuerit, adhuc seponamus.

Postremo commemoro Pseudophilolai fragmentum quod a Stobaeo conservatum est[1]), cum Pseudocello I 11 et sententiae et verborum (cf. δυναμικωτέρα) similitudine aliqua coniunctum. Quod utrum e Pseudocelli libello ipso fluxerit an e fonte communi, discernere non audeo.

5. Accedimus ad §§ 7 et 8, quibus Pseudocellus de mundi ex omnibus naturis compositi itaque nulla re indigentis absoluta natura agit, ratione quidem quae Eleaticis illis argumentis (§§ 2, 10 [11]) non est dissimilis. Quae si comparabis cum Platonis Timaei VII 32 CD, 33 BC et cum Philonis de aeternitate mundi libri c. XV ineunte, quod Critolai Peripatetici argumentum quartum affert, videbis eadem ab omnibus iis dici.

Plato

τῶν δὲ δὴ τεττάρων ἓν ὅλον ἕκαστον εἴληφεν ἡ τοῦ κόσμου σύστασις. ἐκ γὰρ πυρὸς παντὸς ὕδατός τε καὶ ἀέρος καὶ γῆς συνέστησεν αὐτὸν ὁ συνιστάς, μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολιπών, τάδε διανοηθείς. πρῶτον μέν, ἵνα ὅλον ὅτι μάλιστα ζῷον τέλειον ἐκ τελείων μερῶν εἴη. πρὸς δὲ τούτοις ἕν, ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτο γένοιτ' ἄν· ἔτι δ'ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, κατανοῶν ὡς τὰ τῷ σώματι θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ πάνθ' ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει, περιιστάμενα ἔξωθεν καὶ προσπίπτοντα ἀκαίρως λύει καὶ νόσους καὶ γῆρας ἐπάγοντα φθίνειν ποιεῖ. διὰ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν τόνδε θεὸς ὅλον ἐξ ὅλων ἁπάντων τέλειον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν ἐτεκτήνατο . . . . λεῖον δὲ δὴ κύκλῳ πᾶν ἔξωθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο πολλῶν χάριν, ὀμμάτων τε γὰρ ἐπεδεῖτο οὐδέν, ὁρατὸν γὰρ οὐδὲν ὑπελείπετο ἔξωθεν, οὐδ' ἀκοῆς, οὐδὲ γὰρ ἀκουστόν· πνεῦμά τε οὐκ ἦν περιεστὸς δεόμενον ἀναπνοῆς, οὐ δ'αὖ τινὸς ἐπιδεὲς ἦν ὀργάνου σχεῖν, ᾧ τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ τροφὴν δέξοιτο, τὴν δὲ πρότερον ἐξικμασμένην

[1]) Ecl. I 20 W: Φιλόλαος ἄφθαρτον τὸν κόσμον εἶναι. λέγει γοῦν οὕτως ἐν τῷ περὶ ψυχᾶς· παρὸ καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀκαταπόνατος διαμένει τὸν ἄπειρον αἰῶνα. οὔτε γὰρ ἔντοσθεν ἄλλα τις αἰτία δυναμικωτέρα αὐτᾶς εὑρεθήσεται οὔτ' ἔκτοσθεν φθεῖραι αὐτὸν δυναμένα, ἀλλ' ἦς ὅδε ὁ κόσμος ἐξ αἰῶνος καὶ ἐς αἰῶνα διαμένει, εἷς ὑφ' ἑνὸς τῶ συγγενέος καὶ κρατίστω καὶ ἀνυπερθέτω κυβερνώμενος.

ἀποπέμψοι πάλιν. ἀπῄει τε γὰρ οὐδὲν οὐδὲ προσῄει αὐτῷ ποθέν· οὐδὲ γὰρ ἦν· . . . . ἡγήσατο γὰρ αὐτὸ ὁ ξυνθεὶς αὔταρκες ὂν ἄμεινον ἔσεσθαι μᾶλλον ἢ προσδεὲς ἄλλων.

Critolaus

πρὸς δὲ τούτοις φησὶ τριττὰς αἰτίας δίχα τῶν ἔξωθεν ὑποβεβλῆσθαι ζῴοις τελευτῆς, νόσον, γῆρας, ἔνδειαν, ὧν οὐδεμιᾷ τὸν κόσμον ἁλωτὸν εἶναι πεπηγέναι. τὸ γὰρ ἐξ ὅλων τῶν στοιχείων ὡς ἅτε μηδενὸς ὑπολειφθέντος καὶ ἀπελευθεριάζοντος μέρους βιασθῆναι· κατακρατεῖν τε καὶ τῶν δυνάμεων, ἐξ ὧν αἱ ἀσθένειαι· τὰς δὲ ὑπεικούσας ἄνοσον καὶ ἀγήρω αὐτὸν διαφυλάττειν. αὐταρκέστατόν τε αὐτὸν αὐτῷ καὶ ἀνεπιδεᾶ παντὸς γεγονέναι.

Pseudocellus

τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον· δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων διακόσμηθείς. σύστημα γάρ ἐστιν τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελὲς καὶ τέλειον. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· εἰ γάρ τί ἐστιν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν πάντα ἔχει, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα. τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν, ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ' ἐπιδεῖ καὶ τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῷα μὲν πρὸς ἀναπνοήν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δ'ἄλλαι αἰσθήσεις πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι· ἥλιος δὲ καὶ σελήνη καὶ οἱ πλάνητες καὶ οἱ ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς κοινῆς διακοσμήσεως αὐτοῦ, αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν.

Vides e mundi omnes naturas et vires continentis, sibi ipsi sufficientis natura absoluta omnes tres quos affero scriptores concludere (quamquam Pseudocellus eam conclusionem non clare addit) mundum inopia, morbo, senectute, denique interitus causa omni liberum esse. Sequitur Pseudocellum sive Platoni sive Critolao sive utrique sive neutri eorum sed tertio cuidam (eorum excerptori aut alterius sectatori, alterius auctori) sua debere. Certam vero sententiam in posterum differamus.

6. Anguste cum iis conexa esse videntur, quae in sequente § 9 de universo, ut de causa rerum generali et ab-

soluta de causisque omnino. disseruntur. Quae ab Aristotelis de causis doctrina pendent. Constat enim Stagiritam docuisse[1]) causam cuiuslibet status et ipsam eodem statu praestare; ut ignem, caloris causam, ipsum calidissimum esse. Quod placitum Aristotelium a Pseudocello ad mundi aeternitatem probandam adhibitum est, non ut ipsius ingenii inventum, sed ut Critolai argumenti imitatio. Pseudocelli loco cum Critolai (Phil. d. aet. mund. c. XIV) et Aristotelis (l. l.) sententiis collato, eorum et illius inter se conexus non te fugiet.

Aristoteles

ἕκαστον δὲ μάλιστα αὐτὸ τῶν ἄλλων, καθ' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει συνώνυμον, οἷον τὸ πῦρ θερμότατον, καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ αἴτιον τοῦτο τῆς θερμότητος, ὥστε καὶ ἀληθέστατον τὸ τοῖς ὑστέροις αἴτιον τοῦ ἀληθέσιν εἶναι.

Critolaüs

τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑγιαίνειν ἄνοσόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν ἀΐδιόν ἐστιν. αἴτιος δ' ὁ κόσμος αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, εἴ γε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν.

Pseudocellus

τό τε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὂν αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ θερμόν ἐστι, καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γινόμενον αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ γλυκύ ἐστι καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων, τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ αὑτῶν ἐμφανεῖς καὶ γνωστικαί εἰσιν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον ἐστί . . . ὁ δέ γε κόσμος αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι, αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι . . . καὶ αὐτοτελὴς καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα.

Atque vides Pseudocellum cum Critolao communem habere argumentationis totius finem et rationem, qua a singulis rebus (ut igne, melle) ad mundi aeternitatem demonstrandam

[1]) Cf. Metaph. α 1. 993 b 24 sq.

progrediuntur; cum Aristotele vero congruere Pseudocellum exemplis quae afferuntur, igne (caloris causa) et demonstrationis principio (veritatis causa). Itaque utrumque philosophum, et Aristotelem et Critolaum, in Pseudocelli manibus fuisse verisimilius est, quam aut hunc aut illum.

7. Accedamus iam ad omissam adhuc capitis partem, §§ 3—6. Et iam hic apertam Aristotelis et Critolai locorum cum Pseudocello invenimus necessitudinem. Peripatetici dico locum a Philone (d. aet. m. c. XIV) traditum, Stagiritae de caelo libri locos duos. Quos si inter se comparaveris, conexus eorum non erit dubius.

Aristoteles

I 3. 270 a 12 sq. ὁμοίως δ' εὔλογον ὑπολαβεῖν περὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλῳ φερομένου σώματος καὶ ὅτι ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀναυξὲς καὶ ἀναλλοίωτον . . . εἰ δ' ἐστὶ καὶ ἀναύξητον καὶ ἄφθαρτον, τῆς αὐτῆς διανοίας ἐστὶν ὑπολαβεῖν καὶ ἀναλλοίωτον εἶναι. ἔστι μὲν γὰρ ἡ ἀλλοίωσις κίνησις κατὰ τὸ ποιόν, τοῦ δὲ ποιοῦ αἱ μὲν ἕξεις καὶ διαθέσεις οὐκ ἄνευ τῶν κατὰ πάθη γίγνονται μεταβολῶν, οἷον ὑγιεία καὶ νόσος. κατὰ δὲ πάθος ὅσα μεταβάλλει τῶν φυσικῶν σωμάτων, ἔχονθ' ὁρῶμεν πάντα καὶ αὔξησιν καὶ φθίσιν, οἷον τά τε τῶν ζώων σώματα καὶ τὰ μόρια αὐτῶν καὶ τὰ τῶν φυτῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν στοιχείων. ὥστ' εἴπερ τὸ κύκλῳ σῶμα μήτ' αὔξησιν ἔχειν ἐνδέχεται μήτε φθίσιν, εὔλογον καὶ ἀναλλοίωτον εἶναι. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ διὰ τῆς αἰσθήσεως ἱκανῶς, ὥς γε πρὸς ἀνθρωπίνην εἰπεῖν πίστιν. ἐν ἅπαντι γὰρ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ κατὰ τὴν παραδεδομένην ἀλλήλοις μνήμην οὐθὲν φαίνεται μεταβεβληκὸς οὔτε καθ' ὅλον τὸν ἔσχατον οὐρανὸν οὔτε κατὰ μόριον αὐτοῦ τῶν οἰκείων οὐθέν. 9. 279 a 19 διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἐστὶν οὐδενὸς οὐδεμία μεταβολή, . . . ἀλλ' ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ τὴν αὐταρκεστάτην διατελεῖ τὸν ἅπαντα αἰῶνα.

Critolaus

οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο σκοπεῖν ἄξιον, ὅτι πᾶν τὸ γενόμενον ἐν ἀρχῇ μὲν δεῖ πάντως ἀτελὲς εἶναι, χρόνου δὲ προιόντος αὔξεσθαι μέχρι παντελοῦς τελειώσεως. ὥστε εἰ γέγονεν ὁ κόσμος, ἦν μέν

ποθ', ἵνα κἀγὼ χρήσωμαι τοῖς ἡλικιῶν ὀνόμασι, κομιδῇ νήπιος, ἐπιβαίνων δ'αὖθις ἐνιαυτῶν περιόδοις καὶ μήκεσι χρόνων ὀψὲ καὶ μόλις ἐτελειώθη. τὸν δὲ κόσμον εἴ τις νομίζει χρήσασθαί ποτε ταῖς τοιαύταις μεταβολαῖς, ἀθεραπεύτῳ μανίᾳ κεκρατημένος μὴ ἀγνοείσθω . . . ἀλλὰ καὶ τὸ μικρῷ πρότερον εἰρημένον συμβαίνει κατὰ μὲν τὸν γειτνιῶντα τῇ γενέσει χρόνον βραχύτερα τὰ γεννηθέντα εἶναι, μεγεθύνεσθαι δ'αὖθις ἄχρι παντελοῦς τελειώσεως. ἐπὶ δὲ τοῦ παντὸς γενήσεται τοὐναντίον.

Pseudocellus

Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς, μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗπερ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις, τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή. δευτέραν δὴ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις· εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γενητόν ἐστι καὶ φθαρτόν, γενόμενον ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, μετέβαλε καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτὴν . . . τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὑτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτο. οὔτε γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν οὔτε μὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον οὔτε χεῖρόν ποτε ἢ μεῖον γενόμενον.

Quaeritur modo, utrum Pseudocellus Aristotelis an Critolai an amborum usus sit scriptis. Atque hoc ultimum verisimilius est quam primum et alterum. Nam Aristoteles non de mundo ut universo hic disserit, sed de aetheria caeli regione (τὸ κύκλῳ φερόμενον σῶμα). At Critolaus de eadem plane de qua et Pseudocellus, disputare videtur mundi et universi aeternitate. Argumentationis praeterea totius ratio apud Philonem eadem est atque apud Pseudocellum. Similiter ambo incohant argumentationem suam (πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφός — πᾶν τὸ γενόμενον), generalem omnium viventium et animalium crescendi, florendi, senescendi necessitatem afferentes; ab his ad mundum transeunt eiusque immutabilem naturam laudant. Etiam sermo amborum popu-

laris magis quam Aristotelius artis voces omnes (ut κίνησις κατὰ τὸ ποιόν, κατὰ πάθη μεταβολαί) evitat, magis perspicuus, simplex est. Quamquam unum est, quo Pseudocellus ad Aristotelem accedit propius quam ad Critolaum; nam illi ambo sensuum testimonio nituntur magis (Pseud.: ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον, εἴδομεν. Arist.: διὰ τῆς αἰσθήσεως φαίνεται), hic cogitationis. Utrum vero et Pseudocellus et Philo ex ipsius Aristotelis et Critolai libris haec hauserint, an e tertio quodam Peripatetico scriptore [1]), qui illorum argumenta repetiverit, certo hic discernere non audeo. Illud tamen multo mihi verisimilius est [2]).

8. Nunc ad ea quae in §§ 12—14 disseruntur nos convertamus. Docet iis scriptor aeternam immortalem naturam in universo a summis caelestibus regionibus et corporibus ad infima terrestria loca, corpora, animalia magis magisque imminui. Apparet non Eleaticae philosophiae sectatorem Heracliteam profiteri doctrinam de motus et mutationis aeternae circulo, sed Peripati discipulum loqui de caeli aetherii natura perfecta, de eiusdem per gradus quosdam procedente defectu. Atque exstat locus quidam Aristotelius argumenti simillimi, quem adhibitum esse a Pseudocello manifestum est. Dico de generatione et interitu libri II 11. 337 a 34 sq. Et hic de differentia quae est inter caelestia corpora atque elementa — et animalia atque hominem, inter illorum vitam

---

[1]) Hoc de Philone coniectat Ioannes de Arnim (Quellenstud. z. Phil. v. Alex. I p. 40). Qui Critolai argumentum alterum (Phil. d. aet. m. c. XIV init. = Pseudoc. I 9) et quartum (Phil. c. XV init. = Ps. I 7, 8) a ceteris eiusdem argumentis, i. e. a. primo (Phil. c. XI—XIII = Ps. I 12—14), tertio (Phil. c. XIV p. a = Ps. I 3—6), quinto (Phil c. XV p. a.) secernit eaque inter se et cum Philonis capite XX p. a. (= Pseudoc. I 11) et cap. XXII angustius coniungit (pag. 11 sq., 37 sq.), atque quattuor quos dico locos (c. XIV init., c. XV init., c. XX p. a., c. XXII) ex altero fonte Peripatetico haustos esse putat (pag. 40). Equidem neque discrimen illud inter Critolai argumenta neque conexum illum eorum inter se et cum capitibus XX et XXII, quibus v. d. multum tribuit, tantum valere censeam, ut fontium diversitatem concludere inde oporteat. Sed latius de Philonei libelli compositione disserendi occasionem alibi me nacturum esse spero.

[2]) R. v. Scala, Stud. d. Polyb. I 120 sq., 240 sq. et Susemihl, Gesch. d. gr. Litt. II 323, 325 pariter iudicant.

aeternam orbis specie currentem et horum breve determinatum vitae curriculum loquitur Stagirita. Neque vero Aristotelis libro solo et uno Pseudocellum hic usum esse, sed etiam Peripateticum auctorem supra iam nominatum adhibuisse censeo. Conferas modo cum Pseudocello et Aristotele Philonis de aeternitate mundi locos tres (c. XI, XIX, XXI): fugere te non poterit adesse et hic inter tres scriptores necessitudinem aliquam

Aristoteles

εἰ ἄρα τινὸς ἐξ ἀνάγκης ἁπλῶς ἡ γένεσις, ἀνάγκη ἀνακυκλεῖν καὶ ἀνακάμπτειν . . . ταῦτα μὲν δὴ εὐλόγως, ἐπεὶ ἀΐδιος καὶ ἄλλως ἐφάνη ἡ κύκλῳ κίνησις καὶ ἡ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι ταῦτα ἐξ ἀνάγκης γίνεται καὶ ἔσται, ὅσαι ταύτης κινήσεις καὶ ὅσαι διὰ ταύτην. εἰ γὰρ τὸ κύκλῳ κινούμενον ἀεί τι κινεῖ, ἀνάγκη καὶ τούτων κύκλῳ εἶναι τὴν κίνησιν, οἷον τῆς ἄνω φορᾶς οὔσης ὁ ἥλιος κύκλῳ ὡδί, ἐπεὶ δ'οὕτως αἱ ὧραι διὰ τοῦτο κύκλῳ γίνονται καὶ ἀνακάμπτουσιν, τούτων δ'οὕτω γινομένων πάλιν τὰ ὑπὸ τούτων. τί οὖν δή ποτε τὰ μὲν οὕτω φαίνεται, οἷον ὕδατα καὶ ἀὴρ κύκλῳ γινόμενα, καὶ εἰ μὲν νέφος ἔσται, δεῖ ὗσαι, καὶ εἰ ὕσει γε, δεῖ καὶ νέφος εἶναι, ἄνθρωποι δὲ καὶ ζῷα οὐκ ἀνακάμπτουσιν εἰς αὐτούς, ὥστε πάλιν γίνεσθαι τὸν αὐτόν. οὐ γὰρ ἀνάγκη, εἰ ὁ πατὴρ ἐγένετο, σὲ γενέσθαι . . . εἰς εὐθὺ δὲ ἔοικεν εἶναι αὕτη ἡ γένεσις.

Pseudocellus

ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν καὶ διέξοδον ἐπιδεχόμενον τῆς ἰδίας συστάσεως. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβοντα διέξοδον οὐκ ἐπιδεχόμενα τῆς οὐσίας, τὰ δὲ δεύτερα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀὴρ ὅρον ἀμείβουσιν ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὸν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὸν κατὰ μεταβολήν. πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν. ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς μέχρι πυρός, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. οἱ δὲ καρποὶ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα πάλιν ἐπὶ τὸ σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως. οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα μᾶλ-

λον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. οὐ γάρ ἐστιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν, οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ τῶν τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν ἀναλύεται καὶ ἀπογίνεται.

Philo

c. XI αὐτίκα τῷ πρώτῳ γενομένῳ ἔδει καθ' ὡρισμένα μέτρα καὶ ἀριθμοὺς χρόνων αὐξήσεως. Βαθμοὺς γάρ τινας ἡ φύσις τὰς ἡλικίας ἐγέννησε, δι' ὧν τρόπον τινὰ ἀναβαίνει καὶ κάτεισιν ἄνθρωπος. 'Αναβαίνει μὲν αὐξόμενος, κατέρχεται δὲ ἐν ταῖς μειώσεσιν. ὅρος δὲ ὁ τῶν ἀνωτάτω βαθμῶν ἀκμή, πρὸς ὃν φθάσας τις οὐκέτι πρόεισιν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ διαυλοδρομοῦντες ἀνακάμπτουσι τὴν αὐτὴν ὁδόν, ὅσα παρ' ἰσχυούσης νεότητος ἔλαβεν, ἀποδιδοὺς ἐνασθενεῖ γήρᾳ . . . οὔπω καὶ ἡ γῆ γεγήρακεν, ὡς διὰ χρόνου μῆκος ἐστειρῶσθαι δοκεῖν. ἀλλ' ἐν ὁμοίῳ μένει νεάζουσα ἀεί, διότι τετάρτη μοῖρα τοῦ παντός ἐστι, καὶ ἕνεκα τῆς τοῦ ὅλου διαμονῆς ὀφείλει μὴ φθίνειν, ἐπεὶ καὶ τὰ ἀδελφὰ στοιχεῖα αὐτῆς, ὕδωρ, ἀήρ τε καὶ πῦρ, ἀγήρω διατελεῖ.

c. XIX τῶν δένδρων ἕκαστον . . . ἅμα τῷ καρπῷ καὶ τὸ ὄχευμα τίκτει, μήκει δὲ χρόνων . . . οὐδέποτε τὴν διάλυσιν εἰς σπέρμα ἔλαβεν. τὸν αὐτὸν μέντοι τρόπον καὶ τὰ γένη τῶν ζῴων, . . . ἄχρι μὲν περίεστι καὶ ἡβᾷ, σπέρμα προΐεται γόνιμον, τελευτήσαντα δ'οὐδαμῇ οὐδαμῶς γίνεται σπέρμα.

c. XXI καθάπερ γὰρ αἱ ἐτήσιοι ὧραι κύκλον ἀμείβουσιν ἀλλήλας ἀντιπαραδεχόμεναι πρὸς τὰς ἐνιαυτῶν οὐδέποτε ληγόντων περιόδους ἀεί, τὸν αὐτὸν τρόπον περιθέει καὶ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ταῖς εἰς ἄλληλα μεταβολαῖς, (καὶ) τὸ παραδοξότατον, θνήσκειν δοκοῦντα ἀθανατίζεται δολιχεύοντα ἀεὶ καὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω συνεχῶς ἀμείβοντα. ἡ μὲν οὖν προσάντης ὁδὸς ἀπὸ γῆς ἄρχεται. τηκομένη γὰρ εἰς ὕδωρ μεταλαμβάνει τὴν μεταβολήν, τὸ δ'ὕδωρ ἐξατμιζόμενον εἰς ἀέρα, ὁ δ'ἀὴρ λεπτυνόμενος εἰς πῦρ. ἡ δὲ κατάντης ἀπὸ κεφαλῆς, συνίζοντος μὲν πυρὸς κατὰ τὴν σβέσιν εἰς ἀέρα, συνίζοντος δ'ὁπότε συνθλίβοιτο εἰς ὕδωρ ἀέρος, ὕδατος δὲ τὴν πολλὴν ἀνάχυσιν κατὰ τὴν εἰς γῆν πυκνουμένου μεταβολήν.

Atque oritur quaestio, utrum Pseudocellus Aristotelem, an Philonis auctorem Peripateticum, an et Aristotelem et

auctorem Philonis, an denique Philo Pseudocellum hic adhibuerit, qui ex Aristotele sua hauserit. Nec vero postremum admitti potest. Nam Philo nonnulla habet quae apud Pseudocellum non leguntur, at Aristotelis aperte sunt; ut vocem ἀνακάμπτειν, et quae de anni temporibus dicuntur in circuli speciem circumactis perpetuo[1]) et de distinctione inter ἡ προσάντης ὁδὸς et ἡ κατάντης. Sed etiam primum illud reiciendum est, cum Pseudocellus cum Philone communes habeat voces κύκλον ἀμείβειν, ἡλικίαι, ὅρος, quas in Aristotelis loco non invenimus. Restat igitur, ut et Philonis auctorem et Aristotelem adhibitum esse a libelli scriptore statuamus.

Restat quaestio, subsitne et hic Philonis duobus ex iis quos attuli locis (c. XIX, XXI) Critolaus.[2]) Cuius quidem nomen ibi non laudatur, demonstrationisque totius finis quem persequitur Philo, alius est atque apud Pseudocellum et Aristotelem. Tamen ne hic quidem deesse Critolai memoriam verisimillimum puto. Nam apparet duorum quos dico locorum argumentum cum illo Critolai loco (c. XI) anguste cohaerere. Vides ibi explicari accuratius et latius, quae hic adumbrantur modo; dico elementorum aeternitatem, quae plantarum et animalium vitae brevi opponitur. Atque respicias occurrere apud Philonem etiam alios locos Peripateticorum aperte nitentes auctoritate, quorum nomina silentio premit, argumenta repetit. Neve obliviscaris Philonem ne alibi quidem serviliter plane auctorum suorum doctrina esse usum neque eadem eodem proposito adhibuisse atque illos. Constat potius addidisse, coniunxisse eum compluria proprie, mutasse, sicut consilio ipsius utile esset et conveniret. Critolai igitur auctoritas quamquam certo statui nequit, saltem verisimilis est.

In § 13 Zeller memoriam aliquam atque momentum Platonis Timaei suspicatur. Dicit enim (Phil. d. Gr. III, 2 p. 117) haec: „In den regelmässigen Körpern werden von einzelnen neupythagoreischen Schriftstellern mit Philolaus und Plato die Grundformen der Elemente gefunden. Auf dieselbe

---

[1]) Philo: αἱ ἐτήσιοι ὧραι κύκλον ἀμείβουσιν ἀλλήλας ἀντιπαραδεχόμεναι. Aristoteles: αἱ ὧραι . . . κύκλῳ γίνονται καὶ ἀνακάμπτουσιν.

[2]) In cap. XI de Critolao dubitari non potest.

Construction weist aber auch Ocellus I, 13 in den Worten, welche sich nur aus der platonischen Lehre (Tim. 56 D ff) erklären: „πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν.“ Nur wird hier mit Aristoteles u. a., von Plato abweichend, ein Übergang sämmtlicher Elemente (nicht bloss der drei obern) in einander angenommen.“ Equidem vero puto verba illa: πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογεννᾷ multo melius et verisimilius e Peripatetica doctrina explicari. Constat enim Peripati placito elementa differre inter se densitatis et caloris gradu. Aër et densior est et frigidior quam ignis. Corpora autem quae condensantur et refrigerantur ex Aristotelis opinione quodammodo comprimuntur, competunt, coeunt.[1]) Quare de igne qui in aërem commutatur sicut de aëre qui in aquam et de aqua quae in terram mutatur dici potest iure εἰς ἓν συνέρχεσθαι pro συνιέναι, εἰς ἓν συνθλίβεσθαι, quae Aristotelis sunt verba, (e. c. 368b 16, p. 378 a 30) vel συνίζειν, qua voce Philo (d. aet. m. c. XXI) utitur.

9. Etiam ea quae additur parte capitis ultima (§ 15) non de Eleatico disseritur universo infinito, immobili, inmutabili, sed aperte de Aristotelio caelo, cuius figura et motus laudatur. Partim iam prius explicata repetuntur, ut etiam (ἥ γε μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων[2]) ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος κ. τ. λ. cfr. §§ 3—6), partim nova adiciuntur argumenta. E figura mundi rotunda, e motu eius in circuli speciem circumacti, e tempore motus eius infinito aeternitas concluditur. Simili utitur ratione Philo (d. aet. m. c. V, X), cuius cum Pseudocelli sententiis affinitatem ex eiusdem fontis usu ortam et hic collatis ambobus cum Aristotelis locis intelleges

Aristoteles

Metaph. Λ 6. 1071b 6: ἀλλ' ἀδύνατον κίνησιν ἢ γενέσθαι ἢ φθαρῆναι· ἀεὶ γὰρ ἦν. οὐδὲ χρόνον· οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ πρότερον

[1]) Cf. Aristot. Meteor. I 4. 341b 21, 36. 324a 19. II 9. 369a 27. 370a 30. III 7. 378a 28.

[2]) Vox οὐσία qua Pythagorei scriptores materiam (ὕλη) appellant, hic alia plane significatione (φύσις) adhibetur, quamquam memoria quaedam Pythagoreae illius ἁ ἐστὼ τῶν πραγμάτων (Ps. Archyt frgm. ap. Stob. Ecl. I 35) (= materia) subesse videtur.

καὶ ὕστερον εἶναι μὴ ὄντος χρόνου. καὶ ἡ κίνησις ἄρα οὕτω συνεχὴς ὥσπερ καὶ ὁ χρόνος· ἢ γὰρ τὸ αὐτὸ ἢ κινήσεώς τι πάθος. κίνησις δ' οὐκ ἔστι συνεχής, ἀλλ' ἢ ἡ κατὰ τόπον καὶ ταύτης ἡ κύκλῳ.

Phys. Θ 1, 251b 12: εἰ δή ἐστιν ὁ χρόνος κινήσεως ἀριθμὸς ἢ κίνησίς τις, εἴπερ ἀεὶ χρόνος ἐστίν, ἀνάγκη καὶ κίνησιν ἀΐδιον εἶναι.

Pseudocellus

ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον . . . καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς κινήσεως τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος· . . . . ἡ τῆς κινήσεως (scil. ἰδέα) κατὰ κύκλον· αὕτη δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος, ὅτε χρόνος ὁ ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον μήτε τελευτὴν λήψεσθαι.

Philo

c. V τὸ γὰρ μὴ ὑπάρχον οὐδὲ κινεῖται, διάστημα δὲ κοσμικῆς κινήσεως ἐδείχθη ὁ χρόνος ὤν. ἀνάγκη τοίνυν ἑκάτερον ἐξ ἀϊδίου ὑφιστάναι, γενέσεως ἀρχὴν μὴ λαβόντα, τὰ δὲ διαφθορᾶς ἀνεπίδεκτα. c. X μεγίστην μέντοι παρέχεται πίστιν εἰς ἀϊδιότητα καὶ ὁ χρόνος. εἰ γὰρ ἀγένητος ὁ χρόνος, ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ κόσμος ἀγένητος . . . ὥστ' εὐθυβόλως ἀποδεδόσθαι πρὸς τῶν εἰωθότων τὰ πράγματα ὁρίζεσθαι χρόνον διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως. ἐπεὶ δὲ τοῦθ' ὑγιές ἐστι, γίνεται ὁ κόσμος ἰσῆλιξ τοῦ χρόνου καὶ αἴτιος. πάντων δ' ἀτοπώτατον ὑπονοεῖν, ὅτι ἦν ποτε κόσμος, ἡνίκα οὐκ ἦν χρόνος. ἄναρχος ἄρα καὶ ἀτελεύτητος ἡ τούτου φύσις.

10. De quibus disserui modo tres capitis partes (§§ 3—6, 12 - 14, 15) non sine consilio tractavi coniunctas, ab illis (§§ 2, 7—11) seiunctas. Nam primum tres illae ab Eleatica (Melissea) universi notione et doctrina sunt alienae, hae ad eam sunt referendae. Deinde in ultima illa (§ 15) primae trium quas dico (§ 3 - 6) argumentum repetitur. Hoc autem similitudinem apertam ostendit cum alterius illius partis (§ 12—14) argumento. In ambabus de discrimine loquitur scriptor, quod est inter summa caelestia corpora et infima, terrestria, mortalia atque inter illorum aeternam, horum interitui obnoxiam naturam. Et hic (§§ 12—14) et illic (§§ 3—6) ex hoc discrimine aeternitas universi efficitur. Addo scriptores duos qui in recentiorum Pythagoreorum numero habentur, Pseudotimaeum et Pseudhippodamum, easdem sententias

quas Pseudocellus secretas et ordine quodam dispositas primo libelli capite explicat, confusas complexione quadam repetere sic, ut cognoscas illos sive e Pseudocello sive e communi fonte ea [1]) hausisse. Pseudotimaei dico de anima mundi libelli locum (III 95 B. C D) et Pseudhippodami fragmentum a Stobaeo (Flor. III 98) traditum. Verba sunt

Pseudotimaei

ἐκ παντελέων δὲ συνέστακε (scil. ὁ κόσμος) σωμάτων, τάπερ ὅλα ἐν αὐτῷ ἐντί, ὡς μή ποκα μέρος ἀπολειφθῆμεν ἐκτὸς αὐτῶ, ἵνα ᾖ αὐταρκέστατον τὸ τῶ παντὸς σῶμα, ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν, οὐ γάρ τι ἦν δίχα τουτέων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐντός. τὰ γὰρ κaττὰν ἀρίσταν ἀναλογίαν συντεθέντα ἐν ἰσοδυναμίᾳ οὔτε κρατεῖ ἀλλάλων ἐκ μέρεος οὔτε κρατέεται, ὡς τὰ μὲν αὔξαν, τὰ δὲ φθίσιν λαμβάνεν, μένει δ' ἐν ξυναρμογᾷ ἀδιαλύτῳ κατὰ λόγον ἄριστον. τριῶν γὰρ ὡντινῶν ὅρων, ὅτε καὶ τὰ διαστάματα καττὸν αὐτὸν ἐστάθη λόγον ποτ' ἄλλαλα, τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῶ δίκαν ὁρήμεθα ποττὸ πρᾶτον ὅτιπερ τὸ τρίτον ποτ' αὐτό, κανάπαλιν καὶ παραλλὰξ κατ' ἐφάρμοσιν τόπων καὶ τάξιος. ταῦτα δ' ἀριθμήμεναι μὴ μετ' ἰσοκρατίας ἀμάχανον παντί. εὖ δ' ἔχει καὶ καττὸ σχῆμα καὶ καττὰν κίνασιν, καθ' ὃ μὲν σφαῖρα ὄν, ὡς ὅμοιον αὐτὸ αὐτῷ παντᾷ εἶμεν καὶ πάντα τἆλλα ὁμογενέα σχήματα χωρῆν δύνασθαι, καθ' ἂν δὲ ἐγκύκλιον μεταβολὰν ἀποδιδὸν δι' αἰῶνος. μώνα δὲ ἁ σφαῖρα ἐδύνατο καὶ ἀρεμέωσα καὶ κινωμένα ἐν τᾷ αὐτᾷ συναρμόσαι χώρᾳ, ὡς μή ποκα ἀπολεῖπεν μήτε λαμβάνεν ἄλλον τόπον, τῷ ἐκ μέσω ἴσον εἶμεν παντᾶ

Pseudhippodami

πάντα μὲν ὦν τὰ θνατὰ δι' ἀνάγκαν φύσιος ἐν μεταβολαῖς κυλινδεῖται, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν χερηόνων ἐπὶ τὰ βελτίονα μετατροπὰν λαμβάνοντα, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ χερήονα. γενόμενα γὰρ ἀέξεται τὰ πράγματα καὶ ἀεξηθέντα ἀκμάζει καὶ ἀκμάσαντα γηράσκει καὶ τέλος ὕστατα φθείρεται, τὰ μὲν ὑπὸ φύσιος γινόμενα δι' αὐτᾶς τᾶς φύσιος ἐς τὸ ἄδηλον αὖτις τερματιζόμενα καὶ πάλιν ἐκ τῶ ἀδήλω ἐς τὸ ὁρατὸν ἐπισυνερχόμενα ἀμοιβᾷ γενέσιος καὶ ἀνταποδόσι φθορᾶς κύκλον αὐταύτας ἀναποδιζούσας, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ ἀφροσύνας ἀνθρωπίνας ὕβρι καὶ κόρῳ ζεσάσας . . . καὶ συμβαίνει πᾶσαν ἁγεμονίαν τρισὶ χρόνοις ὁρίζεσθαι, ἑνὶ μὲν καὶ πράτῳ τῷ

[1]) Cf. Susemihl, Gesch. d. gr. Litt. II 337.

περιέχοντι τὰν κτᾶσιν, δευτέρῳ δὲ τῷ τὰν ἀπόλαυσιν, τελευταίῳ δὲ τῷ τὰν ἀπόλεσιν . . . τὰ μὲν ὦν ὑπὸ θεῶν δεδιοικημένα ἄφθαρτα ἐόντα ὑπὸ ἀφθάρτων τὸν ἀεὶ χρόνον πέφυκε σώζεσθαι, τὰ δ' ὑπ' ἀνθρώπων θνατὰ ἐόντα ὑπὸ θνατῶν ἐπιδέχεται ποικίλαν ἀεὶ μεταβολάν.

11. Iam ad tertiam libelli partem cum prima angustius quam altera cohaerentem nos convertamus. Etiam haec ad Aristotelis memoriam referenda videtur. Conferas quaeso cum Pseudocelli III 1, 2, 3 Aristotelis fragmentum 18 (ed. Lips.), a Philone (d. aet. m. c. III) traditum[1] et frgm 23 a Cicerone conservatum (d. nat. deor. 2, 15, 42)[2] et Philonis locum (d. aet. m. c. IX), cuius originem Aristoteliam ille non profitetur quidem, qui vero cum Aristotelis fragmentis quae dico et verbis et sententiis necessario cohaeret, itaque ex eodem fonte atque illa manasse videtur. Accedit Pseudhippodami Pythagorei fragmentum ab Ioanne Stobaeo (Flor. IV, 103) conservatum, quod similitudinem apertam cum primis ambobus locis ostendit et necessitudinem.

Aristoteles

Philo d. aet. m. c. III Ἀριστοτέλης δὲ . . . ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἔφη τὸν κόσμον εἶναι. δεινὴν δὲ ἀθεότητα κατεγίνωσκε τῶν τἀναντία διεξιόντων, οἳ τῶν χειροκμήτων οὐδὲν ᾠήθησαν διαφέρειν τοσοῦτον ὁρατὸν θεόν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὸ ἄλλο τῶν πλανήτων καὶ ἀπλανῶν ὡς ἀληθῶς περιέχοντα πάνθειον. c. IX καὶ μὴν ἅπαντί που κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι φθειρομένης μὲν τῆς γῆς ἀνάγκη καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων καθ' ὅλον τὸ γένος ἀπόλλυσθαι, φθειρομένου δὲ ὕδατος τὰ ἔνυδρα, καὶ ἀέρος μέντοι καὶ πυρὸς τὰ ἀεροπόρα καὶ πυρίγονα. κατ' ἀνάλογον οὖν εἰ φθείρεται ὁ οὐρανός, φθαρήσονται δ' οἱ λοιποὶ πλάνητες, φθαρήσονται δ' οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες, ὁ τοσοῦτος αἰσθητῶν θεῶν εὐδαίμων τὸ πάλαι νομισθεὶς στρατός. ὃ δὴ γένοιτ' ἂν οὐδὲν ἕτερον ἢ θεοὺς φθειρομένους ὑπονοεῖν . . . ἀφθαρσίαν δὲ θεοὺς ἀποβαλεῖν ἀδύνατον, κἂν αἱ ἀνθρώπων σοφίαι κακομανῶσιν. Cicero d. nat. deor. 2, 15 (Aristot. frg. 23 Lips.): *cum igitur aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum,*

[1]) Cf. Plut. d. tranqu. 20.

[2]) Cf. Plat. Tim. 40a. Plut. plac. 5, 20, 1.

absurdum esse Aristoteli videtur in ea parte, quae sit ad gignenda animantia aptissima (scil. in caelo) *animal gigni nullum putare.*

Pseudocellus

πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν. λέγω δὲ μέρη οὐρανόν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων, ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται. οὐ γὰρ ἄνευ τούτων ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος. τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων ἀνάγκη καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς. οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλάνητας[1]) τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτά, χρυσόν, ἄργυρον, μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον . . . σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ σὺν τῷ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον καὶ ἀέριον σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι. ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος, ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσιν.

Pseudhippodamus

εὐδαιμονία δὲ καὶ ἀρετὰ ψυχᾶς καὶ ἐν ἑνὶ καὶ ἐν πλείοσι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ παντί. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ ἑνί, ὅτι καὶ ἐν τοῖς πλείοσι, καὶ ἐν τοῖς πλείοσι, ὅτι καὶ ἐν τῷ ὅλῳ καὶ ἐν τῷ παντί· ἅτε γὰρ τᾶς ὅλας φύσιος διακόσμασις καὶ τὸ καθ' ἓν ἕκαστον διακεκόσμακε καὶ ἁ καθ' ἕκαστον δὲ διακόσμασις τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ἐκπεπλήρωκε. τοῦτο βοᾷ ἀκολουθεῖ διὰ τὸ τᾷ φύσει πρότερον ἦμεν τὸ ὅλον τῶ μέρεος, ἀλλ' οὐ τὸ μέρος τῶ ὅλω. αἴτε γὰρ μὴ ἦν ὁ κόσμος, οὐδ' ἂν ὁ ἥλιος ἦν, οὐδ' ἁ σελάνα οὐδ' οἱ πλάνατες ἀστέρες, οὐδ' οἱ ἀπλανέες. ὄντος δέ γα τῶ κόσμω καὶ τούτων ἕκαστον ἐντί . . . ὡς δὲ ἔχει τὸ ὅλον ποτὶ τὸ μέρος, οὕτω καὶ ἁ τῶ ὅλω ἀρετὰ ποτὶ τὰν τῶ μέρεος. μὴ ὑπαρχούσας γὰρ ἁρμονίας καὶ ἐπόψιος θείας περὶ τὸν κόσμον οὐκ ἂν δύναιτο συνῆμεν ἔτι καλῶς ἔχοντα τὰ ἐγκεκοσμαμένα.

Neque probabile videtur Pseudocellum e Pseudhippodamo aut Pseudhippodamum e Pseudocello hausisse. Nam argu-

[1]) Cf. Pseudocell. I 8.

mentatio illius alia plane est, aliud persequitur propositum. De universi cum ordine mundi et partibus eius singulis ratione imprimis loquitur Pseudhippodamus, demonstrare conatur ordinem universi cum universo necessario existere, alterum sine altero esse non posse. Pseudocellus vero hanc quaestionem obiter modo attingit, argumenta ad sententiam firmandam nulla omnino profert. Statim ad τὰ ἐμπεριεχόμενα τοῖς μέρεσι transit, partium ipsarum aeternitatem pro certa habet aliter atque Pseudhippodamus, qui de illa ipsa partium et ordinis aeternitate disputat. Similitudo autem verborum quidem maior [1]) quam sententiarum, inter tres quos contuli scriptores, Aristotelem, Pseudocellum, Pseudhippodamum, cum negari non possit, dubium mihi non est quin ratio inter eos haec sit, ut et Pseudocellus et Pseudhippodamus ad eundem auctorem referendi sint, Aristotelem.

12. Altera capitis pars (§§ 4, 5) et Platonicas et Aristotelias et Peripateticas repetit sententias. Dico primum Platonis Timaei (22 C D, 23 A B),[2]) deinde Aristotelis Meteorologicorum (I 14. 351 a 19sq. b 8,27sq. 352 a 8 --31), denique Theophrasti (Phil. d. aet. m. c. XXVII; Porphyr. d. abstin. II 5,6) locos. Conferas enim quaeso locos

Platonis

πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι . . . τὸ δὲ ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ κατ' οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς πυρὶ πολλῷ φθορά. τότε οὖν ὅσοι κατ' ὄρη καὶ ἐν ὑψηλοῖς τόποις καὶ ἐν ξηροῖς οἰκοῦσι, μᾶλλον διόλλυνται τῶν ποταμοῖς καὶ θαλάττῃ προσοικούντων . . . ὅταν δ' αὖ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι διασώζονται βουκόλοι νομεῖς

[1]) Cf. Aristot: τοσοῦτον ὁρατὸν θεόν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὸ ἄλλο τῶν πλανήτων καὶ ἀπλανῶν . . (Phil. d. aet. m. c. III). εἰ φθείρεται ὁ οὐρανός, φθαρήσονται δ'οἱ λοιποὶ πλάνητες, φθαρήσονται δ'οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες, ὁ τοσοῦτος αἰσθητῶν θεῶν . . . στρατός (Phil. ibid. c. IX) Pseudocell: οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλάνητας. Pseudhippod: αἴτε γὰρ μὴ ἦν ὁ κόσμος, οὐδ' ἂν ὁ ἥλιος ἦν, οὐδ' ἁ σελάνα οὐδ' οἱ πλάνατες ἀστέρες οὐδ' οἱ ἀπλανέες.

[2]) Cf. Legg. III 676 sq. VI 781 E.

τε . . . τὰ δὲ παρ' ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρτι κατεσκευασμένα ἑκάστοτε. τυγχάνει γράμμασι καὶ ἅπασιν ὁπόσων πόλεις δέονται καὶ πάλιν διεληλυθότων ἐτῶν ὥσπερ νόσημα ἥκει φερόμενον αὐτοῖς ῥεῦμα οὐράνιον καὶ τοὺς ἀγραμμάτους τε καὶ ἀμούσους ἔλιπεν ὑμῶν, ὥστε πάλιν ἐξ ἀρχῆς οἷον νέοι γίγνεσθε, οὐδὲν εἰδότες οὔτε τῶν τῇδε οὔτε τῶν παρ' ὑμῖν, ὅσα ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις. τὰ γοῦν νῦν δὴ γενεαλογηθέντα, ὦ Σόλων, περὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἃ διῆλθες παίδων βραχύ τι διαφέρει μύθων, οἳ πρῶτον μὲν ἕνα γῆς κατακλυσμὸν μέμνησθε, πολλῶν ἔμπροσθεν γεγονότων

Aristotelis

οὐκ ἀεὶ δ' οἱ αὐτοὶ τόποι τῆς γῆς οὔτ' ἔνυγροί εἰσιν οὔτε ξηροί, ἀλλὰ μεταβάλλουσι κατὰ τὰς τῶν ποταμῶν γενέσεις καὶ τὰς ἀπολείψεις. διὸ καὶ τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μεταβάλλει καὶ θάλατταν καὶ οὐκ ἀεὶ τὰ μὲν γῆ, τὰ δὲ θάλαττα διατελεῖ πάντα τὸν χρόνον. ἀλλὰ γίγνεται θάλαττα μὲν ὅπου χέρσος, ἔνθα δὲ νῦν θάλαττα, πάλιν ἐνταῦθα γῆ. κατὰ μέντοι τινὰ τάξιν νομίζειν χρὴ ταῦτα γίγνεσθαι καὶ περίοδον . . . ταὐτὸ δεῖ νομίζειν τοῦτο συμβαίνειν καὶ περὶ μεγάλους τόπους καὶ χώρας ὅλας. οἱ μὲν οὖν βλέποντες ἐπὶ μικρὸν αἰτίαν οἴονται τῶν τοιούτων εἶναι παθημάτων τὴν τοῦ ὅλου μεταβολήν, ὡς γινομένου τοῦ οὐρανοῦ . . . ἀλλὰ τούτου τὴν αἰτίαν, οὐ τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν οἴεσθαι χρή. γελοῖον γὰρ διὰ μικρὰς καὶ ἀκαριαίας μεταβολὰς κινεῖν τὸ πᾶν, ὁ δὲ τῆς γῆς ὄγκος καὶ τὸ μέγεθος οὐδέν ἐστι δή που πρὸς τὸν ὅλον οὐρανόν. ἀλλὰ πάντων τούτων αἴτιον ὑποληπτέον ὅτι γίγνεται διὰ χρόνων εἱμαρμένων, οἷον ἐν ταῖς κατ' ἐνιαυτὸν ὥραις χειμών, οὕτω περιόδου τινὸς μεγάλης μέγας χειμὼν καὶ ὑπερβολὴ ὄμβρων. αὕτη δ' οὐκ ἀεὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἀλλ' ὥσπερ ὁ καλούμενος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός . . . ἀλλὰ διὰ τὸ γίγνεσθαι πᾶσαν τὴν φυσικὴν τὴν περὶ γῆν γένεσιν ἐκ προσαγωγῆς καὶ ἐν χρόνοις παμμήκεσι πρὸς τὴν ἡμετέραν ζωὴν λανθάνει ταῦτα γιγνόμενα, καὶ πρότερον ὅλων τῶν ἐθνῶν ἀπώλειαι γίγνονται καὶ φθοραί, πρὶν μνημονευθῆναι τὴν τούτων μεταβολὴν ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος . . . τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον χρὴ νομίζειν καὶ τοὺς κατοικισμοὺς λανθάνειν, πότε πρῶτον ἐγένοντο τοῖς ἔθνεσιν ἑκάστοις εἰς τὰ μεταβάλλοντα καὶ γιγνόμενα ξηρὰ ἐξ ἑλωδῶν καὶ ἐνύδρων· καὶ γὰρ ἐνταῦθα κατὰ μικρὸν ἐν πολλῷ γίγνεται χρόνῳ ἡ ἐπίδοσις, ὥστε μὴ μνημονεύειν, τίνες πρῶτοι καὶ πότε καὶ πῶς ἐχόντων ἦλθον τῶν τόπων.

Theophrasti

παντελής γε μὴν εὐήθεια τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν τεχνῶν ἐξετάζεσθαι. Τῇ γὰρ περὶ τὸν λόγον ἀτοπίᾳ τις ἀκολουθήσας νέον τὸν κόσμον ἀποφανεῖ κομιδῇ, μόλις πρὸ χιλίων παγέντα ἐνιαυτῶν. ἐπεὶ καὶ οὓς παρειλήφαμεν τῶν ἐπιστημῶν εὑρετάς, τὸν λεχθέντα τῶν ἐνιαυτῶν ἀριθμὸν οὐχ ὑπερβάλλουσιν. εἰ δὲ δὴ καὶ λεκτέον τὰς τέχνας ἰσήλικας ἀνθρώπων γένει, μεθ' ἱστορίας φυσικῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπερισκέπτως καὶ ῥᾳθύμως λεκτέον. ἡ δ' ἱστορία τί; φθοραὶ τῶν κατὰ γῆν, οὐκ ἀθρόων ἁπάντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων, δυσὶ ταῖς μεγίσταις αἰτίαις ἀνατίθενται, πυρὸς καὶ ὕδατος ἀλέκτοις φοραῖς. κατασκήπτειν δ' ἑκατέραν ἐν μέρει φασίν, ἐν πάνυ μακραῖς ἐνιαυτῶν περιόδοις . . . πρὸς δὲ μαχομένων δυνάμεων ἐν μέρει τοὺς ἐν τοῖς ἐναντίοις οἰκοῦντας τόποις ἀπόλλυσθαι, πυρὶ μὲν τοὺς ἐν ὄρεσι καὶ γεωλόφοις καὶ δυσύδροις χωρίοις . . . ἔμπαλιν δ' ὕδατι τοὺς παρὰ ποταμοῖς ἢ λίμναις ἢ θαλάττῃ . . . κατὰ δὴ τοὺς λεχθέντας τρόπους δίχα μυρίων ἄλλων βραχυτέρων φθειρομένου τοῦ πλείστου μέρους ἀνθρώπων, ἐπιλιπεῖν ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰς τέχνας . . . ἐπειδὰν δὲ αἱ μὲν κοιναὶ νόσοι χαλάσωσιν, ἄρξηται δὲ ἀνηβᾶν καὶ βλαστάνειν τὸ γένος ἐκ τῶν μὴ προκαταληφθέντων τοῖς ἐπιβρίσασι δεινοῖς, ἄρχεσθαι καὶ τὰς τέχνας πάλιν συνίστασθαι, οὐ τὸ πρῶτον γενομένας, ἀλλὰ τῇ μειώσει τῶν ἐχόντων ὑποσπανισθείσας.

Pseudocelli

φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς, ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τῆς θαλάσσης εἰς ἕτερον μέρος, ὅτε δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διισταμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων κρύβδην ἐπιφερομένων. παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως οὔτε γέγονεν οὔτε ἔσται ποτέ. διὸ καὶ τοῖς λέγουσι τὴν τῆς ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ' αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἡ Ἑλλάς, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετανάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως, οὐ μείονος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Vides rationem inter tres quos comparavi scriptores esse eam, ut Pseudocellus cum Theophrasto communem habeat vocem ἱστορία, ceteroquin cum tribus omnibus pariter senten-

tiis congruat, ut non facile discerni possit, cui vel quibus eorum sua debeat..

II.

1. Iam iis quae hucusque exploravimus nixi ad solvendam quaestionem accedamus, quae sit ratio Pseudocellanae de mundi et generis humani aeternitate doctrinae cum Eleatarum, Platonis, Aristotelis, Theophrasti, Critolai, Philonis et argumentis et libris. Qua exposita etiam mirus ille quem observavimus in Pseudocelli libello Eleatarum (Parmenidis, Melissi) cum Peripateticis (Theophrasto, Critolao) conexus quomodo explicandus sit quaerere licebit.

Primum Theophrasti argumentationem qua mundi aeternitatem ostendere conatur apud Philonem (d. aet. m. c. XXIII sq.), si cum Pseudocello comparaveris, videbis hunc ab illo contra Stoica argumenta pugnante plane esse alienum. Trium primorum argumentorum quae Theophrastus proponit[1]), nullum apud Pseudocellum invenimus. Quartum quidem[2]) similitudinem aliquam et sententiarum et verborum (Phil. c. XXVII) cum Pseudocello (III 4, 5) ostendit, ut Theophrasti de aeternitate librum[3]) in Pseudocelli manibus fuisse concludendum sit. Tamen etiam hoc argumentum Theophrasti plane aliud est atque Pseudocelli capitis III argumentatio. Hic e mundi aeternitate, quam antea se ostendisse putat, generis humani aeternitatem efficit, quam Theophrasteo et Aristotelio argumento firmare conatur. Ille vero in argumentis quibus mundi aeternitatem demonstrat, etiam generis humani aeternitatem defendit et probare studet.

Iam si quaeris, quae sit ratio Pseudocello cum Critolai de aeternitate mundi libro, supra ostendi argumenta quae Pseudocellus I 3--6, 7, 8, 9 profert eadem esse atque Critolai argumentum tertium (Phil. d. aet. m. c. XIV), quartum (ibid. c. XV), alterum (ibid. c. XIV), ut ne Critolai quidem librum Pseudocello fuisse ignotum concludere oporteat. Accedit similitudo aliqua Pseudocelli I 12—14 cum Critolai argumento

---

[1]) Primum γῆς ἀνωμαλίαν ponit, alterum θαλάττης ἀναχώρησιν, tertium τῶν τοῦ ὅλου μερῶν διάλυσιν.

[2]) Quod de animalium et generis humani ortu et interitu agit.

[3]) Cf. Zeller, Ph. d. Gr. II 2, 812, 2.

primo (Phil. l. l. c. XI, XIX, XXI), quoniam et hic et ille de animalium et hominum mortali, elementorum aeterna natura loquitur. Tamen argumenta ipsa Pseudocelli et Critolai plane sunt diversa. Hic aperte contra Stoae argumentum luctatur, quae mundi aeternitatem impugnat generis humani aeternitatem refutando. Itaque homines singulos quidem mortales, genus humanum vero aeternum esse Peripateticus ille ostendere conatur; inde etiam terram et mundum aeterna esse efficit (Phil. l. l. c. XI, XII, XIII). At aliter plane Pseudocellus argumentatur (I 12—14 et III 1, 2). Mundum aeternum esse efficit e summorum caelestium corporum et elementorum aeterna, infimorum terrestrium corporum mortali natura. Postquam mundi aeternitatem probavit, inde partium mundi et terrae et generis humani aeternitatem concludit. Critolai vero et Pseudocelli diversitas etiam clarior fit respicientibus illum pariter ac Theophrastum contra Stoam pugnare et huius imprimis argumentorum rationem habere. Itaque et primo illi (de generis humani aeternitate) argumento (Phil. l. l. c. XI—XIII) et quinto de ordinis et mentis mundi (φύσις τοῦ κόσμου, εἱμαρμένη) aeternitate argumento (Phil. l. l. c. XV) Critolaus plurimum tribuere videtur.[1]) At Pseudocellus eorum mentionem omnino non facit.

Iam quaestio movenda est, quomodo explicetur Pseudocellum Theophrasti et Critolai libros cognitos habuisse, argumenta vero eorum sua non fecisse. Res clarior fit Pseudocelli cum Aristotele ratione cognita.

2. Vidisti praeter I 2, 7, 8, 10, 11 omnes capitis primi et tertii partes cum locis Aristotelis et verbis et sententiis cohaerere. Qui non unius, sed complurium librorum, Metaphysicorum, de caelo, de generatione et interitu, Meteorologicorum erant. Praeterea fragmenta illa a Philone conservata, quae Pseudocello III 1, 2, 3 respondent, ex Aristotelis de philosophia libro, quo et de aliis et de mundi et generis humani aeternitate disputaverat[2]), sumpta esse verisimillimum

---

[1]) Ioannes de Arnim l. l. p. 31 Critolai argumenta quibus mundi aeternitatem demonstrat, tribus niti „momentis" censet, primum generis humani, deinde mentis universi, tum εἱμαρμένης sive ordinis universi aeternitate.

[2]) Cf. Bernays, d. Dialoge des Aristot. 47. 95. — Rose. Aristot. Frg. p. 24. 32 sq. Lips. — Zeller, Ph. d. Gr. II 2. 60³.

est. Accedunt alia signa, e quibus concludere liceat Pseudocellum hac Aristotelis de aeternitate mundi disputatione uberius usum esse. Dico Philonis de aeternitate mundi libri cum Pseudocello et Aristotele rationem, quam iam accuratius investigemus. Ac putant quidem hanc eam esse, ut Philo Platonis Timaei quidem locos nonnullos citaverit, etiam Theophrasti et Critolai de aeternitate mundi libros contra Stoicorum errores pugnantes uberrime excerpserit (c. XI sq., XXIII sq.), praeterea alia Peripatetica scripta adhibuerit[1]), at Pseudocelli libellum laudaverit quidem, sed revera non adhibuerit, aeque atque Aristotelis, quamvis eum nominaverit, de aeternitate mundi disputationem et ceteros libros plane neglexerit. Sed eum qui libelli Philonei partem primam attento animo perlegerit, aliter iudicare oportet. Nam in capite tertio, quarto, quinto praefatur auctor alios mundum ortum et interiturum esse credere; dicit Democritum, Epicurum, Stoicos; alios eum nec ortum nec interiturum, ut Aristotelem et Ocellum; alios etiam mundum ortum quidem, sed nunquam interiturum esse censere, ut Platonem, Hesiodum, Mosem. Tunc de iis primum se locuturum esse dicit qui mundum nec ortum nec interiturum esse docent. Iam exspectas Philonem sive Aristotelis sive Ocelli sententias repetiturum, nomen vel illius vel huius laudaturum esse. At neutrius eorum usquam mentionem facit. Modo capitibus quae sequuntur (V—X) argumenta explicat quae mundum interire nullo modo posse ideoque nunquam ortum esse probant. Postea ad Critolai argumenta transit, ea tum longius tum brevius explicat, postremo Boethi Stoici argumentatione commemorata Theophrasti argumenta copiose repetit.

Iam quaero, num verisimile sit a Philone Theophrasti et Critolai, quos in prooemio illo omnino non laudaverat, doctrinam loquaciter repeti, etiam aliorum Peripateticorum libros, quos I. de Arnim conicit, respici, Aristotelis vero, quem nominatim laudaverat et aeternitatis doctrinae a se defensae auctorem gravissimum esse aperte noverat, placita in argumentatione ipsa neglegi? Equidem facere non possum quin statuam partem argumentationis primam, quam incohat verbis

[1]) Cf. Io. de Arnim l. l. passim.

τοὺς δὲ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον κατασκευάζοντας λόγους ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν ὁρατὸν (θεὸν) αἰδοῦς τακτέον προτέρους, quamquam Aristotelis nomen non appellatur, a Stagiritae de aeternitate scripto non esse alienam. Quod comprobare mihi videtur argumentorum quae dico (c. V—X) cum Aristotelii illius dialogi fragmentis ratio. Nam si comparaveris primum Ciceronis (Acad. pr. 2, 38, 119 = Aristot. frgm. 22 Lips.) verba *neque enim ortum esse unquam mundum, quod nulla fuerit novo consilio inito tam praeclari operis inceptio* cum Philonis argumento quarto (c. VIII), quod ostendit deum suum ipsius opus nequaquam delere posse, nisi μετάνοιαν, quae πάθος καὶ νόσημα ψυχῆς appellatur, pateretur, videbis haud iniuria Valentinum Rose hoc caput ad Aristotelem rettulisse (Aristot. Frgm. 21 ed. Lips.). Deinde Ciceronis verba *et ita esse eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationesque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum existere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat* tam aperte idem dicunt atque Philonis argumentum primum (c. V), quo ostendit nec externas nec internas interitus mundi causas exstare, nisi quod ille summatim et compendiose, quae hic latissime explicat, ut Rosium laudem, quod etiam hunc Philonis locum ad Aristotelem revocavit (Aristot. Frgm. 19 L.).[1] Tum Ciceronis (de nat. deor. 2, 16, 44 = Aristot. Frgm. 24 L.) locum, qui de universi membrorum motu diverso (natura, voluntate, vi), de elementorum et siderum motu naturali et voluntario agit, si quis contulerit cum Philonis capite VII, VIII (= Aristot. Frg. 20 L.), eum fugere non poterit et hoc et illud cum Aristotelis dialogo cohaerere, quoniam etiam Philo de elementorum motu, quem κατὰ φύσιν dicit et quem παρὰ φύσιν sive ὑπὸ βίας motui opponit, loquitur, inde vero non, ut Aristoteles e siderum motu, deos existere, sed mundum aeternum esse concludit. Accedit quartus Philonis locus (c. IX init.), qui, ut supra docui, cum Aristotelis loco a Philone in capite III laudato (= Aristot. Frg. 18 L.) et sententia et verbis adeo congruit ac cum Ciceronis de nat. deor.

---

[1]) Ioannes de Arnim (p. 9) locos quos dico philosopho alicui tribuit, qui et Platonem et Aristotelem sequatur, utrumque conciliet, utriusque placita commisceat.

2, 15, 42 (= Aristot. Frg. 23 L.) cohaeret, ut ne hunc quidem ad illum librum Aristotelis revocare dubitem. Postremo duos Philonis locos (in capite V exeunte et X ineunte) commemoro, quibus secundum Aristotelis doctrinam mundi aeternitas e temporis aeternitate efficitur, et quos ab huius auctoritate non alienos esse putem

Habes sex Philonis locos, quos non sine magna verisimilitudine ab Aristotelis de philosophia dialogo et ab eiusdem de aeternitate mundi doctrina pendere statuere liceat. Quorum quattuor cum Pseudocelli locis cohaerere[1]) et ad communem fontem referendos esse supra docuisse mihi videor. Sequitur Pseudocelli cum Aristotelis de aeternitate disputatione conexum hac Philoneorum locorum et cum Aristotele et cum Pseudocello ratione augeri et firmari [2])

Etiam Platonis Timaei in Pseudocello memoriam[3]) pro documento habeo, quo Aristotelii dialogi illius iuvenilis cum Pseudocello ratio comprobetur. Nam locorum quos attuli alterius et cum Aristotelis frg. 22 et cum Critolai argumento quarto similitudo, alterius et cum Aristotelis Meteorologicorum et cum Theophrasti argumento quarto conexus verisimilem reddunt coniecturam locos quos dico ex illo Aristotelis libro compilatos esse. Qui nec a Platonis Timaeo nec a Theophrasti et Critolai doctrina et terrae et generis humani historiam et aeternitatem amplectente abhorruisse videtur[4]), et ad Platonem et ad Peripatum pertinebat, ambos conciliabat.

[1]) Pseudoc. I 11 = Phil. c. V. Pseud. I 15 = Phil. c. V. X. Pseud. III 1, 2 = Phil. c. IX

[2]) Cur Philo haec modo argumenta ex Aristotelis libro hauserit, cur reliqua Critolao auctori tribuerit, quamquam nonnulla eorum iam ab Aristotele inventa et explicata esse videntur, hoc loco exponere non possum. Cf. Zeller, Über die Lehre des Aristot. von der Ewigkeit der Welt (Abh. d. k. Akad. d. Wiss. z. Berl. 1878) p. 98 sq.

[3]) Pseudoc. I 7, 8 = Tim. 32, 33. Pseud. III 4, 5 = Tim. 22, 23.

[4]) Cf. Bywater, Aristot. Dialogue on philos. in The Journal of Philol. VII 64 sq.

Atque singularem illum Eleaticarum et Peripateticarum sententiarum in Pseudocelli libello conexum melius iam comprehendemus, si statuemus gravissimum primi et tertii capitis Pseudocellani fontem Περὶ φιλοσοφίας libros fuisse. Quibus Platonis discipulus et Peripati princeps ratione facili et populari de generis humani et mundi aeternitate egisse neque de mundi et aeternitatis notionibus variis, de ente sive universo eiusque aeternitate, de Eleatarum argumentis disputandi occasionem praetermisisse videtur. Reliquos Aristotelis libros (Metaphys., De caelo, De gener. et inter., Meteorol.) Pseudocellus utrum ipsos adhibuerit, an ex alius Peripatetici libro ex iis excerpto libaverit, an neque illos neque hunc adhibuerit, sed et ipsius et Aristotelis librorum quos contuli loci e communi fonte (Περὶ φιλοσοφίας libris)[1]) fluxerint, haec omnia nimium sciendi periculum veritus in medio relinquo.

Hac inter Pseudocellum et Aristotelem ratione statuta optime etiam ἀπορία illa explicatur quam supra tetigimus. Iam libelli nostri cum Theophrasti et Critolai libris rationem, cur gravissima horum argumenta ille omittat, cur contra Stoam non plane pugnet, melius intellegemus, si dialogum illum Aristotelium libelli nostri fontem potissimum fuisse accipiemus. Non mirum videbitur Pseudocellum Aristotelem imprimis sequi ducem, eius de mundi aeternitate placitis et argumentis prae ceteris niti, denique magistrum praeferre discipulis. Contra minus verisimile mihi est eum Peripateticos quos dico omnino non cognovisse, sed ex eodem quo Theophrastus et Critolaus thesauro eadem hausisse, scilicet e Περὶ φιλοσοφίας libris.

3. Etiam aliud nunc perspicimus, quod sane Pseudocellanae de aeternitate mundi doctrinae cum Aristotelia rationem accuratius intuenti mirum videri possit. Facile nunc explicatur, quod gravissimus et amplissimus Aristoteliae de aeternitate mundi (posterioris quidem aetatis) locus, de caelo I 10—II 1, quo Aristoteles e notionibus ἀγένητος, ἄφθαρτος, γενητός, φθαρτός mundi sive caeli aeternitatem demonstrare conatur, a scriptore libelli omnino non est respectus. Nam hoc argumentum in exotericis Περὶ φιλοσοφίας libris Stagiritae

[1]) Quorum cum Metaphysicorum et De caelo libris rationem Blassius (Rhein. Mus. XXX 1875 p. 481 sq.) subtiliter tractavit.

adulescentis nondum exstitisse, itaque a Pseudocello auctoris sui primarii vestigia premente omissum esse, non mirum est. Neve dicas eum antiquitatem Pythagoream simulandi consilio hoc argumentum omisisse, similiter atque quae Theophrasti et Critolai erant. Nam quaero, cūr qui Aristotelias de elementorum mutationibus sententias in capite altero libelli et Aristoxeni de liberorum procreatione placita in capite quarto verbotenus nonnunquam exscripsit, tum simulandi consilium dereliquerit.

Iam reliqua Aristotelis argumenta quibus caeli aeternitatem defendit, cum Pseudocelli argumentis si contuleris, alterum ab altero aliquantum differre videbis. Neque multum tribuo ei rei, quod Metaphysicorum et De generatione et interitu librorum loci quos cum Pseudocello supra contuli, alium persequuntur demonstrandi finem atque libelli nostri scriptor. Velut Metaphysicorum loco quem cum libello I 9 comparavi, nihil de mundi aeternitate Peripati princeps loquitur, modo de causis omnino. Eiusdem libri alio loco qui Pseudocello I 15 respondet, modo de temporis natura disserit, nihil vero de mundi aeternitate. Etiam De caelo et De gener. et inter. librorum locis qui cum libello I 3—6 et 12—14 congruunt, non mundum, sed τὸ κύκλῳ σῶμα et τὴν κύκλῳ κίνησιν aeterna esse demonstrat.

Magis vero animadversione dignum est, quod etiam fragmentorum quae Philo tradidit (c. III, IX) argumentum aliud est atque Pseudocellani loci qui cum illis cohaeret (III 1—3). Nam Aristoteles ad mundi et generis humani aeternitatem probandam ostendit eum qui interitum mundi accipiat, etiam caeli et caelestium corporum et deorum interitum accipere; cum is vero statui non possit, etiam mundi interitum refutari. At Pseudocellus e mundi aeternitate etiam partium mundi et omnium quae eis cohibentur et eas incolunt (i. e. deorum, daemonum, hominum) aeternitatem efficit. Quamquam etiam Aristotelem hoc argumentum praeter illud a Philone traditum protulisse probabile est.

Neque aliam differentiam silentio praetermittam, quae inter Aristotelis et Pseudocelli de mundi aeternitate argumentationem exstat. Libelli nostri scriptor argumentum Pla-

tonicum quod dei bonitate et perfectione nititur [1]), omnino omisit. Qua re non solum a Platonis et Aristotelis et Philonis, sed etiam a recentiorum Pythagoreorum de mundi aeternitate placitis qui hoc imprimis argumento nituntur [2]), discedit. Atqui nec insipienter illud argumentum nec sine ratione quadam omisisse videtur. Nam absolutam plane et perfectam mundi (unius et universi) naturam cum creatione, gubernatione, conservatione eius divina difficile consociari posse intellexit. Itaque illam defendit et explicavit, hanc seposuit et omisit. Sic discordiam sententiarum a Platone ambas quas dico mundi notiones commiscente conceptam, ab Aristotele repetitam evitavit.

Tamen non plane vitium quod dico effugit. Nam tum de mundo uno et universo, tum de mundo rotundo, moto, observato loquitur neque mundi notionum duarum, quas „totius mundi" nomine conprehendit [3]), discordiam et diversitatem curat. Mundum cogitat primo (Melissea ratione) ut universum, in quod omnia qnae sunt conveniunt, quo consummantur et comprehenduntur, praeter quod nihil omnino exstare, nihil cogitari, cui nihil addi potest. Inde sequi videtur necessario nihil omnino adesse posse, quod mundum sive universum circumdet, eum definiat, ei formam, quae sine alius differentis et discernendae quodammodo substantiae confinio cogitari non potest, afferat. Quare pergendum erat auctori consequenter iis quae antea explicaverat finem universi nullum, formam nullam esse nec cogitari posse. Neque motum universi [4]) exstare nec observari posse nec cogitari. Nam moveri et videri posse modo aliquid, quod inter alia versetur, praeter quod alia exstent, quorum cum illo ratio observari et comparari possit. Unum et solum omnino nec forman habere nec

---

[1]) Cf. Plat. Tim. 32 C, 38 A, 41 A B. — Aristot. fragm. 22 L. (Cicer. acad. pr. 2, 38, 119).

[2]) Cf. Pseudophilol. ap. Stob. Ecl. I 420. Aristaeon. ap. Stob. Ecl. I 428.

[3]) I 7.: τὸ δὲ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον.

[4]) Quae Pseudocellus in I 15 de motu loquitur mundi (κίνησις κατὰ κύκλον), cum Aristotelii caeli in circuli speciem moti speciem aperte ostendant, de interiore mundi motu non possunt intellegi.

observari nec moveri posse. At Pseudocellus mox de mundi figura (rotunda) et motu (circulari) loquitur et de statuum eius diversorum observatione neque videt coniungere se attributa mundi secum pugnantia. Denique Melisseam universi sive entis infiniti, immoti imaginem Pseudocellus cum Platonica et Aristotelia mundi sive caeli finiti, moti, observati notione confundit.

Atque ad Platonicum et Artstotelium[1]) errorem novum addidit vitium, quod Philo quidem in suo de aeternitatis mundi libello evitavit[2]). Nam modo ens sive universum Melissea ratione aeternum esse, nec ortum nec interiturum, demonstrat, velut si de entis universi aeternitate dubitaret quisquam non plane rudis; modo mundi i. e. ordinis et compositionis universi aeternitatem ostendere conatur. Et entis et mundi aeternitati demonstrandae operam dat, utramque argumentationis suae propositum esse iudicat, utramque contrahit in unam, quam et Aristoteles et Peripatetici quos sequitur secrevisse videntur (cf. Phil. d. aet. m. c. II), ut alteram inter omnes constare, alteram proprie defendendam esse putarent.

Etiam alia argumentationis Pseudocelli vitia sunt, minus quidem gravia quam haec quae dixi. Unum iam a XVIII. saeculi viro docto quodam animadversum est, qui de Pseudocelli philosophia cum magno loquitur despectu.[3])

[1]) Cf. Plat. Tim. VII. 32 sq. Aristot. de caelo I 9. 278 b 10 sq. 279 a 16 sq.

[2]) Fortasse et Pseudocellus et Philo entis universi aeternitatem respicientes sive Aristotelis sive Peripatetici alicuius secuti sunt exemplum, modo prior ille minus scite quam alter. Nam probabile est vel Aristotelem in dialogo suo vel Theophrastum vel Critolaum, priusquam de mundi aeternitate dissererent, de mundi et aeternitatis notionibus variis et de entis aeternitate praefatos esse argumentaque eam probantia e Parmenidis carmine et Melissi libro hausta disputationi suae anteposuisse, simili ratione atque Philo libelli sui ineuntis c. II, sed accuratius et latius. Cf. Blass l. l. p. 485 sq.

[3]) Cf. Zedleri „Grosses vollständiges Universal-Lexikon aller Wissenschaften und Künste, Leipzig und Halle 1740", ubi s. v. Ocellus Lucanus leguntur haec: „Ein alter pythagorischer Philosophe, dessen Enkel zu des Plato Zeiten gelebt . . . Seine Voreltern waren von Troja, welche unter der Regierung des Königs Laomedon nach Myra, einer Stadt in Lycien, gekommen sind. Von seinen Schriften, deren er unter-

Dico rationem qua id quod est demonstrandum iam argumenti loco adhibetur, et pro argumentis demonstrationis ipsius finis aliis modo verbis repetitur; aut rationem qua sententia aliqua probatur argumentis quae et ipsa probantur modo sententia illa probata. Qua ratione utitur Pseudocellus et ineunte et exeunte capite primo, cum mundi aeternitatem e temporis aeternitate efficere conatur. Dicit enim (§ 2) haec: δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγέννητον. ἀεί τε γὰρ ἦν καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγχρονον ἦν, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀνώλεθρον καὶ ἀγέννητον τὸ πᾶν et in § 15 haec: ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον . . . τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου . . . τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ἥ τε γὰρ ἰδέα . . . τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον, αὕτη δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος ὅ τε χρόνος ὁ ἄπειρος ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. Mundi aeternitas efficitur e temporis aeternitate (τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον . . . τοῦ χρόνου τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος), et temporis aeternitas sequitur e mundi aeternitate (ὅ τε χρόνος ὁ ἄπειρος . . . . διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον (scil. = mundus) μήτε τελευτὴν λήψεσθαι). Concedendum opusculi critico illi severo hac in argumentatione non multum re vera exstare „philosophiae". Dico autem eodem circuli vitio laborare a Philone traditam Critolai argumentationem qua e temporis aeternitate mundi aeternam naturam efficere conatur, cum mundus ei videatur ἰσῆλιξ καὶ αἴτιος temporis [1]).

schiedene, als de regno, de legibus, de natura universi etc. verfertiget, ist annoch das letztere vorhanden, und wird unter allen philosophischen Wercken, die wir haben, als das älteste annoch gelesen, ob gleich wenig Philosophie darinnen anzutreffen ist. Er will in selbigem erweisen, dass die Welt weder Anfang noch Ende habe, bedienet sich aber dabey meistens solcher Gründe, welche eben das sagen, was er noch zuvor beweisen soll. Zu Ende desselben giebt er Unterricht, wie man sich in Fortpflanzung des menschlichen Geschlechts zu verhalten habe. Man hält nicht unbillig davor, dass Aristoteles eben diese Meynung von Ewigkeit der Welt von ihm geborget habe." — Addit etiam haec vir doctissimus: „Herm. Conring hat das Werck propolit. c. 15 vor untergeschoben ausgeben wollen, hat aber damit keinen Beifall erlangt."

[1]) At cf. Aristotelis de motu et tempore disputationem Phys. VIII 1. 251 a 20 sq.

Non praetermittam postremo adesse etiam in capite III libelli discordiam quandam in Pseudocelli sententiis vulgarem magis et mythologicam dicendi formam, quam eandem in capite IV observabimus, amantis. Ut humanum genus tum aeternum esse et ut dei caelum, sic homines terram semper incoluisse explicat (III 1, 3), tum genus humanum facultatibus et organis humanis a deo ornatum esse paullo post (IV 2) dicit. Docet igitur genus humanum humanitatis suae datorem et auctorem (i. e. initium) habere quidem, simul vero aeternum esse (i. e. initium non habere). Neque comparanda sunt haec cum Aristotelia de motu mundi aeterno quidem, a deo tamen effecto doctrina[1]). Nam Aristotelia illa causae cum effectu suo συγχρόνῳ ratio quae aeternitatem utriusque permittit, qua causa divina non κατὰ χρόνον, sed κατ' ἐπίνοιαν efficit, a Pseudocellani loci argumento et indole abhorrere videtur. Potius Aristotelis loci comparari possunt, ubi simili ratione de divina generis humani cura et auctoritate verba fiunt[2]).

III.

1. Pergamus ad ea quae capite altero libelli disputantur. Haec etiam clarius quam primae et tertiae partis argumentum Peripateticam profitentur auctoritatem. Quin etiam nihil fere exstat quod Peripatum non redoleat[3]). Et Aristoteliarum litterarum memoria manifesto occurrit. Dico de generatione

[1]) Cf. Met. Λ 7. 1072 a 25. De gen. et int. II 10. 336 b 32. De caelo II 1. 283 b 26. Phil. d. aet. m. c. III. Cicer. acad. pr. 2, 38, 119.

[2]) Cf. Eth. Nic. K 9. 1179 a 24. Eth. M. B 8. 1207 a 15. Eth. Eud. H 14. 1248 a 25. De gen. et int. B 10. 336 b 31.

[3]) Neque quod opponuntur sibi Pythagoreorum more τό τε ἀειπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀεικίνητον (§ 2) neque quod vox ἐκμαγεῖον (de materia) adhibetur, ut Pythagoreae indolis signum aut simulationem pluribus efferre volo. Modo Platonis memoria quaedam subesse videtur.

et interitu librum[1]), praeterea Meteorologicorum[2]), Physicorum[3]), de caelo[4]), de generatione animalium[5]) quaedam. Ut clarior fiat Aristotelis cum Pseudocello ratio, nonnullos locos conferam.

Aristot. Meteor. IV 1. 375 b 10

ἐπεὶ δὲ τέτταρα διώρισται αἴτια τῶν στοιχείων, τούτων δὲ κατὰ τὰς συζυγίας καὶ τὰ στοιχεῖα τέτταρα συμβέβηκεν εἶναι, ὧν τὰ μὲν δύο ποιητικά, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, τὰ δὲ δύο παθητικά, τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρόν.

Aristot. de gener. et inter. II 2. 329 b 24

θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται. II 1. 329 a 32 ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή, δεύτερον δ' αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δ' οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, τρίτον δ' ἤδη πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα· ταῦτα μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα . . . αἱ δ' ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσιν.

Pseudocell. II, 6.

τῶν δὲ τεσσάρων τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ὡς ὕλη καὶ παθητικά. Πρώτως δὲ ὕλη τὸ πανδεχές. κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν, ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή, δεύτερον δὲ αἱ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ὑγρότης καὶ ξηρότης· τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσιν.

Aristot. de gener. et inter. II 4. 331 a 26—32.

οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ θατέρου μεταβάλλοντος· τὸ μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ξηρόν, τὸ δὲ θερμὸν καὶ ὑγρόν, ὥστε ἂν

[1]) P. 329 b 24—26. a 32—b3 (= II 6). 330 b 25—331 a b (= II 9, 10). 330 b 3—5 (= II 10, 11). 331 a 23—25, b 4—11, 14—24, 26—33 (= II 13—21). 336 a 31—b9 (= II 23).

[2]) P. 339 a 21 (= II 2). 378 b 10 (= II 6). 339 b 25—341 a 23.

[3]) P. 191 a 8 (= II 3).

[4]) P. 286 a 22, 28 (= II 10).

[5]) P. 777 b 24 sq. (= II 22, 23).

κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσται. πάλιν δὲ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· τὸ μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ὑγρόν, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ ὕδωρ ἔσται.

Pseudocell. II 13, 14.

ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς τὸ θερμόν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν τὸ ξηρόν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα. πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ὁ δ' ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμός, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ὑγρόν, ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ἀέρος τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Tamen qui accuratius hoc Pseudocelli caput cum Aristotelis doctrina comparat, videt illum re vera Aristoteliae philosophiae neglegenter operam dedisse. Id quod iam capitis eius initio efficitur de causa ortus omnis disserente. Conclusio enim et argumentatio capitis ineuntis haec est: in universo altera pars est ortus, altera causa ortus. Atqui ortus exstat, ubi mutatio et exitus fit; causa ortus, ubi ταὐτότης adest. Ergo partis in qua ortus fit, est pati et moveri, partis in qua causa ortus est, efficere et movere. Aperte e mutabili natura mundi sublunaris τὸ πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι, ex immutabili natura summae caelestis regionis τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν a Pseudocello efficitur. Vides difficilem illam de primo movente, plane immoto et immutabili, de caelestis regionis natura immutabili (si cum inferiore mundo comparatur), eius cum illo et cum regione sublunari ratione doctrinam Aristoteliam[1]) hic in vulgarem formam redactam, contractam et circumcisam sic repeti, ut vel menti non ita eruditae sit clara atque dilucida.

2. Graviores etiam ab Aristotelis disciplina discrepantias in reliquis partis eius disputationibus reperimus. Ut in iis primum quae de qualitatibus inter elementa distributis

[1]) Cf. Aristot. de caelo II 6. 288 a 27 sq. Metaph. I 6. 1072 a 8 sq. Phys. Θ 5. 256 b 14 sq.

explicantur (§§ 8 – 11). Constat suas cuique elemento attributas esse ab Aristotele qualitates proprias, alteram ipsi praeter cetera omnia elementa praecipue convenientem in eiusque natura praeter ceteras qualitates dominantem, alteram non iam eadem cum eo coniunctam necessitudine, in eius natura alterum inferiorem locum tenentem[1]. Sic terrae prima siccitatis qualitas est attributa, altera frigoris. Quam qualitatum distributionem invenimus re vera in Pseudocello II, 11[2], ubi terrae imprimis sicca, praeterea frigida attribuitur natura. Sed si perlegimus §§ 8, 9, 10, aliter plane videmus dispertitas qualitates. Nam in § 8[3] terrae quattuor tribuuntur qualitates, in quarum numero nec siccitas omnino adest neque frigus. Neque magis exstat in §§ 9 et 10[4]. Ubi quidem terra et ignis ut contraria sibi maxime efferuntur et opposita. Illa frigoris, hic caloris apellantur ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες. Unde sequitur illius frigus, huius calorem proprias dici et primarias qualitates. Atque terrae non siccam, sed frigidam praeter ceteras omnes convenire qualitatem, alteram, huic coniunctam, non siccitatem, sed humorem. Si conferimus denique quae quattuor quos diximus locis de terrae dicuntur natura, elucet attribui ei a Pseudocello tum frigus et humorem (§ 9, 10), tum siccitatem et frigus (§ 11), tum neutrum, at quattuor illa τὸ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχύ (§ 8).

Quae quomodo sint comprehendenda et explicanda, videamus. Eam primum qualitatum distributionem quae affertur

---

[1]) Cf. Aristot. de gener. et inter. II 3. 331 a 3 sq.; de sensu et sensib. IV. 441.

[2]) ἴδια δὲ ἑκάστου πυρὸς μὲν τὸ θερμόν, γῆς δὲ τὸ ξηρόν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρόν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὁ δ' ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός, τὸ δ' ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά.

[3]) τὸ μὲν οὖν θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὀξὺ πυρός ἐστι, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλὺ ὕδατος, τὸ δὲ μαλακὸν καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ κοῦφον καὶ τὸ λεπτὸν ἀέρος, τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ γῆς.

[4]) τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος . . . εἰ μὲν οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ . . . τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιίαν.

in § 8, statuendum est niti Aristotelis quattuordecim derivatarum quae dicuntur qualitatum placito[1]). Discrepare vero a Stagiritae exemplo, quia non, ut illi, quattuordecim inter elementa distribuuntur qualitates, sed sedecim. Duarum Aristotelis qualitatum loco a Pseudocello omnino praetermissarum (γλίσχρον, κραῦρον) ponuntur quattuor aliae ἀραιόν, πυκνόν, ὀξύ, ἀμβλύ. Neque mirum ea quae iam fit sedecim qualitatum inter elementa singula distributione Pseudocellum tam a Peripatetica, quam alioquin sequi videtur, quam ab ipsius ratione dissentire. Quamquam evitare id facillimum ei erat: nisi primariarum et derivatarum qualitatum, quas sedecim inter quattuor elementa distribuere conatus est, confudisset rationem; si utrumque quod dico qualitatum genus aeque in elementa distribuisset, sicut unicuique elemento singulae primariae (θερμόν, ψυχρόν, ὑγρόν, ξηρόν) et ternae derivatae (κοῦφον, ἀραιόν, ὀξύ. παχύ, πυκνόν, ἀμβλύ. μαλακόν, λεῖον, λεπτόν. σκληρόν, τραχύ, βαρύ) contigissent qualitates, non vero — sicut est — duobus alteris binae primariae cum binis derivatis, alteris duobus quaternae derivatae, primaria nulla.

Alterum quod diximus ab Aristotelia ratione discrepandi exemplum est ea quae in §§ 9, 10 explicatur qualitatum dispositio. Quae a solita et in Peripato accepta elementorum doctrina magis etiam dissentire videtur. Nam probatae omnibus et constantes terrae qualitates, siccitas ut prima et propria, frigus ut altera et addita, hic ita commutantur, ut siccitatis locum obtineat frigus, frigoris humor, ut terrae non ipsius ordinariae, sed aquae attribuantur qualitates, naturaque imprimis frigida, igni opposita calido, glacieique species et forma. Quae terrae cum aqua commutatio quonammodo explicatur? Adhibendus Aristoteles. Quaerentibus, quae fuerit Stagiritae de ignis et aquae, sicut de ignis et terrae inter se ratione opinio, occurrit locus quidam singularis, quo de elementorum quae dixi trium disputatur ratione[2]). Ubi exponit auctor primum ignem caloris, glaciem frigoris esse ὑπερβολάς. Nam ignis caloris et siccitatis cum

[1]) Cf. Aristot. de gener. et inter. II. 2. 329 b 16—20.
[2]) De gener. et inter. II 3. 330 b 25—331 a 3.

sit ζέσις, glacies frigoris et humoris πῆξις, hae vero (ζέσις, πῆξις) cum sint ὑπερβολαί quaedam, etiam ignem et glaciem ὑπερβολάς esse. Deinde docet philosophus etiam ignem et terram plane sibi esse contraria, cum ambo oppositarum sint regionum mundi, ille supremae, haec infimae. Addit postremo omnia fere elementa alterutrum alterutri esse opposita, cum et aqua sit opposita igni et terra aëri, non quidem regionum, at qualitatum contrariis sibi naturis. Quam Aristotelis expositionem conferas cum Pseudocelli loco.

Aristoteles

τὸ δὲ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος ὥσπερ καὶ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ ζέσις ὑπερβολαί τινές εἰσιν, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ θερμοῦ· διὸ καὶ οὐδὲν οὔτ' ἐκ κρυστάλλου γίγνεται οὔτ' ἐκ πυρός. ὄντων δὲ τεσσάρων τῶν ἁπλῶν σωμάτων, ἑκάτερα τοῖν δυοῖν ἑκατέρου τῶν τόπων ἐστίν. πῦρ μὲν γὰρ καὶ ἀὴρ τοῦ πρὸς τὸν ὅρον φερομένου, γῆ δὲ καὶ ὕδωρ τοῦ πρὸς τὸ μέσον. καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ. καὶ ἑκάτερα ἑκατέροις ἐναντία. πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημάτων συνέστηκεν.

Pseudocellus

τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξίς τε καὶ ζέσις ὑπερβολή τινός ἐστιν, ἡ μὲν θερμότητος, ἡ δὲ ψυχρότητος. εἰ μὲν οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται οὐδὲ ἐκ πυρός. τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιίαν. οὔτε δὲ ἓν τῶν ἄκρων οἷόν τε εἶναι, δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐναντίον εἶναι· οὔτε δὲ δύο. δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἐναντιότησιν αἱ μεσότητες.

Elucet confudisse scriptorem totam hanc de contrariis elementis disputationem ambasque quas discernit Stagirita ἐναντιότητας, primam glaciei cum igne, alteram terrae cum

igne. Glaciem enimvero non aquae, sed terrae arbitratus est speciem. Quae firma et dura, lapideae et terrestri naturae similior ei videbatur, quam aquosae et liquidae. Neque respexit terram esse quidem contrariam igni, non vero qualitatum ὑπερβολαῖς quas affert falso, sed regionum et locorum oppositorum diversitate.

3. Aliud ab Aristotelia auctoritate discedendi exemplum adest in §§ 18, 19. Mutationes elementorum quae hoc loco explicantur (aër et ignis commutantur in ignem, terra et aqua in aquam), cohaerent angustius cum iis quae in §§ 16, 17 afferuntur ignis et aquae in aquam, aëris et terrae in terram mutationibus. Quibus quattuor paragraphis exempla proferuntur κατ' ἐναλλαγὴν quae dicitur mutationis, qua δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. Atque primum afferuntur exempla duo, quibus utraque qualitas alterius elementi pereat superata utraque alterius qualitate (§ 16, 17). Quae sequuntur deinde exemplis duobus altera modo perit utriusque elementi qualitas ab altera alterius qualitate deleta (§ 18, 19). Quae quattuor exemplorum inter se cohaerentium ad unumque finem spectantium varietas et qualitatum distinctio tota Aristotelis nititur auctoritate. Etiam hic quattuor exempla eiusmodi mutationis affert. Atque ut κατ' ἐναλλαγὴν mutatio illa fieri possit omnino, coniunguntur a Stagirita elementa plane sibi contraria, quae nullam habeant communem qualitatem, omnes potius contrarias, pugnantes secum, superantes invicem, ut e quattuor qualitatibus non plures nisi duae restare possint ceteris duabus victis.

Aliter Pseudocellus. Affert quidem et ipse exempla sua cum illa quam dixi qualitatum superatarum varietate. In prioribus duobus (§ 16, 17) plane Aristotelium sequitur exemplar, eadem atque ille coniungit elementa, easdem qualitates superantes, superatas. At in posterioribus duobus (§ 18, 19) propriam iam sequitur rationem. Elementa coniungit non iam plane sibi contraria, ignem cum aqua, aërem cum terra, in quibus solis illud mutationis genus fieri potest, sed aërem iungit cum igne, aquam cum terra. Neque respicit in iis quattuor qualitatum pugnam qua δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσιν omnino fieri non posse. Nam calor et aëri inest et igni, frigus et terrae et aquae; calor calore, frigus frigore superari non

potest. Neque cogitat libelli scriptor cum dicat: ὅταν τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρόν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμόν, quaenam adsit qualitas quae calorem istum ignis superare possit. Nam simul aëris humor deletur iam siccitate ignis, ut restet modo una qualitas, quae calorem ignis vincere possit, i. e. aëris calor. Calorem autem cum calore pugnare et ab eo superari nemo unquam credidit sanus ab Aristoteleque ipso haud ambigue refutatum est[1]).

Neque cum dicat Pseudocellus: ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρόν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν (§ 19) respicit terrae frigus deleri non posse nisi diversa quadam superatum qualitate, quae ei non adest. Nam eiusdem terrae siccitas pugnat iam cum aquae humore eumque superat. Frigus vero aquae quod restat unum cum terrae frigore certare, alterum altero deleri posse quis credat? Denique statuendum mutationes a Pseudocello explicatas in §§ 18, 19 fieri omnino nequire. Ostendunt et haec et illa libelli scriptorem ea non cognovisse accuratius nec intellexisse.

4. Neque iam seponenda videtur diutius quaestio, utrum Pseudocellus Aristotelis libros (De gener. et inter., Meteorol., Phys., De caelo, De gener. anim.) ipsos adhibuerit et exscripserit, an Peripatetici cuiusdam iunioris opusculo quod ex Aristotelis operibus excerptum huius doctrinam breviter complectebatur, usus sit[2]). Quamquam certo rem discernere non audeo et fieri potest ut sive hic sive ille Aristotelis liber in Pseudocelli manibus fuerit, tamen dubitem, an omnes quos dixi libros ipse perlegerit et excerpserit. Si id fecisset, certe Stagiritae doctrinam accuratius cognovisset neque adeo a sententiis eius discreparet. Quod vero cum duobus Stagiritae locis verbotenus congruit, id inde explicari potest, quod iam Peripateticus ille scriptor, quem cum Dielsio conicio, verba Aristotelis ipsa nonnunquam secutus est, ubi satis clara esse nec explicatione egere ei videbantur.

5. Iam venio ad quaestionem de Pseudocelli cum Stoica philosophia ratione instituendam. Sunt enim viri

---

[1]) De gener. et inter. I 7. 323b 18.

[2]) Hoc conicit Diels Doxogr. 188.

docti, qui affinitatem aliquam inter Stoam et Pseudocellum contendant, ut C. Baeumker[1]) qui haec dicit: „Ein entschiedener Anschluss an die stoische Vorstellung findet sich dagegen bei Ocellus. Ihm ist die Materie, ganz wie jenen, der unbestimmte Körper . . Diese der Materie innewohnenden Potenzen (δυνάμεις) aber werden von ihm dann zugleich in der Weise der stoischen λόγοι σπερματικοὶ als Kräfte gefasst, die im Unterschied von den actuellen Eigenschaften selbst weder werden noch vergehen. Dabei sollen dieselben indessen nicht, wie die stoischen λόγοι, als etwas Körperliches gedacht werden, sondern gleich den aristotelischen λόγοι, d. h. begrifflichen Formen, als etwas unkörperliches (λόγοι ἀσώματοι) . . . . Ebenso zeigt die Elementenlehre des Ocellus sich gänzlich von Aristoteles und der Stoa abhängig (die Qualitäten 2, 6 stoisch, 2, 11. 16 aristotelisch) . . . . Aristotelisch und zugleich stoisch ist es ferner, wenn Ocellus, entsprechend der aristotelischen Unterscheidung von erster und zweiter Materie, neben der Materie „im ersten Sinn“ (πρώτως ὕλη) auch eine qualitativ schon bestimmte Materie kennt, die Elemente des Wassers und der Erde nämlich, welche sich zu denen des Feuers und der Luft wie der Stoff zur Form, wie das Leidende zum Thätigen und zur bewegenden Ursache verhalten“. At Stoicae proprie doctrinae in Pseudocelli opusculo nullum vestigium reperire potui. Λόγοι ἀσώματοι illi (II, 5) a Stoicorum λόγοις σπερματικοῖς plane abhorrent; re vera enim plane incorporei sunt illi, Aristotelio vocis eius usu significant idem atque εἴδη, μορφαί. Etiam qualitatum bipertitio et differentia inter αἴτια καὶ ποιητικὰ (θερμόν, ψυχρόν) et παθητικὰ (ξηρόν, ὑγρόν) prorsus Aristotelia est[2]). Pariter ea quae de materia dicuntur nihil praebent quod non sit Peripateticum[3]).

6. Denique addo errorum et difficultatum philosophiae Peripateticae nullam a Pseudocello esse evitatam. Materiae (ὕλης) sive substantiae, quam dicit πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, quae ut κοινὸν ὑπόκειται πᾶσιν (τὸ ὑποκείμενον καὶ

[1]) Das Problem der Materie in d. gr. Phil., Münster 1890 p. 390.

[2]) Cf. Aristot. Meteorol. IV 1. 378b 10sq.

[3]) Cf. pag. 49. 63.

τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολάς), ut qualitatum et elementorum receptaculum commune, cum loco (τόπῳ) ratio clarius non explicatur. De hoc dicit modo (II 5): αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων. Et quamquam materiam sive substantiam, qualitatum receptaculum, ipsam qualitatibus illis, itaque etiam tactu, carere oportet, tamen eam tactu sensibilem dicit (αἰσθητὸν πρὸς ἁφήν II 7, cf. II 3, 12), i. e. qualitatibus non omnino carentem. Etiam qualitates elementorum ab elementis ipsis secretas proprie exstare et agere accipit cum auctore suo, quasi praeter qualitates rerum et corporum etiam res et corpora ipsa sine qualitatibus omnino cogitari possint, aut praeter res et corpora etiam qualitates eorum solae, quas incorporeas et aeternas dicit (II 5), Platonicam et Aristoteliam εἴδους notionem amplexus[1]).

IV.

1. In quarta libelli parte ad quam examinandam nunc nos convertimus, eiusdem atque in ceteris invenimus auctoritatis Peripateticae vestigia. Conferas quaeso capitis eius initium cum Platonis, Aristotelis, Philonis locis quos affero.

Plat. Legg. IV. 721 BC et VI 773 E

διανοηθέντα ὡς ἔστιν ᾗ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας, οὗ καὶ πέφυκεν ἐπιθυμίαν ἴσχειν πᾶς πᾶσαν ... γένος οὖν ἀνθρώπων ἐστί τι ξυμφυὲς τοῦ παντὸς χρόνου, ὃ διὰ τέλους αὐτῷ ξυνέπεται καὶ ξυνέψεται τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀθάνατον ὄν, τῷ παῖδας παίδων καταλειπόμενον ταὐτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γενέσει τῆς ἀθανασίας μετειληφέναι ... καὶ δὴ καὶ τὰ ἔμπροσθεν τούτων ῥηθέντα, ὡς χρὴ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας παίδων καταλείποντα ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὑτοῦ παραδιδόναι.

Aristot. de an. B 4. 415a 26

φυσικώτατον γὰρ τοῖς ζῶσιν, ὅσα τέλεια καὶ μὴ πηρώματα, ἢ τὴν γένεσιν αὐτομάτην ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτό, ζῷον μὲν ζῷον, φυτὸν δὲ φυτόν, ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν, ᾗ

[1]) Cf. Aristot. Metaph. Z 1033b 17. 1039b 24. Λ 1069b 35.

δύνανται. πάντα γὰρ ἐκείνου ὀρέγεται κἀκείνου ἕνεκα πράττει ὅσα πράττει κατὰ φύσιν. ἐπεὶ οὖν κοινωνεῖν ἀδυνατεῖ τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου τῇ συνεχείᾳ, διὰ τὸ μηδὲν ἐνδέχεσθαι τῶν φθαρτῶν ταὐτό, καὶ ἓν ἀριθμῷ διαμένειν, ᾗ δύναται μετέχειν ἕκαστον, κοινωνεῖ ταύτῃ, τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δ' ἧττον.

de gen. et int. II 10. 336b 26

τοῦτο δ' εὐλόγως συμβέβηκεν. ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν ἀεὶ τοῦ βελτίονος ὀρέγεσθαί φαμεν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι ἢ τὸ μὴ εἶναι . . . τοῦτο δ' ἀδύνατον ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν διὰ τὸ πόῤῥω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν.

de gen. anim. II 1. 731b 31

ἐπεὶ γὰρ ἀδύνατος ἡ φύσις τοῦ τοιούτου γένους ἀΐδιος εἶναι, καθ' ὃν ἐνδέχεται τρόπον, κατὰ τοῦτόν ἐστιν ἀΐδιον τὸ γινόμενον. ἀριθμῷ μὲν οὖν ἀδύνατον . . . . εἴδει δ' ἐνδέχεται. διὸ γένος ἀεὶ ἀνθρώπων καὶ ζώων ἐστὶ καὶ φυτῶν[1]).

Pseudocell. IV 1—4

καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰ ὄργανα καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς τὴν μίξιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου βίου κοινωνῆσαι, τὴν τοῦ γένους ἀθανασίαν, φθειρομένην καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεός, ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην τὴν γένεσιν. ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ πόλεως καὶ τὸ μέγιστον κόσμου συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογινόμενον τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γίνεσθαι μήτε πολιτικῆς μήτε μὴν τῆς θείας .... ταῦτα οὖν προδιανοουμένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζῴοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι — ἡμερώτατον γὰρ ἁπάντων καὶ βέλτιστον ζῷον ἄνθρωπος — ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον εὐανδρεῖσθαι.

Phil. de aet. m. c. XIII

ὅπερ οὐχ ἴσχυσε λαβεῖν ἡμῶν ἕκαστος, τοῦθ' ἅπαντι τῷ γένει δωρησαμένης (scil. τῆς φύσεως) τὸ ἀθάνατον. μένει γὰρ εἰς ἀεί,

[1]) Cf. etiam I 2. 716a 24. 766a 5sq.

φθειρομένων τῶν ἐν εἴδει, τεράστιον ὡς ἀληθῶς καὶ θεῖον ἔργον ... c. XII ἔτικτεν (scil. ἡ γῆ) ἀνθρώπους ὑπὲρ δυοῖν τοῖν ἀναγκαιοτάτοιν, ἑνὸς μὲν τοῦ μὴ λειποτακτεῖν τάξιν οἰκείαν καὶ μάλιστα ἐν σπορᾷ καὶ γενέσει τῶν χερσαίων ἁπάντων ἀρίστου καὶ ἡγεμόνος ἀνθρώπου ... ἡμερώτατον γὰρ ζῷον ὁ ἄνθρωπος, λόγον δωρησαμένης φύσεως αὐτῷ γέρας, ᾧ καὶ τὰ ἐξηγριωμένα πάθη κατεπᾴδεται καὶ τιθασσεύεται.

Vides eadem iisdem saepe verbis explicari. Iam quaeritur, utrum Aristotele Pseudocellus, Pseudocello Philo sit usus, an et Pseudocellus et Philo sive Aristotelem sive auctorem Peripateticum sive ambos in manibus habuerint. Atque si respexeris alia Pseudocellum cum Aristotele habere communia quae in Philonis loco desunt (Arist. συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν = Pseudocell. καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην τὴν γένεσιν. Arist. κοινωνεῖν τοῦ θείου = Pseudoc. θείου βίου κοινωνῆσαι), alia Pseudocellum cum Philone quae apud Aristotelem non inveniuntur (Pseudoc. μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γίνεσθαι = Phil. ὑπὲρ τοῦ μὴ λειποτακτεῖν τάξιν οἰκείαν. Pseudoc. ἡμερώτατον γὰρ ἁπάντων καὶ βέλτιστον ζῷον ἄνθρωπος = Phil. ἡμερώτατον γὰρ ζῷον ὁ ἄνθρωπος), aliquid saltem quod Pseudocellus omisit (vocem εἶδος) etiam Aristotelem cum Philone, assentieris verisimillimum esse et Pseudocellum et Philonem eidem sua debere auctori Peripatetico. Praeter quem etiam Aristotelem ipsum num in manibus habuerint, in medio relinquam. Quis fuerit ille auctor non erit dubium, si consideraveris Philonis locum inter Critolai argumenta legi.

Rationem autem quam inter Pseudocellum et Philonem observamus, eandem versimillimam esse putaverim inter Pseudocellum et Pseudaristoteliorum Oeconomicorum libri III auctorem, Musonium, Antipatrum, Hieroclem, ceteros de matrimonio librorum auctores. Nam Pseudaristotelis (Oecon. III 143, 17. 144, 10) et Musonii (Stob. Flor. 67, 20)[1]) locis quos dico cum Pseudocello comparatis nonnullas sententias easdem apud hunc et illos occurrere intelleges.

[1]) Cf. etiam Antipatrum apud Stob. Flor. 67, 25 et Hieroclem ibid. 67, 21; qui iam minus cum Pseudocello conveniunt quam illi.

Pseudaristoteles (ed. Susemihl, Lips. 1887).

143, 17: *ubi autem tantum studium fit pro corporis esca, ad quam animae semen consumitur, quid si pro suis liberis matre atque nutrice, nonne omne studium est faciendum? hoc enim solo omne mortale semper factum immortalitatis participat, et omnes petitiones ac orationes divum permanent paternorum. unde qui contemnit hoc, et deos videtur neglegere.*

144, 10: *propter quae non decet recte sapientem nec ubique ponere corpus suum nec immittere ad quamcunque contigerit proprium semen, ut non de illegitimis et vilibus generibus similes hiis, qui legitime procreati sunt. nam privat uxorem quidem decenti honore, filiis autem opprobrium adiungit.*

Musonius

ἐπεὶ τοῦ χάριν ὁ τοῦ ἀνθρώπου δημιουργό, πρῶτον μὲν ἔτεμε δίχα τὸ γένος ἡμῶν, εἶτ' ἐποίησεν αὐτῷ διττὰ αἰδοῖα . . ., εἶτα δὲ ἐνεποίησεν ἐπιθυμίαν ἰσχυρὰν ἑκατέρῳ θατέρου τῆς θ' ὁμιλίας καὶ τῆς κοινωνίας καὶ πόθον ἰσχυρὸν ἀμφοῖν ἀλλήλων ἐνεκέρασεν, . . .; ἆρ' οὖν οὐ γνώριμον, ὅτι ἐβούλετο συνεῖναί τε αὐτῷ . . . καὶ γένεσιν παίδων καὶ τροφὴν ἅμα ποιεῖθαι, ὡς ἂν τὸ γένος ἡμῶν ἀΐδιον ᾖ ὅπως οἶκοι ὦσιν ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ καὶ ὅπως τὸ κοινὸν ἕξει καλῶς . . ., καὶ πόλεως ἑκάστῳ τῆς ἑαυτοῦ φροντιστέον καὶ τῇ πόλει οἶκον περιβλητέον. ἀρχὴ δὲ οἴκου περιβολῆς γάμος. ὥστε ὁ ἀναιρῶν ἐξ ἀνθρώπων γάμον ἀναιρεῖ μὲν οἶκον, ἀναιρεῖ δὲ πόλιν, ἀναιρεῖ δὲ σύμπαν τὸ ἀνθρώπειον γένος.

Tamen apparet illos (Pseudaristotelem, Musonium, Antipatrum, Hieroclem) modo de matrimonio, eius condicione, fine, Pseudocellum vero de ἀφροδισίοις omnino maxima capitis parte (§§ 1—5, 9—14) disputare, nonnulla quidem de matrimonio addere (§ 6—8). Illi non solum multo longius et accuratius materiam suam tractant, sed etiam alio sensu. Matrimonii finem non modo in generis humani conservatione et immortalitate, in gentis, civitatis, mundi, deorum felicitate et salute vident (ut Pseudocellus), sed etiam in propria mariti et patris familias felicitate [1]). Itaque voluptatem vel

[1]) Cf. Muson. l. l.: ἀνδρῶν δὲ καὶ γυναικῶν κοινωνίας ἄλλην οὐκ ἂν εὕροι τις οὔτ' ἀναγκαιοτέραν οὔτε προσφιλεστέραν, ποῖος γὰρ ἑταίρῳ οὕτω

philosopho e matrimonio manantem non plane vituperare et contemnere videntur, non tam Stoica quam eclectica quadam ratione nixi. Addo nulla ceteroquin vestigia Stoicae indolis et auctoritatis in Pseudocelli libello reperiri (cf. pag. 46. 63). Itaque ratio eorum quos dixi scriptorum cum Pseudocello ea verisimilis mihi esse videtur, ut et hic et illi ad communem vel communes fontes sive Peripateticos sive eclecticos sint referendi [1]).

2. Cum iis quae sequuntur (§§ 6—8) primum Pseudocallicratidae Pythagorei de familiarum felicitate libri locus ab Ioanne Stobaeo traditus (Flor. III 85, 18), deinde alia Pythagorea duo fragmenta in Arii Didymi Epitoma (Mullach Fr. ph. gr. II 99) et in Stobaei Florilegio (IV 297, 14) conservata, tum Plutarchi (de educ. lib. 19. Coniug. praec. 14), postremo Aristotelis (Eth. Nic. θ 12. 1160b 32sq.) et Platonis (Legg. VI 622 C. 773AB) loci tam sententiis quam verbis aperte cohaerent. Compares modo inter se locos

Platonis

περὶ προικὸς εἴρηται μὲν καὶ πρότερον, εἰρήσθω δὲ πάλιν, ὡς ἴσα ἀντὶ ἴσων ἐστὶ τῷ μήτε λαμβάνοντι μήτε ἐκδιδόντι . . . ὕβρις δὲ ἧττων γυναιξὶ καὶ δουλεία ταπεινὴ καὶ ἀνελεύθερος διὰ χρήματα τοῖς γήμασι γίγνοιτο ἄν. ὦ παῖ, τοίνυν φῶμεν ἀγαθῶν πατέρων φύντι τοὺς παρὰ τοῖς ἔμφροσιν εὐδόξους γάμους χρὴ γαμεῖν, οἵ σοι παραινοῖεν ἂν μὴ φεύγειν τὸν τῶν πενήτων μηδὲ τὸν τῶν πλουσίων διώκειν διαφερόντως γάμον, ἀλλ' ἐὰν τἄλλα ἰσάζῃ, τὸν ὑποδεέστερον ἀεὶ τιμῶντα εἰς τὴν κοινωνίαν ξυνιέναι. τῇ τε γὰρ πόλει ξύμφορον ἂν εἴη ταύτῃ ταῖς τε ξυνιούσαις ἑστίαις. τὸ γὰρ ὁμαλὸν

προσηνής, ὡς γυνὴ καταθύμιος τῷ γεγαμηκότι . . . . . τίνος δὲ παρουσία μᾶλλον ἢ λύπην ἐλαφρύνειεν ἂν ἢ χάριν ἐπαυξήσειεν ἢ συμφορὰν ἐπανορθώσειεν; Cf. etiam Hieroclem apud Stob. Flor. 67, 21. 75, 5.

[1]) Qua de re copiose disputavit Praechter in libro modo foras misso (Hierokles der Stoiker, Leipzig 1901) p. 137 sq., qui Pseudocelli sententias e Peripatetico fonte manasse negans ad Stoicos posteriores refert. Equidem confiteor me non videre, cur congruentia illa inter Pseudocellum et illos — neque tam magna neque tam mira quam Praechtero videtur — ea qua proponit ratione explicanda sit. Sed fusius de hac re disputare hoc loco iam non licet.

καὶ ξύμμετρον ἀκράτου μυρίον διαφέρει πρὸς ἀρετήν ... καὶ κατὰ παντὸς εἷς ἔστω μῦθος γάμου· τὸν γὰρ τῇ πόλει δεῖ συμφέροντα μνηστεύειν γάμον ἕκαστον, οὐ τὸν ἥδιστον αὐτῷ ... τούτων δὴ χάριν ἐᾷν μὲν νόμῳ τὰ τοιαῦτα ἀναγκαῖον, ἐπᾴδοντα δεῖ πείθειν πειρᾶσθαι τὴν τῶν παίδων ὁμαλότητα αὐτῶν αὐτοῖς τῆς τῶν γάμων ἰσότητος ἀπλήστου χρημάτων οὔσης περὶ πλείονος ἕκαστον ποιεῖσθαι, καὶ δι' ὀνείδους ἀποτρέπειν τὸν περὶ τὰ χρήματα ἐν τοῖς γάμοις ἐσπουδακότα.

Aristotelis

ἀνδρὸς δὲ καὶ γυναικὸς ἀριστοκρατικὴ φαίνεται· κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἄρχει καὶ περὶ ταῦτα ἃ δεῖ τὸν ἄνδρα ... ἐνίοτε δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι· οὐ δὴ γίνονται κατ' ἀρετὴν αἱ ἀρχαὶ ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν, καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις.

Pseudocelli

ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες ... τοιγάρτοι ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν καὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης διχοφροσύνην κατασκευάζουσι περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. ὁ δέ γε διαμαχόμενος ... ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι.

Pseudocallicratidae

γαμίσκοντα δεῖ γαμὲν ποτὶ τὰν αὐτῷ τύχαν, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὰν δύναμιν μήτε μείονα τᾶς δυνάμιος τὸν γάμον ἐπάγηται, ἀλλὰ ποτὶ λόγον τᾶς ἰδίας δυνάμιος. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὰν δύναμιν ἐπάγοντες στασιάζοντι διὰ τὰν ἁγεμονίαν. ἁ μὲν γὰρ τῷ πλούτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχοισα τἀνδρὸς ἄρχειν προαιρεῖται, ὁ δὲ ἀνάξιον ἁγεῖται καὶ παρὰ φύσιν συγχωρέν.

Pythagorei

γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων, ἐὰν δ' ἐκ τῶν κρειττόνων γήμῃς, δεσπότας καὶ οὐ συγγενεῖς κτήσῃ. πολιτεία δὲ πρώτη, σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον ἐπὶ τέκνων γενέσει καὶ βίου κοινωνίᾳ. τοῦτο δὲ προσονομάζεται μὲν οἶκος, ἀρχὴ δὲ πόλεώς ἐστι.

Plutarchi

πειρατέον δὲ τοὺς τῶν ἡδονῶν ἥττους καὶ πρὸς τὰς ἐπιτιμή σεις δυσηκόους γάμῳ καταζεῦξαι, δεσμὸς γὰρ οὗτος τῆς νεότητος ἀσφαλέστατος. ἐγγυᾶσθαι δὲ δεῖ τοῖς υἱέσι γυναῖκας μήτ' εὐγενεστέρας πολλῷ μήτε πλουσιωτέρας. τὸ γὰρ τὴν κατὰ σαυτὸν ἕλα σοφόν. ὡς οἵ γε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γιγνόμενοι. ὥσπερ ἐσόπτρου κατεσκευασμένου χρυσῷ καὶ λίθοις ὄφελος οὐδέν ἐστιν, εἰ μὴ δείκνυσι τὴν μορφὴν ὁμοίαν, οὕτως οὐδὲ πλουσίας γαμετῆς ὄνησις, εἰ μὴ παρέχει τὸν βίον ὅμοιον τῷ ἀνδρὶ καὶ σύμφωνον τὸ ἦθος.

Vides iam ipse Pseudocallicratidam et argumento et verbis omnium proxime ad Pseudocellum accedere. Apparet Pseudocallicratidam a Pseudocello aut Pseudocellum a Pseudocallicratida cognitum et compilatum fuisse aut utrumque communi fonte usum esse. Et hoc verisimilius esse videtur quam illud. Nam non probabile est Pseudocallicratidam Pseudocello usum esse. Compares modo Pseudocallicratidae accuratam et copiosam de re familiari disputationem cum brevi paucis verbis materiam eandem consummante Pseudocelli excursu. Nec conici potest Pseudocellum Pseudocallicratidae scriptum adhibuisse. Elucet enim partem capitis eius totam (§ 1—8) in duas secerni partes minores, fonte qui subest utrique differentes. Alteram dico continentem § 1—5, alteram § 6—8. Neque ineptum coniectare priorem illam a Pseudocallicratida alienam ex alio, Peripatetico verisimillime, fonte manasse. Tamen non putem totam hanc capitis partem (§ 1—8) ab ipso Pseudocello e duobus diversis compilatam esse libris. Apertissime enim ambae quas dixi primae illius partis particulae a reliqua capitis eiusdem (§§ 9—14) indole discrepant, ita quidem ut cogitationum et affectus honesti elatione quadam illae uberiores sint, praeceptis vero singulis haec magis abundet. Atque cohaerent ipsae inter se angustius et scriptorum eorundem memoria (Platonis, Aristotelis, Plutarchi) et argumento atque indole, vix ut arbitrer secernendam esse re vera primae partis illius (§§ 1—8) auctoritatem, ut duobus diversis attribuenda sit fontibus. Nam quae in §§ 6—8

de familiae et rei publicae felicitate disputantur, cum antecedentibus quidem (§ 5) coniuncta sunt, cum continuent et latius explicent quae illic de familiae et rei publicae salute, altera ab altera pendente animadversa sunt. Sed cum posteriore capitis parte (§§ 9—14), quae de generantium libidine coercenda et dirigenda disserit, laxe admodum conexa esse videntur, sententiarum quae alteris illis particulis (§§ 1—5, 6—8) tractantur cum postrema ea et subsequente (§§ 9—14) nullo nec verborum nec cogitationum nexu. Et si contuleris § 8 exeuntem cum subsequente § 9, videbis proponi haec, velut si primum omnino scriptor de generatione et generantibus loqui coeperit, ad novam plane transeat materiam, non vero redeat ad ea de quibus iam antea (§§ 1—4) fuse disseruit. Quare duarum quas dico capitis partium maiorum (§§ 1—8, 9—14) si agnoscimus aliquod discrimen, duarum vero minorum (§ 1—5, 6—8) conexum, conicere oportet caput totum non e trium diversorum librorum pannis esse consutum, sed e duobus: altero qui subsit ut primae partis (§§ 1—8) fons, altero e quo reliquum fluxerit caput (§§ 9—14). Tum autem parum probabile est primae partis totius auctorem esse Pseudocallicratidam. Nam modo particula altera partis primae (§§ 6—8) cum Pseudocallicratida cohaeret; altera vero (§§ 1—5) eiusdem memoriae expers est. Pseudocelli autem cum illo Pythagoreo affinitas optime ita explicatur, ut tertius communis quidam statuatur auctor quocum et Pseudocelli §§ 1—8 et Pseudocallicratidae scriptum conexa sint. Certius tamen auctorem cum designare non possim, satis habeo coniecisse Peripateticum eum fuisse.

3. Alterius partis (§§ 9—14) auctorem inter plurimos aetatis nostrae viros doctos constat[1]) Aristoxenum esse[2]), quem aequo iure pro Pythagoreo atque pro Peripatetico habeas. Modo ambigi potest, utrum ea capitis pars ex illius libro integro fluxerit, ut censent Rohde et Cobet, an ex alio quodam „scriptore recentiore, qui Aristoxeni disputationem suum in usum

[1]) Cf. Cobet, Collect. crit. p. 391 sq. Rohde, Rhein. Mus. 27, 52. Nauck, Iambl. v. Pyth. p. 148.

[2]) Solus Wyttenbach (Bibl. crit. VIII 113) Aristoxenum e Pseudocelli libello hausisse arbitratus est. Praechter l. l. de Stoicis posterioribus cogitat.

converterit", quae est opinio Nauckii. Quae quomodo re vera se habeant, disceptare conemur.

Ac primum duos aliorum scriptorum respiciamus locos qui cum Pseudocello necessario cohaerent auctoritatemque eius Aristoxeniam testantur. Dico fragmentum a Stobaeo ut Aristoxenium[1]) laudatum, praeterea Iamblichi de vita Pythagorae libri §§ 209—213. Quorum inter se et cum Pseudocello ratio ut explicetur, conferas primum huius locum cum Iamblicho et Stobaeo.

Pseudocellus

περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένους τάδε χρὴ πράττειν. καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ οὔτε τῶν ζῴων εὔκαρπα γίνεται, ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τετελειωμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται. ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι τὴν ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ. πολλὰ δὴ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτά ἐστιν, ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον σπανίως χρῆσθαι. ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν. δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι μήτε θυγατρὶ μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ, καλὸν γάρ ἐστι καὶ πρόσφορον τὸ ὡς πλεῖστα κωλύματα εἶναι τῆς ἐνεργείας ταύτης. καθόλου δὲ δεῖ περιαιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γεννήσεις καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας, καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιίᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένας. δεῖ δὲ πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν καὶ μεγίστη φυλακὴ πρὸς γέννησιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή, ὡς μήτε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου μήτε μέθῃ μήτε ἄλλῃ τινὶ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρονες αἱ τῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται· μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ καθεστηκυίας τὰς διανοίας τὰς

[1]) Flor. III 101, 4.

μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

Iamblich. (ed. Nauck)

περὶ δὲ γεννήσεως τάδε λέγειν αὐτοὺς ἔφασαν. καθόλου μὲν ᾤοντο δεῖν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον προφερές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ προφερῆ οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεσθαι, ἀλλὰ δεῖν ἐγγενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸ τῆς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τετελειωμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται. δεῖν οὖν τούς τε παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν πόνοις τε καὶ γυμνασίοις καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, τροφὴν προσφέροντας τὴν ἁρμόττουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ. πολλὰ δὲ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα εἶναι, ἐν οἷς βέλτιόν ἐστιν ἡ ὀψιμαθία, ὧν εἶναι καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρείαν. δεῖν οὖν τὸν παῖδα οὕτως ἄγεσθαι, ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην συνουσίαν. ὅταν δ' εἰς τοῦτο ἀφίκηται, σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο, ἐὰν τίμιόν τε καὶ καλὸν εἶναι νομίζηται ἡ εὐεξία· ἀκρασίαν γὰρ ἅμα καὶ εὐεξίαν οὐ πάνυ γίνεσθαι περὶ τὸν αὐτόν. ἐπαινεῖσθαι δ' αὐτοῖς ἔφασαν καὶ τὰ τοιάδε τῶν προϋπαρχόντων νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητράσι συγγίνεσθαι μήτε θυγατρὶ μήτ' ἀδελφῇ, μήτ' ἐν ἱερῷ τόπῳ μήτ' ἐν τῷ φανερῷ. καλόν τε γὰρ εἶναι καὶ σύμφορον τὸ ὡς πλεῖστα γίνεσθαι κωλύματα τῆς ἐνεργείας ταύτης. ὑπελάμβανον δ' ὡς ἔοικεν, ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες περιαιρεῖν μὲν δεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γεννήσεις καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γιγνομένας, καταλιμπάνειν δὲ τῶν κατὰ φύσιν τε καὶ μετὰ σωφροσύνης γινομένων τὰς ἐπὶ τεκνοποιίᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένας. ὑπελάμβανον δὲ δεῖν πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων ἐκγόνων. πρώτην μὲν οὖν εἶναι καὶ μεγίστην πρόνοιαν τὸ προσάγειν αὑτὸν πρὸς τὴν τεκνοποιίαν σωφρόνως τε καὶ ὑγιεινῶς βεβιωκότα τε καὶ ζῶντα καὶ μήτε πληρώσει χρώμενον τροφῆς ἀκαίρως μήτε προσφερόμενον τοιαῦτα, ἀφ' ὧν χείρους αἱ τῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται, μήτε δὴ μεθύοντά γε, ἀλλ' ἥκιστα πάντων· ᾤοντο γὰρ ἐκ φαύλης τε καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως μοχθηρὰ γίνεσθαι τὰ σπέρματα.

Stob.

περὶ δὲ γενέσεως παίδων τάδε ἔλεγε· καθόλου μὲν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον προφερές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν οὔτε τῶν ζώων

εὔκαρπα τὰ προφερῆ γίγνεσθαι· ἀλλὰ χρόνον τινὰ προπαρασκευάζεσθαι τῆς καρποφορίας, ἐν ᾧ ἐξισχύσαντα καὶ τετελειωμένα τὰ σώματα παρέχειν τά τε σπέρματα καὶ τοὺς καρποὺς δεδύνηται. πολλὰ δὲ εἶναι ἐν τῷ βίῳ, ἐν οἷς ἡ ὀψιμαθία ἐστὶ βελτίων, οἷον καὶ τὸ τοῦ ἀφροδισιάζειν πρᾶγμα. δέον οὖν ἐστὶ παῖδας οὕτως ἄγεσθαι διὰ τῶν ἀσκημάτων ἀσχόλους, ὥστε μὴ μόνον μὴ ζητεῖν, ἀλλ' εἰ δυνατόν, μηδὲ εἰδέναι τὴν τοιαύτην συνουσίαν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν. ὅταν δὲ καὶ εἰς τοῦτο ἀφίκηται, σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις. τοῦτο γὰρ πρός τε τὴν τῶν γεννώντων καὶ γεννησομένων εὐεξίαν πολὺ συμβάλλεσθαι. ἔλεγε δὲ μήτε τροφῆς μήτε μέθης πλήρη ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸ γεννᾶν ὁμιλεῖν· οὐ γὰρ οἷόν τε ἐκ φαύλης καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως εὔρυθμα καὶ καλά, ἀλλ' οὐδὲ ἀγαθὰ τὴν ἀρχὴν γίγνεσθαι.

Clarum esse videtur Pseudocellum et Iamblichum cum verborum usu tum sententiarum serie atque ordine inter se congruere, simul vero utrumque a Stobaei fragmento sententiis compluribus quae apud Stobaeum modo adumbrantur vel omnino omittuntur, at a Pseudocello et Iamblicho explicantur, distare ita ut intellegi non possit, quonam modo ambo, alter ab altero separatus, alter cum altero nihil communicans, modo fragmento quod Stobaeus tradit eodem usus uterque in sententiis iisdem eundem in modum nectendis ac in verborum eorundem usu convenerint. Neque fieri potest ut Iamblichi sententiae ex Aristoxeni loco a Stobaeo conservato fluxerint, nullo alio modo cum Pseudocello coniunctae, nisi ita ut huius libellus a Stobaeo exscriptus sit. Nec magis verisimile esse videtur Pseudocellum et Iamblichum, etsi compluribus saeculis seiunctos, suo arbitrio suaque sponte Aristoxeni excerpto illo quod Stobaeus receperat, usos esse atque in sententiis et verbis, in explicandis nonnullis, omittendis compluribus sententiis mire secum congruisse, eadem plane compilasse, eadem ex ipsorum ingenio addidisse. Apparet potius vel alterum ex alterius libro sua excerpsisse vel ambos communem quendam fontem quartum, a Stobaei fonte alienum, adhibuisse.

Neque fieri potest ut Pseudocellus, laudatus ab Iamblicho ut clarus et vetus quidam Pythagoreus (Vit. Pyth. 267) sua ex Iamblichi scriptis compilaverit. Nec verisimile Iamblichum e Pseudocelli ipsius loco hausisse. Nam Iamblichi et Pseudo-

celli verba cum Stobaei fragmento comparanti apparet Iamblichum multo plura habere quae ad Stobaei illud fragmentum propius accedant et cum illius verbis congruant, quam Pseudocellum. Id quod ipse locis nonnullis scriptorum trium collatis vides.

Pseudocell.	Iamblich.	Stob.
καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές . . .	καθόλου μὲν δεῖν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον προφερές . . .	καθόλου μὲν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον προφερές . . .
ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον σπανίως χρῆσθαι.	ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην συνουσίαν· ὅταν δ' εἰς τοῦτο ἀφίκηται, σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις.	ὥστε μὴ μόνον μὴ ζητεῖν, ἀλλ' εἰ δυνατόν, μηδὲ εἰδέναι τὴν τοιαύτην συνουσίαν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν. ὅταν δὲ καὶ εἰς τοῦτο ἀφίκηται, σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις.
ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.	ᾤοντο γὰρ ἐκ φαύλης τε καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως μοχθηρὰ γίγνεσθαι τὰ σπέρματα.	οὐ γὰρ οἴεσθαι ἐκ φαύλης καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως εὔρυθμα καὶ καλά, ἀλλ' οὐδὲ ἀγαθὰ τὴν ἀρχὴν γίγνεσθαι.

Quae Stobaei cum Iamblicho similitudo aperta num aliter explicari potest nisi ita ut Iamblichus et ipse alio quodam quarto fonte usus sit, qui cum exemplari a Stobaeo adhibito non sententiis quidem — quae ad Pseudocellum serie tota propius accedunt quam ad Stobaeum — at verbis singulis magis congruerit quam cum Pseudocello? Et cum parum verisimile esse modo ostenderim aut Pseudocellum ex Iamblicho aut Iamblichum e Pseudocello aut ambos e Stobaei fragmento Aristoxenio sua conscripsisse nec Stobaeum aut Pseudocello aut Iamblicho aut ambobus usum esse conici possit, restat unum utrumque, Pseudocellum et Iamblichum, alio quodam fonte eodem esse usos, sive Aristoxeno ipso,

sive iuniore quodam excerptore, ab altero illo quo Stobaeus usus est, diverso. Quibus certo demonstrari puto neque Wyttenbachii de Pseudocelli cum Aristoxeno ratione opinionem neque Nauckii eadem de re coniecturam stare posse. Nam Pseudocelli et Iamblichi fons a Stobaei fonte differt ita ut hic abbreviatum et contractum adhibuerit, quod illis plenum magis adfuerit et integrum. Quare proxima esse videtur suspicio Stobaei locum non ex Aristoxeni ipsius libro, sed e recentiore quodam Aristoxeni sententiarum selectore fluxisse, Iamblichi et Pseudocelli vel ex ipsius Aristoxeni libro integro vel e vetustiore excerptorum collectione altera. Et hoc minus probabile esse videtur quam illud. Nam primum parum verisimilis est coniectura duas fuisse unius libelli Aristoxenii excerptiones diversas, quarum alterius ortus ponendus esset ante Pseudocellani libelli aetatem ab ipsius Aristoxeni tempore haud adeo remotam. Praeterea respicienda Iamblichi cum Stobaeo ratio, in verborum usu similitudo et conexus. Quae an futura fuerint, nisi Iamblichi auctor etiam cum Stobaei fonte angustius cohaereret, dubitandum est. Verisimilius est inter Iamblichum et Stobaeum hanc rationem intercedere, ut fontes eorum cohaereant, ut exemplar ipsum cum excerpto, Iamblichum vero aeque ac Pseudocellum ex ipso Aristoxeni libro hausisse. Cui quidem restituendo si operam demus, ut primus et gravissimus testis adhibendus sit neque Stobaeus, quippe qui excerpta praebeat, neque Pseudocellus, sed Iamblichus, quippe qui sermone propius quam ille ad Stobaei fragmentum Aristoxenium accedat.

Addo praecepta quae ab Aristoxeno dantur et a Pseudocello repetuntur, Pythagoreae ethicae nequaquam fuisse propria, sed honesto et bono cuique probata et accepta.[1])

4. Iam possit quaestio moveri, num ea quam tractavimus opusculi Pseudocellani pars omnino angustius cum ceteris tribus cohaereat; num capitis eius argumentum libelli totius proposito, ut initio eius indicatum est, aptum atque

[1]) Cf. Plat. rep. V, 8, 459. 9. 461 c. Legg. VI, 18, 775; 23, 783 e, 784 a. VIII, 8, 840 D, 851 A B. — Diotogen. in Stob. Flor. II 103. — Plutarch. de liber. educ. 1, 3. — Iambl. vit Pyth. 78.

concinnum sit. Num ad universi et rerum naturam illustrandam ac describendam afferant quidquam de uxoris eligendae condicione, de coniugum concordia, de libidine coercenda cohortationes, dubitari possit. Si tamen accuratius res consideratur, totam illam de liberorum procreatione disputationem a reliqui opusculi proposito non abhorrere elucet. Nam de universi φύσει disputaturum se esse ut promittit auctor, ita re vera de ortu et interitu universi (c. I), elementorum (c. II), generis humani (c. III), familiae et civitatis (c. IV) libello toto loquitur. Neque vero hominis, universi membri haud infimi, omittere poterat „naturam“ i. e. generationem, quomodo et quibus instituenda sit. Neque mirum philosophum de generationis istius instituto — familia — disserentem gravissimam putavisse felicitatem eius et salutem neque acquievisse in „natura“ familiae quae sit explicanda, sed edocuisse, quid sit utile ac salutare. De homine loquitur non ut observator modo, sed ut amicus sapiens.

V.

1. De indole vero libelli disserentibus non omittendae videntur quaestiones duae: quid de immortali hominis natura et quid de divino rerum principio auctor crediderit. Atque ad priorem illam accedentibus respiciendi sunt loci duo. Alter in capite primo (§ 14): οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῷα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. οὐ γάρ ἐστιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ τῶν τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν ἀναλύεται καὶ ἀπογίνεται, alter in capite quarto (§ 2): καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰ ὄργανα καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς τὴν μίξιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου βίου κοινωνῆσαι, τὴν τοῦ γένους

ἀθανασίαν φθειρομένην καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην τὴν γένεσιν. Quae tam clara sunt, ut dubitari non possit quin auctor contendat genus quidem humanum aeternum esse, singulos vero homines morientes interire plane, mortali esse natura.[1])

Tamen qui cautius iudicat, e verbis quae attuli concludere dubitabit Pseudocellum animi humani naturam immortalem esse non credidisse. Nam etiam Plato et Aristoteles animalium singulorum et hominum mortalem, generis totius immortalem naturam statuerunt et Philo Alexandrinus de hominis ipsius mortalitate, generis humani immortalitate simillime atque Pseudocellus loquitur (cf. pag. 18. 48. 49).

Tamen constat Platonem docuisse animae (ψυχή)[2]), Aristotelem mentis (νοῦς ποιητικός)[3]), Philonem spiritus rationalis (πνεῦμα)[4]) naturam in singulis hominibus immortalem, aeternam esse. Primam illam de animalium et hominis — qui illorum esse videtur Aristoteli — mortali natura sententiam cum altera illa de singularis animae, mentis, spiritus aeternitate vix consociari posse quis neget? Quae sententiarum discordia[5]) cum non impediret non solum Philonem, sed etiam Aristotelem, quominus et hoc et illud doceret, cur fieri non potuit, ut etiam Pseudocellus menti humanae immortalem naturam tribueret? Sed quaestionem eam omnino non attigit. Itaque qui cautius de Pseudocelli philosophia iudicare vult, in medio relinquet, quid ea de re cogitaverit. Quare ratio Pseudocellanae de anima doctrinae quae sit cum Aristotelis, Peripateticorum[6]), Pythagoreorum[7]) doctrina, describi non potest.

---

[1]) A. Schmekel, Phil. d. M. Stoa, p. 433, 435 Pseudocellum defendere „die Verwerfung der persönlichen Unsterblichkeit“ dicit.

[2]) Phaedr. 245 C. Phaed. 91 C—107 B. Rep. X 608 D sq.

[3]) Cf. An. 430 a 10—25. 408 b 18 sq. Metaph. 1070 a 25 sq.

[4]) Cf. qu. det. pot. ins. sol. § 90 sq. C (209 M) § 75 sq. (206 M) — qu. de s. immut. § 43 sq. (279 M) — de m. op. § 69 (16 M) § 146 (35 M).

[5]) Quae explicatur inde quod scriptores quos dico cum de mortali hominum natura agunt, de corporibus modo cogitant, non simul de animis.

[6]) Quorum alios, ut Theophrastum et Eudemum, aeternitatem mentis humanae superioris accepisse, alios ut Aristoxenum, Dicaearchum, Stratonem, Boëthum, Alexandrum Aphrodisiensem, eam negasse certum vel saltem probabile est. (Cf. Rohde, Psyche II, 309, 2[2]).

[7]) Quae restant nobis Pythagoreorum recentiorum fragmenta et quae

Iam alteram illam de divino rerum principio quaestionem aggredientibus respiciendus primum libelli locus quo de deo fusius disputari videtur. Dicit enim auctor IV, 2 haec: Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰ ὄργανα καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς τὴν μίξιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου βίου κοινωνῆσαι, τὴν τοῦ γένους ἀθανασίαν φθειρομένην καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην τὴν γένεσιν. Quibus verbis cave putes probari auctorem credere unum deum existere, rerum auctorem et rectorem summum. Nam voce ὁ θεός hic, ut apud alios scriptores, idem atque *numen* (*Gottheit*) significatur.

Mox scriptor ipse nos docet deum cuius mentionem modo fecit, unum esse e multis. Pergit enim ita (IV, 4): εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως καὶ ἀκρασίας, μοχθηροὶ οἱ γενόμενοι καὶ κακοδαίμονες ἔσονται καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων καὶ οἴκων καὶ πόλεων. Et paulo post addit (IV, 5): διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι καὶ τοὺς θεοὺς δὲ φίλους αὐτοῖς καταστήσουσιν. Etiam III, 3 de compluribus diis loquitur: ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος, ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες κ. τ. λ.

Sed opponi possit etiam alios philosophos statuere deos, caelestis regionis incolas existere, docere tamen praeter illos et insuper summum unum exstare divinum ens, motus omnis principium, causam rerum primam et finem supremum, velut δημιουργόν Timaei Platonici, aut πρῶτον κινοῦν, puram

---

nobis de eorum placitis traduntur, pleraque immortalem esse sive animae sive mentis naturam ex illorum opinione probant (cf. Alex. Polyh. apud Diog. L. VIII 28. — Onat. in Stob. Ecl. I 92. — Philol. apud Clem. Alex. Strom. III 433 A. — Philol., Archyt., Hippon. apud Claud. Mam. d. stat. an. II 7. Varr. Ant. rer. div. I 33 sq. 38. Plut. Epit. IV 7 [Diels Dox. 392]). Alia vero non tam clara sunt, ut aliquid certi concludere liceat (cf. Ps. Tim. d. an. m. c. VII. Stob. Ecl. I 420, II 350. Flor. 108, 81). — Cf. Schmekel l. l. p. 434.

ἐνέργειαν, cogitationem cogitationis Aristoteliam, aut mentem mundi et animam Stoae. Itaque quae Pseudocellus de diis disserat, optime cum unius dei, summi quidem et perfectissimi, opinione consociari posse. Ad haec respondeo Pseudocellum nusquam eiusmodi divini entis summi facere mentionem. Ubi motus et commutationis omnis causam commemorat (II, 1, 2, 22, 23), loquitur ita, ut vix ea pro Platonico deo aut Aristotelio illo primo movente aut Stoica mente universi haberi possit. Quae αἰτία γενέσεως sive τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν appellatur, sive ἡ ἀεικίνητος φύσις, ἡ ἀεικυβερνῶσα. Cui ταὐτότης τοῦ ὑποκειμένου attribuitur et idem esse videtur atque τὸ ἀεικίνητον μέρος τοῦ κόσμου, quod ὑπεράνω σελήνης collocatur, quocum ἡ τοῦ ἡλίου φορὰ confertur, αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεώς ἐστι. Opponitur ei τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν, ἡ ἀειπαθὴς φύσις, ἡ κυβερνωμένη, quae τὸ ἀειπαθὲς μέρος, τὸ πάσχον, τὸ γεννῶν ἐν αὑτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. Neque de superiore motus omnis causa divina quicquam commemoratur. Cuius locum universum (τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν) tenere videtur[1]). Quod summum, perfectissimum, existendi causam generalem et communem putat. Ad illud omnia referuntur, ab illo pendent, conservantur, inde vitam hauriunt et aeternitatem. Hoc σύστημα τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελὲς καὶ τέλειον (I, 7), quod nulla alia re praeter et extra se ipsum eget, quo ceterae omnes naturae et res egent (τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν, ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὑτόν I, 8), laudatur ut τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ αὐτοτελές, τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ αὐτοτελές, τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον, τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ συνηρμοσμένον. Mundus (sive universum) dicitur αἴτιος τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι, αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ ἀΐδιος καὶ αὐτοτελὴς καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα (I, 9). Extra eum nihil exstat omnino, in eo nihil, quod eo potentius sit (I, 11). Omnium

---

[1]) Cf. Aëtii Plac. I 7 [Diels Dox. 303b19] = Stob. Ecl. I 1 (περὶ θεοῦ): Μέλισσος καὶ Ζήνων τὸ ἓν καὶ πᾶν καὶ μόνον ἀΐδιον καὶ ἄπειρον τὸ ἕν.

rerum dux est summus, ordinis, vitae, animae auctor (ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντὸς καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσται καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν I, 11). Neque prima et perfectissima corpora (τὰ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβοντα, διέξοδον οὐκ ἐπιδεχόμενα τῆς οὐσίας I, 12) et pars mundi caelestis iis repleta, motus et mutationis terrestris causa, excepta videntur et liberata ab universi illius auctoritate, quo continentur, cuius sunt pars, a cuius ordine pendent, quo egent et reguntur (τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν, ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν . . . ἥλιος δὲ καὶ σελήνη καὶ οἱ πλάνητες καὶ οἱ ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς κοινῆς διακοσμήσεως αὐτοῦ. αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς αὐτόν I, 8). Quare etiam motus illius terrestris et mutationum causa suprema universi ordo appellatur (εὖ δὲ ἔχει καὶ ἡ λόξωσις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν. αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεώς ἐστι. καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῷ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον II, 23). Difficultatem quidem aliquam praebet locus opusculi II, 2: αἱ δὲ μοῖραι αὐτοῦ (scil. τοῦ παντὸς) διορίζουσι καὶ τέμνουσι τό τε ἀειπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀεικίνητον. Quae dicuntur ita, velut si universo superiores etiam et potentiores putentur μοῖραι illae, universum in duas partes secernentes. Sed quid μοῖραι illae (licet sortes sive fata sive leges universi eas appelles) sibi habeant, quid earum momentum, quae cum universo, quae cum diis ratio sit, ne verbo quidem explicatur.

2. Denique assentiri non possum Zellero qui Pseudocellum summi principii divinitatem stoice conceptam affirmare, supremam motus omnis causam pro deo habere putat, cum dicit:[1]) „Sie (scil. die Neupythagoreer) unterscheiden auch mit den Stoikern Gott und die Materie einfach als das Wirkende und das Leidende. Dies geschieht bei Ocellus de univ. II 1, wenn er die γένεσις und die αἰτία γενέσεως unterscheidet, jener die Veränderung, dieser das unveränderliche Beharren als Merkmal zuweist und daraus schliesst: ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν ἐστι,

[1]) Phil. d. Gr. III 2 p. 115[3]. Simillime Noack (Philosophiegeschichtl. Lexikon s. v. Okellos) verba facit.

περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι. Neque A. Schmekelii (Phil. d. M. St. p. 432) opinionem sequi possum, qui Pseudocelli philosophiam cum Pseudotimaei, Pseudarchytae, Pseudophilolai confundit opinionibus eandemque omnibus dei notionem Platonicam tribuit, cum dicit: „Wir kommen jetzt zur zweiten Richtung (scil. des Neupythagoreismus). Ihre Auffassung vertreten hauptsächlich die Schriften, welche unter dem Namen des Timaeus, Ocellus, Archytas, Brontinus, Philolaus und vieler anderer gehen. Sie halten das Prinzip der Transcendenz durchweg aufrecht, indem sie die Gottheit oder die Monas möglichst weit über die Eins und Alles Seiende hinausrücken und etwas Besseres als die Vernunft nennen. Diese gilt nur als die Vermittlerin, welche die beiden Prinzipien, die Formen oder Ideen und den Stoff, zusammenführen. Ebenso wie sie hierin dem Platonisch-Aristotelischen Standpunkte huldigen, schliessen sie sich auch in der weiteren Ausführung der Lehre an die Auffassung dieser Philosophen an.“ — Equidem puto ex Pseudocelli opinione superiori mundi parti cum inferiore eandem esse rationem atque regenti et efficienti cum recto et patiente[1]) aeque atque illam quidem deorum esse, a diis incoli, hanc ab animalibus et hominibus; illam immutabilem, aeternam, hanc mutabilem, ortui et interitui subiectam. Illam vero a deo summo et uno moveri et regi aut pro deo ipso materiam movente et mutante haberi, cum deo confundi a Pseudocello certo negandum est. Nihil plane in toto opusculo exstat, quod eiusmodi opinionem probet vel verisimilem reddat. Pseudocelli philosophia nec cum Platonis nec Aristotelis nec Stoae de summo rerum principio congruit. Ab iis quae ceteri omnes, et veteres et recentiores, Pythagorei de summo principio divino docuerunt, abhorret. Nihil de deo creatore et rectore mundi supremo, nihil de anima mundi in omnibus vivente, omnia movente apud Pseudocellum legimus. Absoluta plane, perfecta, aeterna natura celebratur universi. Hoc a se ipso pendet, sui ipsius auctor est, conservator, tutor, dominus.

---

[1]) III 5: τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης. τῆς δὲ ἀειπαθοῦς, καὶ τῆς μὲν ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ ἀεὶ κυβερνωμένης.

Nemini originem et salutem debet suam, neminis gratiam optat, iram timet, denique absolutum est.

Si vero nunc Pythagoreorum quos cognitos habemus, de summo rerum principio divino sententias contuleris, has quidem inter se congruere et eundem spirare animum religiosum videbis, ab illius vero placitis differre adeo, ut dubitaturus sis, an et illum et hos eiusdem sectae discipulos appelles. Deus celebratur ab iis ut ὁ πρᾶτος θεός, πρᾶτος βασιλεύς τε καὶ δυνάστας ἐν τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, qui ἀεὶ τὰ πάντα διοικεῖ τε καὶ ζώει αὐτὸς ἐν αὑτῷ κεκταμένος τὰν σοφίαν[1]), ὁ ἐν τῷ παντὶ πάντα διέπων, ὁ ἁγεμονεύων, οὔτε διακόνως ἔχων οὔτε ὑπηρέτας οὔτ' αὖ προςτάξει τινὶ χρώμενος, qui αὐτὸς ἄρχει, ἄρχεται δ' ὑπ' οὐδενός, παρέχων ἀξιομίματον ἑαυτὸν ζᾶλον ἐντίθητι πᾶσι τᾶς αὐτῶ φύσιος[2]), τῶν φύσι τιμιωτάτων ἄριστον, quod rex in civitate, idem ipse in mundo[3]), ἀρχὴ τᾶς φύσιος, ἓν τὸ ἄριστον, ζῶον οὐράνιον, ἄφθαρτον, ἀρχά τε καὶ αἰτία τᾶς τῶν ὅλων διακοσμάσιος[4]). Οὗτος γάρ, Pseudarchytas inquit,[5]) ὁ κράτιστός ἐντι καὶ ὁ ἁγεμονεύων, καὶ τούτω ἕνεκα καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀγαθῶν δεῖ παρῆμεν. στρατεύματος μὲν γὰρ ἁγεῖται στραταγός, πλωτάρων δὲ κυβερνάτας, τῶ δὲ κόσμω θεός. Sapientissimus philosopho esse videtur ille qui cognovit: ὅτι ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐντὶ πάντων τῶν κατὰ δίκαν τε καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον περαινομένων[6]). Motus omnis causam primam et supremam dicit deum, αἰτίαν τὰν κινάσοισαν τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τὰν μορφώ, τὰν πράταν τᾷ δυνάμι καὶ καθυπερτάταν τᾶν ἀλλᾶν[7]). Ut alii quoque[8]), tria principia rerum esse putat: τόν τε θεὸν καὶ τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων καὶ τὰν μορφώ, καὶ τὸν μὲν θεὸν τεχνίταν καὶ τὸν κινέοντα, τὰν δ' ἐστὼ τὰν ὕλαν καὶ τὸ κινεόμενον, illum quidem οὐ νόον μόνον ἦμεν, ἀλλὰ καὶ νόω τι κρέσσον[9]). —\ Etiam e Pseudophilolai opinione deus est

---

[1]) Sthenidas in Stob. Flor. II 48, 63.
[2]) Ecphantus in Stob. Flor. II 48, 64.
[3]) Diotogenes in Stob. Flor. II 48, 61.
[4]) Callicratidas in Stob. Flor. III 85, 17.
[5]) Stob. Flor. I 1, 76.
[6]) Iambl. Protr. IV, 39.
[7]) Pseudarchytas in Stob. Ecl. I 35,2.
[8]) Cf. Nicom. apud Phot. Cod. 187 p. 143 a 24.
[9]) Stob. Ecl. I 35 (716); cf. Simpl. Categ. 84 B.

ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων, εἷς ἀεὶ ὤν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων[1]). Materiae ortae, motae, mutabili opponitur deus non genitus, movens, immutabilis, potentia et mente excellens[2]). — Similiter ac Pseudarchytas Pseudo timaeus Locrensis[3]) tria accipit rerum principia, cum dicit: πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος, qui ἐποίησε τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας. . . . οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν ξυντεταγμένω θεῶ, ἔιποκα ἐδήλετο αὐτὸν διαλύεν. ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐστιν ὁρμὰ ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω. διαμένει ἄρα τοιόσδε ὢν ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος. Quod Pseudotimaei aeternitatis mundi argumentum plane aliud esse apparet atque ea quae Pseudocellus explicat. Huic mundus ipse absolutus est, aeternitatis suae causa; illi dei (τῶν ἁπάντων ἀρχαγοῦ καὶ γενέτορος) gratia et benevolentia mundum conservat. — Etiam Euryphamus, Hippodamus, Aristaeon, qui appellantur, absolutam naturam quam Pseudocellus mundo tribuit, deo addunt verbis his: οὔτε γὰρ ὁ θεὸς τᾶς ἔξωθεν αἰτίας ποτιδεὴς ἐντι, φύσι γὰρ ἀγαθὸς ἐὼν καὶ φύσι εὐδαίμων ἐξ αὐταύτου τέληός ἐντι[4]); et τῶν δὴ λόγον ἐχόντων ζώων τὰ μέν ἐντι αὐτοτελέα, ὅσα δι' αὐτὰ τέληά ἐντι καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν οὔτε ποτὶ τό ἦμεν οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν. τοιοῦτος δέ κα εἴη ὁ θεός[5]). Similes sententias Aristaeon[6]) qui dicitur, his verbis profert: ἐπεὶ δὲ ἀρχὰ ἅτε δὴ ἐᾶσα ἀρχὰ πρὸ παντός τέ ἐστι καὶ ἀγέννατος καὶ αὐτοτελής, (οὔτε γὰρ αἱ μεθ' ἅτερόν τι ἦς, ὑπάρχοι κα ἔτι πρὸ παντός, οὔτε γενομένα ποκὰ ἔκ τινος ἀγέννατός κα εἴη ἔτι, οὐδὲ μὰν ἀρχά τε καὶ αἰτία τῶν γενομένων, . . . ἀτέρω γάρ τινος ποτιδεήσεται τῶ σώσοντος αὐτὰν καὶ κινάσοντος) δῆλον δὴ ὡς αὐτὰ καθ' αὑτὰν ἁ ἀρχὰ ἀγέννατός τε ἐστι καὶ ἀΐδιος καὶ αἰτία γενέσιός τε καὶ κινάσιος . . . λέγοιτο δέ κα (scil. ἁ τῶ παντὸς διακόσμασις) ἁρμονία φύσιος, ὅτι πάντα

---

[1]) Phil. de mund. opif. 100, 33; cf. Syrian. in Aristot. Metaph. II 325.
[2]) Stob. Ecl. I 20; cf. Criton. in Stob. Flor. I 84.
[3]) de an. m. 94 B.
[4]) Stob. Flor. IV 103, 27.
[5]) Stob. Flor. IV 103, 26.
[6]) Stob. Ecl. I 20, 6. Apparet etiam huius sententias a Pseudocelli argumentatione differre admodum, cum Aristaeon de deo, Pseudocellus de universo disputet. Non recte igitur Zeller utrumque confert (III, 2p.132[3]).

κατὰ λόγον φύεται τὰν ταύτας ποτ' ἄλλαλα, καὶ ὡς ὁ τεχνίτας ποτὶ τὰν τέχναν, οὕτως θεὸς ποθ' ἁρμονίαν. Conferas etiam e Poli qui vocatur fragmento[1]) haec: ἐν κόσμῳ μὲν ὢν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῦσα πρόνοιά τε καὶ ἁρμονία καὶ δίκα καὶ νῶς τινος θεῶν οὕτω ψαφισαμένω. Uberrime postremo de deo verba facit Pseudonatas[2]): ὁ μὲν θεὸς τὰ τῶν ἄλλων ζώων ἐπαΐει οὔτε ὁρατὸς ὢν οὔτε ἐπάϊστος, εἰ μή τισι πάγχυ ὀλίγοις τῶν ἀνθρώπων. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ θεός ἐντι νόος καὶ ψυχὰ καὶ τὸ ἀγεμονικὸν τῶ σύμπαντος κόσμω . . . δοκέει δέ μοι καὶ μὴ εἷς εἶμεν ὁ θεός, ἀλλ' εἷς μὲν ὁ μέγιστος καὶ καθυπέρτερος καὶ ὁ κρατέων τῶ παντός, τοὶ δ' ἄλλοι πολλοὶ διαφέροντες κατὰ δύναμιν. βασιλεῦεν δὲ πάντων αὐτῶν ὁ καὶ κράτει καὶ μεγέθει καὶ ἀρετᾷ μέζων. οὗτος δέ κα εἴη θεὸς ὁ περιέχων τὸν σύμπαντα κόσμον . . . τοὶ δ' ἄλλοι θεοὶ ποτὶ τὸν πρᾶτον θεὸν καὶ νοατὸν οὕτως ἔχοντι, ὥσπερ χορευταὶ ποτὶ κορυφαῖον καὶ στρατιῶται ποτὶ στραταγὸν . . . ἔχοντες φύσιν ἕπεσθαι καὶ ἀκολουθὲν τῷ καλῶς καθαγεομένω[3]).

Iam elucet ea quae de summo rerum principio explicat Pseudocellus ab iis quae de his rebus in Pythagoreorum recentiorum litteris docentur abhorrere. Si respicimus praeterea et cognoscendi artem atque rationem quam ineunte libello profitetur auctor (cf. pag. 3), et de aeternitate mundi doctrinam (cf. p. 28 sq.) et physica placita quae altero capite explicat, neque esse Pythagorea neque Platonica neque Stoica, sed Aristotelia et Peripatetica, etiam ethicam partem e Peripateticis fontibus esse haustam[4]), dicendum est philosophiam Pseudocelli a recentiorum Pythagoreorum quae

---

[1]) Stob. Flor. I 9.

[2]) Stob. Ecl. I 2, 39.

[3]) Cf. Alex. Polyhist. apud Diog. L. VII 24 sq. — [Justin.] Cohort. 19. — Simpl. in Arist. Phys. p. 39 r 28 sq., p. 181. 10 sq. — Euseb. praep. ev. XV 15 sq. — Cf. quae de Pythagoreorum theologia disputat Schmekel l. l. pag. 403 sq., 429.

[4]) De immortali animae et mentis humanae natura quid cogitaverit libelli scriptor, quamquam nihil certi erui posse supra (p. 59 sq.) exposui, tamen ita locutus est, ut essent qui eum immortalem hominis naturam omnino negare dicerent (cf. Schmekelium l. l.). Tum vero etiam hoc placito cum Pythagoreorum doctrina discreparet.

restant fragmentorum indole plane differre. Dubitandum igitur est num ad Pythagoreorum philosophiam illustrandam recte libellus Pseudocelli adhibeatur. Aut, si tamen id facere voles, Neopythagoreae philosophiae notio quae adhuc valet mutanda et amplificanda erit ita, ut statuatur praeter ea quae adhuc distinguuntur Pythagorearum litterarum genera exstare aliud ab illis diversum, cuius exemplum sit hic libellus.

Quod veterum scriptorum nonnulli aperte de libelli auctore ut de Pythagoreo loquuntur (cf. pag. 1), explicatur inde, quod Ocelli Lucani nomen prae se fert, Ocellus[1]) autem verisimillime[2]) Pythagorei alicuius veteris nomen fuit.

Alterum quod Pythagoream originem indicare videtur, est dialectus dorica, qua conscripta sunt fragmenta libelli a Stobaeo tradita. Qua cum etiam cetera Pythagoreorum, et veterum et recentiorum, fragmenta plurima sint tradita, verisimillimum videtur libelli auctorem Pythagorearum litterarum dialectum imitatum esse et eadem etiam suum conscripsisse libellum. Quem quidem brevi postquam in lucem editus est, in κοινὴν dialectum transscriptum esse inde apparet, quod iam Philo Alexandrinus de libello loquitur ἐπιγραφομένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, atque concludendum est iam eius in manibus fuisse libellum κοινῇ dialecto scriptum, qua etiam omnibus codicibus traditus est. Quam transscribendi rationem in illius aetatis litteris non raram fuisse exempla nonnulla ostendunt. Pseudocharondae Pythagorei fragmentum (Προοίμια νόμων apud Stob. Flor. II 44, 20) altera parte dorice, altera attice legitur apud Stobaeum. Fragmentorum quae sub Pe-

[1]) Nominis eius forma ab aliis aliter tradita incerta est. Codices libelli et Parisini et Italicorum plurimi (cf. Mullach Fr. phil. gr. I 388) formam Ὤκελος vel Ὤκελλος praebent. Apud auctores qui Ocellum laudant alteram nominis formam saepius invenimus: Ὄκελος, Ὄκελλος, Ὄκκελος. Accedit vero apud hos etiam tertia vel quarta: Ἤκελος, Ἤκελλος, Ἔκελος, Ἔκκελος. Iamblichus (v. Pyth. 36) de duobus loquitur fratribus Pythagoreis philosophis, quorum alter Ὄκελος (vel Ὄκκελος), alter fuerit Ὄκυλος (vel Ὄκιλος, Ὄκκιλος). Lacedaemonius Athenas delegatus apud Xenophontem tum Ὤκελλος tum Ὤκυλλος traditur (Hell. V 4, 22 et VI 5, 33). Mihi forma Ὤκελλος amplectenda videtur.

[2]) Cf. locos supra laudatos Pseudarchytae apud Diog. Laert. VIII 80, Luciani, Iamblichi.

rictiones nomine traduntur, alterum (Περὶ σοφίας, Stob. Flor. I 62, 63) dorice scriptum habemus, alterum (περὶ γυναικὸς ἁρμονίας, Stob. Flor. III 70, 50. 85, 19) ionice. Maxima Pythagorearum litterarum pars dorica dialecto est tradita, nonnulla tamen, ut Butheri (Περὶ ἀριθμῶν, Stob. Ecl. I, 5), Moderati (Stob. Ecl. I 8, 9), Zaleuci (Προοίμιον νόμων, Stob. Flor. II 44, 20), Theanus (Stob. Ecl. I, 13. Flor. III, 74, 53. Clem. Alex. Strom. IV 44) fragmenta attice scripta legimus.

Sed praeter haec duo Pythagoreae originis indicia, nomen Ocelli et dialectum doricam, nulla invenimus simulationis vestigia. Nam quae de consilio Peripateticam et novam eruditionem occultandi, Pythagoreorum indolem et sermonem imitandi in libello conspicuo viri docti dixerunt [1]), probare non possum. In opusculo toto nihil exstat quod antiquitatis colorem ferat et simulet. Veteris Pythagorei indolem et sermonem qui imitatur, alia tractat, alio sermone, aliis vocibus utitur. Quod elementa (ignem, aërem, aquam, terram) non appellat στοιχεῖα, sed οὐσίας vel σώματα, non simulatio est neque vetustatis imitatio, sed usus Aristoteliarum vocum [2]) minus quidem crebro quam στοιχεῖα [3]) usurpatarum. Vocabula οὐσίαι et σώματα voci στοιχεῖα praetulisse Pseudocellum ideo putem, quod ea vulgari menti sermonis philosophici imperitae faciliora et clariora putaverit quam illam. Eam quoque censeo causam rationis qua materiam non solum artis voce ὕλη nominavit (II 2, 6), sed saepius etiam latius circumscripsit, ut τὸ πρὸς ἁφὴν ὁριζόμενον σῶμα, τὸ πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον (II, 3), τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητόν (II, 6) [4]), τὸ ὑποκείμενον καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολάς, τὸ πανδεχὲς καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς ἁφήν (II, 12). Denique Ocelli nomen quod scriptor prae se fert, pro ficto licet habeamus, et dialectum doricam non sine consilio quodam usurpatam putemus, tamen negamus simulandi consilium ceteroquin opus-

[1]) Cf. Mullach Fr. Ph. Gr. I 383.

[2]) Cf. Aristot. de caelo III 1. 298a 29: λέγω οὐσίας τά τε ἁπλᾶ σώματα οἷον πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις. — Metaph. VI 2. 1028b 10: καὶ τὰ φυσικὰ σώματα οἷον πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον.

[3]) Cf. Diels, Elementum p. 23 sq. De vocis στοιχεῖον cum vocibus οὐσία, σῶμα apud Aristotelem ratione cf. Bonitzii Ind. Arist. s. v.

[4]) Cf. Aristot. de gener. et int. II 1. 329a 33.

culo esse impressum. Oritur igitur quaestio, cui solvendae H. Ritter (in Erschii et Gruberi Encyclopaedia s. v. Ocellus) operam dedit, quomodo explicandum sit, quod auctor nomine suo et dialecto scripti πυθαγορίζει, rebus vero et sermone aperte ἀριστοτελίζει nec recentem indolem nec sermonem celat[1]). Quod clarius erit comparantibus reliqua aetatis illius fragmenta philosophica quae Pythagoreorum veterum (Archytae, Philolai, aliorum) nominibus exornata, dorica dialecto conscripta sunt ab auctoribus qui ceteroquin Pythagoreorum veterum indolem, cuius proprietatem parum cognitam habebant, nec rebus a se tractatis nec sermone imitati sunt, sed eclectici fuerunt recentioris aetatis philosophos, Platonem, Aristotelem, Stoicos, compilantes, vulgari menti et indoli apti, faciles, utiles neque eam discrepantia illa inter auctorum veterum nomina et novorum philosophorum doctrinam laedentes, modo nominibus illustribus et dialecto dorica, auctoritatis et vetustatis specie, pellicientes. Similis Pseudocelli est indoles. Non imprudenter Pythagorei veteris nomen, aetatis illius hominibus videlicet non ignotum, auctoritatis nimbo obtectum, imposuit libello, ut legendi studium incitaret. Etiam dorica dialectus opusculo antiquitatis speciem aliquam addidit. Ceteroquin autem simulandi munus difficile in argumento libelli et sermone neglexisse plane scriptorem non mirum. Quemnam caveret? Qui callebant philosophiam, iis non conscripsit libellum simplicem, clarum, brevem, summas philosophorum quaestiones amplectentem, populari menti aptum et gratum. Antiquitatem quam imitaretur, aperte cognitam non habuit[2]).

3. Iam ut tempus libelli eruamus, primum respiciendum est testimonium libelli de aeternitate mundi a Philone Alexan-

---

[1]) Ritter: „Es hat daher, inquit, einige Wahrscheinlichkeit, dass die Schrift über die Natur des All dem Ocellus mit Unrecht beigelegt wird, dass sie aber auch nicht absichtlich geschrieben worden ist, um für eine altpythagoreische Schrift verkauft zu werden, sondern erst später durch irgend einen Zufall oder Betrug zu dem Namen des Verfassers gekommen ist, welchen sie jetzt führt".

[2]) Quod Zeller (Hermes XV [1880] p. 142) libellum Alexandriae conscriptum esse conicit., equidem nec assentiendi nec impugnandi ansam habeo ullam.

drino adulescente[1]) conscripti, quo terminus ante quem datur. Terminum post quem statuit Susemihl (Gesch. d. gr. Litt. II, 333) Andronici Peripatetici aetatem, cuius merito et Tyrannionis grammatici auxilio opera Aristotelia in lucem sint edita (ca. a. 50 a. Chr. n.), ut inde magis lecta et vulgata etiam in manus Pseudocelli facilius venire potuerint. Nec vero neglegendus est sermo libelli recentioribus prosae graecae scriptoribus inde ab Augusti aetate florentibus similis. Invenimus potissimum in libello complures voces ante Augusti aetatem vel primum p. Chr. saeculum in Graecitate non obvias[2]): συμπέρασμα = consummatio (I, 3) qua voce utuntur Aristeas 194. Plutarchus adv. Stoic. 2. de ει apud Delph. 2., — ἐπιγέννημα (I, 7) (quae reperitur apud Pseudolongin. de subl. 6, 1 et Plutarchum Symp. 2, 3) — συναρμογή (I, 8) (Plut. Aemil. Paul. 32. Tim. Locr. 95 B. Diotogen. in Stob. Flor. 48, 62. Theo Smyrn. 15 B, 16 B.) — ἀπογεννᾶν (I, 13) (Ps. Long. de sublim. 15, 12) — ἀπαράβατος (I, 15) (Philon. de aet. m. 21. Ioseph. c. Apion. 2, 495, 12. A. I. 18, 8, 2. Plut. Symp. 9, 14, 6. Epictet. Enchir. 50, 2. Diogenian. ap. Euseb. Praep. ev. 6, 265 A. Arius Didym. ap. Euseb. Pr. ev. 15, 818 A.) — ἀδιέξοδος (I, 15) (Plut. aqu. et ign. c. 9. Symp. 5, 5, 2). — ἀειπαθής (II, 2) (Ps. Criton in Stob. Flor. 3, 75). — ἄποιος (II, 3) (Philon. Alex. II 367, 11. 429, 35. Plut. adv. Stoic. 39). — ἀδιατύπωτος (II, 3) (Diodor. Sic. 1, 10. Phil. Alex. Leg. Alleg. I 50, 4. de somn. 625). — ἀντιπαθής (II, 4) (Plut. Anton. 45. Fac. orb. lun. 25). — ἐναλλαγή (II, 16) (Tim. Locr. 3, 11. Dion. Hal. 6, 792, 3). — λόξωσις (II, 23) (Plut. plac. phil. 2, 23). — ἀνάχυσις (III, 4) (Strab. 1, 1, 7. 3, 1, 9. 3, 2, 4. 2, 5, 24. Phil. I, 13, 5. II, 24, 7. 114, 46. (de aet. m. 19, 21) Plut. Mar. c. 25). — ἐπισυνεργεῖν (IV, 1) (Eurypham. in Stob. Flor. 103, 27). — λειποτάκτης (IV, 3) (Dionys. Hal. A. R. 8, 79. 9, 50). — εὐανδρεῖν (IV, 4) (Aristeas 108. Strab. 1, 46. 4, 192. 6, 259. Phil. I, 641, 42. Plut. Cat. Mai. 26. Cam. 6). — ὑπερῆλιξ (IV, 6) (Dion. Hal. II, 679. Philon. II, 17. 25). — ἐπίδοξος = illus-

---

[1]) Cf. F. Cumont, Proll. ad Phil. de aet. m.

[2]) Hoc sane dico plerumque Stephani Thesauro nisus.

tris (IV, 6) (Diodor. Sic. 13, 84. Ps. Plut. Inst. Lac. 239 D. Apophth. 209 B). — διχοφροσύνη (IV, 6) (Plut. Thes. 12). — ὁμοφροσύνη (IV, 6) (Polus in Stob Flor. 9, 54. Dionys. Hal. A. R. 9, 45). — καρποφορία (IV, 9) (Philon. Alex. I, 105, 47. 397, 4. 468, 44. — φίλορνις (IV, 14) (Plut. Num. 4). — βοσκηματώδης (IV, 14) (Strab. 5, 2, 7.

Sub initium igitur primi p. Chr. saeculi libellum conscriptum esse si quis statuerit, me quidem non habebit refragantem. Vix vero opus esse videtur refutare, si quis opinetur libellum codicibus traditum alium esse atque ille e quo Stobaeus (Ecl. I 20) sua excerpsit. Nam si fragmenta ab hoc tradita cum libello comparaveris, videbis in ultimo fragmentorum exeunte (quod respondet libelli capiti III exeunti) capitum libelli priorum argumentum, quod in Stobaei fragmentis omittitur, commemorari et summam illorum repeti verbis his: περὶ μὲν ὧν τῶ ὅλω καὶ παντὸς ἔτι δὲ γενέσιος καὶ φθάρσιος τᾶς ἐν αὐτῷ γινομένας ὥς τ' ἔχει ὥς θ' ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα . . . ἄνω εἴρηταί μοι περὶ τούτων. Apparet inde libellum e quo Stobaeus hausit, et de universi natura aeterna et de ortu atque interitu egisse. Ex eis vero quae Syrianus [1]) et Proclus [2]) de eiusdem libelli partis alterius argumento commemorant, vides etiam id de quo ἄνω εἴρηται (περὶ γενέσιος καὶ φθάρσιος) ex Aristotelis de gener. et inter. libro haustum fuisse et ad huius libri locos proxime accessisse. Unde verisimillimum videtur libellum qui in Syriani, Procli, Stobaei fuerit manibus, eundem esse atque is qui codicibus nobis servatus est.

[1]) Ad Arist. Metaph. XIII p. 931 a 11 Usen.: ὡς δηλοῖ τὰ Ἐκκέλου μὲν περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσιος· ἐξ ὧν τὰ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς μονονουχὶ μεταβεβλῆσθαι δοκεῖ.

[2]) Ad Tim. Plat. III 150: ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὄκκελον, τὸν τοῦ Τιμαίου πρόοδον, δύο δυνάμεις ἑκάστῳ τῶν στοιχείων διένεμον. πυρὶ μὲν θερμὸν καὶ ξηρόν, ἀέρι δὲ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὕδατι δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν. γῇ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. καὶ ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως.

VI.

1. Iam accedamus ad solvendam quaestionem, quaenam sit ratio libello cum fragmentis duobus supra (pag. 1) laudatis item Ocelli nomen prae se ferentibus. Dico primum verba quae Ioannes Laurentius Lydus (de mens. II 8) Ocello tribuit: ὥς φησιν ὁ Πυθαγόρειος Ὤκελλος ῥήμασι τούτοις· ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχήν, μεσότητα, τελευτήν. Quod Mullach (Fr. ph. gr. II 53) et Zeller (Ph. d. Gr. III 2, 103[3]) Caecilio cuidam tribuerunt, quamquam de Caecilio Pythagoreo nihil omnino constat, nixi altera codicum familia quae praebet: ὥς φησιν ὁ Πυθαγόρειος Κεκίλιος. Sed haec est familia deterior; itaque facere non possum quin Ὤκελλος retineam, ut R. Wuenschius, novissimus editor. Apparet de triade hic scriptorem loqui, de eius cum initio, medio, fine ratione mystica. Quaerentibus, exstetne in nostro libello locus qui cum verbis illis quodammodo cohaereat, similitudo sane pusilla adesse videtur illius de triade disputationis Lydianae cum libelli nostri I, 4, ubi de tribus naturae uniuscuiusque mortalis terminis verba fiunt, de ortu, flore, interitu[1]). Tamen differentia maior in oculos cadit, vix ut illa coniectura admitti possit. Multo propius ad Lydi verborum sensum accedit Philochori ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν quoddam fragmentum Photii lexico servatum (Mueller, Fr. hist. gr. I 414 fr. 179 πρῶτος τέλειος ἀριθμὸς ὁ τρία, ὅτι ἔχει ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μέσον, ὡς Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν. Quod si cum Lydo et Pseudocello comparaveris, magis probabile duces Ocelli nomen errore Lydi vel eius fontis contineri et cum Philochoro vel alio Pythagoreo confusum esse.

2. Iam ad alterum illud a Stobaeo (Ecl. I 340) conservatum fragmentum quod est e Περὶ νόμου libro sumptum, nos convertamus. Quod accuratius examinantes videmus et argumentum indolemque et sermonem adeo a nostro opusculo abhorrere, ut statuendum sit auctorem non posse esse eundem[2]).

---

[1]) ἅπασα γὰρ φύσις ἡ ἔχουσα διέξοδον ὅρους ἔχει τρεῖς καὶ δύο διαστήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσι τρεῖς, γένεσις, ἀκμή, τελευτή.

[2]) Quam quaestionem nec Zeller nec Susemihl nec ceterorum qui de Pseudocello egerunt, quisquam attigit.

Stobaeus fragmentum in capite quod de causis collegerat, affert. Ac revera prima fragmenti pars de causis disserit. Causam vitae animalium corpora continentis dicit animam; harmoniae mundum continentis causam deum, concordiae familias et civitates cohibentis causam appellat legem. Subsequitur quaestio, quonammodo fiat, ut mundus semper contineatur et existat, ordo eius nunquam deleatur, familiis vero et civitatibus tam brevis vita contigerit. In reliqua fragmenti parte de duobus mundi principiis loquitur: de materia (ὕλα), causa omnis ortus et interitus, rerum omnium matre (γεννάτορος ὕλας), in rerum interitu salva manente, semper mutabili et patiente, gubernata, potentia inferiore, orta, intellegentia carente, atque de deo, semper movente, gubernante, potentia superiore, intellegentia praedito.

Apparet fragmentum cuius argumentum exposui, non esse unam continuam libri qui Περὶ νόμου a Stobaeo dicitur particulam, sed complures consilio quodam excerptas ac consertas sententias, complurium fragmentorum seriem[1]). Quae omnia re vera Pythagoreum spirant animum, Platonico et Stoico colore tincta, ut reliquae recentiorum Pythagoreorum litterae. Harmoniae mundum continentis auctor deus laudatur. En Pythagorea indoles et doctrina. Deo aliud plane tribuitur momentum atque in opusculo nostro, idem atque in Pythagoreorum reliquiis. Materiam, alterum rerum principium et inferius, regit, movet, potens et intellegens. Non ut libelli auctor τὸ ἀεικίνητον μέρος et τὸ ἀειπαθές, τὴν κυβερνῶσαν φύσιν et τὴν κυβερνωμένην distinguit, sed aperte et clare deum et materiam, ut rerum principia, agnoscit. Quod mundus eiusque ordo confertur cum civitate, familia, homine eorumque status, prosperitas inter se comparantur, id in Pythagoreis litteris frequens est et usitatum[2]). Etiam voces σκᾶνος. ζωά, ὀλιγοχρονίως, γεννάτωρ, oratio concisa, contrapositorum studium, copularum quae dicuntur neglegentia Pythagoreorum stilo conveniunt. Peripateticarum artis vocum

[1]) Cf. Aristoxeni sententias quas supra (p. 55 sq.) cum Pseudocelli loco contulimus, similiter a Stobaeo excerptas et collectas (Flor. 101, 4).

[2]) Cf. Polum in Stob. Flor. I 196. — Ecphant. in Stob. Flor. II 48. — Criton. s. Damipp. in Stob. Flor. I 3. — Hippodam. in Stob Flor. III 18. — Pseudaristotel. de mund. V 396 a 33 sq.

in Pseudocelli libello tam frequentium nullam invenimus. Fragmentum re vera Pythagoreum est, ceteris Pythagoreorum recentiorum litteris simillimum, ab illius vero Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως libelli indole et argumento plane abhorret. Sine dubio Pythagoreorum recentiorum aliquis Περὶ νόμου libro illi et fragmento a Stobaeo hinc excerpto subest auctor. Atque Ocelli Lucani nomen meliore fert iure quam Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως libellus. Nam etiam argumentum et indolem aptam nomini dedit Pythagoreo Pythagoream.

De ratione vero amborum scriptorum quaerentibus non omittenda est epistula Pseudarchytae a Diogene Laertio (VIII 80) servata, ubi primum Περὶ νόμου libri illius mentio fit verbis his: Περὶ δὲ τῶν ὑπομναμάτων ἐπεμελήθημες καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω καὶ βασιληΐας καὶ ὁσιότατος καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος αὐτοί τ' ἔχομες καὶ τὶν ἀπεστάλκαμες. Τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γε δύναται εὑρεθῆμεν, αἰ δέ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι. Verba τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω καὶ βασιληΐας καὶ ὁσιότατος καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος vulgo interpretantur ita, ut iis quattuor diversa Ocelli opera designentur, primum Περὶ νόμου inscriptum, alterum Περὶ βασιληΐας, tertium Περὶ ὁσιότατος, quartum Περὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος, atque his ultimis verbis nostrum περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως libellus indicetur, primis vero Περὶ νόμου verbis liber a Stobaeo excerptus[1]). At verisimilius esse videtur verbis περὶ νόμω καὶ βασιληΐας κτλ. non titulos quattuor diversorum operum enumerari (sine dubio diceretur melius τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω καὶ τὰ περὶ βασιληΐας κτλ.), sed argumentum unius de lege, regno, pietate, universo agentis operis describi, quod a Stobaeo compendio a primo nomine sumpto Περὶ νόμου appellatur. Nam argumentum huius fragmenti a Stobaeo nobis conservati tam varium est, et de re publica eiusque regimine, salute, et de universo eiusque regimine, salute ibi disseritur, ut nullus quattuor illorum titulorum qui putantur, ad id describendum sufficiat. Ipsa quaestio quae proponitur, cui solvendae scriptor libello suo aperte operam

[1]) Cf. Zeller, Phil. d. Gr. III 2 p. 95³. — Susemihl, Gesch. gr. Litt. II, 333.

dedit[1]), postulat, ut non de lege et civitate solum, non de regno, iustitia, pietate modo, sed etiam de deo, universo, materia, harmonia mundi disseratur. Quam humanas res et politicas cum divinis et metaphysicis, ut ita dicam, conferendi rationem in Pythagoreorum litteris frequentem fuisse constat[2]). Quod plurali forma utitur epistulae scriptor opus illud laudans et argumentum eius describens (τὰ μὲν ὧν περὶ νόμω κτλ., τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνάματα) nihil habet miri. Τὰ de uno vel non tam amplo opusculo cum ab aliis tum a Stobaeo non raro adhibetur. Conferas modo dicta ut ἐκ τῶν Πώλου Πυθαγορείου περὶ δικαιοσύνης (Flor. 9, 54), vel Κλεινίου . . . ἐκ τῶν περὶ ὁσιότητος καὶ εὐσεβείας (Flor. I 66), vel ἐκ τῶν Ἀριστοξένου περὶ ἀριθμητικῆς (Ecl. I 17), vel Ὄκελλος . . . ἐν τοῖς περὶ τᾶς τῶ παντὸς φύσιος (Ecl. I 424), vel Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητείου ἐκ τῶν περὶ προνοίας (Ecl. I 72), vel ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ φιλίας (Ecl. II 8, 29) et alia multa similia. Utut vero res se habet, sive quattuor librorum enumerantur tituli, sive unius describitur argumentum, verbis Περὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος libellum Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως designari vel propter tituli diversitatem parum probabile est. Veram potius libelli nostri cum epistula illa[3]) et Περὶ νόμου libro rationem puto esse eam, ut Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως libelli auctor illum de universo et civitate agentem et Ocello Lucano tributum librum, fortasse aliter inscriptum (Περὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος), eundem vero atque is quem epistula Pseudarchytea plenius laudat et quem Stobaeus brevius laudat, sive ipse cognoverit sive de eo audiverit vel legerit, atque etiam suum ipsius de universi et elementorum et generis humani et familiae natura librum nomine laudati illius Pythagorei veteris, qui similia tractasse ei videretur, exornaverit.

---

[1]) τίς ὧν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόχθαι διὰ παντὸς καὶ μηδέ ποτ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν, τὰς δὲ πόλιας καὶ τὼς οἴκως ὀλιγοχρονίως ἦμεν.

[2]) Cf. Ecphanti, Poli, Critonis, Hippodami, Theagis fragmenta Pseudaristot. de mund. l. l. (p. 75 not. 2).

[3]) De tempore epistulae cf. Zellerum (l. l.), qui e Diogenis Laert. loco (III 61) et Pseudoplatonicam epistulam duodecimam et Pseudarchyteam Thrasyllo notam fuisse conclusit.

Druck von Max Schmersow vorm. Zahn und Baendel, Kirchhain N.-L.

BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU

ACHTER BAND.
VIERTES HEFT.

DE PEGASO

SCRIPSIT

FRANCISCUS HANNIG.

BRESLAU.
VERLAG VON M. & H. MARCUS.
1902.

DE PEGASO

SCRIPSIT

FRANCISCUS HANNIG.

VRATISLAVIAE.
M. & H. MARCUS.
1902.

RICCARDO FOERSTER

S.

CONSPECTUS LIBELLI.

Fabulae quae de Pegaso feruntur, a duobus viris doctis diligenter quidem tractatae sunt: Lenzio[1]) et Krahnero[2]); sed eorum dissertationes quamquam omni laude dignae sunt, tamen ob eam maxime causam obsoleverunt, quod tempore progrediente materia argumenti multum aucta est. Praeter hos nonnulli viri docti occasione data de hac vel illa fabula verba fecerunt, sed propter hanc ipsam rem, quod non universas respexerunt, haud raro in errores inducti sunt. Quae cum ita essent, continuam fabularum memoriam recolere non inutile videbatur.

Hanc autem disserendi viam inibimus, ut primum de fabulis quae cum Pegasi ortu cohaerent, deinde de Pegaso cum Bellerophonte coniuncto, tum de Pegasi fontiumque conexu dicamus. Perlustratis autem singulis fabulis de alis Pegaso attributis, de nomine eius, de fabulae explicationibus verba faciemus.

A.

De fabulis quae ad Pegasi ortum pertinent.

I. De Pegasi parentibus.

1. Pegasum Neptuni et Medusae filium esse omnibus uno excepto locis traditum est. Uno autem loco quo alia Pegasi genealogia invenitur, Pegasis quaedam eum peperisse dicitur. Qui exstat apud Verrium Flaccum: *hippius, i. e. equester Neptunus dictus est, vel . . . . vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit* . . . . (Paulus Fest. s. v. hippius p. 101, 11 Mueller). Quod e Graeco fonte repetitum esse vox ipsa *hippius* demonstrat. Cum autem Pegasidi voci notio et

[1]) Über die Fabel des Pegasus, Neuer teutscher Merkur (1796) II p. 263 sq.

[2]) Ersch und Gruber. Allgemeine Encyclop. der Wissensch. und Künste s. v. Pegasus p. 455 sq. (1840).

nymphae et Musae subsit, quaerendum est, utra in hac genealogia statuenda sit. Ac **nymphae** notionem habet vox loco Quinti Smyrnaei (III 300/1):

'Ατύμνιος] ὅν ποτε νύμφη
Πηγασὶς ἠύκομος σθεναρῷ τέκεν Ἠμαθίωνι.

Et nympharum generis significatio voci inest apud Ovidium (Heroid. V 3):

Pegasis Oenone, Phrygiis celeberrima silvis,

quae v. 10, 11 etc. nympha vocatur, et apud Columellam (X 263):

nunc vos, Pegasidum comites, Acheloidas oro.

Musae vero his locis intellegendae sunt:

pauca mihi doctae dicite Pegasides

(„Vergil." catal. XI 2);

mollia Pegasides date vestro serta poetae

(Propert. III 1, 19);

at mihi Pegasides blandissima carmina dictant

(„Ovid." Heroid. XV 27);

Pegasides Musae dictae sunt a fonte quem Pegasus ictu ungulae fingitur aperuisse (Verr. Flacc. apud Paul. Festi s. v. Pegasides, p. 212, 9/10 Mueller). Sed in hac genealogia Musam non significari documento est, quod Neptuni in nymphas amores plurimi, in Musas nulli traduntur. Sed etiam aliam rem, quamquam postea demum argumentis stabilietur, iam nunc ut fulcrum huius opinionis proferre licebit. Pegasus enim etsi inde ab Alexandrina aetate Hippucrenes auctor fertur, tamen nisi infimis temporibus ac rarissime angustius cum Musis non conexus est. Origine autem a Musa ducta vix artius vinculum cogitari posset. Contra nymphae prioribus iam temporibus cum Pegaso coniunguntur.

Neque ne nympha agnoscatur, alter Verri Flacci locus obstat, ex quo Pegasides Musae dictae sunt a fonte Pegasi ungula producto. Ambo sane loci una cum aliis glossis quae et ipsae ad deorum cognomina spectant, ad eundem fontem redeunt[1]). Nec vero hac e re quicquam concludi

[1]) Cf. H. Willers, de Verrio Flacco glossarum interprete (1898) p. 26 sq., qui Verrium Flaccum e Cornificii libris quos de etymis deorum composuit, hausisse conicit.

posset nisi auctori a Verrio Flacco excerpto Pegasi matrem nympham visam esse. At recte eum iudicavisse minime colligere licet.

Ea autem quae est de Pegaside genealogia certo inde fluxit, quod post aetatem quae dicitur Alexandrinam fabula divulgata est Pegasum fontium quorundam auctorem fuisse. Quibus cum fabulis Gorgo male, nympha optime conveniebat[1]). Quae quidem Pegasis nominata est, ut etiam nomen stirpis explicaretur.

2. Neque tamen nudam genealogiam, verum etiam plura de Medusae compressu accepimus.

Iam Hesiodus humanam speciem matris Pegaseae animo concepit, non diserte quidem, sed in enumeranda Phorcyos Cetusque prole (Theog. 270 sq.) ea ratione usus, ut a stirpe humana, Graeis (v. 270—273) et Gorgonibus, orsus ad ambiguas hominum et beluarum formas, Geryonem et Echidnam, progrederetur, quibus ferina corpora, Orthrum, Cerberum, Hydram, Chimaeram, Sphingem, leonem Nemeaeum draconemque mala aurea custodientem subiunxit. Atque etiam ceteris litterarum testimoniis Medusae nulla nisi humana species tribuitur. Atque Aristoteles (frg. 172 Rose ed. Teubner.) id ipsum miratus est, quod e coniugio numinum duorum quae utraque humana specie praedita fuerint, equus prodierit.

Neque minus artis opera humanam Gorgonis formam ostendunt. Sed unum idque gravissimum exceptum est. Atque hoc simul cum aliis quibusdam indiciis verisimile reddi potest in prima fabulae forma Pegasi matrem hominis habitu non indutam fuisse.

Illud autem opus anaglyphum amphorae musei Luporensis est[2]) ante hos tres annos prope Thebas inventae, quae VII a. Chr. saeculo attribuenda erit[3]). In quo Perseus Medusae caput ense abscisurus est. Hoc sane et reliqua corporis superioris pars humana specie induta est. Equinum autem corpus Centaurorum instar additum est. Atque eadem

[1]) Cf. Cornut. theol. Graec. compend. c. 22, qui relationem quae inter Neptunum et nymphas Pegasumque est, indicat.

[2]) C. A. 795; ed. de Ridder, Bull. de corresp. hellén. XXI (1898) pl. IV—V; cf. ibid. p. 448 sq.

[3]) ibid. p. 455.

res in altera amphora ficta erat, cuius in fragmento ibidem invento Perseus pariter expressus est[1]).

Etiam gemmae duae in Etruria repertae afferendae sunt[2]). Quas a Graecis VI saeculi artificibus factas artis Phoeniciae rationem habere Furtwaengler iudicat. Quarum in altera monstrum alatum quod capite Medusaeo, trunco equino praeditum et in pedibus anterioribus parvis pinnis[3]) instructum est, bracchiis humanis leonem tenet. Altero autem in scarabaeo persimilis figura expressa est, ita tamen, ut caput Gorgoneum anguibus horreat, pennae talares desint, leonis loco aper teneatur. Tamen in his scarabaeis num Gorgo repraesentata sit, dubitandum est. Antiquiore enim aetate caput Medusaeum etiam aliis numinibus impositum esse constat. Velut Cer Erisque in arca quae a Cypselo nominatur, et Harpyia quaedam illo capite instructae sunt[4]). Atque equina corpora etiam Harpyiis et Furiis, quae eaedem ab Aeschylo Gorgonum habitu indutae sunt (Choeph. 1045; Eumen. 48), attributa fuisse iam videbimus. Quare omissis gemmis illis unius amphorae Thebanae ratio habenda est.

Ad caedem autem Gorgonis corpus equinum nihil pertinet. Neque enim Persei quicquam interest, nisi ut capite Medusaeo potiatur. Inde igitur equi speciem intellegi non posse apparet. Sed post caedem e Gorgonis collo equum Pegasum natum esse constat. Atque ob id ipsum in anaglypho illo Medusa equino corpore induta est.

Quod compluribus fabulis probatur quas illi persimiles esse omnes consentiunt[5]). Velut Neptunus equus ex equina

---

[1]) Ibid. p. 457 fig. 7.

[2]) Ed. Micali, Storia dei pop. Ital. pl. 46, 17/18; Mueller-Wieseler, Denkm. I^3 nr. 324; Furtwaengler, Gemmen I tab. VII, 39/40.

[3]) Furtwaengler, Gemmen II p. 35.

[4]) Cf. Furtwaengler in Roscheri Myth. Lex. s. v. Gorgo I, 1706; Arch. Jahrb. I (1886) p 210.

[5]) Preller-Robert, Griech Mythol. I p. 591; Milchhoefer, Arch. Ztg. XXXIX (1881) p. 281 sq; Anfaenge der Kunst p. 56 sq; Furtwaengler, Arch. Ztg. XL (1882) p 196, Athen. Mitt. VII (1882) p. 165 sq; Roscher, Gorgonen und Verwandtes, p. 25; Cook, Journ. of hellen. stud. XIV (1893) p. 143 sq; v. Wilamowitz, Heracl.² II p. 13; Griech. Trag. II p. 225 sq.

Cerere-Furia (Demeter-Erinys) Arionem (Erionem) equum[1]), ex Alopa Hippothoum qui equae ubera suxisse fertur, e Melanippa, „equa nigra", Boeotorum proavum genuisse dicitur[2]). Atque Hippe, „equa," ab Aeolo compressa Melanippen, „equam nigram," peperit. Quae quamquam postea speciem equinam, ne a Chirone patre agnosceretur, sibi adscivisse dicitur, tamen in prima fabulae forma sine dubio iam in ipso complexu equa fuit[3]). Atque etiam Aeolus forma equi praeditus fuerit. Ut Boreas ἵππῳ εἰσάμενος κυανοχαίτῃ (Il. XX 224) ex equis quibusdam mirabiles Erichthonii equos, Zephyrus ex Harpyia Podarge equi habitu induta duos equos Achilleos (Il. XVI 150/151) genuisse traditur[4]).

Nonnunquam autem Furiae loco Harpyia, Zephyri Neptunus appellatur. Atque etiam nomina deorum qui ventis praesunt, alibi alia afferuntur. Similes ceterum Indorum et Germanorum fabulae memoriae proditae sunt. Etenim Vivasvat equus e dea equina quae Saraṇyû nominatur, Açvinos genuit, quibus equorum speciem fuisse viri docti iure censent[5]). Atque illam Indorum deam eandem esse ac Graecorum Furiam Ad. Kuhn putavit[6]). Quamquam sunt qui hanc opinionem minime probent[7]). Germanorum autem in fabula equus Gigantum qui Swadilfar nominatur, e Locio, deo in equam converso, Sleipnirium genuit, equum Odhinio gratissimum[8]).

Nec vero fabulas quas modo attulimus, poetarum inventa esse[9]) luce clarius est.

Numina autem fabularum illarum integris equorum corporibus induta sunt. Contra superior pars Medusae in am-

---

[1]) Utrum prima eius fabulae forma Arcadiae an Boeotiae ascribenda sit, nihil ad nos pertinet.

[2]) v. Wilamowitz, Griech. Trag. II p. 227 n. 1.

[3]) Cf. R. Wuensch, Rh. Mus. XLIX (1894) p. 94; p. 108/109.

[4]) Cf. E. Rohde, Rh. Mus. L (1895) p. 4.

[5]) Cf. Myriantheus, Die Açvins (1876) p. 1 sq; Oldenberg, Religion des Veda (1894) p. 73 sq.

[6]) In egregia illa dissertatione quae Saraṇyû-Erinys inscribitur, Ztschr. fuer vergl. Sprchw. I (1853) p. 439 sq.

[7]) Cf. O. Gruppe, Griech. Kulte und Mythen I (1887) p. 100 n. 15; E. Knoll, Stud. zur aeltest. Kunst in Griechenland (1893) p. 31.

[8]) Cf. v. Hahn, Sagwissensch. Stud. (1876) p. 139.

[9]) Cf E. Knoll, ibid. p. 20.

phora Boeotica fictae humana specie est. Attamen ipsa e similitudine ceterarum fabularum pro certo affirmare licet primo etiam Pegasi matrem integro equi corpore instructam fuisse. Quamquam vereor, ne cui haud probabile videatur, cum Persei capite humano potiri intersit. Hoc autem ipso absciso Pegasus natus esse fertur. At infra argumentis comprobabimus Perseum primo cum origine Pegasi omnino non coniunctum fuisse.

Atque etiam aliud indicio est Pegasi matrem integro equae corpore indutam fuisse. Sunt enim nonnulla monumenta iam a Milchhoefero collecta, in quibus Medusa, cuius e collo persecto Pegasi caput eminet, speciem trunci capite equino praediti praebet[1]). Infra de iis accuratius agetur. Atque his patera Rhodia figuris nigris ornata[2]) et amphora musei Neapolitani figuris rubris picta[3]) addendae sunt. Atque Milchhoefer, quocum consentiunt C. Smith et de Ridder[4]), illis quidem monumentis memoriam manifestam contineri putat pristinae Gorgonis capite equino praeditae. Etsi haec sententia probari non potest — nam obstat nunc anaglyphum amphorae Boeoticae — tamen haec monumenta conferunt ad id quod posuimus stabiliendum Gorgonem inde ab initio integro corpore equino praeditam fuisse.

3. Nec vero minus censendum est etiam patrem Pegasi primo equinum fictum fuisse. Cui rei sane non illud documento est, quod Medusae coniux ab Hesiodo simpliciter κυανοχαίτης nominatus est (Theog. 278). Quod cognomen Neptuni aeque atque ἵππιον a pristina specie equina repetitum esse concedo[5]). Ut etiam Odhini cognomen Hrossharsgrani a pristina specie equina ductum esse putatur[6]). Sed tamen certo aetate satis antiqua ille vocis κυανοχαίτου sensus iam non perspectus est, ut dubium sit, utrum illo Theogoniae loco

---

[1]) Anfaenge p. 62; cf. O. Rossbach, Arch. Ztg. XLI (1883), p. 173—78; E. Knoll, l. c. p. 11 sq.

[2]) Ed. C. Smith, Journ. of. hell. stud. V (1884) tab. 43.

[3]) Heydemann nr. 1767; Museo Borbonico XIII tab. 59.

[4]) Ibid. p. 239; — Bull. de corr. hellén. XXI (1898) p. 455.

[5]) Furtwaengler, Athen. Mitt. VII (1882) p. 165 sq; v. Wilamowitz, Griech. Trag. II p. 227 n. 1.

[6]) M. Jaehns, Ross und Reiter (1872) I p. 292; 347/48.

Hesiodeae pristina vocis vis subsit. Sed et e similibus quas supra enumeravimus fabulis, et ex equina specie matris filiique pro certo affirmare licet etiam patrem Pegasi equino corpore praeditum fuisse, praesertim cum ipse artissime cum equis cohaereat.

Quamquam Ovidii quodam loco patris Pegasi alius habitus esse videtur. In tela enim Arachnes, in qua cum alii amores tum Neptuni et Medusae ficti erant, Neptunus quidem avis specie indutus Medusam compressisse dicitur (Met VI 119/20): *Te* (scil. Neptune)

sensit volucrem crinita colubris
mater equi volucris.

Ex hoc uno sane loco ad Arionis ortum temere relato Tuempel collegit Adrasti equum alitem fuisse[1]. Atque etiam alibi pinnis praeditus esse falso dicitur[2]. Nec vero ullus locus est qui documento sit. Alatum enim equum Etrusci cuiusdam speculi[3], supra quem nomen Arionis scriptum est, Pegasum potius habendum esse omnes consentiunt. Rursus in alio speculo Etrusco[4] ligneus Epei equus quamquam alis caret, *Pecse* = Pegasus nominatur. Aversa vero in parte complurium quarti a. Chr. saeculi nummum Thelpusae, qua in urbe fabula Arionis familiaris erat, equus alis carens occurrit. Quem Adrasti equum esse 'Ερίων inscriptio firmissimo argumento est[5]. Ad Arionem vero verba potius quae locum illum Ovidii praecedunt, referenda sunt:

et te, flava comas frugum mitissima mater,
sensit equum.

Iam ut ad locum Ovidii de quo agimus, redeamus, Diltheius quidem arbitratur eo memoriam pristinae Neptuni formae servatam esse, qui antequam terrestrium aquarum dominus factus sit, caeli aeribus praefuerit[6]. At Neptunum olim quod-

---

[1]) Tuempel, in Paul-Wiss. s. v. Areion II p. 622.

[2]) Preller-Rob, Griech. Myth. I p. 590; Overbeck, Kunstmyth. III p. 384; Milchhoefer, Anfaenge p. 70.

[3]) Ed. Gerhard, Etrusk. Spiegel IV 333; Mon. dell' Inst. VI tab. 29; cf. R. Peter in Rosch. M. L. s. v. Melerpanta II 2622 sq.

[4]) Gerhard, II 232, 2.

[5]) Cf. Head, N. H. p. 381/382.

[6]) Annal. dell' Inst. XXXXIII (1871) p. 215.

dam caeleste regnum obtinuisse uno e tridente conicitur. Hunc tamen non ad fulmen, sed ad hamatum piscatorum iaculum referendum esse iure nunc ab omnibus statuitur. Praeterea et in sacris et in fabulis cum equo tauroque arte cohaeret, nunquam cum ave quadam coniunctus est. Quare Dilthei opinioni nihil favere videmus. Neque magis Medusa causa esse potuit, cur Neptunus in avem converteretur. Loco igitur illo Ovidii vetustissimam fabulam contineri negandum est. Avis autem species eo consilio Neptuno indita esse mihi videtur, ut alae Pegasi propriae explicarentur. Quod nescio an Ovidius ipse voce *volucris* et patri et filio tributa significare voluerit. Nec vero quaenam avis Neptunus fuerit, accepimus. Qua quidem re item comprobari mihi videtur fabellam illam eo tantum consilio fictam fuisse, ut ipsae pennae Pegaso attributae explicarentur. Fabulas autem quibus cum aliae tum beluarum proprietates explicantur, Alexandrina potissimum aetate compositas esse constat[1]).

Atque Pegasus ipse simili usui fuit. Nam in schol. B (L) ad Il. I 266 singularis haec fabula affertur: οἱ δὲ Κένταυροι κατὰ μὲν τοὺς ποιητὰς λέγονται Ἰξίονος καὶ Νεφέλης· τινὲς δὲ δουλίδι[2]) Ἰξίονα μιγῆναι, ἅμα δὲ καὶ Πήγασον τὸν πτερωτὸν κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα, ἐξ ὧν γενέσθαι Κένταυρον, ἀφ' οὗ πολὺ πλῆθος γίνεται. Quam fabulam non esse vetustissimam per se apparet[3]). Nec vero existimo eam cum monumentis Assyriis et Etruscis cohaerere, in quibus Centauri alati occurrunt[4]). Locus enim ille sine dubio communem Centaurorum speciem spectat (πολὺ πλῆθος). Immo Pegasus omnino non alas, quae nonnunquam Centauris tribuuntur, sed equinam corporis partem explicare videtur. Ipse autem Pegasus pater eorum delectus est, quia inter equos fabulosos omnium notissimus erat.

Iam e variis litterarum artisque monumentis primae fabulae forma enucleata est Neptunum et Medusam equina specie indutos se miscuisse.

De loco vero quo Neptunus Medusam compressisse fertur,

---

1) E. Rohde, Griech. Roman² p. 98.

2) Δίᾳ potius scribendum esse Tuempel non sine causa conicit Rosch. M. L. s. v. Centaur. II 1034.

3) Cf. Weizsaecker in Rosch. M L. s. v. Ixion II p. 768.

4) Roscher in M. L. II p. 1033 n. 2.

illic demum, ubi de regione, in qua Medusa caesa et Pegasus natus esse fertur, disserendum erit. Illa enim uno eodemque loco facta esse traduntur.

II. De ipso Pegasi ortu.

Nunc quoniam de Medusa a Neptuno compressa diximus, de ipso Pegasi ortu disserendum est. Ac primum litterarum testimonia tractentur.

a. De memoria litteris servata.

1. Horum veterrimum duo Hesiodeae Theogoniae versus (v. 280/81) sunt:

Τῆς (scil. Μεδούσης) δ'ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,
ἔκθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος,

quos aliquid obscuritatis habere iam M. Haupt recte animadvertit.[1]) De communi ortus modo sane non erit cogitandum. Cui etsi ἔκθορε vox in communi quoque ortu usurpata (cf. Hom. h. in Apoll. v. 119) non repugnat, tamen aoristus ἀπεδειροτόμησεν mirabili originis generi patrocinatur. Neque enim cum Perseus Medusam capite privabat, sed cum privavisset, Chrysaor et Pegasus prosiluerunt. Quare iam vides caput decisum pro nascendi condicione haberi. Tum vero ne unum quidem artis litterarumve testimonium exstat, quod communi nascendi modo faveat. Nisi forte duos exeuntis antiquitatis locos afferes: Serv. Dan. ad Verg Aen. II 616 et „Lactant.“ narrat. fabul. IV, 7, quibus nihil auctoritatis tribuendum esse infra videbimus.

Sed licet mirus Pegasi ortus omnino huic loco conveniat, quaestio existit, quinam modus ipse fuerit. Et cum Hesiodus verbis parum perspicuis usus sit, diversae interpretationes prolatae sunt. Ut a vetere schol. ad. Pind. Ol. XIII 63 (89) dicitur: ὅτι δὲ τῆς Γοργόνος ἀποτμηθείσης τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοῦ Περσέως ἀνεδόθη ὁ Πήγασος ἵππος, καὶ Ἡσίοδος μαρτυρεῖ: τῆς ὅτε δὴ . . . . . . Quo loco ortum talem intellectum esse

---

[1]) Ad Ovid. Met. IV 785 sq.

apparet, ut Pegasus e collo cum trunco corpore conexo prodierit. Aliter verba scholiasta ad Nicandr. Alexiph. 100 interpretatus est, qui ad versum:

Περσεὺς αὐχέν' ἀποτμήξας ἅρπῃ γονόεντα Μεδούσης

adnotavit: ἐπειδὴ ὁ αὐχὴν τῆς Μεδούσης Γοργόνος ἀποτμηθεὶς ἐγέννησε τὸν Χρυσάορα καὶ τὸν Πήγασον ἵππον, ὡς Ἡσίοδος. ἐκ γάρ ..... Pegasum autem et Chrysaorem ex collo una cum capite absciso prodire schol. sine dubio ex ipsis Nicandri verbis collegit. Haec tamen ita interpretari nihil cogimur. Neque enim verba αὐχέν' ἀποτμήξας active posita magis quam Germanicae linguae locutio „Hals abschneiden“ significant collum una cum capite a trunco discissum esse. Nicandrum autem ipsum de ortu e trunco corpore facto cogitasse verisimile est. Hoc tamen gravissimum est e scholiastae sententia ab Hesiodi verbis non abhorrere Pegasum e collo una cum capite absciso editum esse. Nec re vera Theogoniae versus cogunt, ut ortum de trunco Gorgonis factum fingamus. Immo etiam cum Pegaso ex absciso capite nato conveniunt. Qui nascendi modus etiam a Sexto Empirico profertur: τὸν δὲ Πήγασον λαιμοτομηθείσης τῆς Γοργόνος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐκθορεῖν (adv. mathem. 264). Quae verba non fabulam singularem, sed Hesiodi interpretationem complecti videntur. Sextus enim eodem atque Hesiodus verbo ἐκθορεῖν utitur, et ipsa Hesiodi verba: κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν, ἔκθορε (Theog. 280/281) illam interpretationem subiciebant. Quam ab Hesiodi verbis non alienam esse etiam hac quidem aetate Hillebrandtius putavit [1]. Scholiasta autem ad Dion. Perieg. 870 utrum ortum e capite an e trunco factum animo finxerit, dubium est. Dicit enim: Ἀθηνᾶ] ἐποίησεν αὐτὸν (scil. Περσέα) ἀποτεμεῖν τὴν αὐτῆς κεφαλήν, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ αἵματος αὐτῆς (Γοργόνος aut κεφαλῆς?) ὁ Πήγασος.

Aliud tamen quod scholiasta ad illum Nicandri versum attulit, certe ab Hesiodo abhorret. Verbis enim quae supra laudavimus, haec subicit: ἐκ γὰρ τοῦ αἵματος οὗτοι ἐγένοντο. Verba ἐκ τοῦ αἵματος non ut aliis, poetarum

[1]) Commentat. Ribbeckian. (1888) p. 242.

praecipue, locis (cf. Eurip. Orest. 194: τέκνα σέθεν ἀφ' αἵματος scil. Clytaemestrae) copiosa significatio simplicis pronominis ἐξ αὐτῆς esse possunt. Quod si ita esset, verba illa prorsus inania essent. Neque locutioni illi eadem sententia inesse potest atque in schol. ad. Dion. Perieg. 870 allato, ubi Pegasum et Chrysaorem ἐκ τοῦ αἵματος ἐξελθεῖν dictum est. Tum enim scholiasta non verba ὁ αὐχὴν ἀποτμηθεὶς ἐγέννησεν, id quod vult, explicaret, sed singulare ortus momentum adderet. Praeterea vis quae voci γίγνεσθαι inest, illi sententiae repugnaret. Immo hoc modo dictum esse potest Chrysaorem et Pegasum e Medusaeo cruore non secus ac Gigantes ex Urani sanguine ortos esse. Hoc tamen Hesiodi verbis significari manifestus scholiastae error est. Primum enim Hesiodus versibus antecedentibus (Theog. 278/79) Medusam a Neptuno compressam esse profert, Gigantes autem uno ab Urani sanguine orti sunt. Tum scholiastae sententia voce ἐκθορεῖν refutatur. Neque enim Pegasus et Chrysaor omnino post caedem a Perseo factam demum oriebantur, sed antea orti corpore matris ad illud temporis inclusi erant. Propriam autem fabulam scholiastae verbis contineri negare licet. Iam enim supra vidimus scholiastam Nicandri verba ita intellexisse, ut putaret eum Pegasi originem e collo absciso factam significare. Atqui de sanguine qui a desecto Medusae capite destillabat, serpentium genus ortum esse constat. Qui nascendi modus in Pegasum et Chrysaorem, quos scholiasta et ipsos e Gorgoneo collo prodiisse existimat, translatus esse videtur.

Atque ab hoc ortus modo Hesiodi verba abhorrere comprobavimus. Ad diiudicandam autem quaestionem, utrum Hesiodus ortum e collo an e capite factum intellexerit, verba eius parum dilucida esse diximus. Quamquam mentio compressae a Neptuno Medusae magis origini e trunco factae arridet. Atque hunc ortus modum omnia artis monumenta testantur. Quod maximi momenti est. Neque enim artis opera ad Hesiodum redire infra comprobabimus. Atque etiam plurima litterarum testimonia ortum e trunco factum praebent. Unde hunc etiam iis locis quibus diversa fabula non diserte affertur, cogitatum esse colligere licet.

2. Perspicuis autem verbis ille nascendi modus his qui-

dem locis indicatur: Strabonis VIII 379 πτηνὸν ἵππον ἐκ τοῦ τραχήλου τοῦ Μεδούσης ἀναπαλέντα κατὰ τὴν Γοργοτομίαν; „Apollodori" biblioth. II 4, 2, 9 ἀποτμηθείσης δὲ τῆς κεφαλῆς ἐκ τῆς Γοργόνος ἐξέθορε (cf. Hes. Theog. 281) Πήγασος πτηνὸς ἵππος καὶ Χρυσάωρ, ὁ Γηρυόνου πατήρ (Hes. Theog. 287), τούτους δὲ ἐγέννησεν ἐκ Ποσειδῶνος. Qui locus versuum Hesiodeorum explicatio esse videtur. Atque hanc omnino bibliothecae „Apollodoreae" rationem esse constat. Dilucida quoque sunt quae a Tatiano ad Graecos 11 proferuntur: τὴν Γοργοῦς καρατομίαν, τῆς Ποσειδῶνος ἐρωμένης, ἀφ' ἧς Πήγασος ὁ ἵππος καὶ Χρυσάωρ ἀνέθορε. Schol. Pind. Ol. XIII 63 iam supra (p. 9) laudatum est. Addantur quidam loci quibus Nonnus haud ita eleganter de Pegasi ortu dicit:

ἧς ἔτι κυμαίνουσα γοναῖς ἐθλίβετο γαστὴρ
Πήγασον ὠδίνουσα, καὶ ἔγκυον ἀνθερεῶνα
Γοργόνος Εἰλείθυια μογοστόκος ἔθρισεν ἅρπῃ
αὐχένος ἱπποτόκοιο θαλύσιον

(Dionys. XXV 39 sq.); quibus similia sunt verba loci alterius:

Γοργόνος ὠδίνοντα διέθρισεν ἀνθερεῶνα,
καὶ δρεπάνην φοίνιξε, δαϊζομένης δὲ Μεδούσης
αἱμοβαφῆ παλάμην ὀφιώδεϊ λοῦσεν ἐέρσῃ
κρᾶτα ταμών· χρυσέῳ δὲ σὺν ἄορι παῖδα λοχεύων (cf. Hes. Theog. 283)
ἱππείην ἐτόκευσε γονὴν διδυμητόκος αὐχήν

(Dionys. XXXI 19 sq.)[1]. Denique Tzetzae locus adiciatur: καρατομεῖ δὲ (scil. Περσεὺς) τὴν Μέδουσαν, ἐκ τοῦ τραχήλου δὲ ταύτης ὅ τε Πήγασος οὗτος ἵππος ἐξέθορε, ὑπόπτερος ὢν καὶ ὁ Χρυσάωρ, ἄνθρωπος χρυσοῦν ἄορ κρατῶν (Hes. Theog. 283). Atque paulo post τῇ δὲ καρατομίᾳ ἐκείνης ἐκ τοῦ τραχήλου ὁρμᾷ Χρυσάωρ καὶ Πήγασος (ad Lycophr. Alex. 17).

Nec vero eadem sunt perspicuitate loci qui sequuntur: Lycophr. Alex. 842/43:

ἱπποβρότους ὠδῖνας οἴξαντος τόκων
τῆς δειρόπαιδος μαρμαρώπιδος γαλῆς;

Ovid. Fast. III 450 sq.:

---

[1]) Nonnus plus semel ipse se exscribit.

Creditur hic (Pegasus) *caesae gravida cervice Medusae*
sanguine respersis prosiluisse iubis[1]);

Heraclit. (de incredibilibus 1) Περσέως ἀποτέμνοντος αὐτῆς τὴν κεφαλὴν ἐξελθεῖν ἵππον πτερωτόν; schol. ABRad Il. VI 155, quo loco Pegasi nomen sic enodatur: διὰ γὰρ τοῦτο ἔσχε τὸ ὄνομα, ὅτι ἐκπεπηδήκει τοῦ τῆς Γοργόνος τραχήλου[2]).

3. Iam de locutione Ovidii *matris*, scil. Medusae, vel *materno de sanguine natus* disserendum est: loco Metamorphoseon (IV 785/86) Perseus cum alias res se gessisse narrat tum

eripuisse caput collo pennisque fugacem
Pegason et fratrem matris de sanguine natos[3]).

Altero loco (Met. V 259) Minerva Perseum comitata his verbis utitur:

Vidi ipsum materno sanguine nasci.

Atque eadem locutio his quoque locis quos ad Ovidium redire elucet, occurrit: schol. ad Iuvenal. III 118, *quod de sanguine Medusae natus sit Pegasus*; Fulgent. Myth. I 21 *de sanguine eius nasci fertur Pegasus*, ibid. III 1 *de sanguine id est de morte Gorgonae Pegasus*; e Fulgentio autem in nonnullos Myth Vat. I et II locos fluxit[4]).

Cuius locutionis quae significatio sit, exsistit quaestio. Atque ab Ovidio etiam in Gigantibus adhibetur uno ex Urani sanguine ortis: *scires e sanguine natos* (Met. I 162); et in flore ex Adonidis sanguine genito: *flos de sanguine concolor ortus* (Met. X 735). Illo loco usus est „Lactantius" (narrat. fabul. I 6): *de Gigantum sanguine nati quam sacrilega mente versati sint*[5]). Alibi vero verbis illis communis

[1]) Hunc locum certo Sidon. Apollin. c. XIV, 9 respicit: Pegasus| *cognato madidus iubam veneno.* Quem etiam alibi Ovidium imitari constat; cf. Geisler in edit. Luetjohanni p. 349 sq; Manitius, Philol Suppl. VII p. 727.

[2]) Hoc nominis veriloquium alibi quoque traditur.

[3]) Natos scil. esse. Merkelium recte interpunxisse apparet. Contra A. Riese et O. Korn verba *pennisque .... natos* coniungenda esse putant cum versu insequenti: *addidit et longi non falsa pericula cursus.* Nec vero cum his reditus periculis Pegasi Chrysaorisque ortus quicquam cohaeret, sed cum caede Gorgonis, quam Perseus copiosius ante persecutus est.

[4]) Myth. Vat. II 113 pro *(de cuius) semine* certo *sanguine* scribendum est.

[5]) Ipsa Ovidii locutio e Graeco translata esse videtur; cf. Nicand. Ther. 8: ἀλλ' ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια. . . . Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος.

liberorum e parentibus ortus significatur, ut idem ac simplex nomen notent, ut his: *nostro* (scil. Solis) *genitum de sanguine* (scil. Phaetontem) (Met. II 90); *sanguine natus eodem quo* ... (Ib. 471/72); *nullus de nostro sanguine miles erit* (Prop. II 7, 14). Tertia illius locutionis notio, quae tamen ad hanc quaestionem non pertinet, haec est, ut genus, ex quo quis natus est, indicet (cf. Ov. Met. XV 447; Fast. III 73; Heroid XVI 191). Iam quaenam priorum significationum in illos de quibus quaeritur Ovidii locos cadat, accuratius examinemus. Hub. Schmidt eandem ac Gigantum originem intellegendam esse putat[1]). Qui originis modus sane apud scholiastam Nicandri de quo supra diximus, occurrit. Nec tamen unicus ille locus propriam fabulae formam complectitur (cf. p. 10/11) Contra communi fabula de ortu uno a sanguine Gorgonis facto nihil traditur, sed Neptunus pater Pegasi nominatur. Atque vulgarem fabulam etiam Ovidio obversatam esse ex eo apparet, quod et uno et altero loco Gorgo *mater* appellatur. Neque erat, quod fabulam a ceteris discrepantem atque duobus tantum versibus afferret. Quare illic verbis *matris de sanguine* simplex nomen significari videmus.

Num vero hinc colligendum est Ovidium communem Pegasi ortum animo finxisse? Quae sane „Lactantii" (narrat. fab. IV 7) opinio est, qui Ovidii narrationem soluta oratione interpretatus haec dicit: *utero autem Medusae huius equus Pegasus cum pennis exit.* Unde Mythogr. Vat. II 112 sua sumpsit Nec vero haec interpretatio probanda est. Neque enim ex Ovidii verbis communem nascendi modum magis colligere licet quam ex his quos e. g. ponimus locis: υἱὸν Γοργόνος Πάγασον (Pind. Ol. XIII 63); *ex Medusa* .... *et Neptuno nati sunt Chrysaor et equus Pegasus* (Hyg. fab. 151). Neque voluit de ortus proprietate Ovidius quicquam proferre. Quem collo Gorgonis desecto factum esse ipse quoque dicit (Met. IV 785).

4. Uno autem ex omnibus veterum testimoniis dictum est Pegasi ortum non solum communi modo factum, sed

---

[1]) Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea; dissertat. philolog. Halenses XII (1891) p. 143 n. 8.

etiam cum Gorgonis caede nihil coniunctum fuisse. Nam apud Serv. Dan. ad Verg. Aen. II 616 hoc traditur: Medusa] *compressa a Neptuno Pegasum equum dicitur edidisse; quod posteaquam Minerva cognovit, eius caput dicitur amputasse et suo adfixisse pectori eique tribuisse vim, ut quidquid vidisset mutaret in saxum.* Quam recentiorem esse nullius auctoritatis fabulam atque e confusione quadam ortam in promptu est. Euripides enim tradit Gorgonem a Minerva caesam esse[1]). Secundum vulgarem autem fabulam Medusa e Neptuno Pegasum genuit. Quae fabulae confusae sunt.

Atque haec quidem de litterarum testimoniis. Nunc artis monumenta consideremus.

b. De memoria monumentis servata.

Cur ea non una cum illis persecuti simus, causa est, quod partim aliam atque Hesiodeam fabulae formam praebent, partim eandem secuta tamen non ad Hesiodum revocanda sunt. Fabula autem quae de Perseo et Medusa fertur, iam antiquissimis temporibus a Graecorum artificibus expressa est. Quamquam in magna parte operum quae Medusam interfectam et Perseum fugientem repraesentant, Pegasus et Chrysaor desunt. Cuius rei causa est, quod ortus illorum mirus ad ipsum Persei facinus nullius momenti est. Atque artis monumenta e litteris modo nota[2]) quoniam nullam de ortu mentionem faciunt, praetermittenda sunt.

Sed Pegasus et Chrysaor haud paucis in monumentis servatis adsunt. Quae in duas partes dividuntur, quarum altera unum Pegasum, altera etiam Chrysaorem praebet.

1. Ac primum illa consideremus. Quorum[3]) aetate primum ectypum notum templi Selinuntii C est[4]), quod paulo post urbem hanc conditam (628) aedificatum esse constat.

---

[1]) Ion. 988 sq.; quem secuti sunt Euhemerus apud Hyg. astr. II 12; „Apollod." bibl. II 4, 3; unde Minerva Γοργοφόνος appellatur: Ion. v. 1478; Orph. h. 32, 8 H.

[2]) Congessit ea F. Knatz in dissertatione saepius afferenda, quae inscribitur: Quomodo Persei fabulam artifices Graeci et Romani tractaverint (1893) p. 13; p 17.

[3]) Milchhoefer, Anfaenge p. 61 n. 2 per errorem dicit etiam Chrysaorem humana specie formatum adesse.

[4]) Benndorf, Metopen von Selinunt t. 1.

Nec vero ortus ipse expressus est. Perseus enim Gorgonis caput demum desecaturus est. Sed tamen ex artis vetustioris consuetudine Pegasus alatus Medusae bracchiis comprehensus anticipatione additus est. Ab iis autem qui Pegasum e corpore Medusae modo prosiluisse putant[1], dissentiendum est, cum Perseus caput demum abscisurus sit. Atque etiam eorum opinio omni ansa caret, qui communem Pegasi ortum expressum esse existimant[2]. Quem una Lactantii qui vocatur, interpretatione praeberi vidimus (cf. p. 14). Atque illi nimium vetustiorum artificum consuetudinis immemores sunt, qui neglecto poesis artisque fingendi termino non unum momentum expressisse satis habent, sed etiam quod antecessit vel quod sequetur significant.

Ipsum vero nascendi momentum his in monumentis repraesentatum est. In patera Rhodia mus. Brit. nigris figuris picta[3]) Medusa quae quattuor alis praedita et tunica brevi vestita est, capite desecto in genu procubuit, e collo caput equinum eminet; Perseum aufugientem duae Gorgonis sorores persequuntur; Mercurius et Minerva, qui inter Perseum et duas Gorgones sunt, item aufugiunt. Persimilis pictura quae ipsa quoque figuris nigris multo tamen neglegentioribus ornata est, occurrit in patera Nolana mus. Berolinensis[4]. Medusa capite privata manibus protentis procubuit, e collo cui aliter atque in priore vase rivuli sanguinis effluunt, caput equinum emergit. Quas pateras inter se persimiles conexu quodam cohaerere in aperto est. Ac Knatzius[5]) recte iudicasse mihi videtur artificem paterae neglegentioris, qui ceterum aequandi et contrahendi studium ostendat, picturam priori vasi simillimam cum ea confudisse, in qua Medusae collum sanguine respersum fuerit. Qui quidem cruoris rivuli plus semel inveniuntur. Utramque autem pateram ab artificibus Atticis factam esse Furtwaengler dicit[6]). Atque C. Smith

---

[1]) Cf. Gaedechens in Ersch. et Grub. Encycl. s. v. Gorgo p. 412 n. 34.

[2]) Duc de Luynes, Etudes numismat. p. 97 sq; Knatz ibid. p. 48, 49.

[3]) Ed. C. Smith, Journ. of hellen. stud. V (1884) tab. 43.

[4]) Furtwaengler, Catal. No. 1753; ed. Gerhard, Trinkschalen II, III; Mueller-Wieseler, DAK II 71, 897.

[5]) p. 48 n. 2.

[6]) Furtwaengler in Rosch. M. L. s. v. Gorgo, I 1709.

Nicosthenis aetate illas picturas factas esse opinatur[1]). Sed in errore versari videtur. Utrumque enim opus maiorem antiquitatem redolet, ut iure VI saeculo tribuatur[2]).

Iam vero quod Medusa speciem monstri ferino capite instructi praebet, diversae virorum doctorum explicationes prolatae sunt. Quam proprietatem casu accidisse neque ullius momenti esse[3]) haud vereor, ne credas. Welcker autem artifici in animo fuisse Pegasi ortum tegere et dissimulare putat[4]). Wieseler de Medusae in Pegasum conversione cogitat[5]). Hae tamen opiniones sine dubio etiam minus probari possunt. Knatzio singularis illa Medusae forma ad exemplar deorum orientalium capitibus ferinis praeditorum ficta esse videtur[6]). Talia simulacra ut aliquantum valuerint, tamen gravissimum illud non explicatur, cur ortus Pegasi omnino significatus sit. Neque enim Pegasi originem ad ipsum Persei facinus quicquam pertinere argumentis infra evincemus. Ut autem Pegasi ortus significaretur, simulacra illa deorum orientalium in causa fuisse non possunt. Etenim in iis caput ferinum propria ipsius corporis pars est, ut de ortu non cogitandum sit. Praeterea dei orientales ipsorum equorum capitibus praediti non exstare videntur[7]). Milchhoeferi sententia supra emendata (p. 6) explicationem praebere videtur. Propria enim illa Gorgonis forma speciei pristinae memoria contineri videtur. Etenim Pegasi matrem initio integro equae corpore instructam fuisse comprobavimus. Ubi autem memoria illa iam non intellegebatur, caput equinum non Gorgonis, sed Pegasi esse putabatur.

Iam reliqua monumenta tractare pergamus.

In amphora multifariam resarta musei Neapolitani, quae figuris rubris parum accuratis atque incultis picta est[8]), Medusa

---

[1]) l. c. p. 239.

[2]) Cf. Furtwaengler, Catal. ad nr. 1753; H. Schmidt l. c. p. 36/37; p. 154.

[3]) Gaedechens, in Ersch. et Grub. Enc. s. v. Gorgo p. 413 n. 37.

[4]) Alte Denkmaeler III p. 211, 20.

[5]) DAK II 71, 897.

[6]) l. c. p. 48.

[7]) Milchhoefer, Anfaenge p. 55/56.

[8]) Heydemann, nr. 1767; ed. Mus. Borbonico XIII t. 57—59; cf. O. Jahn, Philol. XXVII (1868) p. 8; 29; Furtwaengler in Rosch. M. L. I. 1726.

capite absciso inter sorores duas Perseum fugientem persequentes in saxo sedet, e collo autem alati Pegasi[1]) caput emergit, quod item propria corporis pars esse videtur. Alae ceterum Pegaso[2]) an Medusae[3]) tribuendae sint, dubitare licet. Sane umeris Medusae adhaerent. Sed ut cum Pegasi capite coniungerentur, omnino fieri non potuit. Nihilominus huic eas tribuendas esse his argumentis probabile fit. Alae pro Gorgonis figura multo minores sunt, ad caput equinum perbene quadrant. Praeterea pinnae in altum sublatae sunt, quod cum Medusa interfecta non convenit, Pegaso subvolanti aptissimum est. Denique ne sorores quidem Gorgoneae alis praeditae sunt.

Operibus adhuc enumeratis addatur Etrusca cista.[4]) Ex collo Medusae relapsae surgit caput Pegasi anguibus Gorgoneis circumcinctum; a parte dextra soror Medusae Perseum a Mercurio exspectatum persequitur.

Imago autem maxime mira occurrit in cratera Nolana figuris rubris neglegenter picta.[5]) Perseus manu dextra falcem, sinistra cibisin gestans, e qua aeque atque in aliis monumentis crines Gorgonei prominent, appropinquat feminae tunica longa vestitae et manu sinistra coronam, dextra frondem portanti, quae capite cervino praedita est; a dextra parte in basi stat Victoriae figura alata coronam et vittam manibus tenens. Ac Gerhardus miram illam figuram Dianam-Hecaten esse iudicat, quae Perseum quodam modo ad solem referendum esse documento sit. Hermannus[6]) caput equinum, cornua autem quae videntur, sanguinis prosilientis rivulos esse conicit. Quod ipsa pictura refutatur. Qua non minus Milchhoeferi opinio repellitur, qui simplex equi caput agnoscendum esse putat.[7]) Cookius denique una ansa quae Persei figura praebetur, neglecta Iphigeniam immolandam agnoscit, quae aut cervinam Dianae personam gerat aut in cervam con-

---

[1]) Non Chrysaoris, ut Heydemannus opinatur.
[2]) Sic Heyd. l. c. et Knatz p. 21.
[3]) Sic O. Jahn l. c. p. 8.
[4]) Ed. Bencker, Roem. Mitt. VII (1882) p. 225.
[5]) Ed. Gerhard, Auserl. Vas. 89; 1, 2.
[6]) Perseus und Andromeda (1865) p. 5.
[7]) Anfaenge p. 62 n. 1.

vertatur.[1]) Neque tamen ipse Perseus dubius est. Et cum e cibisi crines Medusaei emineant, caedem iam factam esse apparet. Monstruosa igitur femina illa Gorgo esse nequit. Cui rei etiam illud obstat, quod Perseus non caput reflectit, id quod contra Gorgonem semper facit. Denique quid frons coronaque manibus Gorgonis portatae sibi vellent? Quare picturam illam ad Pegasi ortum pertinere negandum est. Quamquam quae vera mirae figurae significatio sit, ne ego quidem eruere potui. Minus tamen ad fabulam alibi haud traditam quam ad arbitrium vel socordiam artificis revocanda esse videtur.[2])

2. Haec quidem monumenta sunt, in quibus unius Pegasi ortus expressus est. Age vero ea perlustremus, in quibus et hic et Chrysaor adsunt.

Aeque autem atque in priore parte primum id opus afferendum est, in quo non ipsum ortus momentum repraesentatum est. Quod notissimum est musei Britannici anaglyphum Melium[3]) priori saeculi V dimidio tribuendum.[4]) Perseus manu sin. falcem, dextra Medusae caput portans vehitur equo alis carente; sub eo Medusa tunica longa vestita procubuit, cuius e collo nudus Chrysaor emergit. Equum autem Persei, quamquam alis caret, tamen Pegasum intellegendum esse firmis argumentis comprobari potest. Iamdudum enim constat huic anaglypho alterum Melium respondere, in quo Bellerophontes pari equo vectus contra Chimaeram pugnat [5]) Quoniam hunc Bellerophontis equum omnes Pegasum agnoscunt, non est cur non etiam Persei equus Pegasus existimetur. Neque omnino intellegi potest, cur artifex ipsos Bellerophontem et Perseum alterum alteri respondentes ficturus fuerit, nisi vinculo quodam inter se conexos putasset. Hoc autem utriusque cum Pegaso coniunctio est. Praeterea nisi Persei equus Pegasus esset, unus Chrysaoris ortus exstaret, Pegasi nihil significaretur. Quod nullo in alio opere occurrit. Scyphum

[1]) Journ. of hellen. stud. XIV (1894) p. 135/36.

[2]) O. Jahn l. c. p. 8 n. 30.

[3]) Ed. Millingen, Anc. uned. mon. II, 2 et alibi.

[4]) Furtwaengler in Rosch. M. L. I. 1719. O. Rossbach, Griech. Antiken in Breslau (1889) p. 21; H. Schmidt l. c. p. 152.

[5]) Ed. Millingen ibid. II, 3.

enim aliis quoque rebus mirum,[1]) in quo e collo Medusae unus Chrysaor nudus prodit, falsarii opus esse Stephanius cognovit.[2]) Caput quoque humanum quod in amphora Caeretana[3]) inter alas Gorgonis trucidatae prominet, ab homine recenti additum est.[4]) Alia vero quaestio est, sitne Perseus e vetustissima fabula Pegaso vectus. Quod cum postea fusius expositurus sim, negandum esse nunc brevi indicasse satis habeo. Cur enim Pegasus omnino adsit, illa causa est, quod ipse quoque aeque ac Chrysaor post Medusae caedem natus esse fertur. Perseus autem nullam ob aliam rem eo utitur, nisi ut Bellerophonti equo vecto respondeat Quod iam dudum Lewezowius recte intellexit,[5]) ut Panofka de solio Aesculapii Epidaurii admonuit, in quo Thrasymedes et Medusam a Perseo caesam et Chimaeram a Bellerophonte interfectam sculpserat.[6]) Quod Brunnius et Sixius coniecerunt anaglypha illa Melia solii Epidaurii imitationes esse,[7]) id titulo Epidaurio refellitur, quo Thrasymedem quarto demum saeculo fuisse docemur.[8]) Fieri tamen potest, ut Thrasymedes et anaglyphorum artifex ex eodem fonte hauserint.[9]) Ceterum anaglypha illa Melia cum arte Ionica cohaerere videntur.[10])

Iam ipsum ortus momentum in sarcophago Cyprio fictum est.[11]) E collo Medusae quattuor alis praeditae tunicaque longa vestitae Pegasus et Chrysaor, hic dextra, ille sinistra prodeunt; mater altera manu bracchium Chrysaoris, altera pedem Pegasi tenet. A dextra parte Perseus falcem et cibisin e baculo pendentem portans discedit. Inter Medusam et Perseum canis ad dextram conversus sedet. Quodsi Knatzius

---

[1]) Ed. Stackelberg, Graeb. d. Hellen. 39.

[2]) Compte-Rendu p. 1881 p. 36.

[3]) Ed. Mon. dell.' Inst. VIII 34, 2.

[4]) Cf. Knatz l. c. p. 19, nr. 11.

[5]) Ueber d. Entwickl. des Gorgonen-Ideals (1833) p. 60 sq.

[6]) Asclep. und die Asclepiaden (1846) p. 17 n.

[7]) Abhandlg. der bayr. Akad. 1872 p. 535; — De Gorgone (1883) p. 55.

[8]) Cf. Overbeck, Plastik II[4] p. 126 n. 24—26.

[9]) Cf. Knatz p. 52.

[10]) Furtwaengler in Rosch. M. L. I, 1710; H. Schmidt l. c p. 154; Knatz p. 48.

[11]) Cesnola, Collect. of Cypr. ant t. 74 nr. 478; Perrot-Chipiez, Hist. de l'art III p. 612 fig. 419.

sarcophagum paucis decenniis ante heroum Trysaeum factum esse putat,[1]) seriori aetati tribuit, et H. Schmidtii iudicium propius ad verum accedere videtur, qui exeunti VI saeculo eum asccribendum esse dicit.[2]) Anaglyphum autem arti Ionicae cognatum esse quattuor alae et tunica longa documento sunt.[3])

Cui operi amphora rubris figuris picta quae in Etruria fabricata esse videtur, subiungatur.[4]) E collo Medusae alatae longa tunica luxuriosa vestitae Pegasus ales et Chrysaor nudus emergunt; in altero vasis latere Gorgonis soror Perseum falcem et cibisin gestantem persequitur. Haec quoque pictura quodam modo cum arte Ionica cohaerere videtur.[5])

Etiam in scarabaeo Etrusco e collo Medusae longa tunica vestitae Pegasus et Chrysaor oriuntur.[6]) Quae gemma unde provenerit, Furtwaengler non dicit. Certo eadem est atque scarabaeus prope Cortonam inventus, quem quondam Depoletti, Romanus ille operum arte factorum mercator, possedit.[7])

Quod vero R. Merkel dixit in vase quod a François nominatur, vesti Fortunae ortum Pegasi et Chrysaoris intextum esse[8]), perperam se habet. Nam cum alia tum simplices complures equi alati ficti sunt.[9])

Singulare autem est vasculum Nolanum musei Brit lineamentis elegantissime depictis ornatum.[10]) Prope columnam sphinge coronatam Medusa alata concidit, a dextra parte Chrysaor nudus humi sedet, supra Pegasus ales in aere suspensus est; a sinistra parte duae Gorgones Perseum fugientem persequuntur; ante eum Mercurius currit, Minerva subsistit. Sin-

---

1) l. c. p. 51.

2) l. c. p. 154.

3) Furtw. Rosch. M. L. I, 1710; Knatz p. 48; 51; H. Schmidt p. 153.

4) O. Jahn, Cat. d. Vasensamml. Koenig Ludwigs nr. 910; ed. Gerhard, Auserl. Vas. 89; 3, 4; cf. O. Jahn, Philol. XXVII p. 8.

5) Furtw. in Rosch. M. L. I, 1711; Knatz p. 48.

6) Ed. Furtw., Gemmen I tab. XX, 37.

7) Arch. Ztg. XX (1862) p. 287*; Arch. Ztg. XXI (1863) p. 26* n. 64; Bullet. 1862 p. 8.

8) Arch. Ztg. XXII (1864) p. 205.

9) Stephani, Compte-Rendu p. 1878/79 p. 110; Weizsaecker, Rh. Mus. XXXII (1877) p. 46.

10) Ed. Monum. dell' Inst. (1855) tab. II; p. 17; cf. O. Jahn, Philol. XXVII p. 9 n. 32.

gulare hoc opus dixi propterea quod et Pegasus et Chrysaor e corpore matris iam egressi sunt. Et quoniam alter humi sedet, alter subvolat, H. Schmidt, qui iure vasculum V saeculo tribuere videtur, bene coniecit artifici Hesiodi versus obversatos esse (Theog. 284/85) [1])

3. Iam artis operibus perlustratis existit quaestio, utrum iure in duas partes a nobis divisa sint necne. Pariter autem atque in artis monumentis etiam in litteris modo solus Pegasus, modo cum Chrysaore cernitur. Quas si percurris, animadvertes Chrysaorem praeteriri, ubi uno de Pegaso vel ut equo Bellerophontis vel ut Hippocrenes auctore agitur, contra addi, ubi ortus fabula narratur. Velut Ovidius Met. IV 786 ubi ortus mentionem facit, et Pegasum et Chrysaorem profert, Met. V 259, quo versu illum locum respicit (cf. p. 13), unum Pegasum nominat, quoniam de Hippocrene a Pegaso fusa verba facit. Atqui illorum artis operum quae omnia ad ortus fabulam referuntur, ipsa dimidia pars unum Pegasum praebet, reliqua quinque etiam Chrysaorem ostendunt. Hoc ergo non inde ductum esse potest, quod Chrysaor minoris momenti sit. Ipsa autem ea monumenta quae cum arte Ionica cohaerere vidimus, et Pegasum et Chrysaorem praebent, in operibus Graeciae occidentalis unus Pegasus occurrit. Sequitur ut altera monumentorum pars ad alteram fabulae formam redeat. Atque opera in quibus unus Pegasus reperitur, ad Graeciae, cetera ad Asiae fabulam revocanda sunt.

Iam inquiramus, qualis ratio inter ea et veterrimum litterarum testimonium, Hesiodi Theog. 280/81, sit. Hos autem versus cum illis operibus in quibus unus Pegasus expressus est, nihil cohaerere in aperto est. Quare Hesiodo monumentum quoddam obversatum esse, in quo e Medusae collo caput equinum emerserit,[2]) negandum est. Ac certo ne de tali quidem monumento cogitavit, in quali et Pegasus et Chrysaor adfuerunt. Inspicias enim versus: animadvertes neque de Medusae nec de Persei specie quicquam dici. Qua in re Scutum Herculis quod vocatur, maxime differt (v. 216 sq.).

[1]) L. c. p. 154; p. 175/76.
[2]) Sic Knatz l. c. p. 48.

Quantopere vero verba quae Hesiodus de ortu Pegasi et Chrysaoris facit, obscura sint, supra exposuimus. Eam autem ipsam ob causam etiam improbandum est artifices qui Pegasi et Chrysaoris ortum finxerunt, Hesiodi rationem habuisse. Ceterum omnino Hesiodi carmina si ullam[1]), certe parvam vim ad artes habuerunt.[2]) Quae cum ita sint, apparet et Hesiodum et artifices qui Pegasum una cum Chrysaore nasci faciunt, eadem fabulae forma Ionica usos esse. Ac Duemmler Hesiodum e Perseide quadam hausisse conicit.[3]) Il. XIV 320 in catalogo quo Iovis amores enumerantur, Perseus ἀριδείκετος ἀνήρ appellatur. Hunc autem catalogum (XIV 317—328) seriore aetate interpolatum esse iam Aristophanes Byzantius recte intellexit (cf. schol. A. ad. Il XIV 320). Unum vasculum Nolanum quodammodo ex Hesiodo pendere vidimus, non ita ut artifex verba Theogoniae illustraret, multo enim obscuriora erant, sed ut traditum fingendi modum aliquantum mutaret.[4])

c. De Perseo a prima ortus fabula alieno.

Cum plerisque igitur litterarum testimoniis omnia artis monumenta ita concinunt, ut Pegasum e collo Medusae a Perseo caesae nasci faciant. Tamen argumentis evincere posse mihi videor hanc non primam fabulae formam fuisse.

Ac fabula illa saepe cum Minerva comparata est, quae e capite Iovis a Vulcano vel a Prometheo fisso orta esse fertur.[5]) Hac tamen comparatione e contrario discimus, quantum duae fabulae differant, ac quid fabulae quae de Pegasi ortu fertur, proprium sit. In altera enim fabula omnia deae origine contineri plurima artis monumenta gravissimo documento sunt. Quod Iovis caput finditur, nihil est nisi proprius pariendi modus, quem multo minoris momenti esse quam ortum ipsum per se intellegitur. Ea vero in fabula quae de Pegaso tradita est, non tam de ortu quam de caede

[1]) Brunn, Abhandlg. der bayr. Akad. 1889, II p. 73 sq.
[2]) H. Schmidt l. c. p. 175/76.
[3]) In Paul.-Wiss. s v. Athena II p. 1973.
[4]) H. Schmidt l. c. p. 175/76.
[5]) Cf. Roscher, Gorgonen und Verwandtes, p. 30 sq.

agitur.[1]) Medusa interficitur. Ac Perseus collum eius persecat, non ut Pegasum et Chrysaorem in lucem producat, sed ut ipsum caput Gorgoneum, expeditionis periculosae praemium, consequatur. Ac cur caput secum portaret, si unius ortus causa abscisum esset? Neque quod Pegasus et Chrysaor caede Gorgonis prodeunt, Persei consilio, sed casu fit, neque ad ipsum Persei facinus pertinet. Quod cum litterarum testimoniis cognosci, tum artis monumentis perspici potest. Neque enim Perseus Pegasi ortum curat, sed semper iam discessit, cum Pegasus nascitur. Quod cum in singulorum operum descriptione supra monuerim, illuc relegasse satis habeo. Atque ne Melium quidem anaglyphum in quo Perseus Pegato vehitur (cf. p. 19 sq.), excipitur. Etenim hic quoque Perseus terribile caput secum asportat neque Chrysaorem, cui Pegasus ut Gorgonis stirps omnino par est, quicquam curat. Neque in maiore monumentorum parte quae ad caedem Gorgonis a Perseo factam pertinent, mirabilis ortus omnino expressus est.[2]) Unde non minus patet Pegasi originem ad Persei facinus nullius momenti esse. Litteras autem cum artis operibus concinere iam diximus. Ortum enim Pegasi et Chrysaoris post caedem Gorgonis evenisse sane testantur. Sed Perseum ortus causa expeditionem fecisse nusquam traditum est. Caedes igitur Medusae non ortus ab ipso Persei facinore alieni, sed ipsius causa confecta est.

Cui rei etiam hoc patrocinatur, quod matrem Pegasi primo equinam fuisse supra vidimus (cf. p. 3 sq.). Contra caput a Perseo abscisum quamvis terribile sit, tamen semper humanam speciem praebet. Unde patet capitis desectionem a prima illa Gorgonis forma utique alienam ac postea demum esse adiectam.[3])

Atque caedem ortumque primo non cohaesisse haec quoque documento sunt.

Aliae duae de Medusae caede fabulae traditae sunt.

---

[1]) Quod Duemmler in Paul.-Wiss. s. v. Athena II p. 1973 iniuria invertit.

[2]) Cf. Knatz l. c. p 17 sq.

[3]) Cf. Langbehn, Fluegelgestalten d. alt. griech. Kunst (1881) p. 131 sq.; Milchhoefer, Arch. Ztg. 39 (1881) p. 283 sq.; P. Kretschmer, Arch. Jahrb. VIII (1893) p 34.

Tegeatae ut summum urbis suae praesidium crinem Gorgonis venerabantur, quo hostibus obtento victoriam ferebant. Hic crinis in templo Minervae Πολιάδος erat, quod ob id ipsum etiam τὸ τοῦ ἐρύματος ἱερόν vocatum esse apparet. Minerva autem crinem illum donasse dicebatur [1]) Cuius doni Gorgonis caedem condicionem esse sponte apparet. Nec vero utrum Minerva ipsa eam commiserit necne, quicquam nostra refert. Hoc autem maximum est Tegeatis caede Gorgonis praesidium urbis obtigisse. Inde enim intellegi potest capitis monstruosi desectionem non ortus, sed sua ipsius causa necessariam fuisse. Pegasi vero in hac fabula nulla mentio fit. Neque in aliis Tegeaticis fabulis aut ipse aut figurae arte cum hoc conexae, ut Bellerophontes et Chimaera, unquam reperiuntur. Atqui nonnullis viris doctis Tegeatica ex Argivorum fabula in qua Perseus Gorgonem cecidisse fertur, pendere videtur.[2]) Hoc ut verisimile est, ita illud eo gravius est Pegasi figuram in fabula Tegeatica deesse. Num fieri potuit, ut fabella de fisso Iovis capite ortu Minervae praetermisso transferretur? Minime. Altera autem fabula atque qua diserte Medusae caedes narratur, Attica est, primo ab Euripide prolata.[3]) Atque Minerva Gorgonem interfecisse fertur. Quo tamen cum facinore in nullo nec litterarum nec artis monumento Pegasi ortus coniunctus est. Quod item indicio est caedem Medusae et Pegasi originem primo omnino non cohaesisse.[4])

Atque eadem cum re fabulae similes plus semel adhibitae (cf. p. 4 sq.) optime conveniunt. Nam ne in una quidem ex illis ortus per vim ac caede matris confectus esse narratur.[5])

---

[1]) Cf. nummos Tegeaticos quarto vel posteriori saeculo tribuendos; Head. H. N. p. 380; „Apollod." bibl. II 7,3; Pausan. VIII 47,4; Schwedler, de rebus Tegeaticis, Leipzig. Stud. IX (1886) p. 290/91.

[2]) O. Mueller, Klein. Schrift. II p. 171; Gruppe, Griech. Mythol. I p. 204.

[3]) Singulos locos supra p. 15 n. 1 attulimus. Caedis cum Gigantomachia coniunctio posteriori aetati tribuenda est; cf. Max Mayer, Giganten und Titanen (1887) p. 189; v. Wilamowitz, Heracles[2] II p. 198.

[4]) Equus ales in galea, scuto, solio Minervae expressus non huius loci est, sed alibi tractabitur.

[5]) Qua similitudine nisus iam Milchhoefer collegerat Pegasi ortum a Gorgonis caede primo alienum fuisse; cf. Arch. Ztg. XXXIX (1881) p. 281 sq.; Anfaenge p. 62.

Ergo mirum ortus genus quod plane ad proprium caedis modum, capitis sectionem, se accommodavit, a prima fabulae forma secludendum esse videmus. Pegasi autem originem cohaerere cum vetustissima quam initio tractavimus fabula, secundum quam Neptunus equus Medusam equinam compressit, in aperto est. Prima igitur fabula ea fuisse videtur, ut e coniugio Medusae equinae et Neptuni equini Pegasus prodierit.

d. De Chrysaore a prima ortus fabula alieno.

Iam nos vocat quaestio, utrum iure a prima fabulae forma Chrysaorem qui cum Pegaso artissime coniunctus videtur, secluserimus.

Atque Chrysaor ab Hesiodo μέγας vocatur (Theog. 281), ut non parvi momenti fuisse videatur. Fabulis autem Graecorum perlustratis χρυσάωρ sane ut nonnullorum deorum, Dianae, Apollinis, Cereris, cognomen occurrit. Nec vero usquam alibi numen proprium huius nominis invenitur neque in ceteris Persei et Medusae neque in Bellerophontis neque in aliis de Pegaso fabulis. Num vero putandum sit aliud „magni" Chrysaoris vestigium omnino evanuisse?

Singulare autem nominis illius numen in Caria reperitur. Mylasus enim a quo Mylasa, Cariae urbs, dicta esse traditur, τοῦ Χρυσάορος, τοῦ Γλαύκου, τοῦ Σισύφου, τοῦ Αἰόλου fuit (Steph. Byz. s. v. Μύλασα). Quae Chrysaoris genealogia sine dubio cum eo Herodoti loco cohaeret quo gentes quasdam Ionicas litoris Asiatici a Glauco originem repetivisse dicitur (I 147). Primo autem Chrysaor in capite genealogiae illius fuisse videtur, ut alibi pater Idriei dicitur, a quo Idrias, urbs Cariae, nominata esse fertur (Steph. Byz. s. v. Εὐρωπός). Cui urbi prius nomen Χρυσαορίς fuisse dicitur (Steph. Byz. s. v. Ἰδριάς; cf. Pausan. V 21, 5). Quo tempore priore neque eponymi Idriei neque Idriae nomen exstitisse apparet. Inde quod Χρυσάωρ pater Idriei illius nominatur, certo concludere licet Chrysaorem quondam nominis Χρυσαορίς auctorem ductum esse. Sed universa quoque regio olim Χρυσαορίς appellata erat (Steph. Byz. s. v. Χρυσαορίς, ubi Epaphroditum sequitur). Quae cum sine dubio et ipsa cum Chrysaore cohaeserit, Chrysaor olim proavus omnium existimatus esse

videtur qui illam regionem incolebant. Atque hoc optime eo confirmatur, quod praeter Chrysaorem etiam Car, totius gentis auctor, Idriei pater nominatur (Steph. Byz. s. v. Ἰδριάς). Futurum vero fuisse, ut proavo atque auctori totius gentis magni honores tribuerentur, facile exspectatur. Atqui in Caria celebrem „Iovis“ Χρυσάορος cultum exstitisse traditum est. Itaque hunc Chrysaorem eundem atque illum Carum proavum esse iure ponere licet.

Carium autem Chrysaorem eundem ac Gorgonis stirpem esse Schoemannus[1]) et alii suo Marte posuerunt. Hoc tamen iure fieri argumentis comprobandum est. Ac Chrysaoris qui ab Hesiodo „magnus“ nominatur, omne vestigium periisse non verisimile est. Quod si ita est, unus Carius Chrysaor invenitur, ad quem magnus Gorgonis filius referri possit. Neque illud offensioni est, quod ceteris rebus fabulam omnino Graecam esse videbimus. Ipse enim Chrysaor in prima fabula forma defuit. Cui rei hoc documento est. In vetustissima fabula Neptunus equus cum Medusa equina Pegasum genuit. Theogoniae autem e versu 283:

ὁ δ' ἄορ χρύσειον ἔχεν μετὰ χερσὶ φίλῃσι

apparet Hesiodo Chrysaorem non ut equinum, sed specie humana obversatum esse. Quae si pristina eius species fuit, id quod sine causa dubitaremus, in aperto est eum primo non duorum equorum stirpem fuisse. Unde apparet Chrysaorem non pristinae fabulae tribuendum, sed postea additum esse. Atque analogiam praebet fabula quae de Despoenae origine est. Quae humana specie praedita una cum equo Arione a Neptuno equo et equina Cerere-Furia (Demeter-Erinys) nata erat. Nec tamen huic genealogiae Despoena prius adiecta est, quam Ceres (Δημήτηρ) Furiae (Ἐρινύι) exaequata esset. Deinde si meminerimus, quod didicimus ipsa monumenta cum Ionica Asiae arte conexa Chrysaorem et Pegasum, cetera unum Pegasum praebere (cf. p. 22), elucet Chrysaorem in oriente demum fabulae additum esse. Quae res maxime indicio est iure nos Chrysaorem Hesiodi eundem ac Carium ducere. Et Chrysaorem alibi quoque ut Glauci filium Graecae genealogiae insertum esse iam vidimus.

---

[1]) Opusc. II p. 206.

In Caria autem Graecos et Cares varie mixtos esse constat. Ut Halicarnassus, Dorum colonia, quae dialecto Ionica utebatur, ab initio non minus Carica quam Graeca erat[1].)

Doricis autem a colonis, quos fabulam hanc e Peloponneso in Asiam transtulisse videbimus, Chrysaor Neptuni et Gorgonis filius factus erit[2]). Quamquam H. Schmidt contendit hanc genealogiam Caribus aut eorum finitimis Asiaticis tribuendam esse[3]). At certo suum ipsorum deum non a quodam Graecorum numine duxissent, praesertim cum prius in Asia constitissent quam Graeci. Atque hoc quoque Graecae origini illius genealogiae patrocinatur. Ipsum enim Χρυσάορος nomen Graecum esse apparet. Atque etiam Graecorum quibusdam numinibus cognominis loco idem additum esse vidimus. Cares vero si illam genealogiam finxissent, nomen dei patrii non in Graecum versuros fuisse per se intellegitur. Graecum autem nomen dei Carici ita explicandum esse videtur. Plutarchus Carum λάβρυν idem ac Graecorum πέλεκυν significare tradit (Qu. Gr. 45, 302 A.). Unde verisimillima coniectura collectum est vocem Chrysaoris, cuius numinis in Caria cultus celeber erat, ad Labrandei versionem usui fuisse[4]).

Qui vero factum sit, ut Chrysaor fabulae Gorgonis sit insertus, erui posse non videtur. Repetatur autem hic quoque memoria analogiae quam similis de Despoenae origine fabula praebet. Illud tamen reiciendum est, quod Jessen putat Chrysaorem fabulae ab Hesiodo demum additum esse, qui in enumeranda Phorcyos Cetusque posteritate (Theog. 270 sq.) Medusam et Geryonem (287 sq.) coniungere voluerit[5]). Hoc si in animo habuisset, Chrysaoris loco ipsum Geryonem Medusae prolem facere potuit.

e. De patria fabulae.

Reliquum est, ut de regione in qua fabula orta sit, disseramus.

---

[1]) Cf. Ed. Meyer, Gesch. d. Altert. II § 179.

[2]) Cf. Tuempel, Fleckeisens Jahrbücher Suppl. XVI (1888) p. 160.

[3]) l. c. p. 153.

[4]) Preller-Rob., Griech. Myth. I p. 141, 2; P. Kretschmer, Einleitung p. 304/5.

[5]) Paul-Wiss. s. v. Chrysaor, III 2484.

1. Ac veterum testimoniis Gorgonum domicilium, ubi Medusa a Neptuno vitiata post Persei caedem Pegasum edidit, in regione fabulari collocatum est. Ut Hesiodus Gorgones habitasse dicit:

πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο,

ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι

(Theog. 274/75); ibidemque Medusam a Neptuno

ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι

(Theog. 279) esse compressam atque a Perseo capite privatam, quo facto Pegasus prosiluerit, cui hoc nomen inditum sit,

ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς

γένθ'

(Theog. 282/83). Iam vero Hesperides aurea mala custodire constat, quae in deorum horto nasci dicuntur. Μαλακὸς autem λειμὼν ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν ornatus sedis piorum proprius est, a qua hortus ille primo non differebat[1]). Num igitur Gorgones horribiles in illo piorum loco moratas esse censendum est? At vera Hesperidum natura in illo cernitur, quod et una cum Thanato similibusque numinibus proles Noctis sunt[2]) et quod auctore Acusilao illarum loco Harpyiae mala deorum custodiunt, quas omnino easdem atque Hesperides esse Epimenides testis est[3]). Etenim in illa occidentis regione orci quoque numina versantur. Atque illic inferorum sedem esse inde a prisca antiquitate credebatur[4]). Haec autem sine dubio occidentalis Gorgonum habitatio intellegenda est[5]).

Cui sententiae et illud favet, quod Gorgones non semel in orco collocantur: Hom. Od. XI 633 sq. Ulixes narrat:

ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει,

μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου

ἐξ Ἀΐδεω πέμψειεν ἀγαυὴ Περσεφόνεια,

atque in pictura parietaria sepulcri quod Tomba dell' Orco

---

[1]) Cf. Pseudo-Plat. Axioch. p. 371c ἔνθα παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι; Dieterich, Nekyia p. 21.

[2]) Hes. Theog. 211 sq.; cf. v. Wilamowitz, Heracl.² II p. 97; Rohde, Rhein. Mus. L (1895) p. 3, n. 1.

[3]) v. Wilamowitz, ibid.; Rohde ibid.

[4]) Cf. Dieterich, Nek. p. 23.

[5]) Rohde l. c. p. 4.

nominatur, Proserpina caput Gorgoneum gestat[1]); apud Aristophanem Ran. 475 sq. Γοργόνες Τιθράσιαι atroces orci figurae sunt; Argis caput Gorgoneum in foro sepultum erat; Perseus Medusam interfecturus Orci galea induebatur; Γοργύρα, a qua voce brevior forma Γοργώ ducta esse videtur, Acherontis mulier nominatur; conferas praeterea Verg. Aen. VI 289, „Apollod.“ bibl. II 5, 12[2]). Atque orcum habitationem Gorgonum putandum esse etiam illud indicio est, quod Hes. Theog. 275 ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς morari dicuntur. Quo loco νύξ vox sane nihil nisi quandam caeli regionem significat, sed Hesiodus ea non usus esset, si Gorgones in occidentali beatorum sede versantes finxisset, cuius quidem sempiternam serenitatem propriam fuisse et candorem perpetuum praedicari constat. At Hesperides, quarum ibidem domicilium est, Noctis filiae feruntur.

Nec vero μαλακὸς λειμών aut ἄνθη εἰαρινά quicquam prohibent, quominus Gorgones in orco morantes fingantur. Nam deorum hortus et piorum sedes et orcus haud raro confunduntur, ut postremo piorum domicilium ipsius orci pars facta sit[3]). Cur autem illo Hesiodi loco e rebus beatorum sedis propriis ipse μαλακὸς λειμὼν nominetur, singularis causa esse videtur. Medusam enim equinam a Neptuno equo vitiatam esse vidimus. Quod in prato quodam factum esse e fabulis similibus colligendum est. In prato enim Neptunus equus compressit equinam Cererem Furiam (Pausanias VIII 25, 4); pascentes Erichthonii equas Boreas equinus βοσκομένας saluit (Il. XX 223); Harpyiam Podargen βοσκομένην λειμῶνι παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο Zephyrus (Il. XVI 151). Harpyiae autem in extrema occidentis regione habitant Quoniam etiam Neptunum et Medusam in prato olim coisse pro certo habendum est, fabula in extrema occidentis parte collocata ipsum illud pratum cum arvo in piorum sede sito facile exaequari potuit. Quare si ipse campus sedis piorum ab Hesiodo affertur, memoria prati in quo Neptunus et Medusa corpora ferina miscuerunt, conservata esse videtur[4]).

[1]) Cf. Maxim. Mayer, Arch. Jahrb. VIII (1893) p. 200 n. 38.
[2]) Rohde, Psyche² II p. 408.
[3]) v. Wilamowitz, Heracl.² II p. 97; Dieterich, Nek. p. 23.
[4]) Cf. Milchhoefer, Anfaenge p. 61.

Sed cum sedes illa in extrema occidentis parte sita inferiore aetate modo hic collocaretur modo illic, et Gorgonum domicilium et locus quo Medusa a Perseo caesa Pegasum edidit, mutabatur. Ut Pegasus a Nonno Λίβυς ἵππος vocatur (Dionys. XXXVIII 402), quod Libya una ex regionibus est, ubi occidentalem numinum sedem esse veteres finxerunt[1]). Ceterum de locis in quibus Gorgones collocabantur, videas quae Roscher et Tuempel protulerunt[2]).

Iam vero optime cum illis quae de Gorgonibus in orco versatis diximus, convenire videtur coniectura quam Knatzius ex artis quibusdam monumentis fecit.

In sarcophago Cyprio supra descripto (cf. p. 20) inter Medusam caesam et Perseum discedentem canis uno capite praeditus sedet. Quem Anubim significare[3]) refutatum est[4]). Neque illi cani vim sepulcralem inesse concedendum est[5]), cum fabula ipsa in sarcophago expressa nullam ansam praebeat. Knatzius autem canem illum Cerberum esse censet[6]). Quem eundem etiam in anaglypho heroi Trysaei expressum esse putat Ubi Perseus manu sin. Medusae caput portans magnis gradibus ad sin. fugit. Ante eum quaedam res saxum vel collem significans exstat, ante quam canis uno capite instructus prominet[7]). Ac Knatzius de illis quos supra attulimus locis admonet, qui Gorgones in orco versatas esse documento sunt.

At etiamsi Cerberus nonnunquam uno capite indutus est et ceteris quibus insigniri solet, rebus caret, tamen maxime mirum esset in ipso utroque illo monumento altero cum altero nihil conexo raram Cerberi speciem exhibitam esse. Neque canem locum caedis Gorgoneae significare puto sed comitem esse, qui in fabula quadam nobis non tradita Perseo

---

[1]) v. Wilamowitz, Heracl.[2] II p. 99.

[2]) Gorgonen und Verwandtes, p. 27 sq; — Aethiopenlaender, Fleckeisens Jahrbuecher Suppl. XVI p. 160 sq.

[3]) Sic Ceccaldi. Monum. ant. de Chypre p. 71.

[4]) Perrot-Chipiez, Hist. de l'art III p. 616.

[5]) Sic Cesnola, Cyprus p. 113.

[6]) l. c. p. 51/52.

[7]) Benndorf, das Heroon von Gjoelbaschi-Trysa, Taf. 19, 9.

attributus fuerit[1]). Atque etiam aliis heroibus canis adiectus est: Meleagro, Ulixi, Dioscuris aliisque.

Illud vero in extremo occidente domicilium nonnullis viris doctis indicio esse visum est Gorgonum fabulam ad tempestatis naturam referendam esse. Nubes enim ab occidentis parte exsurgere solitas esse[2]). Neque tamen haec sententia probanda est. Atque in universum quidem Crusius iure contradixit[3]). singillatim autem opponenda sunt primum, quod etiam Harpyiae aliaque numina in occidentis regione extrema morantur, — an et iis omnibus natura tempestatis subiecta sit? — deinde quod antiquis satis temporibus Gorgones variis in regionibus atque etiam in terris occidenti contrariis, ut Hyperboreorum et Aethiopum, collocatae sunt.

2. Restat ut de singulari quodam Ovidii loco (Met. IV 794 sq.) verba faciamus. Gorgo „*clarissima forma multorumque spes invidiosa procorum*“ a Neptuno in quodam Minervae templo compressa esse dicitur, quam ob rem dea pulcherrimos eius crines in angues mutaverit. Quae fabella e quodam Ovidii commentario[4]) in narrationes fabularum quae Lactantii vocantur (IV, 20) fluxit; unde sumpsit Myth. Vat. I 131, quem ipsum Myth. Vat II 112 secutus est.

Quoniam mira Gorgonis pulchritudo inferioris aetatis fabula continetur, etiam illam crinis mutationem posteriori tempori tribuendam esse apparet. Quamquam iam Hesiodum Gorgones pulchras finxisse a nonnullis dictum est, quod de terribili specie nihil proferat. Hoc tamen uno e silentio conclusum est. Hesiodum ipsum de specie nulla verba facere nihil miri habet Pindari praeterea locus affertur, quo Medusa εὐπάραος vocatur (Pyth. XII 16). Attamen videas quae numina ab Hesiodo καλλιπάρῃα nominantur[5]): Graeae (Theog. 270), quae ἐκ γενετῆς πολιαί; Echidna (298), πέλωρον ἀμήχανον

[1]) Idem censent Perrot-Chipiez, Histoire de l'art III p. 616; Max. Mayer, Verhandlg. der Goerlitz. Philol.-Versammlg. (1889) p. 348.

[2]) Cf. Roscher, Gorgonen u. Verw. p. 17 sq.

[3]) Philol. L (1891) p. 94 n. 1.

[4]) Cf. R. Foerster, der Raub und die Rueckkehr der Persephone (1874) p. 290.

[5]) Pindarus neque voce εὐπάραος alibi neque καλλιπάρῃος omnino usus est.

(295), cuius pars inferior anguis terribilis erat (299); Ceto (238), multorum monstrorum proava (270 sq.). Atque iisdem etiam Gorgones insertae sunt. Quare illa Pindari voce perfectam Gorgonis pulchritudinem evinci negandum est. Pulchriorem autem Gorgoni speciem a Myrone primo datam esse Furtwaengler opinatur.[1])

Tanta autem ei formositas sensim attribuebatur, ut pristinae foeditatis memoria anguineae solum comae restarent.[2]) Non vero hanc Gorgonis speciem ab Alexandrinis metamorphoseon poetis neglectam sed crinis anguinei causam fictam esse per se intellegitur.[3])

Quare cum mira Medusae pulchritudo et crinis mutatio seriori aetati ascribenda sit, Ovidii verbis nihil fabulae vetustioris contineri posse videtur, nisi quod Neptunus Medusam atque formositate carentem in templo Minervae vitiaverit. At e prima quidem fabulae forma Neptunum et Gorgonem ferina corpora atque in prato miscere vidimus. Ubi Minervae nulla omnino ratio habetur. Praeterea quomodo in templum Minervae equi duo veniant, non intellegendum est. Itaque Ovidianae fabulae origo non antiquissimis, sed illis temporibus ascribenda esset, quibus Pegasi parentibus non iam beluarum forma, sed species humana tribui coepit. Attamen quomodo monstrum Medusaeum, cui Minerva semper adversariam se praebet, nullo impedimento in templum pervenit? Et quid ei ibi negotii est? Non enim Medusam in aede ipsius Minervae versari certo momenti nullius esset. Atqui Gorgonis poenam Alexandrinis poetis ascribendam esse vidimus. Ergo patet in priore fabulae forma Minervam, quippe quae nihil agat, nullius momenti futuram fuisse. Quae cum ita sint, stuprum Neptuni in templo Minervae collocatum non pro vera fabula habendum, sed poetis ascribendum esse apparet.

Sic autem fabella orta esse videtur: anguineae comae Medusae, virginis ceterum pulcherrimae, erant explicandae. Nec vero Perseum qui Gorgonis adversarius nominari solet,

---

[1]) Meisterwerke p. 326; 388.

[2]) Furtwaengler in Rosch. M. L. s. v. Gorgo I 1709 sq.; Brunn, Griech. Goetterideale (1893) p. 53 sq.; Loeschcke, die Enthauptung der Medusa (1894) p. 12 sq.

[3]) Rohde, Griech. Roman[2] p. 98.

crinem mutare potuisse in promptu est. Itaque una Minerva reliqua erat, quam quidem non minus Medusae adversariam esse scimus. Causa tamen afferenda erat, cur Minerva a Gorgone poenam repeteret. Ipsum autem stuprum a Neptuno commissum cum mutationem a Minerva factam nondum explicare posset, in templo illo collocabatur. Quam ad rem fabulae similes valuisse mihi videntur. Poetas enim Alexandrinos quae ipsi finxerint, ea ad vetustiorum fabularum exemplar formare solitos esse constat. Atque exempli causa illa fabula afferatur, qua Aethram Sphaeria in insula manes expiantem a Neptuno in templo Palladis vitiatam esse narratur.

Sane ea quae exposuimus, non cum opinione eorum congruunt, qui omnes fabulas in quibus templi mentio fit, ad cultum quendam deorum referendas esse putant. Ut O. Mueller[1]) fabellam ab Ovidio relatam ad Argivum quendam cultum pertinere censet. At cum ea quae supra attulimus, tum hoc opponendum est. Non Aethra ipsa, quippe quae insons sit, poenas dat, sed templi cultusque voto Minervae ira placatur. Medusa autem a Neptuno vitiata quamquam ipsa quoque culpa caret, poenas solvit, ne aedes impune violata sit. Hac autem expiatione facta cultus instituendi nulla iam causa erat. Atque haec quidem de locis quibus veteres fabulam collocaverunt.

3. Iam existit quaestio, cuinam regioni quae non sola cogitatione ficta sit, fabula attribuenda videatur.

Nec vero quin ad Graecos redeat, dubium est. Nomina enim Gorgonis, Medusae, Poseidonis Graeca esse consentaneum est. Atque etiam Pegasi nomen, ut infra docebimus, optime e Graeco duci potest. Atque e Graecia eum in Asiam esse translatum supra comprobavimus. Similes praeterea fabulae semel atque iterum allatae nihil praebent, quod a Graeca origine abhorreat. In quibus quae afferuntur nomina ad unum omnia Graeca sunt. Etiam hoc animadvertendum est. Licet a Milchhoefero qui equum in orientis fabulis nullius momenti esse dicit[2]), dissentiendum sit[3]), tamen fa-

[1]) Kleine Schriften II p. 171.

[2]) Anfaenge p. 56.

[3]) E. Knoll, Studien p. 21 sq.; Bérard, de l'origine des cultes Arcadiens p. 112 sq.

bula quae ipsi ei quae nobis proposita est, similis sit, illic non invenitur. Contra Indiae et Germaniae fabulas persimiles exstare vidimus (cf. p. 5). Unde conicere licet Graecos eiusmodi fabulas e pristinis domiciliis in Graeciam attulisse. Illic autem Pegasi fabula septentrionalibus Peloponnesi regionibus familiaris fuit. Quo potissimum loco et Persei et Gorgonis et alias de Pegaso fabulas collocandas esse constat. Argivis autem a colonis fabula postea in Asiam translata est. [1]) Atque illic Chrysaor adiectus est.

III. De Perseo Pegaso vecto.

Supra ectypon Melium attulimus, in quo Perseus manu sinistra falcem, dextra caput Gorgoneum tenens equo alis carente vehitur, sub quo Medusa capite privata procubuit, cuius e collo Chrysaor modo exit. Equum autem illum, quamquam pinnis caret, tamen Pegasum intellegendum esse ibidem comprobavimus (cf. p. 19 sq.). Perseus igitur celeriter alterum Medusae filium cepisse videtur, quo facilius effugere posset. Perseum autem equo vectum Wieseler etiam Parisiis in situla Muratii se vidisse dicit. [2]) Sed utrum recte necne, in medio relinquo. Nam etiam Stephanius, qui in gemma Florentina Perseum Pegaso vectum repraesentatum esse opinatus erat, postea id ipse revocavit. [3]) Dumontius quoque Perseum reperiri plus semel equitantem dicit neque tamen aliud opus nisi ectypon Melium affert [4]) aequeat que Knatzius, qui monumenta ad Persei fabulam pertinentia diligenter congessit. Headius autem [5]) Pegasum Perseo in Daldensi Gordiani III nummo attributum esse coniecit. [6]) Ubi tres Gorgones sub arbore dormiunt, a parte dextra Perseus appropinquat, a sinistra equus stat. Is tamen si Persei esset, iuxta hunc stare debebat. Maxime autem ea de causa coniectura illa improbanda est, quod caedes Medusae nondum facta, sed perpetranda est.

[1]) O. Mueller, Proleg. p. 313; Dorer I² p. 113/14; Tuempel, Fleckeis. Jahrbuech. Suppl. XVI p. 160.

[2]) Arch. Ztg. XVII (1859) p. 120*.

[3]) Compte-Rendu p. 1864 p. 34 n. 1; p. 1881 p. 26.

[4]) Monuments grecs (1878) p. 21 n. 2.

[5]) H. N. p. 549.

[6]) Ed. Mionnet, Suppl. VII tab. XI 1.

Itaque non magis quam Apollinis sacellum ibidem fictum equus cum Perseo atque Gorgonibus cohaeret. Anaglyphum igitur Melium unum certum artis opus est, in quo Perseus equo vectus occurrit.

Atque etiam litterarum unum exstat testimonium quo Perseus Pegaso vehi proditur, Ovidii versus (Amor. III 12, 24):

victor Abantiades alite fertur equo.

Quem locum ut familiari fabulae concinnum redderent, interpretes vetustiores alterum Abantem statuerunt, qui Bellerophontis pater fuerit. Quam opinionem non probandam esse in promptu est. *Victor* enim *Abantiades* alium ac Perseum significare nequit. Quo nomine Ovidius Perseum etiam Met. V 236 appellat. Atque alibi simpliciter *Abantiadem* eum vocat: Met. IV 607, 673; V 138; Ib. 461. Alii autem interpretes vetustiores eam viam inierunt, ut *fertur* idem atque „tractatur" vel „celebratur" valere opinarentur. Ac verbis *alite fertur equo* Pegasi originem a Perseo confectam significari dicunt. Verum etiam hanc interpretationem derelinquendam esse in aperto est. Neque omnino Persei gloria in ortu Pegasi, facto fortuito, non consilio, posita est.

Quoniam uno Ovidii loco Perseus Pegaso usus esse fertur, eo magis mirum est ipsum hunc nunquam fere testimonii causa allatum esse. Contra alii loci congesti sunt, quibus re vera Persei in Pegaso equitantis mentio non continetur.

Ut Scuti Herculis v. 216 affertur, ubi Perseus ἱππότα appellatur.[1]) Sed Pegasum, qui toto illo carmine non nominatur, poeta certo non significat. Neque enim Perseum Pegaso, sed pennis talaribus aufugientem fecit: ἀμφὶ δὲ ποσσὶν ἔχε πτερόεντα πέδιλα (220); ὁ δ'ὥστε νόημ' ἐποτᾶτο (222). Praeterea ἱππότα equitem communi caballo usum, non Pegaso vectum significaret. Vox sine dubio translata est ex epico carmine Homeri, apud quem non equitis notio ei subiecta est, sed eius qui de curru pugnat.

Persei autem Pegaso vecti etiam in iis mentionem fieri

---

[1]) Duc de Luynes, Ann. dell' Inst. VI (1835) p. 231; Gaedechens in Ersch. et Grub. Lex. s. v. Gorgo p. 413, n. 36; M. Mayer, Verhandlg. der Goerlitzer Philolog.-Versammlg. p. 338.

opinantur quae Suidas s. v. Μέδουσα profert.[1]) Haec tamen primo a Malala traduntur (lib. II p. 36, 21 sq. ed. Bonn.) Qui quidem narrat Perseum Gorgonis capite in Libya absciso atque Andromeda in Aethiopia liberata in Ciliciam venisse: ἐρχόμενος ἐπὶ τὴν Ισαυρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ ἀντιστάσεις αὐτοῦ πολεμίων ὑπομένοντος ἐχρηματίσθη ταῦτα, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἵππου ἀποβὰς τὸν σὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς εἰς τὴν χθόνα πήξας νίκην λάβοις. καὶ κατελθὼν ἐκ τοῦ ἰδίου ἵππου ..... E quo loco quae in Chronicum Paschale (tom. I p. 71,16 sq.), a Cedreno (tom. I p. 40, 18 sq.), Suida aliisque transsumpta sunt, exscribere supersedeo. Neque enim quicquam novi proferunt, quod ullius momenti sit. Quem vero in auctorem ea redeant, quae a Malala accepimus, parum constat. Perseum autem Tarsi conditorem ductum esse multo ante traditur (Antip. Thessal. A. P. IX 557). Commenta praeterea quibus Tarsi nomen cum ταρσῷ coniungitur, iam auctores aetatis Alexandrinae narraverunt. Ubi tamen nomen Tarsi a Bellerophontis vel Pegasi, non a Persei calce ductum esse dicitur.[2]) Quin autem Tarsi nomen cum Bellerophontis fabula prius conexum sit, non dubium est. Nam si prius Perseus, qui urbis conditor fertur, nominis auctor dictus esset, fabula Tarsi a Bellerophontis calce nominatae postea sine dubio non orta esset. Neque enim Bellerophontes unquam urbis illius conditor putabatur. Ac ne iis quidem locis quibus nomen Tarsi ad eiusdem vel Pegasi calcem revocatur, eum urbem constituisse dicitur. A Perseo autem nomen postea repeti potuit, quippe qui conditor urbis ferretur. Conditorem enim potissimum cum urbis nomine conexum putari in promptu est. Ut autem Bellerophontes prius cum Tarso coniungeretur, illa causa fuit, quod iam apud Homerum (Il. VI 200 sq.) campus Tarsensis qui Ἀλήιον πεδίον dicitur[3]), cum Bellerophontis fabula cohaeret. Bellerophontem autem hunc in campum delapsum claudum esse factum Euripides narraverat. Quod manifesto in Perseum translatum est, si apud Cedrenum scriptum est Perseo urbem condendam fuisse, ἔνθα ἐκ τοῦ ἵππου ἀποβὰς τὸν ταρσὸν ὀδυνηθῆς

---

[1]) Duc de Luynes, Gaedechens, M. Mayer ll. cc.

[2]) His de fabellis infra accuratius dicendum est.

[3]) Hic campus primum apud Herodotum (VI 95) diserte in Cilicia collocatur.

τοῦ ποδός. Atque omnino commentum quo Tarsus cum Persei calce coniungitur, persimilis Bellerophontis fabellae imitatio est. Quod cum ita sit, putaverit quispiam Pegasum in Perseum translatum esse atque cum iis consentiat, qui ἴδιον ἵππον eum intellegunt. Nec vero horum opinio probanda est. Pegasi enim neque in iis quae de Tarso, neque quae de Gorgonis caede paulo ante proferuntur, ulla mentio fit. Nec vero ex ipsa ἵππου voce Pegasum intellegere iure possumus. Immo haec vox adversatur, cum Pegasus non communis equus sit, atque eo magis, quod in hac fabella ad Bellerophontis exemplum ficta Pegasus ipse exspectari potest. Causa vero, cur Perseus e commento illo equo vectus esse dicatur, manifesta est. Perseo enim ibi urbs constituenda est, ubi primum calce terram tetigerit. Ergo non pedibus advenire debet. Hoc enim si fieret, ante locum oraculo definitum multos iam alios calcibus tetigisset.

Iam alius locus quo quis Perseum Pegaso vectum significari putaverit, quoddam Iuvenalis scholion est. Quo a poeta Egnatius dicitur (III 117/18):

ripa nutritus in illa,
ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.

Quos versus fabulam illam spectare, qua Tarsi nomen ad Bellerophontem relatum est, nunc inter omnes constat. Scholiasta autem parum dilucide ad hunc locum dicit: *apud Tarson propter Perseum et Pegasum, quod de sanguine Medusae natus sit Pegasus.* Quibus verbis Perseum Tarsi cum Pegaso conexum significari fortasse quispiam dixerit. Hoc tamen si ita esset, non alia potius fabella proferretur, quae ut Tarsi nomen explicat, ita ad illos versus minime quadrat. Hoc enim ad explicandum Iuvenalis locum dicitur: *cuius* (scil. Tarsi) *urbis est conditor Perseus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pennis ei excidit.*[1]) Hoc autem modo verba illa intellegenda mihi videntur. Ut Iuvenalis verba ipsius ad Persei fabulam referrentur, vox *Gorgonei* sine dubio causa fuit. Neque tamen fabula exstabat, quae cum Iuvenalis verbis conveniret. Quare ad verba quae

---

[1]) Ταρσὸς etiam pinnam significat.

parum perspicua videbantur, pariter verba minime dilucida afferebantur.

Atque etiam nummi Tarsenses obstant, ne quis Perseum Pegaso vectum fuisse putet. Nam ne in uno quidem Perseus equitat, sed in omnibus est pinnis talaribus ornatus [1]) Neque multis Ponti nummis, quorum altera in parte Perseus, regum Ponticorum proavus, altera Pegasus conspicitur, [2]) ullum Persei Pegaso vecti documentum contineri apparet.

Quae cum ita sint, anaglyphum Melium et Ovidii locus restant. Quae ne vetustissimae fabulae indicia iudicentur, omnia illa argumenta repugnant, quibus Perseum primo cum Pegasi origine omnino non conexum fuisse planum fecimus (cf. p. 23 sq.).

Qui autem Perseus cum Pegaso coniunctus est?

Fabulam non in confusione Persei et Bellerophontis positam esse certum est. Sane quidem apud Myth. Vat. I 71 legimus: *Bellerophontes, qui et Perseus,* et ibidem 157, *Perseo mandatum esse, ut Chimaeram et Gorgonem et Medusam* (sic!) *interficeret.* Sed tamen Perseum ectypi Melii a Bellerophonte alterius anaglyphi non seiungendi differre perspicuum est. [3]) Atque ne Ovidium quidem confusione peccasse documento est, quod etiam alibi Perseum *victorem Abantiadem* vel *Abantiadem* appellat (cf. p. 36). Ovidii tamen e loco Mythographi Vaticani confusio derivanda videtur. Ovidius enim Perseum Pegaso vectum esse dicit, e vulgari fabula Bellerophontes eo usus est. Quae causa fuisse videtur, ut iidem putarentur atque Perseus etiam contra Chimaeram mitteretur.

Sed fabula qua Perseus Pegaso usus esse dicitur, etsi non ex illa confusione, tamen e Bellerophontis fabula nata esse videtur. Quoniam enim Perseus Gorgonis caede utique cum Pegaso coniunctus erat atque postea per aera aufugiebat, non multum aberat, ut alatus Gorgonis filius ipse ei ad

[1]) Imhoof-Blumer, coin types of some Kilikian cities, Journal of hell. studies XVIII (1898) p. 171 sq.

[2] Head, H. N. p. 424 sq.

[3]) Fischer, Bellerophon (1851) p. 68 sq nescio quo modo opinatur etiam eum qui altero in anaglypho contra Chimaeram pugnat, Perseum esse. Quod Engelmannus, Ann. dell' Inst. XLVI (1874) p. 18 et Stephanius, Compte-Rendu (1881) p. 36 iure repulerunt.

fugam tribueretur[1]). Quae quidem translatio ab artifice facta esse mihi videtur. Ipso enim in artis monumento facillime fieri poterat, si Perseus et Bellerophontes, utrique cum Pegaso conexi, ita exprimebantur, ut alter alteri responderet. Ut enim inter se congruerent, necesse erat etiam Perseum altiore loco positum esse. Qua de causa artifex et ipsum Pegaso vehentem fecerit. Ita Perseum Melii illius anaglyphi explicandum esse iam Lewezowius optime intellexisse mihi videtur (cf. p. 20). Atque Loeschckius quidem opinatus est ambo illa ectypa Melia ad idem exemplar redire atque anaglypha a Thrasymede in solio Aesculapii Epidaurii facta (cf. p. 20). Quod si ita est, Perseus Pegaso vectus Melia ectypa aetate antecessit. Quae res etiam per se probabilis est. Neque enim vereor, ne quis inventum illud artifici anaglyphorum Meliorum ipsi ascribat.

Ovidii locum cum ectypo Melio non directe cohaerere facile intellegeretur, etiamsi Pegasus in illo artis opere alis non careret. Et si Amorum testimonium per se consideres, Ovidius ipse Perseum Pegaso vectum fecisse videri possit. Fabulam enim Persei praeter plures alias brevissime perstringit, ut licentiam poetarum exemplis illustret. Qua in re eum nova atque inaudita non proferre in aperto est. Immo certis quibusdam fabulis exemplis uti solet[2]). Et quia Persea Pegaso vectum facit, quamquam et Bellerophontes Pegaso et Perseus laciniis plumatis usi erant notissimi, confusio illa Ovidio ipsi tribui possit. Attamen altera ex parte animadvertendum est fabulam talarium Persei pinnarum Ovidium minime ignorare. Ipsa enim e fabulis est, quibus illustrandi causa uti solet. Ut Amor. III 6, 13/14 et Trist. III 8, 5/6 lacinias Persei plumatas affert. Praeterea in versu antecedenti (Amor. III 12, 23) generalem de alis pedum mentionem fecit: *nos pedibus pinnas dedimus*. Quales etiam Perseo tribui solitas esse constabat. Quas res contaminationem illam impedituras fuisse in aperto est. Quare si Ovidius

---

[1]) Aristides Perseum et Bellerophontem ut eos componit, quibus solis Iuppiter in aeris regionem intrare permiserit, εἰς Ποσειδῶνα 13 K.

[2]) Lueneburg, De Ovidio sui imitatore (1888) p. 50 sq.; cf. Ehwald Burs Jahresb. (1894) II p. 13 sq.

nihilominus Perseum Pegaso vectum facit, non ipse hoc finxit, sed aliunde sumpsit.

Atque hic in recentioris aetatis quaedam litterarum et artis monumenta excurrere liceat, in quibus Perseus pariter Pegaso vehitur. Quorum ad originem eruendam unum Ovidii testimonium pertinere in aperto est. Quem strictim fabulam attingere, cum omnino Perseum Pegasi equitem nominet, iam antea diximus. Neque enim quanam in occasione Pegaso et potitus et usus sit, cognoscimus. Vagis autem ex Ovidii verbis explicari mihi videtur Pegasum Perseo ad omnia facinora tributum esse.

Quin etiam ipsam ante Medusae caedem eum possedisse fertur. Quod primus Boccatius proferre videtur, cum de Perseo ad Gorgones profecturo dicat: *habuitque Pegasum alatum* (de genealogia deorum XI 25) et: *sic et Perseum* (scil. Pegasum tulisse), *dum ad Gorgonas ivit* (ibid. X 27). Quamquam his cum locis non ita bene convenit, quod paulo ante Pegasum de sanguine Gorgonis a Perseo caesae natum esse dixit. Ad Boccatium autem recentissimi auctores redire videntur: Georges, qui dicit Perseum Pegaso usum per aera in Gorgonum regnum pervenisse et praepetem nominatum esse, quod plumis talaribus instructus simulque Pegaso alato vectus fuerit[1]), et H. Wolf, qui Perseum Pegaso insidentem ad Gorgones profectum esse dicit.[2])

Atque idem in fabula illa factum esse videtur, quam colona agrestis loci Etrusci qui Pratovecchio nominatur, edidisse dicitur.[3]) Quam breviter narrare haud inutile esse videtur.

Ac rex liberis carens precibus factis filiam impetrat, quod si filium genuisset, ipsius exitio futurum erat. Quod cum ita esset, pater filiam nutrici tradidit, ut in turri quadam custodiret. Hac tamen pretio corrupta filius regis cuiusdam secreto filiae illi se iunxit. Atque filium ea peperit, qui XV anno peracto avum visitavit. A quo missus est, ut caput

[1]) Ausfuehrl. lat.-deutsch. Handwoerterb. s. v. *Perseus* et s. v. *praepes*.

[2]) Progr. d. Gymn. zu Duesseldorf (1896) p. 36.

[3]) Pitrè, Novelle populari Toscane (1885), quem sequitur Hartland, The Legends of Perseus (1894) I p. 11 sq.

strigae terribilis abscideret, quae aspicientem quemque in saxum transfigurabat. In itinere autem seni obviam factus iuvenis equum alatum nanciscitur et monetur, ut ad domum quandam se conferat, ubi duae feminae oculo communi usae habitabant. Ab iis enim speculum accepturus erat, quo reflexum strigae caput impune adspicere posset. Iam equo alite ad feminas illas vectus est. Quarum oculum surreptum ea condicione reddidit, ut speculum sibi obtingeret. Quo accepto ad ipsam strigam profectus est. Cuius capite potitus domum rediit. Atque in itinere virginem a dracone septem capitibus instructo liberavit, cum capite strigae obtento in saxum converteret. Linguas autem draconis exsectas[1]) secum auferens iter pergit, ut terrarum orbem cognoscat. Sutor autem veteramentarius occasione usus virgini liberatae mortem denuntiat; nisi ipsum draconis victorem perhibeat ac sibi nubere velit. Quibus de rebus certior factus iuvenis ille redit et septem draconis linguis verus liberator cognitus virginem in matrimonium ducit. Domum autem postea reversus avum capite strigae obtento in saxum vertit.

Iam vero Hartlandus de tenacitate fabularum vulgarium admonens narrationem illam per plus duo milia annorum conservatam ad priscam antiquitatem redire opinatur. At ipsum illud, quod haec narratio non e Graecia, sed ex Etruria prodita cum vetere Persei fabula mirum quantum concinit, eius sententiae repugnat. Qualis consensus in neograeca fabula inventus facilius intellegeretur. Verum tamen ipsa in illa fabula neograeca quam Hartlandus comparat,[2]) neque de capite strigae afferendo nec de equo alato ulla mentio fit. Maxime autem ei illud contrarium est, quod in fabula illa iuvenis equum alitem, quo sine dubio Pegasi ratio habetur, iam ante strigae caedem possidet. Nam hoc ipsum ab antiquitatis fabula prorsus abhorret. Quare non dubium est, quin ut aliae ita illa narratio orta sit e veterum fabula aetate recenti renata. Quod ipsum ad Boccatium vel similem auctorem revocandum esse videtur.

---

[1]) Hoc cum dracone antea in saxum converso minime convenire vides.

[2]) J. G. v. Hahn, Griech. und Alban. Maerch. (1864) II p. 114, p. 310.

Caede autem facta Perseus Pegaso insidens effugisse dicitur. Ut Schmieder dicit: *Behend fasst er das Haupt, schwingt sich aufs Ross und wendet es zum Rueckzug etc.*[1]) Atque in imagine ad Ovid. Met. IV 655 sq. facta Perseus a Gorgonibus rediens Pegaso vehitur.[2]) ,Quod sane cum Ovidii verbis minime concinit.

Quodsi Pegasus perpetuus Persei socius putatur, sane etiam in draconis caede exspectatur, cuius in potestate Andromeda fuisse fertur. Quod quidem in crebris antiquitatis testimoniis quae ad Andromedae fabulam pertinent, nusquam occurrit.

Verum in monumentis recentibus plus semel invenitur. Ut in una e celeberrimis picturis parietariis palatii Farnesiani Perseus Pegaso vectus ad Andromedam liberandam appropinquat. Quod opus non ab Hannibale Carraccio sed a Domenichino maximam certe partem factum esse iudicatur. Etiam in tabula musei Casseliani ab Alexandro Turchio picta Perseus Pegaso vectus ad Andromedam per aera advenit[3]). Atque in libello magistro cuidam memoriae causa dedicato musei Vratislaviensis, quod Kunstgewerbemuseum nominatur, pictura linearis exstat anno p. Chr. n. 1654 facta, quae Perseum iamiam e Pegaso cum dracone pugnantem repraesentat. Denique anaglyphum ab O. Lessingio fictum afferatur, quo Berolini puteus Viae Latae ornatus est. In quo Pegasus alis distentis iuxta Andromedam in saxo sedentem stat; in antica autem parte Perseus pedibus cum dracone pugnat. Quod sine dubio spatii angustiis adductum est.[4])

Sed etiam apud scriptores recentiores Perseus Pegasi ope Andromedam liberans occurrit. Ut Schoemannus in interpretatione loci cuiusdam Iuvenalis Perseum Pegaso vectum ad Andromedam liberandam Ioppen pervenisse dicit.[5]) Quamquam ne uno quidem e locis ab eo enumeratis reperitur. Schoemannum autem vel Ludov. Friedlaender secutus est.

---

[1]) Mythologie der Griech. und Roem.[2] (1825) p. 260 sq.

[2]) Die Verwandlungen des Ovidii in 226 Kupffern, in Verlegung Johann Ulrich Krauss, Kupfferstechern in Augspurg († 1719) n. 60.

[3]) Cf. O. Eisenmann, Catal. nr. 505, p. 319.

[4]) Ed. in „Ueber Land und Meer“ XL (1898) p. 798.

[5]) Opusc. III p. 272.

Iam vero quod ad „sensum“, ut ita dicamus, fabularum attinet, quae ad Pegasi ortum pertinent, primum proferatur, quod ex iis quae eruimus, negandum esse videtur.

Atque et Chrysaorem et Perseum postea additos esse comprobavimus. Quare opiniones eorum qui in explicando vel a Perseo orsi sunt vel a Chrysaore, cuius nomen dilucidum ac perspicuum esse videbatur, explodendae sunt.

Pristinam autem fabulae formam eam cognovimus, ut Neptunus et Medusa equorum specie induti Pegasum gignerent. Cui fabulae alias complures persimiles esse vidimus. Quibus in omnibus nihil nisi liberorum singulorum ortus profertur. Nihil igitur nisi de fabulis genealogicis atque vetustissimis agi apparet. Nec mirum est etiam ferinum Pegasum genealogiae conexui inseri. Iam enim vidimus fabulam ad illa tempora redire, quibus ipsi dei summi beluarum specie induti credebantur, cum bestia homini par vel etiam superior putaretur. Quare facile intellegitur figuram ferinam simili conexui atque homines adiungi. Quoniam autem genealogia prima de Pegaso fabula contineri non potest, apparet pristinam eius naturam alibi quaerendam esse.

Postquam de fabulis dixi quae ad originem Pegasi pertinent, nunc Pegasi et Bellerophontis arta coniunctio tractetur.

B.

De fabulis quae ad Pegasum cum Bellerophonte conexum pertinent.

I. De Pegaso a Bellerophonte domito.

Hae fabulae cum iis quas adhuc consideravimus, nullo vinculo cohaerent. Ac primum quidem de fabula disserendum est qua narratur, quomodo Bellerophontes Pegaso potitus sit. Quod cum Corinthi factum esse communi consensu tradatur, incertum esse non potest, ubi fabula primigenia ac familiaris fuerit. Primus autem atque copiosius Pindarus eam profert Ol. XIII 63 sq., quo carmine laudes Xeno-

phontis Corinthii persecutus est. Atque Bellerophontem in urbe Corintho ἀμφὶ κρουνοῖς Pegasum subigere (ζεῦξαι) molitum esse narrat.[1]) Nomen fontis Pindarus non affert. Sed cum versu paulo antecedenti (61) Pirenen nominet, colligere licet ipsa de hac eum cogitasse.[2]) Atque etiam Euripides cum Pegasum Πειρηναῖον πῶλον nominet (Electr. 475), dominituram ad Pirenen factam animo finxisse videtur. Dilucide autem Pirenen fontem illum fuisse dicunt et scholiasta ad eum quem supra laudavimus Pindari locum: παρὰ τοῖς κρουνοῖς καὶ ῥεύμασι τῆς Πειρήνης et Strabo: ἐνταῦθα (scil. ad Pirenen) δέ φασι πίνοντα τὸν Πήγασον ἁλῶναι ὑπὸ Βελλεροφόντου (VIII 379). Frustra tamen Bellerophontes laborem suscipit, donec Minerva frenum ei aureum affert (χρυσάμπυκα χαλινὸν v. 65; δαμασίφρονα χρυσόν v. 78). Simulque Neptuno et frenum monstrare et bovem immolare a Minerva iubetur. Quod ubi fecit ac Minervae ipsi aram consecravit, Pegasum frenare conatur. Iam inceptum facillime succedit. Atque protinus in equum alitem insilit.

Nec vero haec Pindarica ad Iliadis sextum revocanda esse, in quo de Bellerophonte copiosa est narratio (Il. VI 155 sq.), in promptu est Neque enim Pegasi apud Homerum ulla mentio est. Factum tamen esse potest, ut Pindarus sua de Eumeli Corinthiacis sumpserit. Quamquam certa ansa huic coniecturae deest.[3])

Quod autem illo Strabonis loco Pegasum πίνοντα ἁλῶναι a Bellerophonte legimus, id cum Pindaro, qui Pegasum ad fontes versatum fuisse dicit, optime congruit. Atque etiam in Corinthiis V saeculi nummis Pegasus frenis modo prae-

---

[1]) ζεῦξαι hoc loco non idem valere atque *frenare*, sed idem quod *subigere* significat, in aperto est. Etenim versus sequentes Bellerophontem freno omnino carere docent. Ac vox illa ne *ad currum* quidem *iungere* significare potest. Quod fieri nequit, nisi equus frenatus sit. Praeterea Bellerophontem curru unquam usum esse nusquam traditur atque etiam in illa Pindarica descriptione ad extremum ipso Pegaso vehitur; cf v. 86.

[2]) Ut κρῆναι, fontes, flumina de uno fonte dicuntur, ita ne κρουνοί quidem pluraliter dicti quicquam offensionis habent; cf. Unger, Thebana paradoxa (1839) I p. 198.

[3]) Cf. E. Luebbert, de Pindari stud. Hesiod. et Homeric. (1882) p. 17.

ditus, modo carens e fonte bibit[1]). Qui quidem iure ad illam fabulam revocari possunt[2]).

Quod vero Strabo Bellerophonti auxilium Minervae contigisse non affert, inde colligi non potest hunc eam fabulae formam novisse, secundum quam Bellerophontes dea non iuvante Pegasum in dicionem suam redegerit. Summatim enim in descriptione Corinthi fabulas exponit. Neque quicquam narrat quod non cum Pindaro conveniat. Quocum etiam hi Aristidis loci optime congruunt: Βελλεροφόντῃ δὲ αὖ πρὸς τὸν κέλητα γενέσθαι χαλινὸν παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς (Ἀθηνᾶ 14 K.), et paulo post dicitur: φασὶ γὰρ Βελλεροφόντην μὲν ἐπὶ πτηνοῦ τοῦ Πηγάσου φέρεσθαι, ἐχόμενον τοῦ δώρου τῆς Ἀθηνᾶς (ibid. 24 K.). Aristides autem, qui etiam alibi Pindarum respicit, illa de ipsa XIII Ol. sumpsisse mihi videtur. Denique haud quaquam a Pindaro discrepant, quae in Et. Magn. s. v. Ἑλλωτίς ad explicandum Minervae Hellotidis cultum Corinthium proferuntur: εἴρηται δὲ Ἑλλωτὶς ἡ θεός, ὅτι Βελλεροφόντης τὸν Πήγασον ἵππον ἑλὼν καθ' ὑποθήκην καὶ συμμαχίαν τῆς Ἀθηνᾶς ἐχαλίνωσε καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὸν ἵππον Ἑλλωτίαν προσηγόρευσεν αὐτὴν καὶ ἱερὸν ἱδρύσατο· καὶ τὰ Ἑλλώτια ἑορτή. Quoniam in fine annotatum est: Πίνδαρος ἐπινικίῳ Ξενοφῶντος, apparet illa Etymologici verba e scholio quodam ad Ol. XIII petita esse. Versu enim 40 huius carminis Pindarus Xenophontem septies Hellotia vicisse praedicat. In iis tamen scholiis quae nobis servata sunt, non illa sed alia fabulae forma invenitur. De qua iam agemus.

Formam a Pindarica satis diversam Pausanias nobis tradidit. Qui causam, cur Minerva Χαλινῖτις a Corinthiis culta sit, hanc fuisse dicit: Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασί, καὶ ὡς τὸν Πήγασόν οἱ παραδοίη χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτὴ τῷ ἵππῳ χαλινόν (II 4, 1). Ex hoc loco Bellerophontem nihil ad Pegasum domandum fecisse, sed ipsam Minervam equum frenasse ac Bellerophonti tradidisse videmus. Atque eadem fabulae forma a scholiasta

[1]) Catal. of greek coins of Brit. Mus., Corinth, pl. V, 1; VII, 7; p. 147; nummi Corinthii Pegaso signati πῶλοι nominabantur: Poll. Onom. IX 76.

[2]) Cf. persimilem fabulam neograecam e Çagori vico Epirico editam (v. Hahn, Griech. und Alban. Maerch. (1864) II p. 289).

ad Pind. Ol. XIII 40 (56) allata est. Aeque autem atque locus Etymologici ad Ἑλλώτια declaranda usui est. Haec secundum quosdam instituta esse, ἐπειδὴ τὸν ἵππον τοῦ Βελλεροφόντου ὑπέταξεν ἡ θεὸς τὸν Πήγασον καὶ περιέθηκεν αὐτῷ τὰ χαλινὰ καὶ οὕτως εἷλεν αὐτόν. Atque Hellotidem Minervam nominatam esse Κορίνθιοι μὲν λέγουσιν ἑλοῦσαν καὶ χαλινώσασαν παρ' αὐτοῖς τὸν Πήγασον. Ceterum Pegasi domituram ab hominibus doctis temporum inferiorum ad Ἑλλώτια et Ἑλλωτίδα relatam esse facile intellegitur. Causa autem sine dubio haec fuit, quod Pindarus Ἑλλώτια in eodem carmine nominat quo narrat, quem ad modum Bellerophontes adiuvante Minerva Pegasum ceperit (ἕλε v. 84). Unde patet ad illam explicationem primum Pindari memoriam usui fuisse, postea alteram, quae quidem, cum a Minerva ipsa Pegasum domitum esse dicat, cognomen Hellotidis simplicius declarare videbatur.

Iam vero ex artis monumentis quae ad Pegasi domituram referenda sunt[1]), unum etiam Minervam repraesentat. Pictura parietaria est Pompeis reperta[2]). Neque tamen hoc in opere domitus ipse, sed quod item alibi nusquam occurrit, momentum prius expressum est. Atque anteriore in parte Pegasus ad rivum pascitur, in posteriore Minerva et Bellerophontes appropinquant. Dea igitur an Bellerophontes Pegasum domiturus sit, incertum est. Quod cum ita sit, diiudicari nequit, utrum illa pictura ad Pindaricam memoriam an ad Pausaniae magis accedat. Quamquam apud Pindarum Minerva in ipsa domitura non adest.

Cetera vero artis opera quae ad domitus fabulam pertinent, unum Bellerophontem ostendunt.

Quorum quidem in compluribus ipsa domitura ficta est. Ac primo loco ponendum est veterrimum omnino mo-

---

[1]) Congesserunt ea atque tractaverunt: Fischer, Bellerophon (1851) p. 57/58; Engelmann, Ann. dell' Inst. XLVI (1874) p. 9/10 (= E); Stephani, Compte-Rendu (1881) p. 30—33 (= St.); v. Prittwitz-Gaffron, Bellerophon in der antik. Kunst (1888) p. 10—14 (= v. Pr.), quo quidem in opusculo parum diligenter facto Stephanii nusquam mentio fit.

[2]) Ed. Giornale degli scavi di Pomp. n. s. I pl. 7, 1 = E. 12 = St. 29 = v. Pr. I, 8; Helbig, Untersuchungen d. camp. Wandm. p. 98; Sogliano, le pitture murali camp. scoperte negli anni 1867-79 nr. 520.

numentum quo illa fabula exprimitur. Quod musei Berolin. est amphora nigris figuris artis posterioris ornata[1]). Ubi iuvenis brevi tunica indutus, manu dextra hastam tenens bracchium sinistrum protendit ad equum alatum qui tranquillus incedit. Quas figuras ad fabulam quandam revocandas esse documento est, quod altera in parte vasis Hercules cum tauro cernitur. Ubi cum Hercules taurum modo subigat, etiam altera in parte ipse Pegasus exspectatur. Cui rei maxime favet, quod Bellerophontes freno caret. Iniuria igitur Engelmannus et de Prittwitz Bellerophontem et Pegasum post domitum conciliatos agnoscunt. Ac multo minus Fischero assentiendum est, qui nescio quomodo picturam illam ad Bellerophontis lapsum referri opinatur. Recta Stephanii interpretatio est. Nec vero alius ac Bellerophontes, quem Furtwaengler sine causa dubitanter solum ponit, fictus esse potest.

Ceteris autem in monumentis, in quibus domitura reperitur, Bellerophontes Pegasum effugere conantem retinet. Ac modo iubam manu dextra comprehendit[2]), modo etiam manu sinistra Pegasi crus sinistrum capessit, dum manu dextra idem atque in operibus supra citatis perpetrat[3]), modo manibus ambabus equi prostrati alas prehendit genu sinistrum inguinibus imponens[4]). Pariter ceterum aliae eiusdem generis fabulae repraesentatae sunt, ut Gorgo a Perseo subacta, Minotaurus a Theseo domitus, cerva ab Hercule prostrata, Eurytion a Pirithoo superatus, Dacia a deo Tiberino victa[5]).

[1]) Furtw., Catal. 2137; ed. Dubois—Maisonneuve, introduct. à l'étude des vases tab. 31 = Fisch. p. 83/84 = E. nr. 29 = St. nr. 1 = v. Pr. II 8. Quod autem Fisch. E. v. Pr. amphoram in mus. Luporensi esse dicunt, in errore versantur.

[2]) Anaglyphum sarcophagi in insula Anaphe reperti ed. Ross, Abhandl. d. bayr. Akad. (1838) t. 3, C; Arch. Aufs. II t. 18; Fisch. p. 58 = E. 5 = St. 41 = v. Pr. I 1; idem in anaglypho inedito sarcophagi Patrensis occurrit: E. 6 = St. 42 = v. Pr. I 2.

[3]) Sigillum aeneum quod nunc Florentiae est, ed. Ann. dell' Inst. (1856) t. 23. = E. 8 = St. 83 = v. Pr. I 4.

[4]) Fragm. prostypi inediti quod est in vinea quae dicitur Carpegna: Matz-Duhn, Ant. Bildw. in Rom III, 3559 = E. 7 = St. 39 = v. Pr. I 3; cui operi similis gemma exstat: Fisch. p. 57 = E. 10 = St. 57 = v. Pr. I 5.

[5]) Robert, 22. Hall.-Winckelm.-Prg. t. 1; Roscher M. L. II p. 2133.

His autem quae percensuimus operibus domitus Pegasi, non freni iniectio repraesentatus est. Etenim in omnibus Bellerophontes freno caret. Quae cum ita sint, putaverit quispiam artifices Pindarum secutos esse, qui quidem Ol. XIII 63/64 dicit Bellerophontem freno Minervae carentem suis viribus Pegasum subigere frustra molitum esse. Atque utrum Pindarus, ut ipse artifices suae aetatis plus semel respicit[1]), ita ad opera posteriora valuerit necne, incertum est. Quam vim ad artem fingendi habuerit, omnino nondum tractatum est. Sed tamen operibus ad Pegasi domituram pertinentibus Pindari verba illustrari negandum est. Neque enim ullum monumentum indicio est Bellerophontis inceptum irritum esse. Immo Pegasus frustra effugere conatur. Atque in duobus sarcophagis quos supra enumeravimus, Chimaera anticipata est. Quae cum Bellerophontis victoriam Pegaso auxiliante reportatam significet, singulari documento est duo haec monumenta non ad irritum Pegasi domitum spectare. Ea autem de causa Pegasus a Bellerophonte subactus iterum ac saepius expressus esse videtur, quod artificibus ansam ad varium fingendi modum praebebat.

Nec vero Bellerophontes frenum modo iniciens usquam repraesentatus est. Quare ne v. 84—86 quidem Pindari ad monumenta artis fingenda valuerunt.

Compluribus tamen operibus momentum freni iniectionem plus minus sequens fictum est.

Ac nonnunquam Bellerophontes Pegasum plus minus alis suspensum freno retinere laborat[2]). Aliis autem in monumentis Pegasus frenatus ut non subvolat, ita plus minus resistit. Quae, si excipis speculum quoddam Etruscum[3]), nummi Corinthii aetatis imperatoriae sunt[4]).

---

[1]) Jebb, Journ. of hellen. stud. III (1882) p. 174 sq.

[2]) Gemma ed. Mill. gal. myth. 105, 394, alibi; Fisch. p. 83 = E. 78 = St. 62 = v. Pr. I 6; anaglyphum lucernae fictilis, ed. Bartoli, antiche lucerne I 28; E. 9 = St. 148 = v. Pr. I 7; gemma mus. Petropol. — St. 46. Quae sitne antiqua, incertum est. Perperam autem Thorlacium, Fischerum, Engelmannum gemmam primo loco positam ad Bellerophontis lapsum referre ante Prittwitzium cognovit Stephanius.

[3]) Gerhard IV 334, 1.

[4]) Multi a Stephanio congesti sunt, Compte-Rendu (1881) p. 31, e quibus una Stratoniceae Cariae attribuenda est; tres expressi sunt in Catal. of greek coins of the Brit. Mus., Corinth, XV 1; XVIII 2, 3.

Denique in aliis operibus Pegasus quamquam invitus in Bellerophontis potestatem se dedit. Quorum in numerum notum anaglyphum domus Spada[1]) et sarcophagus Lycius a Roberto cum fide expressus[2]) referenda sunt. Quae ab eodem exemplo repetita esse Robertus optime comprobavit[3]). Ac sarcophagi quidem anaglyphum ex accurata Roberti descriptione ad Pegasum modo domitum spectat. Quod fons non expressus est, nihil offendit, cum in opere Spadano reperiatur, quod hac in re exemplar secutum est. Quod autem in ectypo Spadano summa tranquillitas est, sine dubio non ab exemplari ducendum, sed posteriori cuidam artifici tribuendum est. Hic igitur sarcophagus Lycius primum exemplum imitatus est, qui perspicue domitus fabulam respicit. Idem vero in exemplar eburneae duae cistellae redeunt, quarum altera Verolis quondam servata nunc in mus. Londinensi, quod South-Kensington nominatur[4]), altera multo neglegentius facta Pirani quondam servata nunc Vindobonae est in museo, quod nominatur Kunsthistorisches Museum[5]). Quae quidem ab artificibus Byzantinis factae saeculo IX—XI attribuendae sunt. His autem in cistellis praeter Bellerophontem et Pegasum femina adest velata pallio, quo unus dexter umerus liber est bracchiumque dextrum, quod stupore commota tollit. Quam Pirenen esse, quippe quae etiam alibi iuxta Pegasum posita sit, probabile est. Neque inverisimile eburneas cistellas hac in re exemplar primum cum fide secutas esse, ad quod etiam anaglyphum Spadanum et sarcophagum illum Lycium revocanda esse modo diximus[6]). Praeterea parvum monumentum aeneum proferendum est[7]), in quo Bellerophontes iuxta Pegasum pacatum stat. Atque etiam musivum Panormitanum multifariam resartum afferendum est. Antiqui operis posterior Pegasi pars et Bellerophontis astantis pes hastaeque fragmentum est[8]).

[1]) Schreiber, Hellenist. Reliefbild. t. 3.

[2]) Robert, d. antiken Sarkophagreliefs II tab. 50 fig. 138.

[3]) Ibid. p. 146/47.

[4]) Ed. v. Schneider, Serta Harteliana (1896) p. 287; cf. Graeven, Jahrb. d. kgl. preuss. Kunstsammlg. XVIII (1897) p. 15 sq.

[5]) Cf. v. Schneider ibid. p. 258 nr. 37.

[6]) Cf. Graeven ibid. p. 16.

[7]) Stephani nr. 84.

[8]) E. 28 = St. 35 = v. Pr. II 7.

Atque ne ea quidem opera quae ad momentum freni iniectionem plus minus sequens pertinent, cum Pindaro cohaerent. Hic enim dicit Bellerophontem frenum Minervae lene (πραῢ φάρμακον v. 85) nactum facile Pegaso potitum esse (κούφα κτίσις v. 83). Ac freno iniecto Bellerophontes protinus in Pegasum insiluit (ἀναβὰς δ' εὐθὺς . . . . . v. 86/87). Utrum autem ad proprium fingendi modum litterae omnino vim habuerint necne, disceptari nequit. Neque enim litterarum testimoniis quae quidem aetatem tulerunt, quicquam traditur, quod illuc pertineat. Ac facile fieri poterat, ut sola artis fingendi ratio ad operum illorum proprietates momentum afferret.

Iam vero quid perlustrata artificum opera ad fabulam valeant, quaerendum est.

In pictura Pompeiana, in qua Medusa et Bellerophontes furtim ad Pegasum accedunt, nihil perspicui significatum esse iam supra diximus (cf. p. 47). Ceteris autem in monumentis Minerva deest ac Bellerophontes Pegasum subigit. Quare artis opera ab ea fabulae forma quam Pausanias prodit, abhorrere videmus. Quaenam autem monumentorum et memoriae Pindaricae ratio est? Atque cum hac artis opera optime concinunt. Minervam enim Bellerophonti frenum donasse neque tamen ipsam domiturae interfuisse apud Pindarum legimus. Ex quo intellegitur ex artis operibus propriam fabulae formam, qua Bellerophon dea non adiuvante Pegasum subegerit, iure colligi non posse. Cui rei etiam ipsum illud contrarium est, quod unum ex multis artis operibus Minervam praebet, duplex autem Pindari et Pausaniae memoria, ceteris rebus dissona, uno consensu Minervae partes quasdam tribuit. Ac deam a fabula illa seiungi non posse etiam ea quae sequuntur documento erunt.

Nunc enim quaeritur, utra fabulae forma aetate prior fuerit. Ac Pindarus Corinthiorum laudes persecuturus inventa enumerat, quae Corinthi facta esse feruntur (Ol. XIII 17 sq.). Ubi cum alia multa reperta, tum primum equum frenatum esse dicit:

τίς γὰρ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα

scil. ἐπέθηκεν (20 sq.). Quem ad locum scholiasta quidam vetus recte dicit: τοῦτ' ἔστι τὰ ἵππεια μέτρα τοῦ χαλινοῦ. ἀπο-

δεδώκασι δὲ τῷ δοκεῖν τὸν Πήγασον πρῶτον ὑπὸ Βελλεροφόντου ἐν Κορίνθῳ κατεζεῦχθαι. Quod quidem in versibus sequentibus (63 sq.) multis verbis exponitur. Ut autem Pindarus Corinthiis cetera inventa certo non mero suopte ex ingenio tribuit, ita sine dubio ne illud quidem finxit primum equum apud eos frenatum fuisse, quod insuper multis versibus celebrat. Quae laudes si fictae essent, nonne in contrarium verterent, ut ludibrio potius essent? Praeterea inventa commenticia cum Pindari natura certo male convenirent. Unde patet Pegasi domituram a Bellerophonte freno confectam Pindari temporibus fabulam Corinthi familiarem fuisse. Quam ex Eumeli Corinthiacis fortasse sumptam (cf. p. 45) Pindarus secutus est. Quae cum ita sint, Fischeri opinio refutatur,[1] qui fabulam apud Pausaniam servatam aetate priorem fuisse arbitratur. Pindarum enim ipsum Pegasi domitum ea mente a Minerva in Bellerophontem transtulisse existimat, ut hic atque Corinthus universa maiore gloria niterent At nonne etiam ab ingenio ipsius Pindari maxime alienum est deae laudem quandam adimere et in Bellerophontem transferre? Illam igitur in fabulam cadunt quae Aristides profert: Πίνδαρος μάλιστ' ἀληθείας ἀντέχεσθαι δοκεῖ τῶν ποιητῶν περὶ τὰς ἱστορίας (or. Aegypt. 112 K.).

Atque etiam fabulae similes argumento sunt Pindari memoriam priorem existimandam esse. Velut Minerva Cyrenaeos et Barcaeos equum subigere, Erichthonium equos ad currum iungere, Danaum primam navem aedificare docuit. Quibus in fabulis Minerva instituit et adiuvat neque tamen ipsa singula perficit. Quare non Pausaniae memoria, ex qua quidem Minerva ipsa Pegasum frenat, sed Pindarica priorem se praebet.

Ipsi autem Pindaro ascribendum esse mihi videtur, quod Bellerophontem primo suis viribus Pegasum subigere frustra conatum esse dicit. Proprium enim eius est, ut fabulas ad mores referat. Atque Bellerophontis fabula hoc quidem contineri dicit (v. 83):

τελεῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον καὶ παρὰ Ϝελπίδα
κούφαν κτίσιν.

---

[1] L. c. p. 21.

Quod quo magis emineat, Pindarus opposuisse mihi videtur Bellerophontem dea non adiuvante operam frustra sumpsisse.

Pristina igitur fabula aliis similis ea fuisse videtur, ut Bellerophon Minerva auxiliante Pegasum frenaverit. Qua ipsa fabulae forma continetur Bellerophontem auxilii divini indiguisse. Quodsi Pindarus diserte dicit Bellerophontem per se Pegasum subigere non potuisse, fabulae commutatae coargui nequit.

Reliquum est, ut quaenam fabulae natura sit, dicamus. Atque discrepanti Pindari et Pausaniae memoriae magnum Minervae momentum commune est. Bellerophon autem apud Pausaniam quasi partes secundas agit; atque in Pindari scholio quod supra laudavimus (cf. p. 47), omnino praetermittitur. Quae cum ita sint, opinio quam Bethius de fabulae illius origine protulit, reicienda esse videtur. Qui quidem putat fabula illa explicari, quo modo Bellerophontes in possessionem Pegasi venerit[1]). Hoc tamen si ita esset, Minerva omnino non opus erat, nedum primas partes, Bellerophon secundas ageret. Vera autem fabulae natura ipso in magno Minervae momento cernitur. Atque apud Pindarum legimus Bellerophontem Minervae Ἱππείᾳ aram consecrare (Ol. XIII 82). Pausaniae autem fabula Χαλινίτιδος peculiari in templo cultae explicatio est. Nec vero ipsum hoc deae cognomen documento esse Pausaniae memoriam priorem fuisse in aperto est. Neque enim ipsa voce Chalinitide de ratione quae inter Minervam et frenum intercedat, quicquam certi dicitur. Fabula igitur cum Corinthio Minervae cultu cohaeret. Quae cum ita sint, sine dubio ex ipso illo parta est. Atque Bellerophontis mirabilisque Pegasi coniunctio antiquitus nota ad cultum explicandum usui fuit, cum Bellerophon equum alitem dea adiuvante nactus diceretur[2]). Unde simul facile intellegi potest, cur in priore fabulae forma Bellerophon Pegasum ipse frenans magnum momentum habeat, in altera secundas partes agat. Iam ex iis quae exposuimus, apparet domiturae fabulae quandam naturae rationem quam

---

[1]) In Paul.-Wiss. s. v. Bellerophon, III p. 248.

[2]) Cf. ceterum Neograecorum fabulas: v. Hahn, Griech. und Alban. Maerch. (1864) II p. 289 sq: J. Mitsotakis, Ausgew. griech. Volksmaerch.[3] p. 161 sq.

subesse nonnulli putaverunt, non subiectam esse. Qualem simili Cyrenaeorum Barcaeorumque fabulae non subesse nemo negaverit.

Neque domitus fabulam ad explicandam Bellerophontis possessionem, sed ad explanandum Minervae cultum esse partam etiam hi loci documento sunt, quibus de cultu nihil, sed hoc tantum profertur, quomodo Bellerophon Pegasum nactus sit. Iis autem locis de Pegasi domitu ne verbum quidem fit. Ac scholiasta ABR ad Il. VI 155 haec affert: λαβὼν δὲ (scil Bellerophon) παρὰ Ποσειδῶνος τὸν Μεδούσης τῆς Γοργόνος Πήγασον πτερωτὸν ἵππον...... Qualia dona Neptunus etiam aliis, ut Pelopi et Idae, dedit. Cum Bellerophonte autem Neptunus artissime coniunctus est. Nam a nonnullis, quos etiam scholiasta ille sequitur, Bellerophontis pater dicitur[1]). Atque Pegasus ipse Neptuni stirps erat. Scholio autem C et Asc. ad Ovid. Ib. 257 Bellerophonti Pegasus a Minerva mittitur: *sed Pallas eius miserata . . . . misit ei Pegasum equum alatum.* Quem locum, quamquam domiturae nulla mentio fit, tamen cum hac fabula cohaerere certum est. Ubi Bellerophon Pegasum non Corinthi, sed in Lycia contra Chimaeram dimicaturus accipit. Quod idem etiam apud Mythographum Vaticanum II (131) invenitur: *Quam ille equo Pegaso accepto miseratione deorum . . . . impositus prostravit* et apud Tzetzam (ad Lyc. 17): οἱ δὲ θεοὶ τούτῳ ἐπτερωμένον ἵππον, ὃν φασι Πήγασον, ἀπεστάλκασιν..... Quos locos ad unum fontem redire pro certo habendum est Quod autem Pegasus a dis mittitur, ab Homero (Il. VI 183) repetitum esse potest, a quo Bellerophontes θεῶν τεράεσσι πιθήσας Chimaeram superasse dicitur.

Iam vidimus in fabula Corinthia Bellerophontem primum equum frenasse. Quo autem modo Pegaso usus sit, a Pindaro discimus. Domitura enim confecta Bellerophontem protinus in equum insiluisse dicit (Ol. XIII 86/87):

ἀναβὰς
δ εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν.

Quae verba plane obstant, ne opinemur Pegasum a Bellerophonte ad currum iunctum esse. Neque in copiosa Pindari

[1]) Cf. Usener, Rhein. Mus. LIII (1898) p. 350.

memoria de curru quodam ulla mentio fit. Atque cetera litterarum artisque monumenta conveniunt, quorum ne in uno quidem Bellerophontes curru vehitur.

Quoniam autem Bellerophon primus et frenator et eques putabatur, in indicibus eorum collocabatur, qui primi aliquid fecisse vel invenisse ferebantur. Qualium indicum fragmenta his quidem locis contineri videntur: schol. Pind. ad Ol. XIII 20: ἀποδεδώκασι δὲ τῷ δοκεῖν τὸν Πήγασον πρῶτον ὑπὸ Βελλεροφόντου ἐν Κορίνθῳ κατεζεῦχθαι[1]), schol. ad Pind. Pyth. V 6: κέλητα καὶ χαλινὸν πρῶτος Βελλεροφόντης κατέζευξε, ξυνωρίδα Κάστωρ, ἅρμα Ἐριχθόνιος ....[2]), schol. ad Pind. Ol. I 139: ἰστέον, ὅτι τὸ μὲν ἅρμα Πέλοψ πρῶτος ἔδειξεν ἐκ Ποσειδῶνος λαβών,[3]) τὸν δὲ κέλητα Βελλεροφόντης διὰ τὴν πρὸς τὸν Πήγασον ἀνάβασιν, Aristides Bellerophontem nominat τὸν πρῶτον ἐπιτολμήσαντα αὐτῷ τὸν μετάρσιόν ἱππέα (εἰς Ποσειδῶνα 29 K.). Apud Plinium, cuius in Historia Naturali (VII 191—209) copiosissimus et veterrimus inventorum index servatus est, legimus: *invenisse equo vehi Bellerophontem* (VII 202). Quem Plinii indicem maximam ad partem e Graecis auctoribus repetitum esse in aperto est.[4]) Quod autem Eichholtzius locum quem laudavimus, ad Asclepiadem, „qui τραγῳδούμενα", revocandum esse opinatur[5]), quem Plinius (I 7) inter auctores omnino a se adhibitos enumerat, Kremmer suo iure refutavit.[6]) Neque enim in scholio ab Eichholtzio allegato (ad Hom. Il. VI 155), cui Asclepiadis nomen subscriptum est, quicquam invenitur, quo coniectura illa stabiliri possit. Praeterea Ed. Schwartz comprobavit subscriptionibus illis per se omnino nondum diiudicari, cuinam auctori scholia singula vel tota vel ex parte attribuenda sint.[7]) Ut primus autem eques Bellerophon in quodam Hygini indice occurrit (fab. 273) item de Graecis repetito. Ubi enumerantur, qui primi ludos instituerint quique

[1]) (κατ)εζεῦχθαι etiam in equo non ad currum iuncto dici constat; cf. Aristoph. Pac. 135, ubi de ipso Pegaso usurpatur.

[2]) Quamquam Kremmer, de catal. heurem. (1891) p. 7 fieri posse putat, ut hic locus ad librum de re vehicularia scriptum redeat.

[3]) Quod ab indice quem antea laudavimus, discrepat.

[4]) Cf. Kremmer l. l. p. 99 sq.

[5]) De scriptoribus περὶ εὑρημάτων (1867) p. 20.

[6]) l. c. p. 103 n. 1.

[7]) Fleckeis. Jahrb. Suppl. XII (1881) p. 405 sq.

victores ibi discesserint. Atque ludis quos Peliae Acastus fecit, Bellerophon equo, curru Iolaus vicisse dicitur: *Bellerophontes vicit equo.*

Iam domiturae fabulam communi consensu Corinthi tantum collocari vidimus.

II. De ceteris fabulis in Graecia ipsa collocatis.

Ipsa autem in Graecia Bellerophon cum Pegaso conexus etiam in Troezeniorum fabula invenitur, quae cum vulgari mytho Corinthio exaequata est. Pausanias enim tradit (II 31, 12): ἔστι γὰρ καὶ Τροιζηνίοις ἵππου καλουμένη κρήνη καὶ ὁ λόγος ἐς αὐτὴν οὐ διαφόρως τῶν Βοιωτῶν ἔχει. Πηγάσῳ γὰρ τῷ ἵππῳ καὶ οὗτοι λέγουσι τὸ ὕδωρ ἀνεῖναι τὴν γῆν θιγόντι τοῦ ἐδάφους τῇ ὁπλῇ, Βελλεροφόντην δὲ ἐλθεῖν ἐς Τροιζῆνα γυναῖκα αἰτήσοντα Αἴθραν παρὰ Πιτθέως, πρὶν δὲ γῆμαι, συμβῆναί οἱ φυγεῖν ἐκ Κορίνθου. Quibus verbis praeter originem Hippocrenes alibi tractandam nihil accipimus, quod ad Pegasi fabulam alicuius momenti sit.

Praeterea in Graecia ipsa Bellerophon a Proeto et Stheneboea in Lyciam discedens cum Pegaso conexus occurrit. Quod plus semel in artis operibus expressum est. Nec tamen Pegasus singulare ibi momentum habet. Neque ob aliam causam adest, nisi quod cum Bellerophonte arte cohaeret.

Atque idem de illis monumentis dicendum est, in quibus Bellerophon ad Iobatem, regem Lyciorum, perveniens repraesentatus est. Ubi Pegasus item ut familiaris Bellerophontis socius invenitur. Quae artis opera, cum non tam ad Pegasi quam ad Bellerophontis fabulam pertineant, a me non tractanda sunt, sed in libros supra saepius adhibitos relegasse satis habeo.

Eius quoque fabulae hoc loco brevis mentio fiat, secundum quam Bellerophon in Graeciam reversus Stheneboeam vana spe coniugii deceptam subduxit et in Lyciam rediens ad Melum insulam in mare deiecit. Qua fabula Euripides ad Stheneboeam tragoediam prius anno a. Chr. n. 423 actam utebatur.[1]) Quam ad tragoediam vas musei Petropolitani redit,

[1]) Cf. Nauck, Trag. Graec. Fragm.² p. 567 sq.; nuper de Euripidis fabula disseruit Engelmann, Arch. Stud. zu d. griech. Trag. (1900) p. 84 sq.

quod rubris figuris artis posterioris ornatum est[1].) Ubi Bellerophon Pegaso in aëre suspensus ad Stheneboeam in mare praecipitatam retro spectat. Quae fabula, cum Pegasus singulari momento careat, et ipsa magis ad Bellerophontem pertinet.

III. De regione, in qua Pegasi Bellerophontisque coniunctio orta sit.

Ceterae autem fabulae, in quibus Bellerophon cum Pegaso conexus invenitur, in Asia atque praeter paucas in Lycia collocantur. Existit igitur quaestio, quanam in regione Pegasi Bellerophontisque coniunctio primigenia fuerit.

Atque Pegasum e Graecia demum in Asiam translatum esse supra comprobavimus (cf. p 35). Qua re sane nondum diiudicatur etiam Bellerophontis conexum in Graecia prius quam in Asia notum fuisse. Fieri enim potuit, ut Pegasus una cum Gorgonis fabula in meridionalem Asiam translatus[2]) cum Bellerophonte conecteretur, atque ambo in Graeciam relati novarum fabularum causa fierent.

Sed tamen Bellerophontis Pegasique conexum prius in Graecia familiarem fuisse hoc indicio est. Supra (cf. p. 44) vidimus fabula, qua Pegasus Gorgonis et Neptuni stirps dicitur, nihil aliud spectari, nisi ut Pegasus in quendam generis ordinem referatur. Qualium fabularum cum natura sit, ut postea oriantur, Pegasum antea exstitisse apparet. Praeter hanc autem fabulam, ex qua Pegasus cum Gorgone et Neptuno cohaeret, duae aliae exstant. Quarum ex altera Pegasus ungulae ictu fontes produxisse dicitur. Neque tamen haec pristina de Pegaso fabula esse potest Nam postea demum eum ad fontes relatum esse suo loco comprobabimus. Quod cum ita sit, una Bellerophontis fabula restat, ad quam Pegasus inde ab initio pertinere potuerit. Atqui exposita Gorgonis

[1]) Stephani. Catal. nr. 427; ed. Inghirami, vasi fittili I t. 3; Fisch. p. 82 = E. 77 = St. 2 = v. Pr. VIII 3; cf. Vogel, Scenen eurip. Trag. in griech. Vas.-Gemaeld. (1886) p. 85 sq.

[2]) Medio aevo Gorgonis fabula exstabat, quae in insula Megiste ante Lyciam sita collocata erat. Quae forte ad priscam antiquitatem redit; cf. Roscher, Gorgon. u. Verw. p. 109 sq.; Max. Mayer, Verhandl. der Goerl. Philol.-Vers. (1889) p. 346.

fabula Pegasum prius in Graecia familiarem, postea in Asiam translatum esse planum factum est. Ergo etiam coniunctio qua Bellerophontis socius est, in Graecia orta atque postea in Asiam perlata est.

Praeterea hoc animadvertendum est. Pegasum ad duo Bellerophontis incepta, caedem Chimaerae et temerariam ad caelum ascensionem, maxime pertinere videbimus. Immo alterum facinus sine Pegaso omnino cogitari non potest. Quoniam summum illud momentum Pegaso sine dubio non e posteriore cum Bellerophonte conexu contingere potuit, apparet ab initio eos coniunctos fuisse. Iam cum Pegasus in Graecia ipsa prius familiaris fuerit, eidem conexus illius origo tribuenda est.

Atque etiam hoc proferatur, quod Homerus ipsam Graeciam Bellerophontis patriam fuisse tenet (Il. VI 155 sq.), quamquam nullum eius facinus ibi collocat.[1]) Quod autem Bethius affert Pegasum in vetustissimis Corinthi nummis, Chimaeram in Sicyoniis inveniri, id ad Graecam originem arti Bellerophontis Pegasique conexus parum valere videtur. Nam aetate satis antiqua, quinto a. Chr. n. saeculo, Pegasus etiam in Lyciis nummis occurrit.[2])

Quod vero alter Lyciae pagus Βελλεροφόντειος (CIG 4325 b[3]), alter Ἰοβάτειος (CIG 4269 d) nominatur, iniuria Treubero argumentum Graecae Bellerophontis origini maxime contrarium videtur.[3]) Horum enim locorum nomina aetatis recentioris esse et possunt et videntur. Praeterea in Lycia etiam Γλαύκου δῆμος exstat (Steph. Byz. s v. Γλαύκου δῆμος. qui Alexandrum Polyhist. sequitur). Nec vero quin Glauci nomen Graecum sit, quisquam dubitat.

Iam vero e Graeca origine Pegasi Bellerophontisque coniunctionis res gravissimae colligendae sunt. Neque enim ea Bellerophontis facinora, quorum fabulae certo in Lycia demum vel omnino in Asia natae sunt, primo ad Pegasum quicquam pertinuerunt. Bellerophontis autem in Lycios insidiantes pugnam Lyciae solum tribuendam esse in promptu est. Quam fabulam primus Homerus narrat (Il. VI 187 sq.),

[1]) Cf. Bethe in Paul.-Wiss. Lex. s. v. Bellerophon, III 244.

[2]) Six. Rev. Num. 1886. nr. 201—220; Head. H. N. p. 571 sq.

[3]) O. Treuber, Gesch. der Lykier (1887) p. 59.

quem Apollodorus (II 3, 2) et Servius Dan. (ad Verg. Aen. V 118) secuti sunt. Cui pugnae Pegasum interfuisse omnino non traditur. Solymos praeterea Bellerophon vicisse dicitur. Quae gens meridionalis Asiae erat. Sed hac Bellerophontis expeditione nihil nisi Graecorum Solymorumque pugna in fabulam conversa effingitur.[1]) Quare etiam hoc Bellerophontis inceptum uni Lyciae ascribendum est. Quodsi apud Pindarum (Ol. XIII 90) Bellerophon etiam in Solymorum pugna Pegaso utitur, posterior haec utique fabula, sive in Lycia orta sive a poëtis Graecis ficta est. Atque etiam Amazones Bellerophon superasse fertur. Quod facinus item uni Asiae tribuendum esse certum est. Ipsa enim in Asia Amazones familiares esse constat.[2]) Utrum vero haec fabula soli Lyciae an universae Ionum Asiae tribuenda sit, disceptari nequit Etenim Aristides tradit Amazones non solum ad Lyciam, verum etiam circa Cariam et Pamphyliam vagatas esse (Panath. 118). Quodsi Pindarus Bellerophontem etiam in Amazonum expeditione Pegaso vectum esse dicit, idem quod antea de Solymorum pugna iudicandum est.

Restant igitur fabulae, quibus Bellerophon Pegaso auxiliante Chimaeram prostravisse et funestam ad caelum ascensionem conatus esse dicitur. Quae ad incepta Pegasus maximi momenti fuit, ut infra comprobabimus. Quod ipsum documento gravissimo est Pegasum ad illa Bellerophontis facinora ab initio pertinuisse. Atque sola ad illa duo incepta auctores Homerum non secuti Bellerophonti constanter Pegasum tribuunt.

Itaque iam de Chimaerae pugna accuratius disseramus.

IV. De Chimaera a Bellerophonte et Pegaso superata.

1. Ac primum illud maxime mirum est, quod Homerus de Pegasi auxilio nullam mentionem facit. Neque omnino multis in versibus quibus Homerus Bellerophontem celebrat (Il. VI 155 sq.), Pegasus nominatur. Quamquam sunt qui opinentur Pegasum θεῶν τεράεσσι significari, quibus fretus

---

[1]) Nuper J. Ferrante, de Bellerophonte (1896) p. 21 sq. de Solymis egit., cuius ceterum liber minime diligenter factus est.

[2]) Cf. Toepffer in Paul.-Wiss. I 1745.

Bellerophon cum Chimaera dimicaverit.[1] Causam autem, cur Homerus Pegasum non nominatim afferat, illam putant, quod consulto portenta inferiorum vulgi fabularum non depingat. Attamen Milchhoefer et Meyer ipsi confirmant Homerum Chimaeram, Sirenes, Harpyias proferre. Qualia numina, etsi non omnia copiose describit, tamen saltem nominat. Cur igitur ne nomen quidem Pegasi afferret? Quare viros illos doctissimos sibi parum constare vides. Ac ne τέρατα θεῶν ad Pegasum referantur, etiam illud obstat, quod pluraliter dicta sunt. Quod argumentum O. Rossbach iure illis opposuit.[2] Atque versus 171 hic est:

αὐτὰρ ὁ βῆ Λυκίηνδε θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ.

His vero verbis Pegasum significari ne quis opinetur, haud vereor. Praeterea verba θεῶν τεράεσσι πιθήσας apud Homerum iterum ac saepius inveniuntur, ubi Pegasum certo non spectant. Neque Aristarchus[3] neque ceteri antiquitatis interpretes iudicaverunt Homerum illo loco Pegasum significare. Quibuscum plane nobis consentiendum est.

Tamen quaeritur, quomodo Homeri silentium explicandum sit. Atque Heynius quidem existimavit consulto Pegasum non nominatum esse, quod fabula vel illuc non pertinuerit vel aliunde nota fuerit.[4] Quam viri doctissimi explicationem haud probandam esse in promptu est. Neque enim certo de industria factum est, ut ne nomen quidem Pegasi cum Bellerophonte artissime coniuncti proferretur. Bethius autem Pegasum casu deesse opinatur.[5] At quominus hoc concedamus obstat, quod ceterae de Bellerophonte fabulae uberrime ab Homero narrantur et Pegasus alibi artissime cum Bellerophonte coniunctum se praebet.

Quae cum ita sint, duplex explicationis ratio superesse videtur. Aut enim Pegasus primo cum Bellerophonte omnino non cohaerebat, ut Homerus pristinam fabulae formam proferret, aut e Lycia fabula tempore progrediente sublatus est.

[1] Milchhoefer, Anfaenge p. 81 n. 2; p. 151; E. H. Meyer, Indogerm. Mythen I (1883) p. 104.

[2] Arch. Ztg. XLI (1883) p. 323 n. 28.

[3] Cf. Lehrs, Aristarch.[3] p. 178.

[4] Ad Il. VI 183.

[5] In Paul.-Wiss. s. v. Bellerophon, III 246.

Nec vero priorem explicandi rationem accipiendam esse argumenta probant, quibus Pegasum cum Bellerophonte ab initio conexum e Graecia postea in Lyciam pervenisse supra evicimus (cf. p. 57 sq.). Pegasum autem primo etiam in Lyciorum fabula fuisse ac sensim sublatum esse accurata loci Homerici consideratione planum fit. Qua in re iam Bellerophontis exitium attingendum est. De quo Homerus haec verba facit (Il. VI 200—202):

Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ κεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν.
ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Cum vero priorem Bellerophontis fortunam uberrime persecutus sit (v. 155—200), exitum, cuius alias copiosissimae narrationes exstant, tribus illis versibus absolvit. Gravius autem illud est, quod ipsum Bellerophontis exitum illic omnino non cognoscimus. Quam contra perspicuis et dilucidis verbis Homerus ad liberorum Bellerophontis exitum usus est (v. 203—205):

Ἴσανδρον δέ οἱ υἱὸν Ἄρης ἆτος πολέμοιο
μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε κυδαλίμοισιν,
τὴν δὲ (sc. Λαομέδειαν) χολωσαμένη χρυσήνιος Ἄρτεμις ἔκτα.

Causa autem vagi de Bellerophonte sermonis sine dubio haec est, quod auctor versuum illorum ipse nihil iam clari cognitum habuit. Cui rei indicio est, quod duobus trium de Bellerophontis exitu versuum commenta duo continentur, quae enodato campi Aleii nomine ficta sunt. Quas plerumque non fabulas vetustas esse constat. Auctori autem sola ansa campi Aleii supererat, qui in Bellerophontis fabula momenti cuiusdam est. Quod nomen cum et ad ἀλᾶσθαι et ad ἀλεείνειν referendum esse interpretaretur, ipse fabulam de Bellerophontis exitu excogitavit

Obscuritas autem illa optime explicatur, si Pegasum e Lyciorum fabula postea sublatum esse ponimus. Altera enim in memoria, quae Bellerophontem cum Pegaso conexum praebet, eum ille exitum habuit, ut ad caelum subvolans a Pegaso deiectus decideret. Quae fabulae forma clara et perspicua est. Neque tamen sine Pegaso cogitari potest. Quo quidem omisso et ascensum et deiectum Bellerophontis evanescere debuisse in aperto est. Quo facto vaga funesti exitus me-

moria conservari potuit. Atque etiam locus cum Bellerophontis exitio coniunctus facile retineri potuit. Sed tamen fabulam utique obscurari apparet. Obscura autem sunt, quae Homerus de exitu Bellerophontis tradit. Quae quidem obscuritas certo causa fuit, ut posteriores poëtae ceteris rebus omnino Homerum secuti eatenus ab eo discederent, ut Bellerophonti Pegasum attribuerent. Apollodorus autem (bibl. II 3, 2), Servius Dan. (ad Verg. Aen. V 118), Lactantius (ad Stat. Theb. IV 589), qui unum ad Homerum redeunt, exitium Bellerophontis simpliciter omittunt, quippe quod ab illo obscure significatum sit.

Contra si ponimus in pristina de Bellerophontis exitio fabula Pegasum defuisse, non intellegitur, qui postea addi potuerit. Pegaso enim adiecto exitus fabula mutationem subire debuit, qua maior nulla cogitari potest Quae res ipsa quoque indicio est Pegasum cum Bellerophonte non postea demum in Lycia coniunctum, sed ab initio conexum esse. Quare eum tempore procedente e Lycia fabula sublatum esse videmus.

Iucunda autem atque utilis analogia praebetur nostrate carmine heroo, quod Nibelungenlied nominatur. Septentrionali enim e fabulae memoria Sigurdus equum cui Grani nomen est, possidet. Qui quidem ei opus est, ut per flammas vehi possit, quibus Brunhilda cingitur. Germanorum autem in carmine heroico cum alia fabulosa, tum rationem quae inter Siegfriedium et Brunhildam est, maxime obscuratam esse constat. Quo factum est, ut in Germanorum fabula Grani oblivione exstinctus sit.

Causa autem, cur Pegasi memoria evanuerit, eadem fuisse videtur. Nam ea quae magis fabulosa erant, in Lycia obscurata esse confirmari potest. Bellerophontis enim facinorum ab Homero traditorum ea quae certo non ad fabulam pertinent, Solymorum et Lyciorum insidiantium pugna, quibus nescio an Amazonum proelium addendum sit, Lyciae solum ascribenda esse supra comprobavimus (cf p. 58 sq.). Contra Chimaerae pugnam et Bellerophontis ascensum deiectumque fabulosa esse in aperto est. Atque cum his ipsis inceptis Pegasus ab initio cohaeret. Lyciorum autem in fabula ab Homero prodita ascensionis et deiectus vaga quaedam memoria reliqua est. Unde patet in eo ipso incepto quod mi-

nime omnium sine Pegaso cogitari potest, naturam fabulosam obliteratam esse. Quo factum est, ut postremo omnino evanesceret.

Nec vero cur ea quae ad fabulam pertinent, in Lycia obscurata sint, minus ex Homeri loco intellegi potest. Narratione enim quam Homerus de Glauci proavis facit (Il. VI 152 sq.), genealogia Lyciorum regum continetur. Quorum etiam Bellerophontes est, cum rex Lycius filiam ei in matrimonium dedisse feratur (v. 192). Quo facto in gradum regis Lycii depressus naturae sane fabulosae sensim iacturam facere debuit. Egregia autem facinora facilius retineri potuisse in aperto est. Eadem enim laudi totius generis erant. Quale inceptum cum Chimaerae caedes fuerit, in oblivionem non adducta est. Quamquam obliterata Pegasi memoria documento est fabulosam naturam facinoris illius non iam intellectam fuisse. Contra funesta Bellerophontis ascensio non idonea erat, quae gloriosis rebus a proavis gestis insereretur. Quae causa fuit, ut haec fabula ad extremum paene evanesceret. Cui sententiae etiam hoc favet. Pindarus res a Bellerophonte gestas ad Corinthi gloriam persecutus exitum praetermittit (Ol. XIII 91):

διασωπάσομαί Ϝοι μόρον ἐγώ.

Quoniam hac digressione item comprobatum est Bellerophontem et Pegasum ab initio coniunctos fuisse, nunc accuratius scrutemur, quod momentum Pegasus in Chimaerae pugna habuerit.

2. Atque testimoniorum parte satis magna nihil aliud efficitur nisi Chimaeram a Bellerophonte Pegaso vecto interfectam esse. Sane etiam hi loci argumento sunt Pegaso omnino quasdam partes tributas esse. Quaenam autem propriae fuerint, incertum est. Tamen locus quo primo Pegasus expeditioni illi interfuisse traditur, documento est maximi eum momenti fuisse. Hesiodus enim (Theog. 325) de Chimaera haec habet:

τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

Ubi maxime mirum est et Pegasum priore loco nominari et particula καί cum Bellerophonte coniunctum non minus ac dominum ad Chimaerae caedem (εἷλεν) attulisse dici. Quae res causae fuit, ut interpretum posteriorum quidam qui ex

illo Hesiodi versu fabulam ad rationem referre studebant. Pegasum idem ac Bellerophontem valere dicerent. Ut apud Ioannem Diaconum scriptum est: λέγοιτο δ' ἂν Πήγασος νῦν ὁ ἥλιος αὐτός, ὃν καὶ Βελλεροφόντην εἴπομεν; et paulo infra: καὶ αὐτὸς εἴη Πήγασος καὶ Βελλεροφόντης et: Πήγασος ἂν εἴη, ᾧ ἐποχούμενος ὁ Βελλεροφόντης τὴν Χίμαιραν εἷλεν ἡ παγετοῦσα ψῦξις. . . . . τὰ οἷον βέλη τὰ μέλλοντα ῥέειν . . . . . ἀφαιροῦσα (Flach p. 319/20). Praeterea in exegesi ad versum illum haec proferuntur: ὁ Πήγασος ὁ Βελλεροφόντης atque paulo infra: ἦν ὁ Πήγασος, ἤγουν ὁ ἥλιος ἀνεῖλε καὶ ὁ Βελλεροφόντης, ἡ δύναμις δηλαδὴ τοῦ ἡλίου, ἡ τὰ φερόμενα βέλη ἀναιροῦσα (Flach p. 393/94). In scholio autem vetere Pegasus dicitur non idem ac Bellerophontes, sed tamen legimus: Πήγασον καλεῖ τὸν συγκεκραμένον θυμόν, ὃς ἔχει συγκεκραμένον τὸ ἄλογον μέρος τῷ λογικῷ (Flach p. 246).

Atque eadem de causa Longpérier[1]) et Lennepius[2]), quibus Goettlingius verbis „auxiliante Pegaso“[3]) assentiri videtur, existimant e vetustissima fabulae forma Pegasum et ipsum ad caedendam Chimaeram re attulisse. Quamquam huius rei alia testimonia desunt. Nam in ceteris litterarum artisque monumentis Bellerophon unus monstrum illud interficit. Nec vero qui Hesiodi verba accurate, ut debet, interpretatur, facere potest quin opinioni illi assentiatur.

Praeterea equum in pugna ipsum egisse non res nova atque inaudita est. Ut equus Artybii Persae (Herodot. V 111; cf. Tzetz. Chil. III 988; IV 628) et notus Alexandri Bucephalus in pugnis dominos ungularum ictibus adiuvisse feruntur.[4]) Atque in fabula neograeca vir fortissimus monstrum superavit per equum, qui ipse quoque in aërem se levare poterat. Equus enim monstrum ungulis percussit, dominus hasta iuvit.[5]) Equo igitur vel maiores partes tribuuntur. Quod nescio an primo etiam in Pegasum ceciderit, cum illo Hesiodi versu priore loco nominatus sit.

[1]) Ann. dell' Inst. XVII (1845) p. 231.

[2]) Ad v. 325.

[3]) Ad v. 325.

[4]) A. Marx, Griech. Maerch. v. dankb. Tieren (1889) p. 87.

[5]) *„und der Herr half mit seiner Gabellanze“*; v. Hahn, Griech. und Alb. Maerch. (1864) I p. 307 sq.; p. 311/12.

Atque Hahnius ipsam hanc fabulam neograecam Chimaerae a Pegaso et Bellerophonte caesae persimilem esse dicit.[1] Neque in fabulis Indorum similia non inveniuntur. Indra enim ab equis suis seiunctus homini infirmo aequalis est. Nec vero equis eius hostes resistere possunt. Atque equi Agnii hostes pedibus anterioribus prosternunt. Firdusius autem equum Rustemii monstrum quoddam superantem facit, dum dominus dormit.[2]

Servata autem veterum testimonia Pegasum quamquam ipsum in Chimaerae pugna egisse non dicunt, tamen magnas partes sustinuisse concinunt.

Quae res iam inde elucet, quod semper Pegasus Bellerophonti ad caedendam Chimaeram tribuitur. Praeterea locus Euripidis documento est, qui quidem in Achillis clipeo cum alia tum Chimaerae pugnam fictam fuisse dicit (Electr. 472 sq.):

περιπλεύρῳ
δὲ κύτει πύρπνοος ἔσπευ-
δε δρόμῳ λέαινα χαλαῖς
Πειρηναῖον ὁρῶσα πῶλον.

Illic igitur Pegasus Chimaerae hostis nominatur, nec vero Bellerophon, quamquam certo affuit. Denique Pegasus si in testimoniis servatis ipse pugnae partem non capit, tamen summi momenti est, cum Bellerophontem in aëre suspensum ferat. Quod cum ita sit, Chimaera Bellerophonti non nocere, ipse vero tela certa in monstrum iacere potest. Ut Pindarus (Ol. XIII 88) dicit Bellerophontem Pegaso suspensum tela misisse

αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμων,

et „Apollodorus" (bibl. II 3, 2): ἀρθεὶς εἰς ὕψος ἀπὸ τούτου κατετόξευσε τὴν Χίμαιραν et Eustathius (ad Il. VI 200 sq. 636, 36 sq.): Βελλεροφόντης Πηγάσῳ ἀέριος ἀρθείς. Atque idem Apuleius testatur, si alas Pegaso attributas inde explicandas esse putat, quod *in altum et adusque coelum* subsiluerit formidans igniferae morsum Chimaerae (Met. VIII 552).[3] Belle-

[1]) Ibid. I p. 35; II p. 256.

[2]) Gubernatis, die Thiere in der indogerm. Mythol. (1874) p. 261.

[3]) In pictura vasis Boeotici quinto a. Chr. saeculo ascribendi Pegasus alatus Chimaerae timore adductus re vera recedit. Bellerophon et ipse in risum obscoenum deflexus Pegasum promovere studet; ed. Athen. Mitt. XIII (1888) tab. 11 p. 421.

rophontem autem ipsum Pegasi auxilio tutum hi Ausonii versus repraesentant (epist. XXV = p. 271, 21 P.):

triplici furentem qui Chimaeram incendio
supervolavit tutus igne proximo.

Atque Bellerophontem nisi Pegaso iuvante Chimaeram superare non potuisse Horatius hac comparatione testatur (c. I 27 23/24):

vix inligatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

Atque etiam loci antiquitatis infimae, quibus Minerva vel di misericordia commoti Bellerophonti ad Chimaeram caedendam Pegasum miserunt (cf. p. 54), indicio sunt victoriam sine Pegaso reportari non potuisse.

Magnum vero hoc Pegasi momentum etiam artis opera testantur. Quorum in plerisque Bellerophon Pegaso vectus tutus in aëre volat. Quae omnia enumerare atque describere inutile est. Neque enim quicquam aliud docent, quod ad Pegasi fabulam melius intellegendam aliquam vim habeat. Quare in libros relego quibus monumenta illa congesta vel depicta sunt.[1]) Nec vero in aliis artis operibus Pegasus in terra est nisi in noto anaglypho Melio, ubi alis caret, et in gemma cuius Stephanius mentionem facit.[2]) Is tamen vir doctissimus iniuria dicit etiam quoddam musei Luporensis vas rubris figuris pictum excipi.[3]) Immo etiam illic Pegasum supra solum levatum esse Engelmannus recte animadvertit.[4]) Quamquam in pictura vasis Apuli Bellerophon a Pegaso descendit atque pedibus cum Chimaera pugnat.[5]) Attamen ipsum illud quod Pegasus quamquam momento caret, tamen repraesentatus est, indicare potest, quam non a Chimaerae pugna seiungi possit.

Ceterum magnum illud momentum plane summis partibus respondet, quas Pegasum in Bellerophontis deiectu sustinere iamiam videbimus.

---

[1]) Fischer l. c. p. 65 sq.; Engelmann l. c. p. 17 sq.; Stephani p. 36 sq.; v. Prittwitz-Gaffron p. 41 sq.

[2]) Ibid. p. 37.

[3]) Ed. Engelmann, Ann. dell' Inst XLVI (1874) tab B.

[4]) Ibid. p. 20.

[5]) Ed. Gerhard, Apul. Vasenbild. t 8

Quoniam enim de Chimaerae pugna diximus, nunc fabulam quae de Bellerophontis ascensu et deiectu est, tractemus.

V. De Bellerophonte a Pegaso sublato et deiecto.

1. Atque Pegasum quidem subvolasse iam Hesiodus profert. Pegasi enim Chrysaorisque origine narrata atque nominibus enodatis haec dicit (Theog. 284 sq.):

χῶ μὲν ἀποπτάμενος προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων
ἵκετ' ἐς ἀθανάτους, Ζηνὸς δ'ἐν δώμασι ναίει
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

Quibus in versibus Bellerophontis sane nulla mentio fit. Sed argumentis evinci potest etiam illam Pegasi ascensionem ad Bellerophontis inceptum temerarium referendam esse, id quod infra, ubi de Pegaso in Iovis aedes elato disseremus, probabimus.

Primus autem Pindarus dilucide dicit Bellerophontem Pegaso vectum ad caelum subvolasse. Atque Bellerophontem illud ausum esse dicit (Isthm. VI (VII) 45 sq.):

ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζηνός.

Scholiasta autem vetus recte explicat Bellerophontem ἐς θεῶν ἄθροισμα pervenire voluisse. Alio vero loco Pindarus miserum Bellerophontis exitum praetermisit, ne quid parum apti laudibus Corinthi hac ipsa in urbe celebratis admisceret (cf. p. 63). Iam Dionysius Periegeta Bellerophontem Pegaso usum ἐς Διὸς ἱέμενον se levasse dicit (v. 871). Quod idem Eustathius (ad Il. VI 200 sq.) profert Dionysium, ut videtur, secutus. Quos quidem idem ac Pindarum in mente habuisse pro certo affirmare licet. Atque etiam Eustathius diserte addit Bellerophontem a Iove deiectum esse, nempe ut ab aede sua eum propulsaret.

Bellerophontem vero eo consilio subvolasse, ut in deorum sedem perveniret, de pristina fabulae forma certo denegandum est. Caelum enim commune domicilium deorum esse, quorum Iuppiter princeps sit, epicorum demum carminum vi et auctoritate usquequaque valere coepit. His autem carminibus fabulam ascensus Bellerophontei aetate multo priorem esse in promptu est. Atque etiam apud Homerum hanc fabulam maxime obscuratam esse vidimus.

Alio autem consilio Bellerophontem subvolasse Euripides testis est. Qui quidem ascensum deiectumque in tragoedia quae Bellerophon inscribebatur, tractavit. Quam fabulam prius anno a. Chr. n. 425 actam fuisse Aristophanes testatur (Acharn. 426). E fragmentis postquam multi viri docti fabulae illius oeconomiam definire studuerunt, novum conamen adiungere supersedeo. Neque enim hoc ad Pegasi fabulam quicquam valeret. Euripidis autem fabulam maxime Pace Aristophanis et scholiis ad hanc comoediam servatis cognitam habemus. Qua fabula Aristophanes Bellerophontem Euripideum in risus deflectit, cum Trygaeum rusticum cantharo ad caelum subvolantem facit. Atque Eubulus ipsum ridiculum Bellerophontem composuit. Qui cum etiam alias Euripidis tragoedias in risum deflexerit, Meinekius sine dubio recte coniecit illam Eubuli comoediam ad Bellerophontem Euripidis spectasse.[1]) Hos autem versus Eubulus Bellerophontem anxie loquentem facit (= Athen. XV 666 p. 473, 18 sq. K.):

τίς ἂν λάβοιτο τοῦ σκέλους κάτωθέ μοι;
ἄνω γὰρ ὥσπερ κοττάβειον αἴρομαι.

Atque comoediam quandam Lucillius, qui Neronis aetate fuit, hoc epigrammate respicere videtur (A. P. XI 392):

Μύρμηκος πτερόεντος ὑπὲρ νώτοιο καθεσθεὶς
"Αδραστος ῥήτωρ τοῖον ἔλεξεν ἔπος·
ἵπτασο, τὸν σὸν ἔχεις, ὦ Πήγασε, Βελλεροφόντην,
φέρτατον ἡρώων, ἡμιθανῆ σκελετόν[2]).

Nec vero apud Euripidem Bellerophon deorum sedem consecuturus subvolat. Neque enim deos esse credit (frg. 286 N.). Sed ut aetheris naturam perspiciat, Pegaso se levat. His enim verbis Pegasum alloquitur:

ἴθι χρυσοχάλιν' αἴρων πτέρυγας (frg. 307 N.)[3])
πάρες, ὦ σκιερὰ φυλλάς, ὑπερβῶ
κρηναῖα νάπη, τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς
αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει
στάσιν Εἰνοδίας (frg. 308 N.).

[1]) Fragm. comicorum I 360.

[2]) Cui alterum eiusdem epigramma persimile est A. P. XI 104, quod Ausonius ep. 122 vertit.

[3]) Frenum aureum etiam apud Pindarum occurrit: Ol XIII 65; 78.

Talem vero Bellerophontem Euhemero dignum a pristina fabulae forma abhorrere in promptu est. Neque magis dubium est, quin Euripides ipse finxerit Bellerophontem virum in cognoscenda rerum natura temerarium. Atque eidem ascribendum sit, quod Pegasus subvolans anxius fuisse dicitur (frg. 309 N.):

ἔπτησσ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ μᾶλλον θέλοι.

Quae verba non ad Pegasum Bellerophonte lapso solum subvolantem, sed ad antecedentem Pegasi ac Bellerophontis ascensum referri certum est. Neque enim Pegaso solo subvolante ullus coactus exstabat, ut ὑπείκειν et θέλειν iuste opponi possent. Neque si ita esset, intellegi posset, cur Euripides Pegasum timentem fecisset. Quod per se apparet, si versum illum ad ascensum Pegasi ac Bellerophontis refers. E timore enim equi alitis, cui regio aeria familiaris esse solet, Bellerophontis audacia ac temeritas magis elucet.

Ab Euripide autem sine dubio repetitum est, quod scholiasta ad Hom. Il. VI 155 („Asclepiades") = Et. M. s. v. Ἀλήιον item dicit Bellerophontem τὸν οὐρανὸν κατοπτεῦσαι studentem subvolasse. Atque etiam Lucianus vel qui auctor est libelli περὶ ἀστρολογίης (13) Euripidem respicere videtur. Qui etiam Pegasum fabulosa natura privans hanc explicationem profert: ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονῶ· πτηνὸν μέν οἱ γενέσθαι ὡς ἵππον οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτην τὴν σοφίην (scil. astrologiam) μεθέποντα ὑψηλά τε φρονέοντα καὶ ἄστροισιν ὁμιλέοντα ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀναβῆναι, ἀλλὰ τῇ διανοίῃ. Neque minus Palladas Euripidis vestigia premit. Uno enim ex octo epigrammatis quibus Gessium de spe consulatus misere deiectum irridet, haec profert (A. P. VII 683, 5/6):

οὕτω Πήγασος ἵππος ἀπώλεσε Βελλεροφόντην
βουληθέντα μαθεῖν ἀστροθέτους κανόνας.

Atque etiam audaciam Bellerophontis aeque atque Euripides praedicat (ibid. v. 7):

ἀλλ' ὁ μὲν ἵππον ἔχων καὶ θαρσαλέον σθένος ἥβης.

Quod autem semel atque iterum Bellerophon Pegaso εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν (schol. ad Aristoph. Pac. 76; ad Dionys. Perieg. 870) vel *ad caelum contendere* conatus esse dicitur (Hyg. astr. II 18), propria fabulae forma certo non intelle-

genda est. Ceterum haec verba cum memoria et Pindari et Euripidis conveniunt, prout οὐρανός aut sedes deorum intellegitur aut caelum, cuius pars superior ex aethere, inferior ex aere constat.

Bellerophon Pegaso vectus tam alte ferebatur, ut a caelo non iam multum abesset. Ut apud Hyginum legimus: *cum ad caelum contenderet evolare neque longe iam abesset* . . . . (astr. II 18); et apud „Oppianum" (Cyneg. I 231):

ἵππος ὑπὲρ νεφέων χιμαροκτόνον ἤγαγε φῶτα,

et in Anth. lat. (I 97 Riese):

victor Gorgoneo nubila tangit equo[1]),

et apud Nonnum Bellerophontem iam ad ἄντυγα οὐρανίην pervenisse (Dionys. XXXVIII 405).

2. Tam alte Bellerophon subvolaverat, cum praeceps decidit.

Quamquam vereor, ne quis e loco Hygini coniciat Bellerophontem post ipsam Chimaerae pugnam a Pegaso delapsum esse. Haec enim Hyginus profert: *hanc* (scil. Chimaeram) *super Pegasum sedens interfecit et decidisse dicitur in campos Aleios, unde etiam coxas eiecisse dicitur* (fab. 57). Atque scholia ad Ovid. Ib. 255 sine dubio Hyginum secuta illam verborum interpretationem continent. Etenim in schol. G (Ellis) haec dicuntur: *Bellerophon . . . missus est, ut Chimaeram interficeret: a qua rediens cecidit in campis Liciae ibique crus sibi fregit*, et in schol. C: *quo* (scil. Pegaso) *ascenso Chimaeram superavit, sed inde victor rediens in campis Liciae* (haec verba uno in codice C, sequentia etiam in codice Asc. inveniuntur) *de equo cecidit et sibi crus fregit.* Ovidius autem ipse his verbis utitur (Ib. 255):

quique ab equo praeceps in Aleia decidit arva.

Ubi de Bellerophontis ascensu nihil sane dicit; sed in Ibide cum permultas alias fabulas tum Bellerophontis brevissime perstringit, quia exemplis solum utitur. Neque Ovidium Bellerophontis lapsum post ipsam Chimaerae caedem factum intellexisse etiam casus accusativus *Aleia arva* documento est: alioquin ablativus exspectaretur. Neque magis Hygini ver-

---

[1]) Huius epigrammatis auctorem Ovidium Fast. III 450 imitatum esse Manitius sine causa opinatur Philol. suppl. VII p. 725.

bis de illo Bellerophontis lapsu cogitare cogimur. Quodsi ipse de Bellerophontis ascensu mentionem non facit, tamen ne illud quidem dicit lapsum post ipsam Chimaerae caedem accidisse. Atque Hyginum non de illo lapsu cogitasse accusativus *campos Aleios* indicio est, cum scholiastae Ibidis verba Hygini perperam interpretati casu ablativo utantur. Denique cetera testimonia omnia concinunt Bellerophontem post sublimem ascensionem in Aleios campos deiectum fuisse.

Quae vero causa fuerit, ut Bellerophon delapsus sit, neque Ovidius neque Hyginus illo loco dicunt. Neque alii auctores quicquam nisi ipsum casum proferunt. Ut „Eratosthenes" Pegasum ὕστερον τῆς Βελλεροφόντου πτώσεως (Catast. XVIII) ad sidera subvolasse narrat; quem scholiasta G ad Germ. Arat. p. 141; 5/6 Br. secutus est, qui Pegasum *post Bellerophontis interitum* altius se levasse dicit; atque scholiasta ad Arist. Pac. 147 affert Euripidem Bellerophontem claudicantem fecisse διὰ τὸ πεπτωκέναι ἀπὸ τοῦ Πηγάσου; denique in schol. ad Pind. Ol. XIII 91 Bellerophon πεσὼν ἐκ τοῦ Πηγάσου claudus fuisse dicitur.

Altero autem Hygini loco hoc scriptum est: *Bellerophon] cum ad caelum contenderet evolare neque longe iam abesset, despiciens ad terram timore permotus decidit ibique perisse dicitur* (astr. II 18). Unde causa timoris in Bellerophontem translata sit, non traditur. E Phaethontis autem fabula sumpta esse vel ad comoediam quandam redire potest, qua temerarius Euripidis Bellerophon irridebatur. Quod Eubulum fecisse antea vidimus (cf. p. 68).

Quodsi ex hoc Hygini loco natura Bellerophontis ipsius lapsus causa adducitur, aliis testimoniis Iuppiter auctor deiectionis fertur. Qui Pegasum oestro imposito impulisse dicitur, ut Bellerophontem excuteret. Quod his locis narratur: schol. ad Hom. Il. VI 155 = Et. Magn. s. v. Ἀλήιον: τὸν δὲ Δία μηνίσαντα οἶστρον ἐμβαλεῖν τῷ Πηγάσῳ. ὥστε ἐκπεσεῖν τὸν Βελλεροφόντην; schol. ad Pind. Ol. XIII 91: κατὰ βούλησιν τοῦ Διὸς οἰστρωθέντος τοῦ Πηγάσου ἐκπίπτει; schol. vet. ad Dionys. Perieg. 870: καταβληθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ[1]) . . . ἔπεσεν; Eustath. ad Hom. Il. VI 200 sq. = 636,36 sq., qui dicit Homerum

[1]) Iovem saepe simpliciter τὸν θεόν nominari constat.

cum alia ignorasse tum illud, ὅτι βληθεὶς οἴστρῳ χόλῳ Διὸς ἐν Κιλικίᾳ ἢ Λυκίᾳ τὸν ἀναβάτην Βελλεροφόντην κατέρριψεν. Qui loci redeantne in Euripidis Bellerophontem, parum certum est. Neque enim ullum firmum fulcrum ad coniectandum reperitur in illa tragoedia deiectionis a Iove adductae memoriam factam esse.

Denique complura testimonia proferenda sunt quibus non Iuppiter, sed Pegasus ipse Bellerophontem deiecisse fertur. Quae quidem haec sunt: Pind. I. VI (VII) 44/45:

ὅ τοι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος
δεσπόταν;

Horatius c. IV 11, 26 sq.

ales
Pegasus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem;

Palladas A. P. VII 683, 5:

Πήγασος ἵππος ἀπώλεσε Βελλεροφόντην;

lemma ad A. P. III 15[1]) κατενεχθεὶς ὑπὸ τοῦ Πηγάσου[2]); Nonnus Dionys. XI 144 sq.:

καὶ ξυνῆς μεθέπων Ποσιδήϊον αἷμα γενέθλης
ἠερόθεν προκάρηνον ἀπόσπορον Ἐννοσιγαίου
Πήγασος ὠκυπέτης ἀπεσείσατο Βελλεροφόντην;

XXVIII 164 sq.:

καί τις ὑπὲρ λαπάρην βεβολημένος ἵππος διστῷ
εἰς πέδον ἠκόντιζεν ἀπόσσυτον ἡνιοχῆα,
οἷος ἀερσιπότητος ἀλήμονι σύνδρομος αὔρῃ
Πήγασος ὠκυπέτης ἀπεσείσατο Βελλεροφόντην;

XXXVIII 403 sq.:

καὶ κοτέων πτερὰ πάλλεν ὅπως πάλιν ἡνιοχῆα
ἄλλον (scil. Phaethontem) ἀκοντίσσειεν ἀπ' αἰθέρος, οἷα καὶ αὐτὸν
ἄντυγος οὐρανίης ἀπεσείσατο Βελλεροφόντην.[3])

Artis vero monumenta quae iure ad Bellerophontis ascensum aut lapsum referantur, desunt. Neque enim notum

---

[1]) De fide horum lemmatum conferas C. Radinger, Beitraege fuer Wachsmuth p. 116 sq.

[2]) ὑπὸ non ἀπὸ in codice scriptum esse Stadtmueller ad locum diserte dicit.

[3]) Omnes locos tres eadem clausula terminari vides; cf. p. 12.

anaglyphum Spadanum cum Bellerophontis exitu cohaerere[1]) iam supra vidimus (cf. p. 50). Atque in gemma quadam a Thorlacio, Fischero, Engelmanno iniuria cum Bellerophontis lapsu coniuncta domitum potius Pegasi repraesentatum esse item antea diximus (cf. p. 49). Engelmannus autem opinatus est etiam in anaglypho lucernae fictilis quae erat penes Baronium Neapolitanum, Bellerophontis exitium expressum esse. Quod artis opus his verbis describit: *il Pegaso, che ha gettato a terra il suo cavaliere, sta volto alla destra; Bellerofonte, giacente sul suolo tiene ancora la briglia colla sinistra, mentre nella destra tiene una ascia. Gli hanno dato intieramente il vestito dei cocchieri romani; egli ha una tunica, delle funi intorno il corpo, ed ha la testa coperta di una berretta simile ad un' elmo.*[2]) Similis autem lucerna nunc Vindobonae est in museo, quod K. K. Oesterr. Mus. f. Kunst u. Ind. nominatur. Etiam Masner eam his verbis describens: *Pegasus und Circuskutscher. Braunschwarzer Ueberzug, ehemals bei Raff. Barone . . . . Circuskutscher in Vorderansicht auf dem r. Knie, in der R. Peitsche, fasst mit umgewendetem Kopfe emporblickend, mit der L. die Zuegel des nach r. gewendeten P. (der ihn abgeworfen hat?)*[3]) ad Bellerophontem deiectum referendam esse opinatur. Sed haec interpretatio improbanda est. Etenim eques habitum circensem prae se fert, id quod ad Bellerophontem minime quadrat[4]). Atque equus alatus iuxta equitem in solo stat. Si ad Bellerophontis lapsum referendum esset, multo etiam magis quam in Chimaerae pugna exspectaretur, ut equus pennatus supra solum volaret. Immo eques alatum equum etiam freno retinet. Quod cum Bellerophontis fabula nullo modo sociari posse apparet. Multo vero minus Etruscum quoddam speculum cum Bellerophontis exitio cohaerere Engelmanno concedendum est.[5]) In quo supra equum alitem iuvenis et ipse pennis praeditus volat. Qui quominus Bellerophon praecipitaturus cognoscatur, ipsae iuvenis alae plane obstant.

---

[1]) Sic E. Braun, XII Basrel. nr. 1; Welcker, Alte Denkm. II p. 317; Fischer l. c. p. 83.

[2]) Engelm. l. c. nr. 80; cf. Arch. Anz. (1864) p. 263.

[3]) K. Masner, Catal. nr. 686.

[4]) Stephani, Compte-Rendu (1881) p. 22.

[5]) Gerhard, 118 = Engelm. nr. 79.

Nec vero casu accidisse mihi videtur, quod nullum deiectionis monumentum reperitur. Quoniam enim et Pegasus et Bellerophon praeceps datus in aëre suspensi fuissent, arti fingendi certe non idonei erant.

Iam vero nos vocat quaestio, utrum neglegendum sit locis modo allatis neque Iovis neque oestri ullam memoriam fieri, an propria fabulae forma ponenda sit, a qua Iupiter omnino alienus fuerit.

Nec vero silentium illud ullius momenti esse certo negandum est Nam si Iupiter oestrum mittit ac Pegasus efferatus dominum excutit, ipsi Iovi deiectus assignandus est. Pegasi vero indignatio ad oestrum, non ad Bellerophontem spectat. Quod grave discrimen certo non ita neglectum esset, ut pluribus locis Iove, proprio ultore, praetermisso Pegasus Bellerophontem deiecisse diceretur.

Singillatim percenseamus locos quibus unus Pegasus Bellerophontis vindex nominatur. Atque apud Horatium haec verba legimus: *Pegasus gravatus Bellerophontem;* contra si Pegasus oestro a Iove misso efferatus est, non Bellerophontem, sed oestrum gravatus est. Locus igitur Horatianus a lapsu per Iovem effecto prorsus abhorret. Atque etiam a Pallada Pegasum Bellerophontis punitorem intellectum fuisse e voce ἀπώλεσεν sua sponte intellegitur. Neque minus vocula ὑπό loci sequentis perspicua est, cum aliter ἀπό vel ἐκ exspectetur. Denique Nonnus, qui animo Pegasi eosdem atque hominis motus ascribit (μεθέπων, κοτέων), verbis maxime claris ac dilucidis utitur. Quae cum ita sint, apparet iis locis quibus unus Pegasus Bellerophontis ultor nominatur, propriam fabulae formam contineri.

Quaerendum autem est, utrum deiectio a Iove effecta an lapsus a Pegaso ipso allatus prior fabulae forma fuerit.

Atque eam memoriam ex qua Pegasus exitii auctor fuit, aetate priorem fuisse evinci posse videtur. Nam a Iove multo facilius Pegasus removeri quam contrarium evenire poterat. Illud praeterea optime convenit, quod Pegasum etiam ad Chimaeram caedendam plurimum valuisse cognovimus. Atque etiam hoc priori aetati huius memoriae patrocinatur, quod bestiae idem animi habitus atque homini ascribitur. Haec enim fabulae forma sine dubio ab iis temporibus repetita est,

quibus homo nondum sentiebat, quanto bestia ipso inferior esset. Immo eam multis rebus se ipso superiorem putabat. Qua prisca aetate Pegasum excogitatum fuisse etiam genealogiae fabula quam supra tractavimus, documento est. Atque ex eo quod primo Bellerophontem Pegasus perdidit, explicandum esse videtur, cur Iupiter Bellerophontem non suapte manu sed per Pegasum deiciat. Prior enim et posterior fabulae forma confusae esse videntur.

Quae autem causa fuerit, ut postea Iovi partes Pegasi tributae sint, facile apparet. Nam eas fabulas in quibus bestiae eundem animum atque homines monstrabant, aetate seriore non iam satis intellectas esse constat. Et poetarum epicorum auctoritate factum erat, ut Iovis regionem caelestem propriam esse ab omnibus crederetur. Cuius in regnum cum Bellerophon temere invasisset, ipse facillime defensor ac vindex fieri potuit.

Iam vero fabulae forma, secundum quam Iupiter Bellerophontem deicit, ea in re seriorem se praebet, quod Pegaso partes tantum secundae tribuuntur. Quod cum ita sit, apparet Hygini memoriam, ex qua Bellerophon timore commotus delabitur (cf. p. 71), multo etiam seriorem esse. Neque enim Pegasus ad Bellerophontis exitium ullius momenti est.

Aetate autem rursus inferior ea memoria est quae apud Pseudo-Callisthenem invenitur. Quae cum uno in codice C (= Parisin. Suppl. 113) occurrat, infimae parti Romanensis illius fabulae ascribenda est. Atque Charmedes, Alexandri amicus, Bucephalum, qui et ipse iuxta dominum morientem stat[1]), his verbis alloquitur: καὶ σὺ δυστυχὴς ὤν, ὡς Πήγασος, Βελλεροφόντην ἀπώλεσας ἄλλον, ἀλλὰ κρείσσων Ἀλέξανδρος Βελλεροφόντου (= Mueller p. 150)[2]). Quo loco Pegasus non modo ad Bellerophontis exitium non contulisse, sed etiam domini deiectu acerbam calamitatem accepisse dicitur.

[1]) Cf. Zacher, Pseudocallisthenes (1867) p. 175.

[2]) Quendam vel Bellerophonti, equiti Pegaseo, praestare saepius invenitur: Hor. c. III 12, 56; Sidon. Apollin. c. V 177 sq.; Claudian. Paneg. de quarto consul. Honorii 559 sq. cf. Himer. or. III 16; apud Pseudo-Callisth. 17,22 Bucephalus κάλλει διαφέρων τοῦ Πηγάσου, apud Iul. Valer. 7 (= p. 13,29 Kuebl.) *formatus pedibus ad Pegasi fabulam opinabilem* nominatur.

Iam fabulae afferantur, in quibus pariter equis partes magnae tribuuntur. Atque similem de Adrasto et Arione fabulam Wilamowitzius exempli causa posuit[1]). Praeterea multum valet etiam Glauco, patri Bellerophontis, equos exitio fuisse[2]). Quin etiam eos extremo dominum suum comedisse constat. Iam vero Adrastus ludis Nemeis in Archemori honorem institutis Polynici equum Arionem utendum dedisse dicitur (Stat. Theb. VI 301 sq.; cf. Propert. II 34, 38). Arion autem indignatus Polynicem deiecit (*iratus oneri insolito* v. 427; *aurigam fugit, aurigae furiale minatur efferus* 429) ac solus metam contigit. Quam fabulam Romanorum poetas e carmine quodam aetatis Alexandrinae sumpsisse verisimile est, quod ipsum a vetere Thebaide repetitum erat. Atque etiam de equo Seiano mentio fiat. Qui quidem a Thraciis Diomedis equis ortus esse fertur. Aeque autem atque anulus Nibelungorum omnibus qui possidebant, exitio fuit. Quo factum est, ut de hominibus calamitosis diceretur: *ille homo habet equum Seianum* (Gell. III 9)[3]).

VI. De Pegasi fortuna Bellerophontis exitium secuta.

a. De Pegaso Iovis ministro.

Iam reliquum est, ut illae fabulae tractentur quae de posteriore Pegasi fortuna erant.

1. Ac primum quidem Pegasus in aedem Iovis subvolasse fertur. Cuius rei iam Hesiodi versibus quos supra citavimus, mentio fit (Theog. 284 sq.):

χὼ μὲν ἀποπτάμενος προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων
ἵκετ᾽ ἐς ἀθανάτους· Ζηνὸς δ᾽ ἐν δώμασι ναίει
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

Pegasus igitur alis suspensus in posterum deorum in aede moratur. Ac Pindari quodam loco quem paulo post afferemus, nihil nisi hoc dicitur. Apud Hesiodum autem φέρων vox sine dubio cum Ζηνὸς ἐν δώμασι ναίει coniungenda insuper significat, quid Pegasus postea in Iovis domo agat.

Nec vero Pegasum hoc domicilio nonnunquam decedere ullo modo dicitur. Immo Hesiodi verba plane obstant, ne

---

[1]) Griech. Trag. II p. 226 sq.

[2]) Cf. Wilisch in Rosch. M. L. s. v. Glaucos I 1688 sq.

[3]) Cf. etiam notum Uhlandii carmen quod inscribitur „die Rache“.

quis id statuat. Quae cum ita sint, eorum opinio refutatur, qui ex Hesiodi verbis colligunt Pegasum Iovi fulmen tonitrumque atque a Cyclopibus afferre [1]). Qui viri docti Hesiodi versus certo ea de causa ita interpretati sunt, quod Pegasum ad nubem fulmen tonitrumque complexam referebant, quae ab occasu ad caelum ascendat.

Neque tamen quomodo Pegasus fulmen et tonitrum ferat, Hesiodus profitetur. Hoc vero gravissimum est, quod illam Pegasi ascensionem cum Bellerophontis deiectu cohaerere ne verbo quidem significat.

Quem rerum conexum primus Pindarus testatur. Loco enim quem plus semel attulimus (Ol. XIII 91/92), dicit:
διασωπάσομαί Ϝοι μόρον ἐγώ·
τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέκονται.
Quale autem munus Pegasus postea susceperit, Pindarus silentio praeterit. Perperam autem scholiastae eius verba ad catasterismum Pegasi referunt. De quo alibi dicendum est. Quodsi in scholio quodam vetere dicitur: ὁ Πήγασος ἀπενόστησεν εἰς τὸν οὐρανόν, hoc certo e verbis ἀρχαῖαι φάτναι coniectura demum collectum est.

Praeterea apud Euripidem legimus Pegaso post Bellerophontis lapsum fortunam illam obtigisse. „Bellerophontis" enim in epilogo Minervam cum alia tum Pegasi sortem nuntiasse omnes viri docti consentiunt. Atque haec quidem verba Euripides Minervam loquentem fecit:

ὑφ' ἅρματ' ἐλθὼν Ζηνὸς ἀστραπηφορεῖ (frg. 312 N.).

Neque hoc loco magis quam apud Hesiodum de fulmine aliunde allato agi apparet. Euripidem autem ab Hesiodo ita discrepare, ut tonitru praetermisso solum fulmen a Pegaso portari faciat, nihil interesse videtur. Sed ne hoc quidem, quod rursus Hesiodus currus mentionem non facit, urgendum est. Verisimile enim est Hesiodum ipsum quoque Pegasum ad currum Iovis iunctum finxisse.

Iam vero scholiasta R Il. VI 155 („Asclepiades")[2]) Bellerophontis fortunas persecutus τὸν δὲ Δία ait θέσθαι τοῦ κεραυνοῦ ταμίαν τὸν Πήγασον. Contra in scholiis A B ad hunc

---

[1]) Cf. Goettling-Flach ad loc.; Roscher, Gorg. u. Verw. p. 115; alii.

[2]) Codicem R(omanum) esse veterrimum Schimberg, Philol. III N. F. (1891) p. 423 sq comprobavit.

locum, cui item nomen Asclepiadis subscriptum est, narratur: τὸν δὲ ἵππον λαβεῖν τὴν Ἠῶ δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον πρὸς τὸ ἀκόπως περιιέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους. Hanc autem fabulae formam illam quae in cod. R traditur, respicere verba δεηθεῖσαν Διὸς δῶρον λαβεῖν documento sunt. Memoriam autem in cod. R proditam ad Euripidem redire I. Panzer putat.[1]) Atque hanc memoriam causam fuisse opinatur, ut scholio nomen Asclepiadis subscriptum sit, praesertim cum reliqua scholii narratio a vulgari fabula nihil abhorreat. Attamen illa verba codicis R ad Euripidem redire negandum est. Neque enim Pegasum ταμίαν τοῦ κεραυνοῦ factum esse ex Euripidis verbis, quibus ad currum iunctus dicitur, ullo modo explicari posse videtur. Facillime vero illud ex Hesiodi verbis:

Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι

oriri potuisse consentaneum est. Patet igitur illis verbis codicis R interpretationem Hesiodi contineri, ut saepe apud auctores mythographos, „Apollodorum" aliosque. Ceterum ne in ea quidem re Panzero assentiendum est, quod reliquam scholiastae narrationem cum vulgari fabula concinere dicit. Supra enim (cf. p. 86 sq.) vidimus Bellerophontem τὸν οὐρανὸν κατοπτεύσειν πειρώμενον (sic schol. R.) ipsius Euripidis proprium esse.

Atque etiam hunc locum non ad Euripidem, sed ad Hesiodum redire apparet: ἱερὸς δὲ ὁ ἵππος ἤτοι ὅτι . . . ἢ ὅτι βροντὴν καὶ ἀστραπὴν φέρει, καθὸ ἐμφερής ἐστι τῷ Διί (schol. ad Arat. Phaen. 215). Ubi verbis καθὸ ἐμφερής ἐστι τῷ Διί item Hesiodi interpretatio continetur. Ac Pegaso eaedem fere partes tributae videntur, quae supra voce ταμίου significatae erant. Ex Arateis autem scholiis sumptum esse videtur schol. Germanic. G p. 140, 24, quo dictum est Pegasum e nonnullorum sententia inter sidera collocatum esse, quod Iovis equus fuerit.

Iam vero existit quaestio, quae ratio inter ipsa vetustissima testimonia intersit. Neque Euripidem cum brevissima fabulae mentione a Pindaro facta cohaerere in promptu est. Euripides enim Pegasum ad Iovis currum iunctum fulmen ferre dicit. Quae clara ac dilucida fabula nullo modo e vagis Pindari verbis:

[1]) De Myth. Homerico restituendo (1892) p. 21 n 1.

τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέχονται

hausta esse potest, quibus de Pegasi in Olympo munere ne verbum quidem fit. Multo autem propius ad Euripidis verba Hesiodus accedit:

Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διὶ μητιόεντι.

Quaerendum igitur est, possitne fieri, ut Euripides vel etiam Pindarus ad Hesiodum redeant. Ne autem hoc censeas, illud obstare videtur, quod Hesiodus de nexu Pegasi ascensus cum Bellerophonte nihil dicit. Immo ex Hesiodi verbis Pegasus post ipsam Gorgonis caedem ad Iovem se levasse videtur.[1]) Attamen ab hac interpretatione dissentiendum est. Ac primum utique non cogimur, ut ascensum Pegasi ab Hesiodo traditum post ipsam Gorgonis caedem evenisse existimemus. Pegasi enim ascensio v. 285/86 prolata a caede Gorgonis duobus versibus seiuncta est, in quibus Pegasi Chrysaorisque veriloquia afferuntur. Praeterea si v. 287 dicitur:

Χρυσάωρ δ' ἔτεκεν τρικέφαλον Γηρυονῆα,

cui quidem versui verba χῶ μὲν ἀποπτάμενος plane respondent[2]), nemo Chrysaorem post ipsam Gorgonis caedem Geryonem genuisse arbitratur. Ac fabulam ex qua Pegasus post Bellerophontis deiectum altius evolans in Iovis aedem pervenit, vetustissimam esse vidimus. Nam apud Homerum iam obscurata est. Quodsi Hesiodi verba non ipsa quoque ad Bellerophontis fabulam spectarent, duo Pegasi ad Iovem ascensus ponendi essent, quorum alter post ipsam Gorgonis caedem, alter post Bellerophontis deiectum evenisset. Duplex autem Pegasi ascensio minime verisimilis est. Quoniam Pegasi ascensus et ad Bellerophontis fabulam utique pertinet, nec quicquam obstat, ne etiam Hesiodi verba ad eandem fabulam referantur, ipsa ea verba optimo iure cum fabula illa coniunguntur. Atque etiam natura fabulae quae de Pegasi genere fertur, documento est illos Hesiodi versus ad Bellerophontis fabulam revocandos esse. Aeque enim ac similes fabulae supra plus semel adhibitae etiam ea quae de Pegasi genere est, nihil nisi genealogiam spectat. Quod cum ita sit,

[1]) Qua in interpretatione monumentum positum est quod supra tractavimus; cf. p. 21 sq.

[2]) Idem in vv. 282/83 occurrit: τῷ μὲν ἐπώνυμον . . . ὁ δ' ἄορ . . .

in nulla fabularum similium illarum singuli posteri post ipsum ortum hoc vel illud perfecisse dicuntur (cf. p. 44). Quoniam Pegasi genealogia in idem fabularum genus referenda est, non dubito quin Pegasi ad Iovem ascensus non cum caede Medusae cohaereat, sed seiungendus sit.

Causa autem, cur Hesiodus Bellerophontem silentio praetereat, illa est, quod Pegasi in narratione de Gorgone prolata mentionem facit, quae fabula cum Bellerophonte non cohaeret. Maxime autem Hesiodi silentium e consilio explicatur, quo Pegasi ad Iovem ascensum profert. Ut enim Hydrae (v. 316 sq.), Chimaerae (v. 325), leonis Nemei (v. 332), ita etiam Pegasi exitum perstringere vult. Pegasi autem ad Iovem adventus cum Bellerophonte, quippe qui antea delapsus sit, non iam conexus est.

Iam cum ascensus Pegasi ab Hesiodo prolatus Bellerophontis fabulam spectet, Pindarus vel Euripides facile e Theogonia haurire potuerunt. Quod si ita esset, ipsi quoque Hesiodi verba ad Bellerophontis fabulam retulissent. Quamquam argumentis evinci nequit. Ac facile fieri potest, ut ad alium quendam auctorem (Eumelum? cf. p. 45) redeant.

2. Iam perlustratis testimoniis quaeritur, sitne in Pegasi ad Iovem adventu ac fulminis tonitrusque gestatione pars vetustissimae fabulae cognoscenda.

Atque haud pauci viri docti[1]) ipso in hoc Pegasi munere pristinam eius naturam cerni arbitrati sunt. Neque tamen haec opinio probanda est. Nam fabulam illam esse vetustissimam negandum est. Neque enim Iupiter cum Pegaso nisi in Bellerophontis fabula cohaeret. Sin compluribus locis traditur Iovem equis alitibus usum esse („Apollod." bibl. I 6, 3; alibi), numerus pluralis alitum sine nomine equorum plane obstat, ne quis de Pegaso cogitet. Immo Dio Chrysostomus, qui in oratione Borysthenica singulos deorum equos enumerat, Pegasum non Iovi, sed Neptuno tribuit (XXXVI 46). Quodsi eas de Bellerophonte fabulas intuemur, ad quas Pegasum ab initio pertinere vidimus, Iupiter a caede Chimaerae omnino alienus, cum Bellerophontis deiectu postea conexus est (cf. p. 74 sq.) Iupiter igitur a prima forma

[1]) W. Schwartz, Roscher, O. Gilbert, alii.

unius fabulae in qua cum Pegaso cohaeret, abhorruit. Sed etiam illud obstat, quod prae maximis partibus in Bellerophontis fabula tributis Pegasus cum Iove conexus proprio momento caret. Neque enim Iovis in aede alio munere nisi iumenti fungitur, quod deorum principi laborem minuens arma, tonitrum fulmenque, fert. Atque eadem de causa etiam Aurorae tribuitur: πρὸς τὸ ἀκόπως περιιέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους (schol. A B ad Il. VI 155). Et qualis proprius modus muneris quo Pegasus apud Iovem functus dicitur, intellegendus est? Iovis ad currum eum iunctum fuisse vidimus. Quodsi unus equus fuisset, modus hic insolitus atque ad deum summum parum aptus indicio esset illam fabulam non primitivam fuisse. Si vero Pegasus cum aliis equis iunctus fuisset, et ipse certe momento deminutus et alii equi currusque Iovis cogitatione prius ficti essent. Denique Pegasi cum Iove nexui prisco illud repugnat, quod minime constat ac perduravit. Temporibus enim satis antiquis fabula orta est, ex qua Pegasus Aurorae tribuitur. Posteriore autem aetate traditur eum sideribus insertum esse. Contra cum Bellerophonte Pegasus usque ad infima antiquitatis tempora artissime coniunctus est.

Ceterum illud incrementum quo Iupiter cum fabula confusus est, haud difficile est intellectu. Nam iam supra (cf. p. 75) explicavimus, qui factum sit, ut Pegasi loco Iovi Bellerophontis deiectus attributus fuerit. Qua cum re certo Pegasi ad Iovem adventus cohaeret. Bellerophon enim in Iovis aedem pervenire frustra conatus praeceps datus est. Quid vero de Pegaso qui alto in aëre suspensus manebat, fiebat? Nec videlicet aberat quin eo pervenire fingeretur, quo Bellerophon frustra contendere ausus erat, in domum Iovis. Tantum autem Pindarus profert (Ol. XIII 92). Ac facile fieri potuit, ut munus quo Pegasus apud Iovem fungi fertur, fabulae postea demum adderetur. Certus autem huius muneris modus ne ipse quidem multum afuit. Quid enim Iovi magis attribui solet quam arma, fulmen tonitrusque? Atque ea Pegasum deorum principi ferre debere Hesiodus et Euripides plane ac dilucide dicunt. Is autem qui fulmen et tonitrum possidet atque usurpat, unus Iupiter est. Cave igitur ne Pegasum cum fulmine et tonitru artius cohaerere opineris. Quod

ipsum quoque iis contrarium est, qui Pegasum ad tempestatis naturam referunt. Quodsi a Bethio Bellerophontis ascensum et deiectum posterius fabulae incrementum esse arbitrato dissensimus (cf. p. 59), hoc in Pegasum apud Iovem commorantem cadere consentimus.

b. De Pegaso Aurorae ministro.

1. Nec vero solum Iupiter, sed etiam Aurora Bellerophonte deiecto Pegasum possedisse fertur. In schol. enim A B ad Il. VI 155 legimus τὸν ἵππον λαβεῖν τὴν Ἠῶ δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον πρὸς τὸ ἀκόπως περιιέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους. Nec verba δεηθεῖσαν τοῦ Διὸς δῶρον λαβεῖν ex eo explicari possunt, quod Iupiter oestro imposito Pegasum Bellerophontis ultorem fecisse dicitur. Immo haec verba documento sunt Pegasum, priusquam Aurorae contigerit, in Iovis possessione fuisse. Atque in paraphrasi ad Lycophronis Alex. 17 Aurora omnino τοῖς τοῦ Διὸς ἵππου πτεροῖς vehi dicitur. Quare apparet fabulas quarum ex altera Iupiter, ex altera Aurora Pegaso post Bellerophontis lapsum potita est, in illo Homerico scholio exaequatas esse. Praeterea in eodem scholio Aurora aeque ac Sol totum caeli ambitum pervolat. Quod nisi ab auctoribus posterioris aetatis non traditur.[1]) In scholio autem ad Hesiodi Theog. 325 (Io. Diacon. = Flach p. 320) omnino dicitur: τῆς Ἡμέρας πῶλον λευκὸν ἡ Ἑλληνικὴ αὐτονομία τὸν Πήγασον παραδέδωκε; et apud Tzetzam ad Lycophronis Alex. 17: ἡ γοῦν Ἡμέρα παρὰ Διὸς τοῦτον αἰτεῖται, ὡς ἂν ἐποχουμένη αὐτῷ τὸν ἡμερήσιον κύκλον βαδίζῃ. Quem locum ad illud Homeri scholion redire in promptu est.

Compluribus autem locis Pegasus sane Aurorae equus nominatur, nec vero conexus quo cum Bellerophontis fabula cohaeret, ulla mentio fit. Neque tamen hi loci documento sunt illam Aurorae fabulam primo cum Bellerophontis exitio non coniunctam fuisse. Ibi enim conexum illum praeteriri ex eo explicatur, quod Bellerophontis fabulam tangere omnino non horum locorum est. Ac pro certo affirmare licet Auroram cum Pegaso pariter ac Iovem, qui dono dedisse fertur, nisi in Bellerophontis fabula non coniunctam fuisse.

[1]) Cf. Rapp in Rosch. M. L. s. v. Eos I 1255.

Et aeque atque Iupiter etiam Aurora sine dubio posteriore fabulae incremento cum Pegaso conexa est. Locorum autem quibus Bellerophontis mentio deest, hi Lycophronis versus sunt, quibus omnino Aurora Pegasum possedisse primum dilucide dicitur (Alex. 16/17):

Ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι Φηγίου πάγον
κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο Πηγάσου πτεροῖς.

Iam vero Stephanius opinaturLycophronem in medio relinquere, utrum Aurora curru usa an equo vecta sit.[1]) At Auroram equitasse verbis illis plane ac perspicue dicitur.[2]) Praetera nec currus nec plurium qui currui iungi solent equorum mentio facta est. Atque Auroram equitantem intellegendam esse recte scriptum est primum in scholio ad Eurip. Or. v. 1004: Εὐριπίδης μὲν ἐπὶ ἑνὶ ἵππῳ ἐποχεῖσθαί φησι τὴν Ἡμέραν (φασὶ δὲ τοῦτον εἶναι τὸν Πήγασον). ἄλλοι δὲ ἐπὶ δίφρου; deinde apud Tzetzam et illo loco quem supra attulimus (cf. p. 82) et hoc: οἱ δὲ νέοι τῷ Πηγάσῳ ἐποχουμένην αὐτὴν (scil. Ἡμέραν) εἰσάγουσι (ad Lyc. Alex. 17); tum apud Eustathium: ἣν ὁ μῦθος ἔποχον ἅρματι ἢ κελητίζουσαν ἐπὶ τοῦ Πηγάσου, ἔτι δὲ καὶ λαμπαδηφόρον πλάττει (ad Hom. Od. II 1 = 1420 12), et: ἔποχον οὖσαν κατὰ τὸν μῦθον ἢ ξυνωρίδι ἵππων καθ' Ὅμηρον Λάμπου καὶ Φαέθοντος ἢ τῷ Πηγάσῳ κατὰ τοὺς νεωτέρους (ad Hom. Il. XI 2 = 826, 24.[3])

Alio autem Tzetzae loco Homerus et νεώτεροι ita confunduntur, ut Pegasus Lampo et Phaëthonti, quos Aurorae equos Homerus nominat (Od. XXIII 246), adiungatur (Posthom. v. 136—139):

εὖτ' ἄρ' δ' ὠκεανοῦ ἀποέσσυτο Ἠριγένεια
δίφρῳ ἐφεζομένη, τὴν δ' ὠκέες εἴρυον ἵπποι,
Λάμπος καὶ Φαέθων, οἵ οἱ ζύγιοι τελέθουσιν,
Πήγασος αὖτε νεόκτητος παρήορος ἦεν.

Quae contaminatio certe Tzetzae ipsi ascribenda est.[4])

Ne vero quis putet Pegasi cum Aurora conexum fabulam

---

[1]) Compte-Rendu (1860) p. 48.

[2]) Apud Gregor. Naz. poem. theol. II 10 50 ed. Benedict. (1840) tom. II p. 416 eques Pegaso alite vectus omnino πτηνός appellatur.

[3]) Etiam Holzinger Lycophronis locum ita interpretatus est.

[4]) De operibus duobus huius aetatis in quibus Aurora curru ab uno equo vecto utitur; cf. Stephani, Compte-Rendu (1864) p. 47; p. 245

vetustissimam esse, eadem omnia argumenta repugnant quae supra in expositione de Pegaso Ioveque coniunctis facta attulimus (cf. p. 80 sq.).

2. Iam vero explicandum est, quomodo Aurorae et Peagsi coniunctio orta sit. Ac Stephanius et Rappius illam causam fuisse existimant, quod equi qui in operibus aetatis vetustioris Aurorae currum vehunt, haud raro alis instructi sunt.[1] Neque tamen haec opinio probanda esse videtur. Nam non ea explicatur, cur ipsa Aurora cum Pegaso conexa sit. Immo si ita esset, aequo iure etiam alii dei qui curribus ab equis alatis vectis utuntur[2]), cum Pegaso coniungi poterant. Praeterea si equi alites ad currum Aurorae iuncti causa illius conexus fuissent, Pegasus equis Aurorae sine dubio par existimatus esset. Nonne vero, si hoc factum esset, potius exspectaretur, ut Pegasus unus ex Aurorae equis nominatus aut Aurorae equis adiunctus esset? Hoc tamen tantum abest, ut alii equi pennati una cum curru a Pegaso remoti sint. Hoc tamen plane obstat, ne quis putet equos alites ad currum Aurorae iunctos Pegaso pares existimatos esse. Quod cum ita sit, ii qui ipsos equos illos Pegasi cum Aurora coniuncti causam fuisse arbitrati sunt, nihil iam habent, quo consistant. Itaque Pegasi et Aurorae conexus aliter explicandus est.

Atque Euripides Auroram μονόπωλον appellat (Or. 1004). Quem Auroram non equitantem, sed curru vectam finxisse Vossius et Krahner nescio quomodo colligunt, quod equitem uno equo uti per se intellegatur.[3]) At in promptu est Auroram ob id ipsum μονόπωλον appellari, quod non curru vehitur, sed equitat. Quod in scholio ad Euripidis locum quod antea laudavimus, recte intellectum est. Atque etiam Holzinger ad Lycophr. Alex. 17 et Rappius ita interpretati sunt. Num vero his etiam assentiendum sit, qui e scholio Euripideo Ἠῶ μονόπωλον Pegaso vectam esse putant? Cui rei sane illud non obstat, quod Euripides ipse in Bellerophonte suo

[1]) Compte-Rendu (1864) p. 47; Rosch. M. L. s. v. Eos I 1260.

[2]) Cf. Stephani ibid. p. 44 sq; de Ridder, Bulletin de corresp. hellén. XXI (1898) p. 227, n. 1.

[3]) Mytholog. Briefe II p. 77; Ersch et Gruber. Encycl. s. v. Pegasus p. 456.

Pegasum post domini exitium Iovi potius servientem fecit. Alibi enim aliam fabulae formam proferre potuit. Sed ipsum vocabulum μονόπωλος quo in Oreste utitur, repugnat, quominus Auroram Pegaso vectam intellegas. Quo nihil dicitur nisi Auroram uno equo uti i. e equitare. Atqui Pegasus non equus vulgaris, sed cum fabulis tum alis adeo mirus est, ut a vulgari caballo maxime distet. Qui nisi contextu sermonis explicatur vel excusatur, nullo modo simplici πώλου voce significari potest. Praeterea etiam illud opponere licet. Aurora Pegaso vecta ab Eustathio et Tzetza diserte ipsis νεωτέροις ascribitur. Quod quidem verisimiliter eo redit, quod grammatici Alexandrini fabulas ab Homero et a posterioribus poetis traditas seiungebant. Haec enim seiunctio primo ab Aristarcho facta, tum ab Apollodoro accepta ad mythographos et scholiastas aetatis posterioris transiit. Si Euripides Pegasum significaret, nobis saltem primus Aurorae Pegaso vectae, fabulae minime vulgaris, testis esset. Atque ipse iam voce maxime vaga uteretur? Quod non vereor, ne cui videatur. Quare comprobamus Euripidem Auroram neque Pegaso neque omnino equo aliti, sed vulgari vectam finxisse.

Unde vero discrepans haec cogitatio repetita est? Atque ad fabulam ad id temporis minus notam redire potest. Vel e Lunae similitudine orta esse potest, quae quidem equo vulgari vehi solet. Haec autem translatio facillime in artis monumento fieri potuit, si Aurora et Luna altera alteri respondentes fingebantur.[1]) Cui opinioni etiam hoc patrocinari videtur. Robertius enim in pictura qua Polygnoti pugnam Marathoniam refingere conatus est, Auroram aeque ac Lunam equo vulgari vehentem fecit.[2]) Vereor autem, ut ipso de illo Euripidis loco cogitaverit, quo uno Aurora equo vulgari vecta esse dicitur. Quod si ad verum accedit, certe sola e Lunae similitudine etiam Auroram equo vectam fecit. Auroram autem Pegaso vectam cum Aurora equo vulgari usa cohaerere pro certo dici potest. Atque vulgari Aurorae equo per se alae tributae erunt, quod etiam equi ad Aurorae currum iuncti pennis praediti esse solent. Quo facto unus ille equus alatus

---

¹) Cf. analogiam Persei Pegaso vecti, de qua supra diximus p. 40.

²) 18. Hallesch. Winckelmanns Progr. (1895).

Pegasus existimatus erit, quem interpretes quidam iam apud Euripidem cognoverant.

c. De Pegaso inter sidera constituto.

Iam vero alia Pegasi fortuna compluribus locis traditur, quibus Pegasus post Bellerophontis exitium sideribus insertus esse dicitur. Cum autem Pegasi catasterismus cum Hippucrenes origine conexus esse soleat, infra accuratius tractandus est. Nihilominus nonnulla praesumenda sunt.

Aratus quidem narrat equum qui Hippucrenen Heliconiam produxit, in Equi sidus conversum esse (Phaenomen. 215 sq.). Quod ipse finxisse videtur. Necdum vero de Pegaso cogitavit. Atque interpretum ii qui Arati verba diligenter observant, Equi sidus ne ipsi quidem alium nisi equum agnoscunt qui Hippucrenen fodisse fertur. Contra alii Aratum Pegasum intellexisse putabant: οἱ μὲν αὐτὸν (scil. ἵππον) λέγουσι τὸν κολάψαντα τὴν κρήνην ἐν τῷ Ἑλικῶνι, οἱ δὲ τὸν Πήγασον (schol. ad Ar. Phaen. 205). Haec autem opinio placuit. Quam cum alii probaverunt tum Germanicus, qui de Equi sidere haec dicit: *Gorgonis hic proles* (Arat. 218 sq.), ceteris vero rebus Aratum secutus est. Quoniam autem equus Hippucrenen fecisse et ad sidera subvolasse dictus Pegasus putabatur, hoc commentum facile cum ceteris de Pegaso fabulis atque imprimis cum Bellerophontis exitio coniunctum est.

Hoc quamquam alibi copiosius tractandum erit, tamen iam hic eorum loci afferendi sunt, qui Hippucrenes origine neglecta Pegasum post ipsum Bellerophontis deiectum in sidus converti faciunt: ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον εἶναί φασι τὸν εἰς τὰ ἄστρα ἀναπτάντα ὕστερον τῆς Βελλεροφόντου πτώσεως („Eratosthenes" Catast. XVIII); *alii hunc Pegasum dicunt ad astra evolasse, posteaquam Bellerophontem a se excusserit* (schol B P ad Germ. Arat. p. 79; $^1/_2$ Br.); *qui ad astra post Bellerophontis interitum evolaverit* (p. 141; $^5/_6$ Br.). Atque etiam scholion ad Pind. Ol. XIII 92 cuius supra mentionem fecimus (cf. p. 77), ad scholia Aratea redire videtur. Quo quidem loco Pindari verba perperam ad Pegasi catasterismum referuntur, qui Bellerophontis exitium secutus esse dicitur.

VII. De Pegaso cum Tarsi nomine conexo.

Iam vero cum Bellerophontis exitio Tarsus Ciliciensis inepta nominis enodatione coniuncta est. Ibi enim campum Aleium situm esse alii dicebant (cf. Herodot. VI 95), ut alii in Lycia collocabant. Atque campi Aleii nomen iam apud Homerum duplici veriloquio ad Bellerophontis fabulam refertur (Il. VI 201/2):

ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quod sine dubio causa fuit, ut etiam nomen Tarsi, quae urbs in arvo Aleio sita est, cum Bellerophontis fabula conecteretur. Unde apparet ipsum hunc conexum posteriore aetate excogitatum esse.

Ac Dionysius Thrax in libro qui περὶ Ῥόδου inscribitur, narraverat Tarsi nomen a Bellerophontis calce (= ταρσός) ductum esse (Steph. Byz. s. v. Τάρσος). Quae fabulae forma certo aetate prima fuit. Etenim hoc commentum omnino ex illis Homeri versibus deductum est. Homerus autem arvum Aleium uno cum Bellerophonte coniungit, Pegasum omnino ignorat.

Ceteris vero locis quibus cum Bellerophontis fabula conectitur, Tarsus a Pegasi calce nominata esse dicitur. Atque Alexander Polyhistor in libro quem περὶ Κιλικίας scripserat, urbem Tarsum dictam esse narraverat διὰ τὸ τὸν Πήγασον ἵππον ἐκεῖ τὸν ταρσὸν κλάσαντα καὶ Βελλεροφόντην ἐν τῷ Ἀληίῳ πεδίῳ πλανηθῆναι (Steph. Byz. s. v. Τάρσος). Pegasus igitur non in Olympum subvolaverat, sed una cum Bellerophonte delapsus erat. Quod cum ita esset, non Bellerophon, qui equo vectus in altiore positione erat, sed Pegasus calce fracta claudus factus esse dicitur. Quae calamitas sine dubio a Bellerophonte in Pegasum translata est. Ac fere idem vetere quodam Dionysii Periegetae scholio dicitur. Quod ad hos Dionys. Perieg. versus affertur (v. 869 sq.):

Τάρσον ἐυκτιμένην, ὅθι δήποτε Πήγασος ἵππος
ταρσὸν ἀφεὶς χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵππου
ἐς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης,
κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήιον . . . . .

Vetere autem scholio haec narrantur: μυθεύεται γάρ, ὅτι

Βελλεροφόντης ποτὲ τοῦ ἐπίκλην λεγομένου Πηγάσου ἐπιβὰς ἵππου . . . . θελήσας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν διὰ τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ, καταβληθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῇ γῇ σὺν τῷ ἵππῳ ἔπεσεν, ὡς τοῦ ἵππου πτερορυήσαντος. διὸ καὶ ὡς πρῶτος πατήσας (πατήσας indicio est ταρσόν a schol. calcem intellectum esse) ἐκείνην τὴν γῆν τοιοῦτον ὄνομα κατέλιπεν ἐν αὐτῇ (scil. Pegasus, ut Dionysii verba docent). Quod autem Pegasus alas perdiderat, lapsus explicatio haud ita remota erat, quae etiam e simili Icari fabula nota erat. Eadem autem ac scholio etiam in paraphrasi illorum Dionysii versuum parum sane dilucide proferuntur. Qui paraphrasis locus partim ad vetus illud scholion, partim ad alterum versuum illorum scholion redit, quo tamen Tarsi mentio deest. Haec autem paraphrastae verba sunt: ὅπου ποτὲ ὁ Πήγασος ἵππος τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς (ταρσόν idem ac calcem valere e scholio quod supra attulimus, deprompsit) αὐτοῦ ἀφεὶς τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τοὔνομα ἐγκατέλιπεν, ὁπηνίκα ὁ ἥρως Βελλεροφόντης ἐς τὸν οὐρανὸν πορευόμενος κατενεχθεὶς κατεάγη (duo haec verba ex altero scholio sumpsit) τοῦ ἵππου πτερορυήσαντος (hanc vocem e scholio quod attulimus, mutuatus est). Denique etiam Eustathius eadem fere ad illum Dionysii locum fusius persequitur. Tarsum enim inde nominatam esse dicit, ὅτι δηλονότι ὁμώνυμός ἐστι τῷ τοῦ Πηγάσου ταρσῷ ἐκεῖ καταρρυέντος ἄνωθεν καὶ τὸν ἀναβάτην Βελλεροφόντην συγκατενεγκόντος . . . . ὅτε γὰρ ἐς Διὸς ὁ Βελλεροφόντης ἀφικνεῖτο, ἐποχούμενος τῷ πτερῷ τῷ Πηγάσου, τότε καὶ ὁ Πήγασος κάτω ἠνέχθη χόλῳ Διός, καὶ ὁ ἱππεὺς συγκατηνέχθη. καὶ ὁ ἵππος αὐτοῦ ἐνταῦθα τὸν τοῦ ποδὸς ταρσὸν ἐπαφείς, ἐκεῖ γὰρ ὤκλασε, τῷ τόπῳ ἔλιπε τὸ ὄνομα. ἄλλοι μέντοι τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ὑπόμνημα τῆς τοῦ Βελλεροφόντου χωλείας εἶναί φασιν, ὡς τὸν τοῦ ποδὸς ταρσὸν ἐκεῖ χωλανθέντος, ὅτε τοῦ Πηγάσου κατέπεσεν. Iam vides ea quae alii (ἄλλοι) narrasse dicuntur, plane eadem esse quae Dionysius Thrax protulerat (cf. p. 87).

Sine dubio ad fabulam qua Pegasus in Ciliciam delapsus esse fertur, non vero in quandam Chimaerae pugnam quae in Cilicia facta sit[1]), Ausonii locus referendus est: *Pegasus volucer actus a Lycia non ultra Ciliciam permeavit* (Grat. act.

[1]) Quod nescio quomodo Krahner opinatur in Ersch. et. Grub. Encycl. s. v. Pegasus p. 459.

37; p. 375 Peip.). Quibus verbis Ausonius Caesari blanditur, qui summa velocitate totum imperium percurrerit. Neque eum vulgarem fabulam significare, qua Pegasus post Bellerophontis lapsum in Cilicia factum ad Iovem pervenisse fertur, facile intellegitur. Vulgari enim in fabula Pegasus maiora quam Gratianus consecutus est.

Iam vero si ipsius Dionysii Periegetae verba accuratius perlustramus, planum fit cum fabula ab interpretibus narrata minime ea congruere. Ac primum ἀφείς, qua voce Dionysius utitur, parum cum interpretum fabula concinit. Quae vox vetere illo scholio et paraphrasi omnino non explicatur. Eustathius autem ἀφείς idem atque ἐπαφείς significare contendit. Haec tamen minime vis simplicis vocis ἀφείς est. Ne vero quis apud Dionysium fabulae formam ab interpretibus allatam agnoscat, illud maxime obstat, quod Dionysius Bellerophontem ἀφ' ἵππου delapsum esse dicit, scholiastae vero Pegasum una cum domino devenisse narrant. Cave autem ne opineris Dionysium verbis ἀφ' ἵππου usum esse, ut Pegasum a Bellerophonte seiunctum praecipitasse dicat. Hoc enim si esset, Dionysius rem minimam peculiaribus verbis significasset, contra Pegasi ipsius quoque deiecti, quae gravissima res est, nullam mentionem fecisset. Sed Dionysium vulgarem fabulam secutum esse apparet, ex qua Bellerophon ex alto praecipitavit, Pegasus autem ipse summo in aëre mansit. Quod cum ita sit, Dionysius ταρσὸν non pedem intellegere potuit, sed pinnam, quae item voce ταρσός significatur. Pegaso igitur apud Tarsum ex alis penna excidit.

Nec vero haec fabula a Dionysio solo traditur. A Iuvenale enim (III 117/18) Egnatius appellatur:

ripa nutritus in illa,
ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.

Quibus verbis ripam Cydni qui Tarsum perfluit, significari nunc omnes consentiunt. Quodsi verbis illis Tarsi significatio inest, non dubium est quin *pinna caballi*, id est ταρσὸς ἵππου, ad verbum accipienda sit. Quare Heinrichii sententia certe improbanda est, qui quadam orationis figura *pinnam caballi* totum Pegasum significare opinatus est[1]). Atque etiam in

[1]) In edit. (1839) ad hunc locum.

fabula quam supra attulimus (cf. p. 38), Tarsi nomen a pinna dicitur. Perseus enim Tarsi unam e talaribus pinnis perdidisse fertur.

Iam cum Dionysius Periegeta et scholia maxime differant, consentaneum est fabulae formam in scholiis prolatam e Dionysio haustam esse non posse. Atqui scholia cum Alexandro Polyhistore plane concinere vidimus (cf. p. 87). Quae cum ita sint, non dubium est quin ad hunc ipsum redeant. Dionysius autem unde hauserit, pro certo dici nequit.

Is autem etiam ab Avieno, imitatore suo, prave intellectus est. Hic Pegasum a Tarso subvolantem facit, qui relicto ungulae vestigio urbi nomen dederit (descript. orb. terr. III 1032/33):

Pegasus hoc olim suspendit caespite sese
impressaeque solo liquit vestigia calcis.

Contra in amputata Prisciani versione illud de Tarso commentum deest[1]).

VIII. De ceteris fabulis in Asia collocatis.

Fabulae autem quas modo persecuti sumus, caedes Chimaerae et Bellerophontis ascensio exitiumque, in Lycia collocantur. Atque cum Lycia fabula etiam commentum cohaeret quo Tarsi nomen explicatur.

Neque tamen desunt quibus planum fit Bellerophontis Pegasique coniunctionem etiam extra Lyciam in Asia notam fuisse. Bargylia enim, quae Carum urbs paulum ab Halicarnasso abest, a Bargylo nominata esse fertur, ὃς πληγεὶς ὑπὸ Πηγάσου τελευτᾷ, Βελλεροφόντης δὲ ἀνιαθεὶς ἐπὶ τῷ ἑταίρῳ πόλιν ἔκτισε Βαργύλια (Steph. Byz. s. v. Βαργύλια). Ac post 200. p. Chr. n. annum in argenteis et aëneis Bargyliae nummis Pegasus aut Bellerophon eo vectus occurrunt[2]). Atque etiam in nummis Halicarnassi ipsius, quae colonia Troezeniorum dicitur, Pegasus aetate satis antiqua invenitur[3]). Praeterea nummi Alabandae et Alindae, urbium Caricarum,

[1]) Burmannus perperam versus alios Prisciano (tribuit ad Rutil. Nam. itin. I 449 = poët. lat. min. II p. 133).

[2]) Head, H. N. p. 522.

[3]) Head, ibid. p. 526.

Bellerophontis Pegaso signati sunt[1]). Denique idem etiam in nummis Stratoniceae Caricae et Euippae occurrit, qui locus apud Stephanum Byzantium δῆμος Καρίας appellatur[2]). Carum autem in regionem Bellerophontis fabulam a colonis Peloponnesi septentrionalis translatam esse scimus. Atque apud Cares non secus quam Gorgonis fabula indidem translata Bellerophontis et Pegasi coniunctio late diffusa est atque increvit.

Sed quamquam coloniae Peloponnesiorum septentrionalium praecipue in meridionalem Asiam deducebantur, tamen ne in ea quidem Asiae parte quae ad aquilonem magis conversa est, vestigia fabulae Bellerophonteae desunt. Ac Sarpedon, Mileti conditor, ab Homero (Il. VI v. 199) Bellerophontis nepos nominatur. Qua cum re cohaerere videtur, quod in nummis Cyzici, coloniae Milesiorum, et Pegasus et Chimaera quinto iam saeculo inveniuntur[3]). Atque etiam Leucippus, Magnesiae Maeandriae conditor, Bellerophontis stirps fertur (Parthen. 15).

In fine cuiusdam fabulae neograecae mentio fiat. Sprattius enim hoc dicit: St. Nicetas] *in the greek Calendar is reverenced as a sort of Bellerophon, having the power of aërial flight on a white-winged steed*[4]). Nec vero fabulam Nicetae ipso cum Bellerophonte et Pegasò cohaerere evinci potest. Quod enim et ipse equo alato vehitur, parum documento est. Nam in fabulis neograecis haud pauci equi alati occurrunt, qui certe cum Pegaso nihil coniuncti sunt. Neque Pegasum pinnis albis instructum fuisse in antiquis fabulis usquam dictum est.

Perlustratis vero fabulis quae de Pegaso cum Bellerophonte conexo feruntur, summam iudicii nostri breviter comprehendamus. Vetustissimam fabulam eam cognovimus, qua Pegasus cum Chimaerae pugna atque cum Bellerophontis ascensu deiectuque coniungitur. Eae vero fabulae quibus Pegasus a Bellero-

---

[1]) Head. ibid. p. 519.
[2]) Head, ibid. p. 530; p. 525.
[3]) Head, ibid. p. 451.
[4]) Spratt, Travels and researches in Crete vol. I (1865) p. 346.

phonte domitus atque cum Iove et Aurora coniunctus esse dicitur, posteriori incremento tribuendae sunt.

Hoc autem iudicium nostrum ad fabulam explicandam magni momenti esse in promptu est. Neque e posteriore cum Iove conexu colligi potest Pegasum primo cum tempestatis natura quodammodo cohaesisse (cf. p. 80). Nec magis ad solem Pegasus referri potest. Quae sententia eo nititur, quod Bellerophontem cum sole coniunctum esse quidam viri docti contendunt. Sed ut hoc ad verum accedat, tamen in vetustissima fabula Bellerophon et Pegasus alter alteri maxime adversantur. Pegasus enim quamquam in Chimaerae expeditione Bellerophonti potestatem victoriae facit, tamen post temerariam ad caelum ascensionem dominum exitio dat. Quod cum ita sit, nullo modo fieri potest, ut uterque pariter ad solem referatur. Neque huic fabulae explicationi genealogiam patrocinari, qua Pegasus Neptuni et Medusae filius fertur, elucet. Denique Pegasus ne execrationum quidem velocitatem significare potest[1]). Nam etiamsi Bellerophontem perdit, tamen etiam victoriae a Chimaera reportatae auctor est[2]).

C.

De fabulis in quibus Pegasus fontium auctor fertur.

I. De Pegaso cum Hippucrene Heliconia conexo.

Iam de conexu agamus quo Pegasus cum fontibus compluribus cohaeret, quos ictu ungulae produxisse fertur.

Ac primum quidem de Hippucrene Heliconia dicamus. Fabula enim Hippucrenes a Pegaso factae et omnium prima traditur et ad ea quae de ceteris fontibus Pegaseis narrantur, multum attulit.

[1]) Gruppe, griech. Mythol. I p. 75; p. 186.

[2]) Quamquam Gruppius explicatione Euhemero digna Chimaerae caedem ad Graecorum cum barbaris pugnam refert ibid. p. 390.

1. Atque nomen Hippucrenes iam in sexto versu Theogoniae Hesiodeae occurrit, qui una cum antecedenti et insequenti versu a quibusdam viris doctis sine causa spurius existimatus est. Iam praeter Hippucrenen Permessus et Olmius nominantur. Quod nescio an in regionis patriae notitia positum sit. Tribus autem locis illis Musae lavari dicuntur. Nec vero Hippucrenen a Pegaso excussam esse in Theogonia scriptum est. Quamquam Hesychius s. v. Ἱππουκρήνης haec affert: τῆς ἐν τῷ Ἑλικῶνι, ἥτις ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ Πηγάσου ἵππου, ὃς διψήσας ἔκρουσε τὴν γῆν τῇ ὁπλῇ. ἡ δὲ τὴν πηγὴν ἀνῆκεν. Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. Cave tamen ne Theogoniae locum quondam ampliorem fuisse conicias, quo de Hippucrene plura verba facta fuerint. Nam plus semel nomen auctoris non post glossam re vera ab eo sumptam, sed post scholion aliunde haustum ponitur[1]). Neque magis hoc e quodam Arati scholio colligere licet. Is quidem de Hippucrenes origine haec profert (Phaen. 215 sq.):

κεῖνον (scil. Ἵππον) δὴ καί φασι καθ' ὑψηλοῦ Ἑλικῶνος
καλὸν ὕδωρ ἀγαγεῖν εὐαλδέος Ἱππουκρήνης·
οὐ γάρ πω Ἑλικὼν ἄκρος κατελείβετο πηγαῖς
ἀλλ' Ἵππος μιν ἔτυψε· τὸ δ' ἀθρόον αὐτόθεν ὕδωρ
ἐξέχυτο πληγῇ προτέρου ποδός· οἱ δὲ νομῆες
πρῶτοι κεῖνο ποτὸν διεφήμισαν Ἱππουκρήνην.
ἀλλὰ τὸ μὲν πέτρης ἀπολείβεται οὐδέ ποτ' αὐτὸ
Θεσπιέων ἀνδρῶν ἑκὰς ὄψεαι, αὐτὰρ ὁ Ἵππος
ἐν Διὸς εἰλεῖται καί τοι πάρα θηήσασθαι.

Scholiasta autem ad v. 205 hoc dicit: εἴληφε δὲ τὴν ἱστορίαν παρ' Ἡσιόδου. διό φησιν οἱ δὲ νομῆες πρῶτοι κεῖνο ποτόν. Atque Aratum Hesiodi Theogoniam respicere rectissime animadvertit[2]). Quo factum est, ut paululum vagiora verba εἴληφε δὲ τὴν ἱστορίαν παρ' Ἡσιόδου attulerit. Minime vero inde concludi potest ipsam Hippucrenes originem in Theogoniae prooemio narratam fuisse.

Nec vero inde a prooemio Musarum Heliconidum usque ad aetatem quae Alexandrina vocatur, Hippucrenes in litteris ad nostram aetatem propagatis ulla iam mentio fit.

---

[1]) Cf. Muetzell, de emendat. Theog. Hes. p. 370.
[2]) Muetzell ibid. p. 370; Maass, Aratea p. 275.

Quamquam inscriptio adversari videtur, quae in nota hydria musei archaeologici Florentini invenitur[1]). Quod vas rubris figuris pictum V saeculo attribuendum videtur. Atque in umero pyrrhiche quae vocatur, a puella exercetur. Utraque autem a parte saltantis cum aliae puellae adstant tum una cui nomen Cleodoxa est, tibia, altera quae Pegasis nominata est, fidibus canit; tertia cui nomen non adscriptum est, et ipsa lyram tenens cantum insistere videtur. Atque quaeritur, quid nomen illud Pegasidis significet. Supra autem vidimus Pegasidem et nymphas et Musas nominari (cf. p. 1 sq.). Nec vero Pegasidem hydriae Florentinae ad nymphas referendam esse certum est. Nam lyra ab ea portata ac nomen Cleodoxae alteri puellae inditum claro indicio sunt Pegasidis illius nomen cum Musis cohaerere. Quamquam unam e Musis ipsis eam significare negandum est. Cum enim figurae in pictura illa repraesentatae non deae, sed sine dubio humanae sint, Musae omnino exspectari non possunt. Neque Pegasidis aut Cleodoxae nomen usquam ad significationem Musarum singularum usui est. In titulo autem temporibus Caesarianis tribuendo qui in monumento Sidae Pamphylicae incisus est, mortua verbis εὐτύχει Πήγασι valere iubetur (CIG III 4346). Hoc nomen ab amore studioque artium sumptum fuisse pro certo dicere licet Ita igitur etiam nomen Pegasidis in hydria pictum intellegendum est.

Quaeritur autem, quaenam vis nomini Pegasidis, quatenus ad Musas spectat, insit. Atque apud Verrium Flaccum (Paul. Fest. s. v. Pegasides) scriptum est: *Pegasides Musae dictae sunt a fonte quem Pegasus ictu ungulae fingitur aperuisse* (cf. p. 2). Hic igitur illud nomen quamquam non directe a Pegaso repetitur. Contra alii notae atque artissimae Musarum fontiumque coniunctionis memores perspexerunt Musas nil esse nisi quandam nympharum speciem[2]). Unde altera sententia orta est, qua Musae initio ipsa ex illa fontium (πηγῶν) coniunctione Pegasides nominatae sint[3]).

---

[1]) W. Amelung, nr. 237; ed. Arch. Ztg. VIII (1850) t. 21; Revue archéol. VII (1850) p. 120.

[2]) Cf. Lehrs, Popul. Aufs. p. 126 sq. Preller-Robert, griech Mythol. I p. 486 sq.; Bloch in Rosch. M. L. s. v. Nymphen III p. 518/19.

[3]) Maass, Hermes XXXI (1896) p. 426; Rothstein in edit. Propertii II p. 360.

Atque quaeritur, utra vis in Pegasidem hydriae cadat. Quodsi veriloquium apud Festum traditum ponimus, priusquam puella Pegasis nominari potuerit, haec fieri debuerunt: primum fabula ex qua Pegasus fontem Hippucrenen produxit, divulgari, tum Hippucrene a Pegaso Pegasis nominari, deinde Musae ab hoc fontis nomine Pegasides appellari, denique ab hoc Musarum nomine mulier Pegasis nominari. Nec vero Pegasum Hippucrenen excussisse aut fontem a Pegaso Pegasidem nominatum aut Musas ab hoc Hippucrenes nomine Pegasides appellatas esse ante aetatem qua hydria Florentina facta est, unquam traditur. Immo a temporibus demum Alexandrinis omnino illa atque saepissime inveniuntur. Accedunt autem alia. Accepto enim Verri Flacci veriloquio Pegasis et hydriae et tituli illius sepulcralis quodammodo ad Musas ipsius Hippucrenes referrentur. At illius Pegasidis nomine aeque ac Cleodoxae generalem Musarum memoriam contineri apparet. Ut homines haud raro Musas appellari constat. Ac si Pegasis hydriae et tituli ad Musas ipsius Hippucrenes referrentur, exspectari poterat, ut etiam Hippucrenis, Aganippis, Castalis, Libethris aliaque cognomina Musarum singularium pari usui essent Quod cur nunquam factum sit, facile intellegitur. Praeterea si Musae iam ante hydriae Florentinae aetatem cum Pegaso conexae atque ex eo nominatae essent, exspectari poterat, ut temporibus satis antiquis cum Pegaso artius coniunctae invenirentur. Nec vero hanc coniunctionem nisi aetate multo inferiore factam esse videbimus. Ac ne in illis quidem Propertii, „Vergili", „Ovidi" locis quos supra laudavimus (cf. p. 2), Pegasides ipsam ad Hippucrenen referre utique cogimur. Quamquam facile fieri potuit, ut post aetatem Alexandrinam, cum ipse fons a Pegaso productus multum valere coepit, nomen Pegasidum aliter, atque ita ut apud Paulum Festi traditur, intellegeretur. Qui ceterum et ipse Pegasidum nomen Musis attributum non a Pegaso directe, sed a fonte ungula producto repetit. Atque „Moschus" (epitaph. Bionis 78), Antipater Thessal. (A. P. XI 24, 6), Onestes (A. P. IX 225, 1; IX 230, 2), Martialis (IX 58, 6) Hippucrenen vocant Pegasidem. Hanc tamen pristinam Pegasidum vim fuisse negandum est. Quod ne quis putet, denique etiam illud obstat, quod Pegasum

aetate Alexandrina omnino Hippucrenes auctorem factum esse paulo infra evincere posse mihi videor. Quae cum ita sint, Pegasis hydriae non ipsa cum Hippucrene cohaeret.

Alexandrina autem ab aetate usque ad infima antiquitatis tempora Hippucrene persaepe occurrit.

Quae res ipsa indicio est non casu Hippucrenes mentionem a prooemio Theogoniae Hesiodeae usque ad aetatem Alexandrinam deesse. Atque etiam inde id elucet, quod vetustissima poetarum Alexandrinorum testimonia ipsam mentionem in Theogonia factam respiciunt. Ut Callimachus in fragmento apud Frontonem servato facit (frg. anon. 388 ed. Schneider), quod iure ab omnibus ei tribuitur[1]). Atque M. Aurelius Caesar in epistula ad Frontonem data scribit haec se apud magistrum legisse:

ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου
'Ησιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν

(ep. I 3 p. 11 Naber). Aeque autem Callimachus in altera Hippucrenes mentione Hesiodi prooemium (Theog. 5/6) respicit (h. V 71/72):

ἵππω ἐπὶ κράνᾳ 'Ελικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
λῶντο[2]).

Atque etiam Aratum in Hippucrenes memoria Hesiodum respicere supra vidimus (cf. p. 93).

Silentium autem quod usque ad aetatem Alexandrinam observatur, inde explicari mihi videtur, quod omnino ea demum aetate causa existit, qua inde ab illo tempore Hippucrenes saepissime mentio fiat. Alexandrina enim aetate Hippucrenen eam scaturiginem factam esse, cuius haustu poetae divino instinctu excitari dicuntur, argumentis comprobari potest. Quam rem toti antiquitati familiarem fuisse Rothsteinius iniuria contendit.[3]) Neque enim ullum exstat testi-

---

[1]) Primo a Bergkio ei adscriptum est, Anthol. lyr. nr. 3; quocum Rauchius, die Frg. der Aitia des Callim. (1860) p. 11, Meinekius, Anal. Alex. p. 287, O. Schneider, Callimachea II p. 789, E. Dittrich, Jahrb. f. Philol. 143 (1891) p. 576 ita consentiunt, ut Bergkium secutus Schneider fragmentum prooemio Aetiorum, Rauchius et eum secuti Meinekius et Dittrichius epigrammati cuidam adscribant, quod in collectione quae Γραφεῖον inscribitur, fuisse Dittrichius putat.

[2]) Cf. Rzach, Wien. Stud. XVI (1894) p. 230.

[3]) Hermes XXIV (1889) p. 20.

monium quod aetatem Alexandrinam antecedat. Nec vero illam rem a populo profectam sed a poeta fictam esse in promptu est. Quamquam cum vetusta opinione cohaerere videtur, secundum quam Graeci fontium quorundam aqua vaticinationis participes homines fieri putabant.[1]) Hanc poesi similem esse vetustissima exstant testimonia.[2]) Atque etiam cum quibusdam vetustis imaginibus orationis illa res cohaerere videtur. Quales apud Hesiodum (Theog. 81 sq.), Pindarum (Ol. VII 7; N. III 76; I. V (VI) 74) aliosque occurrunt.

Iam vero auctorem Hippucrenes fontis poetici Callimachum fuisse argumentis evincere posse mihi videor.

Atque in Anthologia Palatina complura epigrammata Antipatri Thessalonicensis sunt, quibus poetae ii increpantur qui aquam poti poesis studio instinguebantur. Quae quidem carmina hoc loco afferantur: ac primum XI 24:

ὦ Ἑλικὼν Βοιωτέ, σὺ μέν ποτε πολλάκις ὕδωρ
εὐεπὲς ἐκ πηγέων ἔβλυσας Ἡσιόδῳ·
νῦν δ' ἡμῖν ἔθ' ὁ κοῦρος ὁμώνυμος Αὔσονα Βάκχον
οἰνοχοεῖ κρήνης ἐξ ἀμεριμνοτέρης.
βουλοίμην δ' ἂν ἔγωγε πιεῖν παρὰ τοῦδε κύπελλον
ἓν μόνον ἢ παρὰ σεῦ χίλια Πηγασίδος.[3])

Unum igitur poculum vini Ausonii Antipatro magis valet quam milia fontis Pegasei, unde Hesiodus hausit. Tum IX, 406:

ἀργυρέη κρήνη με τὸν οὐκέτι μακρὰ βοῶντα
βάτραχον, οἰνηραῖς ἔσχεν ὑπὸ σταγόσιν.
κεῖμαι δ' ἐν Νύμφαις, κείναις φίλος, οὐ δὲ Λυαίῳ
ἐχθρός, ὑπ' ἀμφοτέρων λουόμενος σταγόσιν.
ὀψέ ποτ' εἰς Διόνυσον ἐκώμασα. φεῦ, τίνες ὕδωρ
πίνουσιν, μανίην σώφρονα μαινόμενοι.[4])

---

[1]) Schoemann, griech. Altert.[3] II p. 311 sq.; G. Wolff, Porphyr. de oraculis p. 174.

[2]) Cf. Roscher, M. L. I 435.

[3]) Cf. Hillscher, Jahrb. fuer Philol. Suppl. XVIII (1892) p. 140. Friedlaender, Sittengesch.[6] I p. 115; Setti, gli epigrammi degli Antipatri p. 112/13.

[4]) Lemma Ἀντιγόνου Καρυστίου coniectum e codicis Καρατίου falsum esse iam Iacobsius ad IX 406 recte dixit; Antipatrum autem Thessalonicensem epigrammatis auctorem esse M. Rubensohn quadam Stadtmuelleri inventione fultus comprobavit Herm. XXVI (1891) p. 154 sq.

Quo in epigrammate item de furore aqua hausta producto agi in aperto est. Deinde XI 31:

οὔ μοι Πληϊάδων φοβερὴ δύσις οὐδὲ θαλάσσης
ὠρύον στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ,
οὐδ' ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανός, ὡς κακὸν ἄνδρα
ταρβέω, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

Quod carmen et ipsum eos spectare, quibus aquae potione fabulae inspirari videntur, M. Rubensohn exposuit. Denique XI 20:

φεύγεθ' ὅσοι λόκκας ἢ λοφνίδας ἢ καμασῆνας
ᾄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων,
οἵ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες
κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ.
σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας.

Nec vero de vulgari quolibet fonte agi XI 20 et 24 documento sunt.

Quod autem certum in poetarum genus Antipater invehitur, id Diltheius optime animadvertit. Verbis enim inusitatis minimeque tritis quibus Antipater ultimo illo epigrammate (XI 20) utitur, sobrios poetas Callimacheos significari acutissime comprobavit [1]). Quodsi eorum qui Callimachum secuti sunt, aqua fontis sacri instingui proprium est, iusta coniectura colligere licet eos ut in aliis ita in hac re Callimachi exemplar imitatos esse. Atque illud documento est, quod in epigrammatis illis etiam ipse Callimachus significatur. Ut λιτὸν ὕδωρ usitata translationis figura brevitatem carminis notat. Quod ipsum in Callimachum cadere constat. Praeterea aquae potoribus Archilochus et Homerus, poetae ab Antipatro culti, opponuntur. Ipse autem Callimachus Archilochum ut vinolentum vituperavit (frg. 223 Schn.). Neque Homerum ita multum veneratus est[2]). Ceterum Antipater alibi quoque ipsum in Callimachum invectus est[3]). Per se autem patet Antipatrum illam aquae potionem ipsius Callimachi et poetarum Callimacheorum propriam dicere non potuisse, si iam ante Callima-

[1]) De Callimachi Cydippa (1863) p. 14 sq., quem secutus alia addidit M. Rubensohn l. c.; praeter hos cf. Kiessling ad Horat. epp. I 19, 1 sq.

[2]) Dilthey l. c. p. 5 sq.

[3]) Dilthey l. c. p. 16—20.

chum usitata tritaque fuisset. Nec vero fuit aetate priore. Atque etiam opinione vulgari uti naturae Callimachi illius πάντα τὰ δημόσια aspernantis male conveniret.

Atque hercle Callimachum auctorem alia epigrammata probant. Ubi Hesiodus aquam divinam fontis Heliconii bibisse dicitur. Atque Alcaeus Messenius apud Philippum III moratus de Hesiodo haec dicit (A. P. VII 55, 5/6):

τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν ἐννέα Μουσέων
ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων[1]).

Cuius fontis nomen ab Alcaeo Messenio sane non profertur. Sed cum de fonte Heliconis agatur, quo in monte Hesiodus insuper poeta factus est (Theog. 22 sq.), certo alius non intellegendus est nisi Hippucrene, cuius unius in v. 6 prooemii mentio fit. Atque haec in epigrammate Archiae nominatim appellatur (A. P. IX 64):

αὐταί ποιμαίνοντα μεσημβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι
ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν, Ἡσίοδε,
καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι,
ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρεμόνα,
δῶκαν δὲ κράνας Ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ
τὸ πτανοῦ πώλου πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ.
οὗ σὺ κορεσσάμενος μακάρων γένος ἔργα τε μολπαῖς
καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων[2]).

Quod carmen posthabitis quibusdam discriminibus[3]) quae ad nos non pertinent, e prooemio Theogoniae sumptum est.

[1]) Epigr. e lemmate Ἀλκαίου est; L(emmatista) autem ut ad alias libri VII priores inscriptiones quaedam addidit, ita ad illam Μιτυληναίου adiecit. Quae additamenta levia esse Stadtmueller intellexit II, 1 p. 8. Atque C(orector) fidem Lemmatistae derogans ἢ Μεσσηνίου addidit. Uni autem Alcaeo Messenio epigramma tribui posse illud documento est, quod Hesiodus e Musarum fonte bibisse dicitur. Neque enim hoc, ut supra demonstravimus, ante aetatem Alexandrinam usquam occurrit. Brunckius et Meinekius et Flachius Messenio tribuunt, Knaackius dubitat.

[2]) Lemma hoc est: Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Ἀρχίου; in Anth. Planud. unius Archiae nomen invenitur. Atque Knaackius causa non allata Asclepiadi tribuit (Susemihl II p. 560); contra H. Ouvré, Dicendi genus ratioque metrica apud Asclepiadem (1894) p. 29 Archiae tribuit. Cum hoc autem consentiendum atque Ἀσκληπιάδου e lemmate IX 63 errore translatum esse videtur.

[3]) Maass, Aratea p. 273 n

Hoc vero discrimen a Maassio neglectum gravissimum est. In Theogoniae prooemio ne verbo quidem Hesiodus e fonte divino bibisse dicitur. Hoc vero eum fecisse praeter illos etiam Antipater Thessalonicensis epigrammate quod supra laudavimus (cf. p. 97) testatur [1]. Hesiodum autem aquam divinam Hippucrenes tum gustasse, cum a Musis poesi sacrabatur, ex IX 64 elucet. Quamquam vero in Theogoniae prooemio Hesiodi consecratio narratur, de aquae potione nihil profertur.

Quod cum ita sit, aquae potionem consecrationi Hesiodi aetate posteriore affictam esse apparet. Nec vero Hesiodi cum Hippucrene coniuncti usque ad aetatem Alexandrinam ulla mentio fit, sed primum haec in Callimachi fragmento occurrit quod supra laudavimus (cf. p. 96). Hesiodum autem in consecratione poetica cum Musis congressum esse e Theogoniae prooemio notum est. Qua in re quid Hippucrene valeat, VII 55 et IX 64 docent. Quare iure colligere licet Callimachum loco quodam narravisse, quomodo Hesiodus ad Hippucrenen a Musis poeta factus sit. Callimachum autem et ipsum e divino fonte bibisse Antipatri epigrammatis planum factum est. Atque ipse quoque in Helicone a Musis poeta factus est (A. P. VII 42). Qua in re Callimachum Hesiodum, quippe quem maxime coleret (cf. epigr. 27), imitatum esse constat Quae cum ita sint, non dubium est quin ut Hesiodum aquam Hippucrenes bibentem fecit, ita ipse quoque in consecratione poetica aquam ex Hippucrene petitam hauserit.

Cum in Theogoniae prooemio ne verbum quidem de aquae sacrae potione fiat, Callimachus hanc rem aut ab alio sumere aut ipse fingere debuit. Nec vero ab alio eum sumpsisse ex iis quae supra attulimus (p. 89 sq.), colligendum est. Quod cum ita sit, haud dubium esse videtur quin Callimachus quadam populi opinione (cf. p. 97) et orationis quibusdam imaginibus (cf. p. 97) usus illam aquae Heliconiae potionem ipse finxerit.

---

[1]) Quod VII 55 et IX 64, epigrammatis aetate prioribus, Hesiodus semel bibisse atque a Musis potionem accepisse dicitur (cf. Prop. III 3, 51), prior forma est, in Antipatri epigrammate, ubi Hesiodus ipse atque saepe e fonte hausisse dicitur, posterior.

Nec vero origo Hippucrenes equi ungula adducta et ipsa poetae fictio est. Fabulosam enim potius eam esse et Graecorum et gentium aliarum fabulae persimiles documento sunt.

Inter fictam autem aquae Heliconiae potionem et fabulam originis equi ungula factae certa quaedam ratio interesse videtur. Iam enim ipse Callimachus in illo apud Frontonem fragmento originem fabulosam Hippucrenes leviter attigit. Atque aetatis posterioris permulta exstant testimonia, quibus ficta Hippucrenes potio et fabulosa origo coniunctae sunt. Nec vero potionem illam ex originis fabula ortam esse, sed hanc fabulam potius afferri, quod Hippucrene notus poetarum fons facta est, apparet. Iam cum Hippucrene Alexandrina aetate fons poeticus facta sit, etiam de originis fabula illa ipsa aetate atque primo a Callimacho mentio facta esse videtur.

3. Age vero iam fabulam ipsam accuratius inspiciamus.

Illud autem et mirum est et gravissimum, quod ipsis vetustissimis de Hippucrenes ortu testimoniis Pegasus non fontis auctor nominatur. Atque in illo Callimachi fragmento Musae Hesiodo παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου incidisse dicuntur. Quo loco Pegasum significatum esse nobis quibus Pegasi et Hippucrenes conexus familiaris est, in promptu esse videtur. Attamen magna dubitatio inicitur. Non sane neglego de fragmento agi, ut Callimachus Pegasi vel ante vel post facile mentionem facere potuerit. Hoc tamen negandum est. Vulgaribus enim equis saepissime a Graecis velocitatem tribui constat. Quare simplex vox ὀξύς ad Pegasum non quadrat. Neque de eo usquam adhibita est. Quamquam apud Tzetzam de Aurorae curru haec legimus (Posthom. 137—39:

τὴν δ' ὠκέες εἷρυον ἵπποι
Λάμπος καὶ Φαέθων, οἵ οἱ ζύγιοι τελέθουσιν,
Πήγασος αὖτε νεόκτητος παρήορος ἦεν.

Sed cum non solum de Pegaso sed etiam de aliis equis dicat, ὠκύς facile intellegitur. Atque ne cogimur quidem, ut hoc loco vocem ὠκέες etiam ad Pegasum referamus. Contra gravissimum est ab Ovidio vulgares equos veloces Pegaso opponi (ex Pont. IV 7, 51/52):

sed tantum virtus alios tua praeterit omnes,
ante citos quantum Pegasus ibat equos.

Atque quidam qui miram Pegasi figuram ad rationem referre conati sunt, ob id ipsum nihil nisi equum velocem eum fuisse dixerunt.[1]) Nec vero in illo Callimachi fragmento talem explicationem significari certum est. Nam ἄδικα ille βιβλία, quae γέρων ἀλαζών (frg. 86) Euhemerus composuerat, minime in deliciis habebat. Praeterea neque hymn. V 71 nec toto hoc carmine de Pegaso mentionem facit, quamquam voces disiunctae ἵππω ἐπὶ κράνᾳ[2]) indicio sunt eum de fontis auctore cogitasse.

Ac ne Aratus quidem, qui loco quem supra laudavimus (p. 93) pluribus verbis Hippucrenes originem narrat, Pegasi ullam mentionem facit. Neque enim alas Pegasi proprias aut genealogiam aut artum cum Bellerophonte conexum significat. Atque etiam hoc indicio est: pastores fonti nomen indidisse dicit, quos sine dubio fontis originem oculis percepisse finxit. Sed et vox ἵππου qua vulgaris equus notatur et vox κρήνης cuius loco πηγή exspectaretur, obstant, ne quis opinetur pastores ex Arati sententia mirum Pegasum conspexisse. Praeterea Aratus Hippucrenes auctorem cum Equi sidere coniungit. Quae coniunctio ipsi ei tribuenda sit, cum de Hippucrenes origine omnino paulo ante a Callimacho mentionem factam esse intellexerimus. Veteribus autem sidus Equi alis carere videbatur. Quare scholiasta quidam etiam Aratum Pegasum Hippucrenes auctorem intellexisse arbitratus dicit: διὰ τὸ μὴ ἔχειν πτέρυγας (scil. Ἵππον) ἀπίθανον δοκεῖ τισι ποιεῖν τὸν λόγον („Eratosthen." Cataster. XVIII). Nec vero Aratum in tanto errore versatum esse concedendum est. Atque eo minus id ponendum est, quod iam Euripides catasterismum Arato certe notum protulit, ex quo Equi sidus Melanippen in equum alis carentem transformatam significaret.

Quae cum ita sint, veteres scholiastae magnum inter Aratum et posteriores auctores discrimen iure non neglexerunt: οἱ μὲν αὐτὸν (scil. Ἵππον) λέγουσι τὸν κολάψαντα

---

[1]) Singula huius explicationis testimonia in ultimo opusculi capite afferentur.

[2]) Coniecturam ἱππείῳ κράνᾳ quam Ud. de Wilamowitz fecit, Wentzelius iure repulit, Genethliacon Gottingense (1888) p. 22 sq.

τὴν κρήνην ἐν τῷ Ἑλικῶνι . . . . οἱ δὲ τὸν Πήγασον[1]) μίμημά φασιν εἶναι τοῦ Πηγάσου. ὃς πορευόμενος διὰ τοῦ Ἑλικῶνος τοῖς ποσὶν ἔῤῥηξε πηγὴν τὴν καλουμένην Ἱππουκρήνην (schol. ad Arat. Phaen. 205). Ἄρατος μὲν οὖν φησι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἑλικῶνος εἶναι ποιήσαντα κρήνην τῇ ὁπλῇ, ἀφ' οὗ καλεῖσθαι Ἱππουκρήνην. ἄλλοι δὲ τὸν Πήγασον εἶναί φασιν (scil. Ἵππον) τὸν εἰς τὰ ἄστρα ἀναπτάντα ὕστερον τῆς Βελλεροφόντου πτώσεως. διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν πτέρυγας ἀπίθανον δοκεῖ τισι ποιεῖν τὸν λόγον („Eratosthen." Cataster. XVIII). Atque eodem modo Aratus et alii qui vocantur in scholiis Germanici quae ad scholia Aratea redeunt, opponuntur (B. P. p. 78/79 Br.)[2]). Qui loci tam clari et dilucidi sunt, ut non intellegam, qui Maassius de oppositis duabus opinionibus agi negare potuerit[3]). Quae cum ita sint, Robertus recte intellexit verba in fine loci illius „Eratosthenici" posita: διὰ δὲ . . . . satis recenti tempore addita esse[4]). Etenim is qui haec verba scripsit, etiam Aratum de Pegaso cogitasse opinatus est. Ceterum loci qui eundem auctorem secuti illi „Eratosthenis" catasterismo respondent[5]), additamento illo carent. Iam vides posteriore aetate Arati et aliorum discrimen non iam perspectum esse. Quod etiam Hygini locus declarat, qui Arati et aliorum sententias prave confundit: *hunc* (scil. Equum) *Aratus et alii complures Pegasum, Neptuni et Medusae Gorgonis filium, dixerunt* (Astr. II 18). Cum Aratum de Pegaso cogitasse negemus, Maassii opinionem sequi non possumus. Aratum enim Phaen. 224/25 Hesiodum corrigere arbitratur, qui quidem Pegasum ad Iovem profectum fulmen tonitrumque gestantem facit (Theog. 284 sq.)[6]).

Videmus igitur in vetustissimis testimoniis Pegasum cum Hippucrene non coniunctum esse. Quod quidem confirmasse in praesens satis habemus.

---

[1]) Maassius verba τὸν Πήγασον iniuria uncis inclusisse mihi videtur; recte Robertus.

[2]) Cf. Robert, Eratosth. cataster. reliquiae p. 120.

[3]) Analect. Eratosthen. (1883) p. 25/26.

[4]) Ibid. p. 120 n. 7; cui quae Maassius opponit, levia sunt.

[5]) Robertus l. c. eos dispositos attulit.

[6]) Maasius in edit. Arati ad v. 225.

4. Ceteris vero locis Pegasus Hippucrenes auctor nominatur. Quod commentum cum aliis fabulis varie conexum est. Quales conexus non vetustae fabulae populari, sed litteris tribuendas esse in promptu est.

Priusquam vero accuratius eos tractare aggrediamur, nonnulla proferantur quae nescio an ipsi fabulae vetustiori assignanda sint. Atque Avienus quidem narrat Pegasum siti pulsum Hippucrenen produxisse. Quod ut solet, copiosius persequitur (Arat. 489 sq.):

hunc, hunc Aonio quondam memorant Helicone
inclyta post Lyciae redeuntem bella Chimaerae,
mystica qua rupes doctis obmurmurat antris,
herbarum carpsisse comas et gramine odoro
explevisse famem, sed cum sitis arida fauces
ureret ac nullo manaret gurges hiatu,
inlisisse pedem cornuque excita repente
lympha camenalem fudit procul Hippucrenen.

Deinde idem Hesychius s. v. Ἱππουκρήνης profert, quem locum supra laudavimus (p. 93). Denique apud scholiastam ad Persii prologi v. 1 idem legimus: *Ἱπποκρήνη, quod et Hesiodus dicit. Dicitur enim Pegasus errando ad Heliconem montem pervenisse ibique siti oppressus ungula fodisse: ex quo loco fons editus Musis sit consecratus.*

Quamquam evinci non potest Pegasi sitim vetustissimae fabulae propriam fuisse. Etenim vel e simili fabula translata vel cum minime remota sit, per se afficta esse potest. Ut nonnullis locis quiddam invenitur, quod ad vetustam populi fabulam certo non pertineat, sed affictum sit. Pegasus enim „hinniens“ ac „fremens“ Hippucrenen fodisse dicitur:

Hippocrene, quam pedis
pulsu citatam cornipes fudit fremens

(Auson. ep. XXV = p. 281,9 Peip.);

doctos Heliconidum liquores
scalptos alitis hinnientis ictu

(Sidon. Apollin. ep. VIII 9, 5, 2/3);

hinnientis et recussu
quam (scil. undam Hippocrenes) *produxit ungula*

(Fulgent. praefat. ad Mytholog. l. I). Commentum autem hoc in eo positum esse videtur, quod equi hinnientes ac fre-

mentes simul terram ungula ferire et radere solent. Vetustae autem fabulae popularis et illud proprium fuisse potest, quod Germanicus dicit Pegasum *dextri pedis* ungula Hippucrenen excussisse (Arat. 220). Neque enim erat, cur ab Arati προτέρου ποδός (Phaen. 220) recederet. Atque ipso dextro pede fontem productum esse etiam alibi occurrit. Ut Cadmus fontem dextra calce elicuisse fertur („Plutarch." de fluv. II 1). Quamquam fieri potest, ut etiam illud ab alia fabula translatum sit.

Iam vero consideremus, quomodo Hippucrenes origo cum ceteris de Pegaso fabulis conexa sit.

Ac saepe quidem simpliciter dicitur Gorgonis filium Hippucrenes auctorem fuisse: ἣν ἶνις κόλαψε Γοργόνος („Dosiadas" A. P. XV 25, 19); *Gorgonis hic proles* . . . . *Museos fontis* . . . *hausit* (German. Arat. 219/20); *ungula Gorgonei quam* (scil. Hippucrenen) *cava fecit equi* (Ovid. ex Ponto IV 8, 80). Qua de causa Hippucrene appellatur: *grata Medusaei signa equi* (Ovid. Fast. V 8) vel *Medusaeus fons* (Ovid. Met. V 312) vel *fons Gorgonei caballi* (Martian. Capell. lib. II 115) vel *fons Gorgoneus* (Fulgent. Mythol. l. I praefat. p. 8, 6; 12, 19/20 Helm). Alii autem loci Bellerophontis equum fontem excussisse declarant: τὸν δ' αὐτὸν (scil. equum Bellerophontis) καὶ τὴν Ἱππουκρήνην ἀναβαλεῖν (Strab. VIII 379); ταύτην τὸν Βελλεροφόντου ποιῆσαι ἵππον (Pausan. IX 31, 3); unde Hippucrene vocatur: *Bellerophontei humor equi* (Prop. III 3, 2).

Quibus locis Bellerophontem origini fontis interfuisse non dicitur. Hoc tamen commentum in artissima Pegasi Bellerophontisque coniunctione facile oriri poterat. Ita apud scholiastam ad Hes. Theog. 2 legimus: ἡ δὲ ἵππου κρήνη οὕτως λέγεται ἀναδοθῆναι ἐκ τῆς ὁπλῆς τοῦ Πηγάσου. ἐν γὰρ τῷ ὄρει[1]) διψήσαντος τοῦ Βελλεροφόντου ὁ Πήγασος τῷ ποδὶ τὴν γῆν πατάξας ἐξέβαλεν ὕδωρ καὶ ἐκλήθη ἵππου κρήνη. Atque hoc loco vetustam fabulam contineri nego. Neque inde quod Bellerophon sitivisse fertur, quicquam colligendum esse apparet ex iis quae paulo ante exposuimus. Ac nescio an sitis a

[1]) ὄρει pro Ἄργει codicum esse scribendum Flachius sine dubio recte coniecit.

Pegaso in Bellerophontem translata sit. Praeterea mox quandam Hygini narrationem cognoscemus, qua ipsa demum Bellerophontem cum Hippucrene coniunctum esse apparebit. Atque etiam monumenti Corinthii mentio fiat, ubi Bellerophon cum Chimaera pugnat vectus Pegaso, cuius ex ungula aqua effluit (Pausan. II 3,5). Nec vero Chimaerae pugnam et fontis originem eodem tempore evenisse constat. Immo duae fabulae ad libidinem confusae sunt.

Iam locis quos attulimus simpliciter confirmatur Gorgonis filium vel Bellerophontis equum in Helicone affuisse. Compluribus autem aliis Pegasus aliunde in montem Musarum venisse dicitur, neque tamen certo modo ceteris fabulis inseritur: Πήγασος] ὅς πορευόμενος διὰ τοῦ Ἑλικῶνος τοῖς ποσὶν ἔρρηξε πηγὴν τὴν καλουμένην Ἱππουκρήνην (schol. ad Arat. Phaen. 205); *Pegasus autem, Neptuni et Medusae Gorgonis filius, volare solitus cum venisset in montem Heliconem .... fontem inde excussit* (schol. ad Stat. Theb. IV 61); *dicitur enim Pegasus errando ad Heliconem montem venisse* (schol. ad Pers. prol. 1).

Aliis autem locis Hippucrenes origo certo quodam modo ceteris de Pegaso fabulis inseritur. Aratus Hippucrenes originem cum catasterismo auctoris coniunxerat. Fontis autem auctor postea vulgo Pegasus putabatur. Pegasus vero rursus post Bellerophontis exitium ad caelum subvolasse dicebatur. Catasterismus igitur qui Hippucrenes originem secutus est, et altior post Bellerophontis deiectum ascensus conectenda erant.

Quod Ovidius quidem his Fastorum versibus haud ita dilucidis conatus est (III 450 sq.):

Gorgonei colla videbis equi.
creditur hic caesae gravida cervice Medusae
sanguine respersis prosiluisse iubis.
huic supra nubes et subter sidera lapso
caelum pro terra, pro pede penna fuit.
iamque indignanti nova frena receperat ore,
cum levis Aonias ungula fodit aquas.
nunc fruitur caelo quod pennis ante petebat,
et nitidus stellis quinque decemque micat[1]).

[1]) Versum 452 Sidon. Apollin. imitatus est: Pegasus *cognato madidus iubam veneno* (c. XIV, 9). Cf. p. 112. Qui omnino Ovidio multum usus est; cf. p. 13.

Versus 453/54: *huic supra . . . . fuit* non ad Theogoniae v. 284 sq. referendi sunt. Ibi Hesiodus ortu narrato pergit Pegasum terra relicta ad deos evectum Iovi fulmen tonitrumque tulisse. Haec autem ne verbo quidem ab Ovidio attinguntur. Immo Pegasum siderum regionem nondum consecutum esse dicit. Versibus vero illis intervallum modo expletur, quod inter Pegasi ortum et Bellerophontis domituram est.

Versus 455: *iamque* . . . sine dubio ad domitum a Bellerophonte confectum spectat, quo Pegaso frenum insolitum inicitur. Postea autem Bellerophon Pegaso vectus in Lyciam se contulisse fertur, ubi cum alia facinora tum Chimaerae caedem perfecit. Deinde Pegaso in Iovis aedem pervenire conatus decidit. Quod Ovidius fusius narrare supersedit, quia uno de Pegaso verba facit, incepta autem illa e vulgari fabula magis ad Bellerophontem pertinent. Sed tamen Ovidium illum ordinem rerum a Bellerophonte gestarum in mente habuisse v. 457: *nunc fruitur caelo . . . .* documento est. Quod Pegasus caelum petivisse dicitur, ad v. 453/54 referri non potest. Neque enim his in versibus ulla voce Pegasus quiddam petivisse, sed temere in caelo, id est in aëris regione, lapsus esse dicitur. Quod igitur caelum quo *nunc fruitur*, i. e. stellarum regionem, petivisse dicitur, nisi ad temerarium Bellerophontis inceptum revocari non potest. Hoc vero res in Lycia a Bellerophonte gestas secutum esse constat. Qualis autem exitus ascensionis temerariae fuerit, ne ipse quidem Ovidius uberius dicit. Sed tamen e v. 455/56 colligere licet. Iam enim Pegasus frenum receperat, cum levi ungula Hippucrenen produxit. Atque enuntiatione: *cum levis Aonias ungula fodit aquas* inexspectati quiddam contineri particula *iam* versus prioris et vocula *cum* cum indicativo perfecti constructa documento sunt. Pegasum autem fontis auctorem fieri nihil est, quod domitura modo narrata praeter opinionem accidat. Illud vero praeter opinionem evenit, quod Pegasus si in Helicone fontem excutit, sine dubio frenis liberatus est. Neque enim Bellerophon ipse cum Hippucrene quicquam conexus est. Quare Ovidium vulgarem fabulam in mente habuisse videmus, ex qua Pegasus Bellerophonte deiecto libertatem recuperat. Qua de causa ungula *levis* appellari videtur. Ovidius igitur usque

ad Bellerophontis lapsum omnino vulgarem fabulam secutus est. Nec vero Pegasum post Bellerophontis exitium in caelum pervenientem facit. Sed ut cum vulgari fabula narrationem Arati coniungat, Pegasum e Lycia profectum in Boeotia Hippucrenen fecisse fingit[1]. Unde ad sidera se levavit. Cum Ovidius hunc unius Pegasi volatum non post ipsam Bellerophontis ascensionem factum esse fingat, in v. 457 alterum alteri sic opponere potest: *nunc* . . . . *ante* . . . . . Quo eodem e versu et illud rursus apparet Bellerophontem Hippucrenes origini non interfuisse.

Hunc igitur rerum ordinem Ovidius finxit: Pegasus Bellerophontem deicit, in Boeotiam avolat, Hippucrenen producit, inter sidera constituitur. Atque omnino eum temporis ordinem observasse ex iis quae exposuimus intellegitur. Minime igitur cum Rehmio consentiendum est, qui arbitratur ab Ovidio praeberi *„keine Erzählung, sondern eine Zusammenfassung der wesentlichen Momente des Mythus, ein Bild ohne Handlung, wie es das bekannte Spadasche Relief ist“*[2].

Eundem atque Ovidius ordinem Avienus in versibus quos supra laudavimus (p. 104), observat. Quibus, ut solet, breviorem Arati narrationem longiorem atque ampliorem reddit. Vereor autem, ut Avienus ad Ovidium redeat. Etenim propria indicia desunt, et Ovidii locum satis obscurum esse cognovimus. Incertum autem est, an ex eodem fonte (enchiridio quod vocant mythologico ?) hauserint. Illud vero reiciendum est, quod Avienus e vulgari fabula memoriter addiderit Pegasum e Lycia in Graeciam rediisse[3]. Nam ipse ille Pegasi reditus a vulgari fabula maxime abhorret.

Iam vero apud Hyginum Hippucrenes origo aliter cum ceteris de Pegaso fabulis confunditur. Astr. II 18 Hyginus scholia Aratea („Eratosthen.“ catast. XVIII) et

[1]) Simili libertate iam Euripidem in Stheneboea usum esse supra vidimus p. 56 sq.

[2]) Mythogr. Untersuch. ueber griech. Sternsagen (1896) p. 33.

[3]) Sic G. Sieg, De Cicerone, Germanico, Avieno, Arati interpretibus (1886) p. 39.

scholia ad Hom. Il. VI 155 conglutinat[1]). Atque initio dicit: *hunc* (scil. Equum) *Aratus et alii complures Pegasum, Neptuni et Medusae Gorgonis filium, dixerunt, qui in Helicone, Boeotiae monte, ungula feriens saxum fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus.* Genealogia Pegasi quam profert, e scholio Homerico sumpta est; cetera ad Eratosthenem qui vocatur redeunt. Neque Hyginum iam perspexisse Aratum et alios qui de fontis origine omnino mentionem non faciunt, opponi iam supra diximus (p. 103). Quo factum est, ut Arati aliorumque memoriam particula *et* copulet. Iam Hyginus illo loco ita pergit, ut Bellerophontem ab Antia calumnia adhibita a Proeto in Lyciam missum, pugnamque Chimaerae ad verbum fere e scholio Homerico depromat. Hunc autem narrationis finem facit: *Unde victor effugiens, post fontis inventionem cum ad caelum contenderet evolare, neque longe iam abesset, despiciens ad terram timore permotus decidit ibique perisse dicitur. equus autem subvolasse et inter sidera ab Iove constitutus existimatur.* Fatum Pegasi Hyginus non ad scholion Homericum profert, sed „Eratosthene“ usus est. Ibi vero duplex memoria invenitur: Arati qui Pegasi catasterismum cum Hippucrenes origine conectit, altera „aliorum“ qui Pegasum post funestum Bellerophontis ascensum sideribus insertum esse dicunt. Ut autem narrationis initio, ita in fine Hyginus duplicem memoriam copulat. Itaque cum Pegasum et post Hippucrenes originem et post Bellerophontis exitium subvolasse confundendum esset, aliter fieri non poterat, nisi ut Hippucrenes origo ante Bellerophontis ascensum poneretur. Quod cum ita esset, fingendum erat etiam Bellerophontem e Lycia in Boeotiam profectum atque ab Helicone ascensum conatum esse, post quem Pegasus solus ad sidera subvolasset. Qua in re sane apparet, quantopere Aratus et „alii“ qui vocantur discrepent. Neque enim nisi mutatione fabulae maxime temeraria compensari possunt. Nihil autem est, quod verba *post fontis inventionem* quibus Hyginus utitur, interpolata esse ponamus. Quae opinio plane eo minime comprobatur, quod his verbis sublatis temeraria

[1]) Cf. Robert, Eratosthenis catast. reliquiae p. 229, qui et Hygini locum et Arati Homerique scholia ita attulit disposita, ut quae singulorum communia sint, facile eluceat.

confusio illa deest. Immo vidimus hanc confusionem maxime concinere cum Hygini errore qui ipso loci illius initio occurrit. Ac ne illud quidem offensioni est, quod Hyginus voce *inventione* utitur. Neque enim cum non ad Pegasum, sed ad Bellerophontem spectet, dicere poterat fonte facto eum ascendere conatum esse. Et vox *inventio* bene ad Bellerophontem apta est, quem nescio an siti vexatum fontem expetivisse putaverit. Quae quidem res certe non remota erat, cum fontium inventio apud veteres omnino maximi momenti esset[1]).

Quare ne Welckeri quidem qui et ipse interpolationem ponebat, coniectura probanda est. Verbis enim illis explicationem Fulgentii significari opinabatur, cui Pegasus fons aeternus (scil. sapientia) esse videtur (Mythol. III 1)[2]).

Iam cum Hyginus Hippucrenen ante Bellerophontis ascensionem produci faciat, ab Ovidio maxime dissidet. Itaque Rehmii opinio refutanda est, qui verbis *unde victor effugiens etc.* evinci putat Hyginum Fastos Ovidianos (III 450 sq.) secutum esse[3]).

Praeterea ex illis quae de Hygini loco diximus, apparet ne illud quidem comprobandum esse, quod Braunius et alii (cf. p. 73) verbis *unde victor etc.* notum anaglyphum Spadanum explicari opinantur. Hoc enim in opere Bellerophontem Pegaso haustum Hippucrenes praebere putant, priusquam ad caelum subvolet.

Iam vero cum fabula prorsus alia Nicander originem Hippucrenes coniunxit. Quarto enim e libro Ἑτεροιουμένων ea deprompta sunt, quae Antoninus Liberalis c. 9 profert. Qua in re indicem non ab ipso Antonino additum sed tamen fide dignum iure sequi licet. Atque Pieri filiae certamine cum Musis in Helicone contendisse dicuntur: ὅτε μὲν οὖν αἱ θυγατέρες ᾄδοιεν τοῦ Πιέρου, ἐπήχλυε πάντα καὶ οὐδὲν ὑπήκουε πρὸς τὴν χορείαν, ὑπὸ δὲ Μουσῶν ἵστατο μὲν οὐρανὸς καὶ ἄστρα καὶ

[1]) Cf. Curtius, Griech. Quell- und Brunnen-Inschriften, Abhandlg. der Goetting. Gesellsch. der Wissensch. 1859, p. 163; W. Schwartz. Zeitschr. für Volkskunde II (1892) p. 70; Oder, Philol. N. S. VII (1895) 229 sq.

[2]) Griech. Trag. II p. 787

[3]) Ibidem p. 33 n. 2.

θάλασσα καὶ ποταμοί, ὁ δ' Ἑλικὼν ηὔξετο κηλούμενος ὑφ' ἡδονῆς εἰς τὸν οὐρανόν, ἄχρις αὐτὸν βουλῇ Ποσειδῶνος ἔπαυσεν ὁ Πήγασος τῇ ὁπλῇ τὴν κορυφὴν πατάξας[1]). Nec vero hoc ungulae ictu Hippucrenen ortam esse dicitur. Hoc tamen apud Nicandrum scriptum fuisse per se verisimile est. Atque quodam Ovidii loco e Nicandro sumpto quem infra tractabimus, planum fit. Nicander autem narrat Pegasi ictum quo Hippucrene oritur, Helicone altius sublato adductum esse. Heliconem vero subsiluisse atque caelum, sidera, mare, flumina substitisse sine dubio uni poetae ascribendum est. Qui nimirum non supersedebat ample ac copiose depingere, quantopere cantus Musarum ipsa inanima commoverit et percusserit. Quales descriptiones carminibus omnium temporum gentiumque familiares esse constat. Velut Alcaeus similem in modum in hymno Apollinis depinxerat in adventu Phoebi Castaliae aquas magis luxisse Cephisumque undas altius sustulisse. Vera igitur a fabula Nicandri descriptio abhorret. Unde apparet originem Hippucrenes a Pegaso adductam uno a poeta cum certamine Musarum coniunctam esse. Neque commentum ita male fictum erat, cum fons Musarum ipso earum cantu adduceretur. Ac certe ne illud quidem fabulosum est, quod Pegasus βουλῇ Ποσειδῶνος Heliconem percussisse fertur. Nam Neptunus si omnino unquam in Helicone valuit, aetate antiquiore oblivioni datus est[2]). Ac vereor, ut ipsa in ea re quae et parvi momenti est neque alibi usquam traditur, memoria Neptuni semper haeserit. Immo illa Neptuni mentio qui Pegasi pater fertur et omnibus aquis praeest, nihil spectat nisi ut explicetur, qui Pegasus tum in Helicone affuerit. Neque enim ipsa de Hippucrene fabula explicationem praeberi vidimus. Cui rei documento est, quod Pegasus πορευόμενος vel *volare solitus* vel *errans* ad Heliconem venisse dicitur (cf. p. 106).

Narratione autem Nicandrea Ovidius ea qua solet libertate usus est. Quarto enim et quinto Metamorphoseon libro facinora Persei persequitur. Quibus omnibus Minerva interfuit. Post Polydectae autem ultionem Minerva a Perseo

---

[1]) Verba ἐπήχλυε πάντα καὶ οὐδέν facile ipsius Nicandri fuisse possunt.

[2]) Gruppe, Griech. Mythol. I p. 75.

digressa ad Musas Heliconias proficiscitur. Quibus hanc itineris sui causam fuisse dicit (Met. V 256 sq.):

fama novi fontis nostras pervenit ad aures,
dura Medusaei quem praepetis ungula rupit.
is mihi causa viae, volui mirabile factum
cernere. vidi ipsum materno sanguine nasci.

Musae autem ipsae Minervae cum alia tum certamen narrant, quod cum Pieri filiabus exercuerint. Quae quidem victae *nuper* (v. 300) in aves conversae sunt. Musae autem si superatae essent,

fonte Medusaeo et Hyantea Aganippe

(v. 312) cedere debebant. Secus igitur atque apud Nicandrum Hippucrene iam ante certationem exstitisse dicitur. Ovidius enim mira fontis origine usus est, ut explicaret, cur Minerva a Perseo ad Musas profecta esset. Illud autem omnino spectavit, ut narrationem de Perseo factam cum certatione Musarum conecteret compositione carminis non interrupta. Cum Hippucrene a Minerva fons *novus* dicatur (v. 256), sed inter originem a Pegaso adductam et deae adventum Musarum certatio intercedat, Ovidius fingit Hippucrenen paulo post Pegasi ortum, qui IV 786 narratur, productam esse. Quare fontis origo ceteris de Pegaso fabulis in Metamorphosibus prorsus aliter atque illo Fastorum loco inseritur.

Qua in re Ovidium Sidonius Apollinaris secutus est, qui de Hippucrene fonte haec dicit (c. XIV 8/9):

quem fodit pede Pegasus volanti
cognato madidus iubam veneno.

Atque etiam Mythographus Vaticanus II 112 ad Ovidium redit: *utero autem eius equus Pegasus cum pennis exit, qui currens ad montem Aonium Boeotiae pede percussit terram et fontem Castalium produxit, qui et Pegaseus vel Aonius est appellatus.* Quibus locis non magis quam iis quos supra tractavimus fabulas vetustas contineri apparet.

Atque idem de quodam Nonni loco dicendum est, quo Hippucrenes origo cum Liberi in Boeotiam adventu coniungitur. Bacchantium enim comitatus mirum cantum exercet. Qui quantopere animos audientium affecerit vel percusserit, copiosa oratione exponitur. Quod aeque ac supra (p. 111) uni licentiae poeticae tribuendum esse per se intellegitur.

Atque etiam Pegasus qui nescio quo pacto in Helicone adest, commovetur, ut ungulae ictu Hippucrenen eliciat (Dionys. XLIV 6/7):

καὶ κρήνη κελάδησεν, ὅπῃ χθονὸς ἄκρον ἀράξας
ὑγρὸς ὄνυξ ἵππειος ἐπώνυμον ἔγλυφεν ὕδωρ.

Denique Solini locus (c. 7, 22/23) proferatur, qui unde haustus sit eruere nequeo. Quo dictum est miram Hippucrenes originem veram esse historiam a poetis in dulcedinem fabulae compositam: *apud Thebas Helicon . . . . sed ante alios* (scil. fontes) *Aganippe et Hippocrene: quos Cadmus, litterarum primus repertor, quoniam equestri exploratione deprehendisset, dum rimatur, quaenam insideret loca, incensa est licentia poetarum, ut utrumque pariter disseminaretur, et quod aperti forent alitis equi ungula et quod poti inspirationem facerent litterariam.* Quo loco veram relationem inversam quidem esse in aperto est. Quod enim fontes illi *inspirationem litterariam* facere dicuntur, cum Cadmo, litterarum inventore, coniuncti sunt; quodque ungula equi producti feruntur, *exploratio equestris* ficta est[1]).

II. De Pegaso cum Aganippe conexo.

Loco Solini quem modo attulimus, non solum Hippucrene sed etiam Aganippe a Pegaso producta esse dicitur. Alterum vero huius fabulae testimonium frustra quaeras.

Attamen Maassius quem ceterum ipse locus Solini fefellit, comprobare sibi videtur fabulam illam etiam de Aganippe exstitisse[2]).

Cuius viri doctissimi argumenta accuratius examinanda esse manifestum est.

Ac primum quidem existimat Aganippen significari *lacu Gorgoneo*, cuius mentionem fecit Propertius III 3, 32. Quo in carmine poeta Heliconio in monte se recubare fingit,

Bellerophontei qua fluit humor equi.

[1]) Ceterum Cadmus etiam apud „Plutarchum" de fluv. II 1 cum fonte cohaeret: Κάδμος . . . . περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν atque in antro Corycio pede dextro fontem fecisse dicitur.

[2]) Herm. XXXI (1896) p. 381 sq.

Cui fonti iam os suum admovit, ut sacri latices heroi carminis studio ipsum instinguerent, cum Apollo huic consilio obstitit, qui poetam de finibus indolis suae admonens plectro aliam ei sedem monstrat, quo nova semita pervenit. Ibi antrum Musarum est longius a Propertio descriptum, in quo cum alia sunt tum lacus ille Gorgoneus. Calliope et ipsa poetam docens, ad quod genus poesis natus sit, carmini heroo initiat, cum lymphis a fonte petitis ora eius Philetaea rigat aqua (v. 51/52). Lacus ille propterea haud dubie nominatur Gorgoneus, quia pariter a Pegaso, Gorgonis stirpe, fusus esse existimatur. Duos igitur hoc loco fontes Pegaseos Propertius divisit. Neque tamen cum hac re congruere videtur verbis versus secundi: *Bellerophontei qua etc.* locum quo poeta recubat, certo definitum videri, ut unus Pegasi fons Heliconius ponatur. Haec quae inesse videtur discrepantia, quomodo solvenda sit? Ac Maassius quidem putat loca omnia quae Propertius in illa elegia affert, re vera exstare, ut duo Pegasi fontes qui in Helicone fluant, distinguantur. Quod si ita esset, apparet certam notionem sedis in qua se quiescere poeta fingit, versu 2 contineri nondum posse. Sed cum Propertius sine dubio de certo recubandi loco cogitaverit, Maassius existimat fontem Pegaseum versu 2 generatim memoratum, sexto demum versu proprie notari, cum fons ille esse dicatur, ex quo Ennius biberit. Hac tamen mentione res plane alia spectatur. Tota enim illa elegia epicae poesis genus carmini elegiaco variis dicendi modis opponitur, ut magni fontes (v. 5), equus (v 40), Mars (v. 42), carminis heroi significationes parvis oribus (v. 5), parvis rotis (v. 18), cycno Veneris (v. 39), quibus elegia notatur, contrariae sint. Eodem sensu Ennius, poeta epicus, et Philetas, elegiarum auctor, de quibus alter ex altero Pegasi fonte hauserit, opponuntur. Quorum nominibus allatis Propertius duos illos fontes Pegaseos sane dividit, ita tamen, ut non Heliconis descriptionem spectet, sed epicum et elegiacum fontem discernat. Ac num, si poeta Musarum montem describere in animo habuisset, primo utramque scaturiginem Pegaseam appellasset, tum multis verbis alteram ab altera seiunxisset? Nonne potius ad certam notionem praebendam proprium utriusque nomen protulisset? Quare si Propertius

Ennii mentione locum quendam definire non sibi visus est, sed tamen de certa quietis sede cogitavit, iam vides hanc ipso versu 2 accurate et distincte significari. Quod si ita est, iam concludere licet lacu qui appellatur Gorgoneo omnino non fontem qui re vera in Helicone exstet, significari. Neque quicquam interest hunc fontem vere fluere, quippe quo ad nihil aliud opus sit, nisi ut epico poesis generi fonte Ennii significato simili figura elegia opponatur. Quod flumen v. 2 nominatum vere exstat, nullius momenti est. Alterum autem fontem quem Gorgoneum nominat, item a Pegaso factum esse dicit, quia et ipse poetarum sacer putandus est. Fons enim Pegasi et flumen poetarum idem valent. Ut paulo infra videbimus Castaliam Parnassi, cum poetarum fons sit, a Pegaso productam dici, rursus Pirenen Corinthiam, cum ab equo alite excussa feratur, furoris poetici auctorem appellari. Ceterum videas quae praeterea Rothsteinius contra Maassium attulit[1]).

Iam vero ad alterum locum transeamus quo nixus Maassius Aganippen a Pegaso factam esse opinatur[2]). Qui in Ovidii Fastis est, ubi poeta Musas hoc modo alloquitur (V, 7/8):

dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes,
grata Medusaei signa tenetis equi.

Ac voci *Aganippidos* vim adiectivi inesse cum Maassio consentimus. Hoc tamen attributo relationem quae inter Hippucrenen et Musas est, abundanter significari Maassius reicit. Cur enim, ait, quod Hippucrenes proprium est, id insuper altero Musarum fonte eodem in monte sito significatum sit? Qua de causa Hippucrenen illic generalem significationem fontis equini habere censet, qui demum adiectivo Aganippidos certo definitus sit. At nonne primum quod Maassius profert, contra ipsum dici potest? Cur enim quod Aganippes proprium est (Maassius ipse memorat vocem equi etiam in Aganippe inesse), id insuper altero eiusdem montis fonte equino significatum sit? Tum hoc contra eum afferendum est. A Propertio lyra Musarum Aganippea (II, 3 20),

[1]) In ed. vol. II p. 338—42.

[2]) Ibid. p. 397/98.

a Statio canna Apollinis Castalia (Theb. VI 337) appellatur. Nec vero lyrae neque cannae cum ipso fonte quicquam est, sed adiectiva illa unam relationem Musarum et Apollinis, quorum singuli fontes sacri sunt, significant. Qua eadem ratione si Ovidianam vocem Aganippida accipias, abundantia dictionis nihil offendat. Maxime vero mirum esset Hippucrenen, quae semper et Graecorum et Romanorum in litteris certus ille fons sub vertice Heliconis situs intellegitur, uno atque Latini auctoris loco generalem fontis equini significationem habere.

Ac ne tertius quidem locus de quo Maassius disputat, argumento est etiam Aganippen a Pegaso productam esse. Vir enim doctissimus censet primum Persii versum:

nec fonte labra prolui caballino

non modo, ut ceteris videtur, Hippucrenen respicere, verum latius patere. Quarto enim prologi versu

Heliconidasque pallidamque Pirenen
illis remitto etc.

Pirenen, nympham Corinthiaci fontis a Pegaso producti, ut Musam Heliconiis sororibus quarum Aoniae aquae sacrae sunt, adiungi putat. Itaque caballinum versus primi fontem etiam ad Pirenen et Aganippen referendum esse contendit. Attamen etiamsi veri dissimilem inter v. 1 et v. 4 relationem acciperemus, opinio illa minime comprobata esset. Licet enim Heliconiades in v. 4 nominatae sint, nullo modo concludi potest Persium non solum una de Hippucrene sed de duabus Heliconis fontibus Pegaseis cogitasse.

Neque Callistrati quodam loco argumentum continetur, quo Aganippen a Pegaso ortam esse confirmetur. Dicit enim ἐν τῷ Ἑλικῶνι (τέμενος δὲ τῶν Μουσῶν σκιερὸν ὁ χῶρος) παρὰ τοὺς Ὀλμειοῦ τοῦ ποταμοῦ ῥύακας καὶ τὴν ἰοειδέα Πηγάσου κρήνην Ὀρφέως ἄγαλμα τοῦ τῆς Καλλιόπης παρὰ τὰς Μούσας εἱστήκει (ecphr. 7). Welcker bene iam animadvertit ἰοειδέα versum tertium Theogoniae Hesiodeae respicere [1]). Qui Hesiodi fons ἰοειδής plerumque, non tamen iusta de causa, Aganippe intellegitur. Quo modo etiam Callistratum Hesiodi locum interpretatum esse Maassius censet. Atque cum fontem appellet Πηγάσου κρήνην, novum hoc esse testi-

---

[1]) In ed. Iacobsiana Philostrati p. 705.

monium, quo etiam Aganippe cum Pegaso conexa esse doceatur. At Hesiodi κρήνην ἰοειδέα re vera a Callistrato Aganippen esse existimatam Maassius ne uno quidem argumento comprobavit. Nec vero quicquam impedimento est, quominus fontem illo Hesiodi versu memoratum eundem atque Hippucrenen v. 6 nominatam putes. Atque hanc scholiastae interpretationem fuisse apparet. Dicit enim ad v. 2: καί τε περὶ Ἑλικῶνα καὶ περὶ βωμὸν ὀρχεῦνται, pergitque: ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ ὄρει καὶ κρήνη ἦν καὶ βωμός. ἡ δὲ ἵππου κρήνη (haec tamen demum v. 6 nominatur) οὕτως λέγεται . . . .; (iam sequuntur verba quae supra attulimus p. 105.) . . . . ἐκλήθη ἵππου κρήνη. ἄλλοι δὲ Πηγασίαν ἐκ τοῦ ὄρους; tum demum interpretationes horum verborum sequuntur: ἰοειδέα (v. 3), ἐρισθενέος (v. 4), τέρενα (v. 5), Περμησσοῖο (v. 5) quod flumen ab Hesiodo ante ipsam Hippucrenen ponitur, Ὀλμειοῦ (v. 6) ipsam post Hippucrenen nominati; deinde sequitur scholion ad v. 8 allatum. Nec vero de Hippucrene quicquam iam profertur. Quare hanc tertio iam in versu scholiastam cognovisse manifestum est. Neque aliter Weizsaecker hunc locum interpretatus est, quippe qui dicat poetam in v. 3 Hippucrenen appellare ἰοειδέα [1]).

Quae cum ita sint, vix quisquam neget etiam Callistratum Hesiodi verba hoc modo intellegere potuisse. Atque hercle rem ita se habere illud indicio est, quod a Callistrato Πηγάσου κρήνη cum Olmio coniungitur. Hoc enim ipsum flumen plus semel cum Hippucrene conexum videmus. Primum Lucianus dicit hominem quem perstringit, Musas ab Helicone depulsuras fuisse, ὡς μὴ μιᾶναι μήτε τὸν Ὀλμειὸν μήτε τὴν τοῦ ἵππου κρήνην (adv. indoctum 3). Deinde apud Nonnum Naias in conspectu Semeles in flumine Asopo corpus lavantis existimat Musam forte ab Helicone suas in aquas degressam

> Πηγασίδος (προλέλοιπε) μελισταγὲς ἵππιον ὕδωρ
> καὶ ῥόον Ὀλμειοῖο

reliquisse (Dionys. VII 233 sq.). Causa vero, cur Hippucrenen cum Olmio semel atque iterum coniunctam videamus,

---

[1]) In Rosch. M. L. s. v. Hippocrene I 2679.

sine dubio ea est, quod in v. 6 Theogoniae Hesiodae altera cum altero conexa est. Ipsa enim initia carminum nobilium persaepe tecte et aperte significari constat. Ac Callistratum Theogoniae Hesiodeae rationem habuisse hac quoque e re discimus. Locum quo Orphei signum collocatum fuerit, circumscribere in animo habet. Quod hisce verbis facit: παρὰ τοὺς Ὀλμειοῦ τοῦ ποταμοῦ ῥύακας καὶ τὴν ἰοειδέα Πηγάσου κρήνην. Nec vero descriptio certam ullam loci notionem praebet. Quae res perbene explicatur, si Callistratum Theogoniam Hesiodeam respexisse ponis.

Tum Maassius affert opinioni ex qua etiam Aganippe fons Pegaseus sit, utique nominis interpretationem favere, cum vox equi ut in Hippucrene, ita in Aganippe insit. Quod quamquam constat, tamen nomina duorum fontium inter se differunt. Quam ad rem Wilamowitzius animum advertit. Hippucrenen enim ab equo apertam esse, Aganippen ab equa nomen ducere monet[1].

Quae cum ita sint, unus quem supra attulimus Solini locus restat, quo etiam Aganippe ab equo alite producta dicatur. Hoc tamen veterem nobis fabulam tradi vereor ut quisquam existimet. Immo quae de Hippucrene fertur origo in Aganippen translata erit, quod ipsa quoque Musarum in Helicone fons est. Nisi forte factum est conexus gratia haud ita ingeniosi, quo et Hippucrene et Aganippe fontes cum Cadmi expeditione quae fingitur equestri coniuncti dicuntur. Equi enim vox etiam in Aganippe inest. Quare omni caremus ansa qua nixi etiam Aganippen vetere ex fabula cum Pegaso arte conexam fuisse colligere possimus. Immo pro certo affirmare licet Pegaseum fontem eam non existimandam esse.

III. De Pegaso cum Castalia conexo.

Iam vero etiam in alterum fontem, Castaliam Parnassi, Hippucrenes origo translata est. Auctoritate enim poesis Alexandrinae haustus Hippucrenes usitata figura facta erat, qua divino quodam instinctu a Musis se incitatos

---

[1]) Griech. Trag. II p. 230.

esse poetae significabant. Neque tamen hunc spiritum divinum minus inflat Apollo, qui antiquissimis ex temporibus poetis praesidere creditus est[1]). Quare minime mirum est illum instinguendi modum in Apollinem translatum esse, ut qui ipsius quodam de fonte poti sint, pariter poetae fieri fingantur. Atque etiam cum fontibus ut deus vaticinandi iandudum coniunctus erat (cf. p. 97). Fontium autem Apollinis sacrorum maxime nobilis Castalia Delphica fuit (cf. Paus. X 8,9). Quam et ipsam animum vaticinandi studio incitasse accepimus. Sed tamen a Romanorum demum auctoribus fons poetarum sacer appellatur: Ovid. Amor. I 15 35/36:

mihi flavus Apollo
pocula Castalia plena ministret aqua;

Stat. Silv. V 5, 1 sq. ibid. II 2, 36 sq., ubi Castalia *fontes Phemonoes* appellatur; Martial. VII 22, 3/4; Nemesian. Cyneg. 5/6; Ennodius c. I 9, 12 sq.; c. II 66, 8; dictio 9 p. 254 Hartel. Atque etiam Musae ipsae quae ut Apollo in Helicone, ita in Parnasso colebantur, e Castalia hausisse feruntur (Martial. XII 3, 13/14): *fons Castalius,*

unde novem dominas saepe bibisse ferunt.

Cum et Helicon et Parnassus Apollinis Musarumque sacri essent, factum est, ut montes magno quamvis intervallo disiuncti tamquam propius alter alterum accederent, denique confunderentur[2]). Ut Statius Parnassum verticem Aonium nominat (Silv. V 1, 113). Ac Nemesianus Aoniam, Heliconem, Castaliam confundit: *venandi cano . . . . Aonio iam nunc mihi pectus ab oestro aestuat: ingentes Helicon iubet ire per agros Castaliusque mihi nova pocula fontis alumno ingeri* (Cyneg. 1 sq.). Scholio ad Stat. Achill. I 10 *Aonia regio* dicitur, *in qua Parnassus* situs sit; schol. Aristid. p. 65; 28 Dind. Κασταλικὴ Βοιωτίας esse dicitur; Steph. Byz. s. v. Τιθορaία urbs Boeotiae nominatur, quae in summo Parnasso sit; apud Servium Dan. ad Verg. Ecl. X 11

[1]) Rosch. M. L. I 435.

[2]) Cf. R. Foerster, Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanios (1878) p. 298 sq.

haec legimus: *Parnassus mons Boeotiae, Pindus Thessaliae: ambo Apollini et Musis consecrati;* apud Servium Dan. ad Verg. Aen. X 163: *Parnassus mons est Thessaliae iuxta Boeotiam, quem locum aliquando Aones tenuerunt, qui in duo finditur iuga, Cithaeronem Liberi et Heliconem Apollinis et Musarum. ex quo fons manare dicitur, quem Pegasi ungula protulisse fertur, qui vocatur Hippocrene.* Quo quidem loco non solum Boeotia et Phocis, sed etiam tertia Musarum sedes, Thessalia, confunduntur.

Quae cum ita sint, nihil mirum est etiam duos poetarum fontes, Castaliam Parnassi et Pegasidem Heliconis, confundi. Quod his Ennodii locis fit (c. I 5, 1. sq.): *ingenii cultor, fons oris, copia linguae, umor Castalius veniat . . . nisi flumine largo sicca Pegasaeo perfundam membra liquore . . . . Quam bene pandit aquas, cui blandus murmurat amnis*; cf. c. II 66, 8: *Castalii mellis murmura blanda bibi* Eadem confusio occurrit c. II 109: *numquam . . . in me fluxerunt commoda Castalii . . . . spes nova quid stimulas gurgitis Aonii*[1]).

Atque ad extremum Pegasus etiam Castaliam produxisse dicitur: Myth. Vat. I 130: Pegasus] *pede suo fontem Castaliae sive Pegaseum produxit;* Myth. Vat. II 112: Pegasus] *pede percussit terram et fontem Castalium produxit, qui et Pegaseus vel Aonius est appellatus*; Albric. de deor. imag. XXI: Pegasus] *ungula terram fodiens fontem erumpere faciebat, qui Castalius dictus Musis ad potum productus est.*

IV. De Pegaso cum Pirene conexo.

Iam de alio fonte, Pirene Corinthia, disseramus, quae item a Pegaso fossa esse dicitur. Quem ad fontem Pegasum e vetustiore de domitu fabula referri supra vidimus (cf. p. 44 sq.) Inferiore vero aetate atque a Romanis maxime aevi imperatorii poetis Pegasus etiam Pirenen fontem produxisse traditur. Quam fabulam priore aetate nusquam afferri per se nullius momenti est. Ipsos enim posteriores auctores veterrimas fabulas persaepe primos testari constat. Attamen

[1]) Hartungius quoque (Relig. der Griechen III p. 222) Castaliam in Helicone collocat.

cum antiquitus et aliae de Pegaso fabulae et ipse ad Pirenen domitus litteris saepe prolata atque arte expressa sint, illud priorum auctorum silentium non neglegendum esse videtur.

Primum autem apud Statium Pirenen a Pegaso excussam esse legimus. Adrasti enim inter exercitum

it comes Inoas Ephyre solata querelas,
Cenchreaeque manus, vatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto
Isthmos et a terris maria inclinata repellit

(Theb. IV 59 sq.). Alibi quoque ab eodem fabulae illius mentio fit:

Lucani proprium diem frequentet,
quisquis collibus Isthmiae Diones
docto pectora concitatus oestro
pendentis bibit ungulae liquorem

(Silv. II 7, 1 sq). Atque apud Dionem Chrysostomum scriptum est: οἱ ποιηταὶ . . . φασιν ἀνεῖναι κρήνην ἐν Κορίνθῳ χαράξαντα τῇ ὁπλῇ (Borysth. (XXXVI) 46). Quae ipsa ultima omnino fabulae mentio est. Nomen vero fontis nullo illorum locorum prodi vides. Sed tamen ad Pirenen fontem fabulam referri cum per se verisimile sit, tum hoc Persii loco evinci potest. Qui quidem in prologo (v. 4) dicit aliis poetis se remittere

Heliconidas pallidamque Pirenen.

Nympham autem fontis Corinthii Musae loco sororibus Heliconiis ideo adsertam esse patet, quod etiam Pirene a Pegaso producta putabatur. Quae cum ita sint, Persius primus illius fabulae testis est.

Gravissima autem res est, quod fabulae mentio ipsis iis locis deest quibus maxime exspectatur.

Atque Strabo eo quem supra iam laudavimus loco dicit: ἐνταῦθα δέ φασι πίνοντα τὸν Πήγασον ἁλῶναι ὑπὸ Βελλεροφόντου, πτηνὸν ἵππον ἐκ τοῦ τραχήλου τοῦ Μεδούσης ἀναπαλέντα κατὰ τὴν Γοργοτομίαν. τὸν δ' αὐτόν φασι καὶ τὴν Ἱππουκρήνην ἀναβαλεῖν ἐν τῷ Ἑλικῶνι, πλήξαντα τῷ ὄνυχι τὴν ὑποπεσοῦσαν πέτραν (VIII 379). Iam quis putaverit eum vocula καί usum esse, ut brevissime etiam Pirenen, de qua quidem illic verba facit, a Pegaso factam esse indicet, cui Hippucrenes originem subiungat. Sed hoc voce καί significari certo negandum est.

Hoc enim si ita esset, Strabo non proferret, quod et aptum esset, cum ad Pirenen de qua verba facit, pertineret, et minime notum, cum primus fabulam Pirenes a Pegaso productae narraret Neque vero e Pegasi haustu Pirenes ab eodem factae coniecturam capiendam esse in aperto est. Contra Strabo diserte diceret, quod et multo minus aptum est, Pegasi ortum fontisque alieni originem, et omnibus notum. Quare vocula καί non Pirenes aequam atque Hippucrenes originem significari, sed fabulis quas ante de Pegaso protulit, aliam addi censendum est. Strabo igitur qui ipsam Corinthum oculis spectavit, uberius de Pirene dicit atque etiam de origine Hippucrenes ibidem mentionem facit, Pirenen vero ipsam a Pegaso factam esse silet Unde patet eum Pirenes originem a Pegaso adductam ignorasse neque Corinthi comperisse. Quae res, cum Strabo diligentia non caruerit, minime neglegenda sit. Nec sine causa coniciatur fabulam Pirenes a Pegaso productae Corinthi omnino non notam fuisse.

Neque alii loci desunt quibus illa coniectura comprobetur. Onestes enim Corinthius[1]) in epigrammate originem fontis Heliconii a Pegaso facti cum origine Asopidos, Acrocorinthi sitae, comparat (A. P. IX 229):

Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασὶς ὕδατ' ἀδελφά,
ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ποδορραγέα.
χὠ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου
ἔπληξ'. ὢ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη[2]).

Sed cum Onestes ipse Corinthius sit, sine dubio multo magis Pirenes a Pegaso factae comparatio exspectatur. Iam cum alia potius Corinthi scaturigo afferatur, fabulam illam Corinthi omnino non notam fuisse comprobatur.

Atque Pausanias quoque compluribus locis Pirenes mentionem facit, atque uno ex iis cum alia tum originis fabulam affert: ὡς ἡ Πειρήνη γένοιτο ὑπὸ δακρύων ἐξ ἀνθρώπου πηγή, τὸν παῖδα ὀδυρομένη Κεγχρίαν ὑπὸ Ἀρτέμιδος ἀκούσης

---

[1]) Onestae nomen Latinum Honestus est, cf. Mommsen, Roem. Gesch. V p. 258; in lemmate A. P. IX 216 Corinthius appellatur, ut ab Oneste Byzantio A. P. VII 274 distinguatur.

[2]) Hoc epigramma in serie litterarum ordine disposita, IX 215–312, exstat, quae ad anthologiam Philippi Thessalonicensis redit. Quod cum ita sit, ante Caligulae aetatem compositum est.

ἀποθανόντα (II 3,2). Nec vero de Pirenes origine a Pegaso allata quicquam profert. Contra Troezenium quendam fontem eodem modo atque Hippucrenen Heliconiam ortum esse alio loco (II 31, 12) de quo mox dicendum est, narrare non supersedet. Unde patet ne Pausaniam quidem Corinthi originem Pirenes a Pegaso factam comperisse. Iam vero artis quoddam opus quod magni momenti est, describit: κρῆναι δὲ πολλαὶ μὲν ἀνὰ τὴν πόλιν πεποίηνται πᾶσαν . . . θέας δὲ μάλιστα ἀξία ἡ παρὰ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος καί οἱ Βελλεροφόντης ἔπεστι καὶ τὸ ὕδωρ οἱ δι' ὁπλῆς ῥεῖ τοῦ Πηγάσου (II 3, 5). Cuius monumenti imitationes in nummis Corinthiis reperiuntur, quorum artifices omnino saepissime artis opera expressisse constat[1]). Quibus in nummis Bellerophon Pegaso arrecto vectus hastam in Chimaeram quae ante eum est, conicit. Imitationes autem illas ad monumentum a Pausania depictum revocandas esse exemplis nonnullis confirmatur, in quibus aut Diana adversum Bellerophontem in saxo sedet[2]), aut figurae operis in capite columnae positae sunt[3]). Res vero gravissima est monumentum illud non supra Pirenen positum fuisse. Quam a Pausania non significari pro certo habendum est. Neque enim ἡ παρὰ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος ab eo vocata, et monumentum supra erectum eo potius loco descriptum esset, quo ipsa de Pirene verba facit. Huic autem aliud potius opus, nymphae Pirenes simulacrum, impositum fuisse videtur[4]).

Quibus rebus omnibus planum fieri mihi videtur neque in priore neque, quod conicias, in posteriore Corinthi urbe anno a. Chr. n. 46 restituta fabulam Pirenes a Pegaso productae notam fuisse. Ut autem solis a poetis traditur, ita ab iis ficta esse videtur. Atque in Pirenen pariter atque in Aganippen Castaliamque Hippucrenes fabulam translatam esse videmus. Quod facile fieri potuit, cum e fabula multo

---

[1]) Imhoof-Gardner, Journ. of hell. stud. VI (1885) p. 59.

[2]) Nummus Caracallae, Arch. Ztg. (1843) tab. IX 13 = Catal. of greek coins in Brit. Mus., Corinth, pl. 22, 2.

[3]) Mionnet, descript. de Méd. antiques, II 189, 304; cf. Stephani, Compte-Rendu 1881 p. 32; Imhoof-Gardner, ibid. p. 62/63; p. 73; tab. C 31/32; Hitzig-Bluemner, Pausanias I p. 500, tab. II 43 sq.

[4]) Imhoof-Gardner, ibid. p. 73.

vetustiore Pegasus ad illum Corinthium fontem domitus fuerit. At recentiorem fabulam Pirenes et Hippucrenes confusione ortam esse[1]) non concedendum est. Sed de industria fabula Boeotiae post Corinthum urbem restitutam in Pirenen translata est. Quamquam quid causae fuerit, erui nequit.

Neque tamen laus Hippucrenes fonte Corinthio quicquam deminuta est. Immo Pirenes a Pegaso factae post Dionem Chrysostomum nulla iam mentio fit. Quae cum ita sint, facile intellegitur in ea fabula quae nostra aetate de Pirenes origine exstat,[2]) nullam Pegasi memoriam retineri.

Neque vetustioribus usquam locis fabulam recentiorem proferri nunc perspicuum est. Quod autem ipsis illis aetatis prioris testimoniis Pegasus ad Pirenen domitus esse fertur, fabulam Corinthi familiarem fuisse vidimus (p. 44; 52). Quae ut in fonte quodam collocaretur, haec certe causa fuit, quod nomen Pegasi cum voce πηγή cohaerere videbatur. Ut iam Hesiodus Pegasi nomen inde ductum esse dicit (Theog. 282/83). Nominum autem interpretationes ad fabulas gentium temporumque omnium permultum contulisse constat.

Neque vero concludere licet illum fontem qui Bellerophonte Pegaso vecto ornatus erat (p. 123 sq.), cum monumento imposito artius conexum fuisse, ut eum Pegasi ungula factum esse conicias. Etenim exspectaretur, ut opus illud potius supra Pirenen erectum esset, quam cum Pegaso vinculo artiore coniunctam fuisse constat. Maxime autem illi opinioni contrarium est, quod in monumento a Pausania descripto omnino non illa fabula, sed Bellerophon cum Chimaera dimicans expressus erat. Neque enim cum hoc proelio origo fontis cuiusdam ullo modo cohaeret. Quare quod e Pegasi ungula aqua effluit, non in fabula quadam, sed in artificis ingenio positum est, qui varias fabulas temere confudit[3]). Ceterum similia monumenta afferre potuerunt. Ut in insula Co simu-

[1]) Sic Vollmer ad Stat. Silv. II 7, 4, qui neglectis Persio et Dione Chrysostomo iam Strabonis loco de quo diximus, confusionem contineri iniuria contendit.

[2]) Cf. B. Schmidt, Griech. Maerch. und Sagen, Vorrede p. 34.

[3]) Cf. Curtius, Plastik der Hellenen, in Abhandlg. der Berliner Akademie 1876 p. 155; Arch. Ztg. XXXVII (1880) p. 19.

lacrum erat Chalconis, cuius e pede aqua effundebatur. Quod opus ab argutiis Lysippeae vel Eutychideae artis non abhorrere Buecheler arbitratus est[1]).

Ea vero Corinthi restitutae monumenta quibus ipsa Pegasi Pirenesque fabula exprimitur, haud secus atque priora quae supra percensuimus (p. 47. sq.), equum alatum e fonte bibentem repraesentant. Velut in nummo Corinthio Lucii Veri Pegasus ante nympham Pirenen e fonte bibit, a tergo Acrocorinthus eminet[2]). Idem autem in altero nummo Septimii Severi fictum est[3]). Tertio in nummo eiusdem imperatoris Bellerophon Pegasum tenet bibentem e fonte qui ex infima Acrocorintho aede ornata profluit. Quod opus nescio an cum iis quae supra perlustravimus (p. 50), artius cohaereat.

Eadem vero etiam in monumentis reperiuntur quae Corintho ipsi non ascribenda esse videntur. Ut poculum argenteum anno 1830 in Gallia septentrionali inventum Pirenen repraesentat sedentem ad fontem qui ex infima Acrocorintho aede instructa effunditur, nympha manu sinistra calamum tenet, dextra pinnam Pegasi bibentis comprehendit[4]). Cui operi simile esse videtur monumentum crustarium musei Neapolitani, ubi a parte sinistra Pegasus gramen carpit (?), a dextra nympha sedet, quam Pirenen esse pro certo habendum est. Sinistram autem urnae imponit, dextra calamum tenet, caput ad Pegasum vertit[5]). Ac simile esse videtur opus cuius fragmentum Parenzi in turri campanili aedis cathedralis insertum est[6]).

Pegasus bibens etiam in parte aversa complurium nummum Ponticorum occurrit, quorum in parte reversa Perseus, proavus regum Ponticorum, invenitur[7]).

[1]) Rhein. Mus. XV (1860) p. 454 n.

[2]) Millingen, Recueil de Monnaies II 21; Imhoof-Gardner l. c. pl. F 103.

[3]) Ed. Catal of greek coins of British Mus., Corinth, XXI 16.

[4]) Ed. Babelon, Le cabinet des Antiques à la Bibliothèque nationale t. 24; Schreiber, Culturhist. Bilder-Atl. t. 25, 1/2; Chabouillet, Catal. des camées de la Bibliothèque impériale nr. 2806.

[5]) Descripsit Engelmann, Annali dell' Inst. XLVI (1874) p. 8/9.

[6]) v. Schneider, Serta Harteliana (1896) p. 288.

[7]) Head, H. N. p. 424 sq.

V. De Pegaso cum Hippucrene Troezenia conexo.

Reliquum est, ut de fabula Troezenia dicamus. Nam etiam Troezeniorum in urbe fons exstabat cui nomen Hippucrene erat. De quo Pausanias haec profert: ἔστι γὰρ καὶ Τροιζηνίοις ἵππου καλουμένη κρήνη, καὶ ὁ λόγος ἐς αὐτὴν οὐ διαφόρως τῶν Βοιωτῶν ἔχει. Πηγάσῳ γὰρ τῷ ἵππῳ καὶ οὗτοι λέγουσιν τὸ ὕδωρ ἀνεῖναι τὴν γῆν θιγόντι τοῦ ἐδάφους τῇ ὁπλῇ. Βελλεροφόντην δὲ ἐλθεῖν ἐς Τροιζῆνα γυναῖκα αἰτήσοντα Αἴθραν παρὰ Πιτθέως, πρὶν δὲ γῆμαι, συμβῆναί οἱ φυγεῖν ἐκ Κορίνθου (II 31, 12). Quam fabulam a Pausania allatam esse, quod Troezeniae Hippucrenes par atque Heliconiae origo ferebatur, ipsa illa verba docent. Atque Bellerophontem Aethram petivisse vetus Troezeniorum fabula putanda est. Atque etiam Pegasus antiquitus ibidem familiaris fuit. Etenim aetate satis antiqua in nummis Halicarnassi, urbis a Troezeniis conditae, occurrit[1]). Hoc autem equo et Bellerophonte socio Troezenii usi sunt, ut originem Hippucrenes suae explicarent. Quamquam quonam modo Bellerophon cum hoc fonte cohaereat, non accipimus. Neque enim quae de Aethra profertur fabula cum origine Hippucrenes a Pegaso productae quicquam conexa esse videtur. Ipsene autem Bellerophontis equus ab initio cum illo fonte cohaerere existimandus est? Quod cum uno Pausaniae loco solvi nequeat, alia ratione diiudicandum est. Remitto autem ad ea quae paulo infra sequuntur.

VI. De fabulis e Pegasi fontiumque conexu ortis.

Iam supra Pegasum saepe cum nympha Pirene conexum esse vidimus. Quod e fabula Corinthiaca intellegendum est. Tamen constat eum neque una cum Pirene cohaerere et ipso nomine de fontibus universis admonere. Unde intellegitur, cur Pegasus etiam cum aliis nymphis coniunctus sit.

In pictura parietaria sepulcri Nasonum, quae vel Antoninorum vel posteriorum imperatorum aetati ascribitur, Pegasus collum corona rosarum ornatus in loco arundine vestito stat,

[1]) Head, H. N. p. 526.

qui aquis circumluitur; tres autem virgines seminudae quae e calamis crini vittato intextis nymphae putandae sunt, equum alitem curant: una manu sinistra vas tenet quod unguentarium esse os angustum indicio est, dextra. Pegasum permulcet vel oblinit; altera alte in aquas immissa equi crura lavat; tertia manibus ambabus vas quod et in ore et in ventre latum est, portat, unde Pegaso aquam infusura esse videtur[1]).

Quod etiam in lucerna aenea cernitur. Ubi Pegasus inter duas nymphas seminudas stat, quarum certe alterius crinibus calamus est innexus; atque altera equo e patera magna potionem dat, altera aquam infundit[2]).

Atque etiam Constantinopoli in porta a Theodosio Magno erecta, quae dicebatur aurea, idem expressum erat. Cui anaglypha imposita erant, quorum, cum ipsa quidem perierint, complures descriptiones servatae sunt. Quorum in uno Pegasus expressus erat[3]). De quo Petrus Gillius (anno 1555 morte abreptus) haec profert: *in alia tabula est equus alatus: equi frenum retinet mulier, a tergo sunt mulieres duae, in summa parte tabulae alia mulier recubat. e regione huius iacet iuvenis*[4]). Roe autem Constantinopoli legati Britannici munere functus dicit repraesentatum esse *a Pegasus with the nimphs or Muses; one representing the founteyne Pirene powring out water*[5]). Denique Grelotius haec profert: *l'autre, si je ne me trompe, représente les neuf muses avec le cheval Pégase*[6]).

Quarum descriptionum quin Gillii maxime omnium sit accurata, dubitari non potest. Atque adeo quid ipse sentiat, non expromit, ut ne nomen quidem Pegasi proferat. Magni tamen etiam illud momenti est, quod Roe unam ex nymphis, quam quidem Pirenen esse interpretatur, aquam effundere tradit. Talem enim figuram, ac quae Pegasum madefacit,

---

[1]) Ed. Bartoli-Bellori, picturae antiquae II t. 20; cf. Stephani, Compte-Rendu (1864) p. 31 n. 2.

[2]) Montfaucon, Ant. Expl. t V pl. 165, alibi.

[3]) Cf. Strzygowski, Arch. Jahrb. VIII (1893) p. 34 sq.

[4]) De Constantinopoleos topographia l. IV c. 9 p. 320 ed. 1632.

[5]) In epistula 1 anno 1635 ad ducem Buckingham missa.

[6]) Relation nouvelle d' un voyage de Constantinople (1681) p. 96.

etiam in duobus operibus antea descriptis cognovimus. Atque incertum est, an tria illa monumenta ab eodem exemplo ducta sint.

Iam vero multo magis quam nympharum artiorem Pegasi et Musarum conexum exspectamus. Is tamen infimis antiquitatis temporibus atque rarissime invenitur. Sane inde ab aetate Alexandrina hic illic Musae Pegasides appellantur (cf. p. 95). Nec vero hoc testimonium artioris inter Pegasum Musasque conexus est.

Primus autem Sidonius Apollinaris (c. XXII 81/82) Pegasum in Musarum monte permanere tradidit. Etenim cum Apollo et Musae Baccho Boeotiam accedenti obviam irent,

hic et crinisatas iungebat Pegasus alas,
portans doctiloquo facundum crure Crotonem[1]).

Atque etiam Nonnus putare videtur Pegasum, quem ipse quoque Baccho Boeotiam intrante in Helicone versatum esse dicit, perpetuo ibi morari (Dionys. XXXIV 6/7; cf. p. 112 sq.).

Et cum in monte illo permanere existimaretur, facile intellegitur, cur Pegasus ipse Musarum equus factus sit. Ut Ennodius (c. II 109 sq.) his verbis Musam invocat:

exhibe cornipedem nunc Pegasea mihi,
qui ferat aligerum per gramina roscida corpus
nec teneras flectat vestigiis segetes,
sublimem, validum, formosum, passibus aptum:
qui si contingat, mox mihi Musa places[2]).

Ubi alius equus ac Pegasus significatus esse non potest. Quocum convenit Musam appellari Pegaseam. Idem Ennodii locus ad nostratium commentum quo Pegasus poetarum equus est, omnium maxime accedit. Quamquam Ennodius Pegaso non eodem modo usus est quo poetae recentes

---

[1]) *Crotonem* pro *Creontem* codicum U. de Wilamowitz optime coniecit. Vocem *crinisatas* hybridam atque ad Pegasum in Oceani fontibus natum referendum esse Forcellinius arbitratur; sed κρήνη vox alias numquam in Latinum transiit neque causa erat, cum voces Latinae ut *fontigena* suppeterent. Iure igitur neque O. Weise neque Saalfeldius vocibus linguae Latinae hybridis inseruerunt. Atque equidem illos sequor qui *crinisatas alas* ex Pegasi crinibus natas esse interpretantur.

[2]) Cf. Verg. Aen. VII 808 sq., qui ipse Hom. Il. XX 226 sq. sequitur, qui versus multis imitationi fuerunt.

solent. Quod verbis: *qui ferat etc.* planum fit. Neque ullus alius locus testimonio est Pegasum pro poetarum equo habitum fuisse. Ea autem mente Ennodius Pegasum sibi exhiberi velit, ut omine quodam fausto Musam gratam sibi esse cognoscat. Atque etiam ab auctore aevi Carolingi Pegasus Musae tantum, non poetae equus appellatur. Calliope enim Sedulium consolatura haec dicit:

ast ego maestificum te noscens esse Maronem
aligero cursu visere te volui.
me nam Calliopen per nubes duxit aquosas
Pegasus hymnipotens Musogenumque chorus

(ad Hartgarium episcopum l. II c. VII 131 sq. = poet. Lat. aev. Carol. III p. 175 Traube).

Huius autem loci videtur esse de pictura parietaria Romana deperdita verba facere. Ubi pulcher iuvenis longo et vittato crine ornatus atque chlamyde indutus manu sinistra equum altum, manu dextra tibiam tenet, cuius caput claviculis instructum est. Utraque autem a parte femina sedet. Atque altera manum sinistram in canistro ponit, altera crinem vittatum calamis ornata est. Hanc igitur nympham esse certum, illam verisimile est[1]). Atque ex altera interpretatione equus ille alatus animas mortuorum in caelum ducit, ex altera cum fabula Castoris et Pollucis cohaeret. Sed et illius et huius explicationis ansa firma deest. Atque ne ad Bellerophontem quidem monumentum illud referendum esse certum est. Equidem vero Pegasum cum Apolline coniunctum cognoscendum esse puto. Tibiae cantu e veterum sententia maxime equi commoventur (Aelian. de nat. anim. XII 44; Solin. XLV 12). Atque Admeti equi tibia Apollinis percussi pasci desierunt. Ut hic Statii locus testatur (Theb. VI 337/38):

de grege Castaliae stupuit qui sibila cannae
laetus et audito contempsit Apolline pasci.

Quamquam quae scholiasta affert: *de Pegasi grege, qui fontem Hippocrenen . . . . produxit,* perperam dicta sunt. Atque desunt testimonia etiam Pegasum ipsius tibiae cantu

[1]) Ed. Bartoli-Bellori, Picturae antiquae II t. 9 = Engelm. nr. 27 = v. Prittw.-Gaffr. II 9.

commotum fuisse. Sed tamen omnino cantu permotus esse nonnullis locis dicitur. Ut apud Nonnum legimus Pegasum sonis Bacchantium percussum Hippucrenen produxisse (p. 112 sq.). Atque etiam hi versus Alcimi Aviti indicio sunt (poemat. l. VI p. 275 Peip. v. 11 sq.):

non hic fallaci tinguetur barbitus unda,
Pegasus unde leves praevertens motibus auras
fingitur adsumpto pendens hinnisse volatu,
dum ferretur equi gravis ungula praepete pinna.
sed nec Pierio ducent hic cantica ludo,
quae sibi ter ternas mentitur fama sorores.
dat tibi germanum sed verax musica plectrum
et Christum resonans claudetur fistula Phoebo.

Praeterea reputes Pegasum aetate posteriore auctorem Castaliae Apollinis sacrae existimatum esse. Atque vidimus item una Hippucrenes origine Pegaso attributa factum esse, ut cum Musis artius coniungeretur. Atque apud Sidonium Apollinarem Pegasus Phoebum comitatur (cf. p. 128). Quae cum ita sint, illa mea opinio verisimilis esse videtur. Nymphae autem e Pegasi coniunctione qua cum ad alios fontes tum ad Apollinis Castaliam refertur, facile intelleguntur.

Poetarum vero equum Pegasum a veteribus ductum fuisse iam supra negavimus. Maassius enim in errore versatur, si hoc quod recentioris potius aetatis proprium est, apud Propertium occurrere opinatur. Hos enim versus (II 10, 2/3):

sed tempus lustrare aliis Helicona choreis
et campum Haemonio iam dare tempus equo

ita interpretatur, ut poetam Graeco (Haemonio) Pegaso campum daturum esse putet [1]). Sed Propertium in v. 2 figura quadam trita usum esse in aperto est (cf. Ovid. Amor. III 15 18). Atque *Haemonius* appellatur equus ille, quia ut carmen heroum summum poesis genus, ita equi Thessalici omnium optimi existimabantur. Nec vero Pegasus cum Thessalia coniunctus est. Quod autem in sarcophago Lycio quem supra tractavimus (p. 50), Pegasum poetarum equum significare nonnulli arbitrati sunt, certo repellendum

[1]) Herm. XXXI (1896) p. 390.

est. Robertus enim confirmavit Bellerophontem manu sinistra non volumen sed flagellum tenere.

Poetarum equus hac demum aetate Pegasus factus est. Quam vim primum Boiardium quodam loco carminis quod Orlando Inamorato inscribitur, Pegaso subiecisse Lenzius dicit[1]). Talem tamen locum cum invenire non potuerim, is quem Lenzius sequitur, in errore versari videtur.

Quoniam vero de singulis fabulis diximus, quaeritur nunc, utrum Pegasus ab initio cum fontium origine coniunctus fuerit necne.

VII. De Pegaso a fontium origine initio alieno.

Ab Aganippes autem et Pirenes et Castaliae origine Pegasum primo alienum fuisse iam vidimus. Quare hic tantum Hippucrenes Heliconiae et Troezeniae ratio habenda est.

1. Ac primum quidem animadvertas nomine ipsorum fontium de quibus dicendum est, vocem κρήνη, non πηγή contineri. Quod exspectari debet, si Pegasus ab initio fontium illorum auctor existimatus esset. Deinde asserendum est ne unius quidem fontis nomen a Pegaso ductum esse. Ut sane fons a Mercurio excussus Ἑρμοῦ πτέρνα (Tzetz. ad Lycophr. v. 835), fons a Cadmo productus Κάδμου πούς vocatur („Plutarch.“ de fluv. II 1). Nomen autem Πηγασίς Hippucrenae Heliconiae a poetis inditum posteriore aetate a Pegaso ductum esse in aperto est. Neque *Pegaseum* Asiae *stagnum* (Plin. n. h. V 31) cum Pegaso cohaerere pro certo habendum est. Quamquam Guhlius similitudine nominis adductus aliter iudicavit[2]). At Plinius de stagno, non de fonte (πηγή) dicit. Num vero ipsum stagnum a Pegaso, quem fontium auctorem putant, nominatum sit? Contra equini sunt fontes quibuscum Pegasus nihil cohaeret. Quorum in numero Aganippen referendam esse supra probavimus. Atque Ephesi fons fluebat cui nomen *Callippia* erat (Plin. n. h. V 115). Quamquam

[1]) Neuer teutscher Mercur (1796) II p. 285.

[2]) Ephesiaca (1843) p. 84.

et hunc a Pegaso factum esse Guhlius sine causa putat. Ἵππυρα quoque fons equinus est, a quo Pegasus abhorret (CIG III 5594). Atque in eodem genere nomen Hippucrenes ponendum est, in quo nihil est quod ipso de Pegaso cogitare cogat. Neque vereor, ne quis alia nomina ut Ἵππου ἄκρα, Ἵππου κώμη, Ἵππου μνῆμα certum quendam equum respicere putet. Tum in hydriis duabus Musei archaeologici Florentini Πηγάδας ut nomen equi vulgaris occurrit. Ac Kretschmer rectissime dicit: *Dieser Name] ist offenbar von πηγός „fest, gedrungen, muskuloes" abzuleiten und synonym mit dem mythischen Πήγασος, welcher sich dadurch als ein echter Pferdename erweist, der mit πηγή „Quelle" nichts zu thun hat*[1]). Iam vero praeter fontes ab equis productos complures scaturigines ab aliis beluis factae sunt. Ut Namatianus aquas Taurinas prope Centumcellas fluentes tauri cornu elicitas esse tradit (de reditu suo I 258 sq.):

auctorem pecudem fons Heliconis habet:
elicitas simili credamus origine lymphas,
Musarum ut latices ungula fodit equi.

Atque apud Plataeas fons Βουκερα̈ίς erat. Bovem autem qui Polybum Argivum, conditorem Plataearum, ducebat, illic τῷ κέρατι πατάξαι τὴν γῆν καὶ κρήνην ἀναφανῆναι ferunt (Et. magn. s. v. Βουκερα̈ίς). Ubi ungulae loco cornu nominari facile intellegitur.

Nec vero neograecas eiusdem generis fabulas me invenire potuisse doleo. Fabula quae antiquis temporibus de Hippucrene ferebatur, in oblivionem adducta esse videtur. Hac enim aetate τὸ κρύο πηγάδι nominatur[2]).

Fabulae tamen Graecis illis persimiles de fontibus Germaniae haud paucis feruntur[3]). Qui ut partim ab equo ita partim ab aliis bestiis, bove vel asino, producti esse dicuntur. Quoniam ipso nomine veterrimam et primam cuiusque fabulae formam significari omnes iure consentiunt, apparet et exstat primo ut beluis aliis,

---

[1]) Die griech. Vaseninschriften (1894) p. 210.

[2]) Bursian, Geogr. von Griechenl. I p. 239.

[3]) Congessit eas Weinholdus, Die Verehrung der Quellen in Deutschland (1898).

ita equis fontium origines adscriptas esse. Ex quo item intellegi potest equum singularem et proprio nomine praeditum non magis quam certum bovem vel asinum animis obversatum fuisse. Atque hic quoque Germanorum fabulae utiliter comparantur. Equo enim qui fontis cuiusdam auctor fertur, numquam certum nomen datum est. Quod enim semel equus Flavus (Falchert)[1] et vicus Schimmelbach vocatur[2], etiam haec nomina maxime generalia sunt.

Atque etiam hoc animadvertendum est: Pegasus si ab initio cum Heliconia et Troezenia Hippucrene coniunctus atque ab hac nominatus esset, is intellegendus esset, cuius fontes fodere proprium esset. Iam nomen, non naturam, Fontini Romanorum conferas. Graecos vero illam vim Pegaso tribuisse negandum est. Hoc enim si ita esset, iure exspectari poterat, ut pro multis eiusdem generis fabulis ipse Pegasus saepius fontium auctor nominaretur. At praeter Pegasum non modo aliae bestiae, sed etiam Iupiter, Neptunus, Mercurius, Rhea, Hercules, Asopus, Chalcon, Cadmus aliique fontes produxisse feruntur[3]. Quibus rebus item comprobari videtur Pegasum primo cum fontibus non conexum fuisse.

Neque ab uno veterum auctore prima Pegasi natura ad fontium originem referri dicitur. Neque in vetustissimis de Gorgone et Bellerophonte fabulis quicquam invenitur quod Pegasum fontium auctorem significet. Neque enim quod Pegasus Neptuni filius fertur, per se ullo indicio est. At fortasse fieri potuit, ut in Gorgonis Bellerophontisque fabulis Pegasi cum fontibus conexus obliteraretur. Hoc tamen minime verisimile est, cum ipsum Pegasi nomen illius coniunctionis memoriam retinere debuerit. Immo multo facilius

---

[1]) Weinhold, l. c. p. 14.

[2]) Jaehns, Ross und Reiter (1872) I p. 214, qui p. 199 sq. quadraginta fere fontium rivorumque nomina congessit, quae ab equi significationibus ducta sunt.

[3]) Robert, Arch. Maerch. (1886) p. 198 sq. et Marx, Interpretat. hexas, Ind. lect. Rostoch. 1888/89 p. 8, quaedam artis opera ad fontium originem referunt, quod Furtwaengler, Arch. Jahrb. VI (1891) p. 113 sq. et Harrison, Journ. of hellen. stud. XIX (1899) p. 232 non sine causa repellere videntur.

Pegasi nomen iam ab Hesiodo e fonte repetitum illum conexum afferre poterat. Atque eo facilius fieri potuit, cum Gorgonis Bellerophontisque fabula temporibus satis antiquis iam non perspiceretur. Contra multo difficilius intellegitur Pegasum qui nomine ad fontes pertinere videbatur, postea cum Gorgone et cum Bellerophonte conexum esse.

Quae cum ita sint, apparet Pegasum primo cum fontibus omnino non coniunctum fuisse.

Qua quidem re confirmatur, quod ipsis veterrimis de Hippucrene testimoniis Pegasum non fontis auctorem nominatum esse vidimus. Atque etiam Troezeniorum Hippucrenen postea demum cum Pegaso coniunctam esse nunc planum fit. Notissimo autem Pegasi cum Hippucrene Heliconia conexu effectum esse potest, ut Troezenii etiam suam Hippucrenen cum Pegaso coniungerent, qui per se iis familiaris erat (cf. p. 126). Quamquam facile etiam Troezenii ipsi illum conexum minime remotum excogitare potuerunt.

2. Quoniam Pegasus primo ad fontes omnino non pertinuit, sine dubio opinio illorum repellenda est, qui illo conexu adducti Pegasi naturam ad tempestatem rettulerunt.

Sed tamen nonnulla addantur. Ii enim qui Pegasi cum fontibus coniunctionem ad tonitrum vel ad fulmen vel ad nubem vel ad imbrem referunt, Graecos fontium originem utique cum tempestate coniunxisse ponunt. Hoc tamen minime fecerunt. Quid autem Graeci de fontium origine iudicaverint, consuetudine sermonis docemur. Quae quidem ea est, ut ictus quibus mire fontes fiebant, terram vel montem vel saxum percussisse dicantur. Quodsi Iupiter fulminis iactu fontem producit (schol. B ad Hom. Il. XX 74), iam aliquis originem ad tempestatem spectare dixerit. Attamen Iupiter nihilominus fontem e solo elicit: ῥίψας κεραυνὸν ἀνέδωκε[1]) μικρὰν λιβάδα. Atque idem in Neptuni tridentem cadit. Quem non ad fulmen sed ad piscatorum iaculum spectare nunc iure plerique putant. Quam ob rem etiam Nereo et Scyllae optime tribuitur[2]). Quodsi Neptunus

[1]) Rappius in Rosch. M. L. s. v. Bellerophon I p. 759 errore ἀπέδωκε scripsit.

[2]) Waser, Scylla und Charybdis (1894) p. 81.

tridente fontem excutit, nunquam nubes sed terram vel saxum ferit[1]).

Atque idem dicendum est de Rheae baculo: πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ (Callim. in Iov. 31), de Atalantae hasta (Paus. III 24, 2), de Mercurii pede: ἐλάκτισε τὴν γῆν (Tzetz. ad Lycophr. v. 835), et quae eiusdem generis sunt.

At montes vel saxa fabularum illarum non ad terram verum ad caelum pertinere putant. Sed tamen mons vel saxum in his fabulis satis raro, multo saepius ipsa terra nominatur. Atque illic plane de fontibus agitur ipso e saxo vel e monte excussis. Praeterea argumenta omnino nondum allata sunt nubes a Graecis montes vel saxa nominatas fuisse. Quod Gilbertus quidem temere ponit[2]). Ac ne Schwartzius quidem argumenta attulit; qui terram illius fabularum generis explicationi esse sine causa negat, *wohl aber der Himmel, von dem ueberhaupt die meisten mythischen Vorstellungen stammen*[3]). Neque Roscher testimonia opinionis illius congerere conatus reperire potuit. Ac tantum fieri posse putat, ut Graeci montes ac saxa primo nubes caelestes intellexerint[4]). Quam opinionem ut Graecis substituerent, viri docti maxime simili Indorum fabula adducti sunt. Fabula enim ex qua Indra caede Vṛtrae aquas e montibus producit[5]), ad tempestatis naturam referenda esse videbatur, ut montes pro nubibus, aquae pro imbri haberentur. At haec interpretatio nunc iure improbatur. Immo viri docti iudicant aquas illas flumina vallis esse quam Indus percurrit, montes illos iuga quibus India septentrionalis cingitur[6]). Quare similis Indorum fabula parum fulcro est.

Compluribus autem locis alibi quoque laudatis imprimis perspicue ac dilucide dicitur, quid Graecis de fontium origine

---

[1]) Cf. Preller-Robert, Griech. Mythol. I p. 590.

[2]) Goetterlehre (1898) p. 173 n. 3.

[3]) Zeitschr. fuer Volkskunde II (1892) p. 72.

[4]) Hermes, der Windgott (1878) p. 20/21.

[5]) Cf. Roscher, Gorg. u. Verw. p. 47; v. Andrian, der Hoehenkultus (1891) p. 1 sq.

[6]) Oldenberg, Relig. des Veda (1894) p. 140 sq.; cf. Gruppe in Burs. Jahresber. (1899) III p. 144; Hardy, Indisch. Religionsgesch. p. 38/39; v. Wilamowitz, Herakles [2] I Vorrede p. 13.

visum sit. Ut Strabo dicit Pegasum Hippucrenen ἀναβαλεῖν; Dio Chrysostomus eum fontem Corinthium ἀνεῖναι; scholiasta ad Hes. Theog. v. 2 Hippucrenen ab eo ἀναδοθῆναι; ἀνεῖναι ceterum etiam ab Euripide (Bacch. 705), ἀναδοθῆναι a Luciano (dial. mar. VI) de fontibus usurpatur. Qualis sermonis consuetudo documento est Graecis fontium aquam secus atque imbrem non desuper sed e terra venire visam esse. Atque terra semel atque iterum fontem quodammodo misisse dicitur. Ut apud Pausaniam legimus: Πηγάσῳ τὸ ὕδωρ ἀνεῖναι τὴν γῆν θιγόντι τοῦ ἐδάφους τῇ ὁπλῇ; vel τὸν Βελλεροφόντου ποιῆσαι ἵππον ἐπιψαύσαντα ὁπλῇ τῆς γῆς (IX 31, 3); apud Hesychium: Πήγασος] ἔκρουσε τὴν γῆν τῇ ὁπλῇ, ἡ δὲ τὴν πηγὴν ἀνῆκεν; apud Libanium κρήνην ἐκδοθῆναι (Antiochic. I p. 302, 16 Reisk.). Qui loci ipsi quoque docent Graecorum e sententia fontes non cum tempestate cohaesisse sed e terra emersisse. Quocum conveniunt eaedem voces de herbis e terra prodeuntibus adhibitae: ἀναδιδόναι (Thuc. III 58; Xenoph. Mem. IV 3, 5; Plat. Crit. 113 e. etc.), ἀνιέναι (Hom. in Cer. 332.). Nonne etiam in aperto est incolas regionum calidiorum ipsos eos fontes plurimi aestimare, qui Iovi Pluvio adeo non debebantur, ut etiam summa aestate tempestati negata recreationis haustus effunderent? Ceterum etiam apud physicos multos eadem de fontibus opinio occurrit [1]).

Denique si fontium origo e Graecorum sententia cum tempestate cohaereret, non modo Iupiter et Neptunus, sed etiam Mercurius, Rhea. Asopus et ceteri qui fontes produxisse dicuntur, ad tempestatem referendi essent. Quod vereor ut cuiquam placeat.

Ceterum Romani de fontium ortu idem ac Graeci senserunt. Quod et consuetudine sermonis et aliis indiciis, si necesse esset, planum fieri posset.

Atque haec quidem erant quae de singulis fabulis dicerem. Nunc de pennis Pegaso tributis disserendum est.

---

1) Cf. Oder, Philol. N. S. VII (1895) p. 229 sq.

D.

De alis Pegaso tributis.

1. Alae utrum ab initio Pegasi propriae fuerint necne, sententiae in diversas partes eunt. Ac primum quidem, si Hesiodi locum (Theog 284 sq.) accuratius intuemur:

χὠ μὲν ἀποπτάμενος προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων
ἵκετ' ἐς ἀθανάτους,

quid ἀποπτάμενος significet, eruere conemur. Ac Stephanii quidem sententia hac una voce nondum firmari potest Pegasum alitem fuisse, quod etiam in cursu equorum vulgarium atque iam ab Homero πέτεσθαι dictum sit[1]) Qua translationis figura magnam equorum celeritatem significari Stephanius ipse recte dicit. Neque tamen illo Hesiodi loco voci ἀποπτάμενος velocitatis notionem subiectam esse certum est. Modo ne verba sequentia προλιπὼν χθόνα et ἵκετ' ἐς ἀθανάτους neglegantur. Quibus cum dilucide Pegasus ἀποπτάμενος supra terram se levasse dicatur, nullus nisi volandi motus intellegi potest. Ut etiam Langbehnius recte iudicavit[2]). Cur autem Knollius contendat secundum illum Hesiodi locum volatum Pegasi posterioris aetatis esse, perspicere non possum [3]).

Tum Pegasus alatus in vetustissimis Corinthi nummis occurrit qui saeculo VII exeunti vel VI ineunti tribuendi sunt[4]). Atque iisdem fere temporibus nota quaedam metopa templi Selinuntii C facta est (cf. p. 15), ubi item pennis instructus invenitur. Postea Pindarus eum alatum appellat (Ol. XIII 86; I VI (VII) 44). Atque usque ad infima antiquitatis tempora et in litterarum et in artis monumentis semper ei alae dantur. Omnia testimonia si enumerare vellem, pleraque et litterarum et artis monumenta afferenda

---

[1]) Compte-Rendu (1864) p. 23; p. 32.
[2]) Fluegelgestalten in der aeltst. griech. Kunst (1881) p. 11.
[3]) Stud. zur aeltest. griech. Kunst (1893) p. 44 n. 3.
[4]) Head, H. N. p. 334/35.

essent, quae in hoc opusculo iam tractata vel postea tractanda sunt [1]).

Alae autem umeris additae esse solent. Quamquam ab artificibus Etruscis quos pinnarum ornamento maxime favisse constat, etiam pedes Pegasi haud raro alis instructi sunt [2]).

Contra tantum numerum monumentorum et litterarum et artis, in quibus Pegasus alatus occurrit, duo stant artis opera in quibus pennis caret: Melia illa anaglypha quae supra accuratius tractavimus (cf. p. 19 sq.). Quae revera unum testimonium efficiunt, cum artissime cohaereant. Nec vero scarabaeum Musei Petropolitani neglegentissime sculptum in quo ipso Pegasus alis caret, ullius momenti esse in aperto est [3]). Iam cum alas a Graecis numinibus primo alienas fuisse opinio vulgata esset, ex uno illo testimonio nescio quomodo collectum est Pegasum primo alis caruisse [4]). At cetera innumera monumenta nihil valere et in uno illo testimonio minime veterrimo cardinem rei versari absurdum est. Immo colligere licet in ectypis Meliis alas casu deesse. Quamquam qui factum sit, pro certo dici nequit. Nam quod Engelmannus putat alas fictiles facere difficilius fuisse [5]), id minus probabile videtur.

Quamquam aliquis dixerit in communi litterarum et monumentorum consensu tamen Pegaso alas postea tribui potuisse. Vetustiores enim artifices Graecos ornamentum alarum orientis proprium valde adamasse constat. Quo facto multis equis pinnas addebant, sive ut deorum equos a vulgaribus segregarent, sive ut summam velocitatem significarent [6]).

Hic tamen pinnarum usus neque constat et aetate posteriore evanescit. Pegasi vero et in litterarum et in artis monumentis ab antiquissimis usque ad infima tempora alae propriae sunt. Quod maxime obstat, ne quis putet ab

---

1) Multos locos Stephanius cumulavit, Compte-Rendu (1864) p. 32 n. 4.
2) Cf. Stephani ibid.
3) Stephani, Compte-Rendu, (1881) p. 14; p. 28.
4) Stephani, C.-R. (1864) p. 31/32; Knoll l. c. p. 44.
5) Annali dell' Inst. 46 p. 18; [cf. nunc Athen. Mittlg. 26 p. 54.]
6) Knoll l. c. p. 45; Furtwaengler, Gemmen II p. 32 ad VII 1.

orientis equo alite pinnas in Pegasum translatas esse. Neque aliter explicari potest, nisi Pegasi alas ab initio proprias fuisse ponimus.

Atque etiam alia ratione planum fit pinnas in Pegasum non ab orientis demum ornamento translatas esse. Ales equus in operibus artis quae Mycenaea nominatur, deest. Iniuria enim R. Delbrueck gemmam quandam, in qua equus alatus sculptus est, Mycenaeam nominat[1]). Immo gemma Melia est, quam cum aliis in sepulcris VII—V saeculi inventam esse Duemmler qui eam edidit, ipse dicit[2]). Neque magis in artis monumentis quae geometrica nominantur, equus alatus invenitur. Ubi omnino formae orientis desunt[3]). Quod cum ita sit, equus ales ne in iis quidem vasis geometricis occurrit, quae a dipylo Atheniensi nominantur. Quamquam A. Brueckner et E. Pernice figuram alatam talis cuiusdam vasis Centaurum pinnis instructum esse opinantur[4]). Haec tamen opinio ex iis quae antea exposuimus, refutatur. Praeterea si ita esset, iure exspectaretur, ut equus, quem ipsum artifices operum illorum maxime adamasse constat, etiam alibi pennis praeditus inveniretur. Nec vero ut aliae figurae alatae ita equus pennatus prius occurrit, quam ars orientis Graecis artificibus maximi momenti fuerit. Ac primum quidem in Meliis similibusque gemmis et in vasis Ioniorum Asiae artificum fictus est[5]). Qua cum re convenit iam vetustissimos equos alatos qui in Graecis monumentis inveniuntur, curvis pennis instructos esse. Quae alarum forma VII demum saeculo in Graecis operibus existere coepit[6]). Hesiodi autem Theogoniam ante VII saeculum compositam esse pro certo dici potest. Graeci igitur iam antequam artem orientis imitarentur, Pegasum alis praeditum finxerunt. Quare apparet eas non ab orientis ornamento demum in Pegasum translatas esse.

---

[1]) Beitraege zur Kenntnis der Linienperspective in der griech. Kunst (1899) p. 16. D. monumentum vas esse per errorem dicit.

[2]) Athen. Mittlg. XI (1886) t. 6, 1; p. 170.

[3]) Furtwaengler, Gemmen III p. 57.

[4]) Athen. Mittlg. XVIII (1893) p. 114.

[5]) Furtwaengler, l. c. III p. 71.

[6]) Furtwaengler, l. c. p. III p. 72.

Cui rei minime contrarium est, quod Graecos artifices ornamento orientis impulsos Pegasum expressisse verisimile est [1]. Neque aliud quicquam Perrotius in mente habuisse videtur, cum equum alatum Assyriis in operibus fictum nominat *„premier modèle du Pégase des Grecs“* vel *„le Pégase des Grecs“* [2].

Cave vero ne Graecos ipsius Assyriae ornamentum imitatos esse putes. Quod curva alarum forma reicitur quae ab Assyriorum operibus omnino abhorret [3]. Immo Graeci equum alatum ad exemplar artis Phoeniciae finxerunt.

2. Quoniam ornamentum equi alitis et Pegasus eadem forma utuntur, diversa significatio eo acrius in interpretatione monumentorum secernenda est. Sine dubio autem Stephanius a iusta interpretandi ratione multum abest, si haec profert: *dass sie* (scil. die Exegese von Kunstwerken) *nicht nur in jenen Kunstdarstellungen, welche ein einzelnes Fluegelpferd in Verbindung mit der Medusa oder mit einem mehr oder weniger deutlich als Bellerophon charakterisierten Juengling vorfuehren, Pegasus vorauszusetzen hat, sondern in der Regel auch in den ueberaus zahlreichen Faellen, in denen ein einzelnes Fluegelpferd allein, ohne irgend eine Begleitung in andern Combinationen auftritt, selbst dann, wenn dies Fluegelpferd in ornamentaler Weise zweimal oder noch oefter wiederholt ist* [4]. Quod si quis probaret, omnes fere equi alites pro Pegaso habendi essent. Quodsi a Platone (Phaedr. 229 D.), Cicerone (pro Quinct. 25, 80), Pomponio Mela (III 9, 2), Plinio (h. n. VIII 72; X 136), Solino (XXX 29) aliisque Pegasus pluraliter dicitur, sane id indicio est omnes equos alites translate a notissimo equo pennato nominari potuisse (cf. Petron. 36). Nec vero ideo ceteri equi alati idem ac Pegasus valent. Pegasum autem ac ceteros alites equos et pares esse et diversos hoc Luciani loco optime docemur: δείξασά τι ὄχημα ὑποπτέρων ἵππων τινῶν τῷ Πηγάσῳ ἐοικότων (somn. 15). Ubi deae equi forma cum Pegaso congruere dicuntur atque

---

[1] Ohnefalsch-Richter, Cypros p. 257 n.

[2] Journ. des Savants (1885) p. 283; Histoire de l'art III p. 705.

[3] Furtwaengler, l. c. III p. 72.

[4] C.-R. (1864) p. 33/34.

ita Pegasi nominari poterant. Rursus autem a Pegaso distincte separantur.

Atque ne ex iis quidem monumentis quae hoc loco tractanda sunt, colligere licet veteres plures Pegasos fabulosos finxisse. Ansa hydriae aeneae Locris repertae infima in parte alato Gorgonis capite ornata est, cui ab utraque parte bracchium et anterior equi alis carentis pars, bracchio illo nixa, apposita sunt[1]). Praeterea in fragmento vasis Clusii reperto imago Medusae invenitur, cuius in parte inferiore equorum alis carentium duorum partes anteriores altera alteri adversa modo insignium se erigunt[2]). Denique circa ventrem vasis Etrusci ex argilla nigra facti et anaglyphis ornati (vaso di bucchero) Gorgonis caput ab utroque latere sphinge cinctum, infra quod partes anteriores duorum alitum equorum more insignium se erigunt, quater repetitum est; praeterea etiam in ansa infra caput Gorgoneum alites duo equi eodem modo surgunt[3]).

Atque huius quidem vasis equos alites ad Pegasum referendos esse in aperto est. Quibus cum equi alis carentes aliorum operum duorum plane respondeant, certo et ipsi ad Pegasum revocandi sunt. Quod W. Furtwaengler et Stephanius recte intellexerunt[4]), A. Furtwaengler iniuria in dubium vocat[5]). Quamquam in monumentis illis duplex Pegasus occurrit. At equos illos non ad certum fabulae momentum spectare, sed magis ornamento esse vidimus. Quae res etiam inde elucet, quod equi operum priorum alis carent. Ratione enim fabulae ipsius neglecta pennae ad extremum omnino omitti poterant. Perperam igitur W. Furtwaengler, Wieseler, Stephanius ll. ll. de ortu duplicis Pegasi cogitandum esse putant. Immo Pegasus solius proportionis causa duplex fictus est.

Ceteros igitur equos alites minime idem ac Pegasum valere ad monumentorum interpretationem maxime interest

[1]) Ed. Mus. Borbon. III 62; Mueller-Wieseler II 72, 900.
[2]) Ed. Micali, Storia t. 102, 8.
[3]) Ed. Annal dell.' Inst. LVI (1884) t. D.
[4]) Die Idee des Todes (1855) p. 131; C.-R. (1864) p. 33.
[5]) In Rosch. M. L. s. v. Gorgo I 1712.

neque neglegi debet. Neque ales equus Pegasus intellegendus est, nisi certa fabulae indicia patrocinantur.

Ut Engelmannum speculi cuiusdam Etrusci equum alitem sine ulla causa ad Pegasum retulisse supra vidimus (cf. p. 73). Et Stephanius opinatus est duos equos alites anuli aurei Etrusci, qui nudum iuvenem deiecerunt, Pegasum significare. Quam interpretationem postea ipse revocavit[1]).

Praetermissis igitur talibus monumentis ea accuratius tractemus in quibus iure in dubium vocatur, utrum Pegasus an omnino equus ales intellegendus sit.

Ac primum quidem de iis monumentis agatur in quibus Neptunus iuxta equum alatum stat[2]). Cum Neptunus pater Pegasi feratur, putaverit quispiam equum alatum illum Gorgonis stirpem esse. Nec vero exstat fabula in qua Neptunus Pegaso usus sit. Praeterea multo saepius equus alis carens prope Neptunum stat[3]). Vel Neptunus equo pinnis carente vehitur. Quod cum in aliis monumentis tum in nonnullis tabellis fictilibus Corinthiis invenitur[4]). Quodsi Neptunus ipse Pegaso usus esset, alatus Gorgonis stirps ipsis in his tabellis Corinthiis exspectaretur. Ac quod Neptunum curru vectum attinet, equi iuncti modo alis carent, modo praediti sunt[5]). Nihilo tamen setius idem valent. Quodsi Neptunus prope equum alatum modo modo alis carentem stat, idem iudicandum esse videtur.

Iam vero etiam duo equi alites galeae Minervae Parthenicae a Phidia impositi ad Pegasum relati sunt. Quod si verum esset, etiam equos permultarum operis illius imitationum pro Pegaso habendos esse appareret. Sed tamen etiam in aliis simulacris Atticis Minerva cum Pegaso coniuncta occurrit. Ut in vasis quae victoribus Panathenaicis dari solebant, Minervae clipeus haud raro equo alite ornatus est. Qui sine dubio et ipse Pegasus esset.

---

[1]) C.-R. (1864) p. 33; C.-R. (1881) p. 22.

[2]) E. g. Heydemann, Catal. der Neapler Vasensammlg. nr. 690 = Overbeck, Kunstmythol. II p. 383—86, 17.

[3]) Cf. de Ridder, Bull. de corresp. hellén. XXI (1898) p. 231.

[4]) de Ridder, ibidem.

[5]) de Ridder, ibidem.

Equos autem pennatos illos Pegasum esse putant, quod in fabula Corinthia Minerva Pegasum frenasse dicitur. Attamen certo redarguere licet Corinthiorum fabula effectum esse, ut in tot monumentis Atticis dea Atheniensium cum Pegaso conecteretur. Optimo igitur iure de Ridder[1]) et Fuchsius[2]) hoc reppulerunt. Quamquam ille nihilominus Pegasum agnoscit. Atticam autem Gorgonis fabulam explicationi esse putat, cuius quidem caput Minervam in pectore ferre constat. At supra vidimus ab ipsa Attica de Gorgone fabula Pegasum alienum esse (cf. p. 25). Quare ne haec quidem sententia probanda est. Iam vero etiam alia argumenta repugnant, quominus alites equos illos pro Pegaso habeamus. Etenim etiam aliarum urbium in nummis Minervae galea, quamquam minus saepe, equis alatis ornata est[3]). Qui vix omnes Phidiae monumentum imitantur. Nonne igitur etiam ad nummos aliarum urbium Corinthiam fabulam valuisse ponendum esset? Quod minime verisimile est. Praeterea equis alatis non solum Minervae sed etiam aliorum deorum et hominum galeae clipeaque ornata sunt, qui nihil cum Pegaso cohaerent[4]). Atqui hos equos pennatos idem significare quod ii quibus Minervae arma praedita sunt, in promptu est. Quare ne Minervae quidem equos alites ad Pegasum referendos esse colligere licet. Iam vero nec sphinx nec gryphi neque aliae bestiae Minervae in galea positae cum ulla huius fabula cohaerent. Atque equorum alitum loco nonnumquam gryphi ab utroque latere sphingis inveniuntur, ut in Minerva Hopensi quam Furtwaengler ad aeneum Phidiae opus redire putat, atque in simili simulacro Dresdensi gypso expresso, cuius exemplum ubi sit ignoratur[5]).

Vera autem equorum illorum significatio inde eluceat, quod non modo alati, sed etiam vulgares equi saepissime in

[1]) l. l. p. 227.

[2]) De ratione, quam veteres artifices in clipeis adhibuerint (1852) p. 33/34.

[3]) Stephani, C.-R. (1864) p. 38.

[4]) Fuchs, l. c. p. 30 sq.; Stephani C.-R. (1864) p. 40/41; de Ridder, l. c. p. 227; n. 3

[5]) Furtwaengler, Meisterwerke p. 106 sq., fig. 17, 18; t. IV A.

armis occurrunt. Atque etiam in simulacris Minervae inveniuntur[1]). Atqui etiam aliae imagines, ut aper et delphinus, modo pennatae, modo vulgares promiscue in clipeis apparent. Quare ne equorum quidem alitum et vulgarium qui in armis occurrunt, significationis discrimen ponendum est.

Qui vero factum sit, ut galeae et clipea equis ornata fuerint, facile elucet. Atque Minervae armis impositi equi eo facilius intelleguntur, quoniam Minerva Athenis cum equo ac bello artissime cohaerere putabatur. Neque magis mirum est equos in eius simulacris fictos saepissime alatos esse. Iam enim supra diximus deorum equos ut a vulgaribus seiungerentur, pennis instructos esse solere (cf. p. 138).

Quamquam Pegasus re vera nonnunquam in clipeis occurrit. Ut Euripides in Achillis clipeo cum alia δείματα tum Chimaerae pugnam fictam fuisse dicit (Electr. 472 sq.:

περιπλεύρῳ
δὲ κύτει πύρπνοος ἔσπευ-
δε δρόμῳ λέαινα χαλαῖς
Πειρηναῖον ὁρῶσα πῶλον.

Praeterea in gemma Italica clipeus Romae Bellerophonte Pegaso insidenti ornatus est[2]). Nec vero haec opera quicquam probant etiam in illis Minervae simulacris Pegasum intellegendum esse. Immo in his equum alitem pro Pegaso habere claris indiciis cogimur. Qualia in Minervae simulacris omnino desunt. Cum Pegaso autem in clipeis ficto equae Glauci comparari possunt, quae eidem usui fuisse dicuntur[3]).

Horum praeterea operum equos pennatos ad Pegasum referendos esse nonnulli viri docti arbitrati sunt. Atque alterum speculi pes est, VI saeculo ineunti tribuendus[4]), qui in museo Archaeologico Vratislaviensi servatur[5]). Pes autem ille e feminae figura constat, qualis in vetustioribus monumentis haud raro occurrit. Atque supra caput eius partes

---

[1]) Fuchs, l. c. p. 32; de Ridder p. 227.
[2]) Furtwaengler, Gemmen t. XXV 34.
[3]) Fuchs, l. c. p 20.
[4]) Dumont-Chaplain, Céramiques II p. 252, 30.
[5]) Ed. O. Rossbach, Griech. Antiken d. Arch. Mus. in Breslau (1889) t. II 1; p. 36 sq.

anteriores inversae duorum alitum equorum orbem speculi iam non servatum fulciebant. Alterum autem opus et ipsum est pes speculi Musei Britannici[1]), quod aetate illo inferius circiter annum a. Chr. n. 450 factum esse videtur. Ubi femina illi similis, quae tamen antiquitatem minus sapit, manu dextra columbam tenens in basi stat quae a duobus equis alatis portatur. Ac Rossbachius tantum equis pennatis adductus feminam speculi Vratislaviensis pro Minerva habet. Quod ex equis alatis minime colligi posse ante comprobavimus. Itaque iure Dumont-Chaplain et de Ridder Rossbachium non secuti sunt, sed figuram illam Venerem esse dixerunt. Hanc autem quae ad specula omnium maxime apta est, etiam Rossbachius tum agnoscit, ubi figura columbam vel malum tenet[2]). Quoniam autem mulier speculi Britannici columbam fert, etiam e Rossbachii sententia Venus agnoscenda est. Unde item apparet iniuria solis ex equis illis alitibus Minervam cognosci. Nihilo tamen setius de Ridder existimat equos illos pennatos ad Pegasum referendos esse, nummis quibusdam Corinthiis nisus quorum altera in parte Venus, altera Pegasus occurrit, quin etiam specula illa ab artifice Corinthio facta esse conicit. Attamen Venerem et Pegasum artius cohaerere e nummis illis minime colligitur. Quominus autem Pegasum in illis speculis agnoscas, illud sane parum repugnat, quod bini alites equi ficti sunt, in fabula autem unus Pegasus exstat. Nihilominus id indicio est equis illis alitibus magis ornamenti vim tributam esse. Praeterea in speculis aeque atque in galea Minervae Pegasi loco sphinges impositae sunt, quae cum Venere non cohaerent. Quod documento est ne equos quidem illos alites fabulae figuram sed potius ornamentum esse. Iis autem equis alitibus pares sunt, quibus collaria vel inaures vel vestimenta ornata sunt[3]). Ut vestes mulierum duarum in vase illo celeberrimo quod a François nominatur, equis pinnatis praeditae sunt. Quos ad Pegasum referri nihil indicio est. Immo quod et plures equi et aliae figurae pennatae occurrunt, certo obstat.

---

[1]) Ed. de Ridder, Bull. de corresp. hell. XXI (1898) t. I p. 201 sq.
[2]) l. c. p. 39.
[3]) Stephani, C. R. (1864) p. 42 n. 5; C. R. (1878/79) p. 110.

Denique alatum equum qui homines in deorum numerum referendos tollit, Pegasum intellegendum esse nonnulli viri docti putant[1]. Quod quidem in compluribus monumentis aetatis posterioris occurrit, quorum gemma ectypa „Germanici“ consecratione ornata notissima est[2]. Nec vero ipsa de Pegaso fabula quicquam continet unde cogitatio illa oriri potuerit. Quod enim Pegasus alato dorso Bellerophontem ad caelum sustulisse fertur, potius contrarium fuit. Neque enim Bellerophon deorum sedem assecutus sed misere deiectus est. Praeterea unius equi alitis loco quadriga ab equis pinnatis vecta occurrit, ubi de Pegaso omnino cogitari non potest.

Ceterum ne in Arsinoes quidem equo alite qui Berenices caesariem ad Venerem portasse dicitur (Catull. LXVI 52 sq.), Pegasum agnoscendum esse iure nunc omnes consentiunt. Ipsa enim Catulli verba repugnant[3].

3. Iam vero alis avibus velocitate par Pegasus vulgaribus equis omnibus praestabat. Atque mira eius celeritas etiam in proverbii consuetudinem venit. Cui rei hi quidem loci documento sunt: Alexidis = Athen. VI 244 e:

ἐμοὶ παρασιτεῖν κρεῖττον ἦν τῷ Πηγάσῳ
[ἢ] τοῖς Βορεάδαις ἢ [τι] θᾶττον ὅτι τούτων τρέχει;

Ciceronis pro Quinctio 25, 80 *o hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios seu potius Pegasos habeat;* Catulli LV 24

non si Pegaseo ferar volatu;

Propertii II 30, 3

non si Pegaseo vecteris in aere dorso;

Ovidii ex Ponto IV 7, 52

ante citos quantum Pegasus ibat equos;

Senecae Troad. 385

aetas Pegaseo corripiet gradu;

Apulei Metam. VI 443 *at paullo ante pinnatam Pegasi vincebas celeritatem*; Pacati Drepanii Paneg. Theodosii 39,

---

[1]) Krahner l. c. p. 462; Stephani C.-R. (1864) p. 36 n. 2.

[2]) Optime deformata est a Furtwaenglero, Gemmen I t. 60; cf. II p. 268 sq.

[3]) Nuper hac de re dixit de Wilamowitz, Reden und Vortraege (1901) p. 202.

iure contenderim equites tuos Pegasis . . vectos ac suspensos fuisse; Apostolii Prov. XVIII 24 χελώνην Πηγάσῳ κρίνεις; ibid. XIV 28 Πηγάσου ταχύτερος [1]).

Vulgaribus autem equis Pegasi nomen nonnunquam datum est, ut mira quasi velocitate praediti dicantur. Ac facile intellegitur, cur solis equis circensibus tributum sit. Qualis in carmine Anthologiae Palatinae sine auctore tradito (IX 21) hoc modo queritur:

σοί, πατρὶ Θεσσαλίῃ πωλοτρόφε, μέμφιν ἀνάπτω
Πήγασος, ὡς ἀδίκου τέρματος ἠντίασα.
ὃς Πυθοῖ κἠν Ἰσθμῷ ἐκώμασα κἠπὶ Νέμειον
Ζᾶνα καὶ Ἀρκαδικοὺς ἤλυθον ἀκρεμόνας.
νῦν δὲ βάρος πέτρης Νισυρίδος ἔγκυκλον ἕλκω
λεπτύνων Δηοῦς καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων [2]).

Atque victor equus circensis nomine Pegasi notatus in CI VI 2, 10052 et 10053 affertur [3]).

Iam vero ex alis Pegaso tributis et e summa eius velocitate et e figura eius equina explicandum esse videtur, quod nomen Pegasi navibus tribuebatur. Quae quidem inde ab Homero haud raro cum equis comparantur [4]). Atque Ἱππία et Equus nomina navium sunt [5]). Vela autem alae quaedam esse dicuntur [6]). Atque Πετομένη, Πετηνή navium nomina sunt [7]). Denique navium velocitas in epithetis Homericis θοός, ὠκύπορος, ὠκύς, ὠκύαλος cernitur. Atque Ὠκεῖα navis nomen invenitur. Quae cum ita essent, non multum aberat, ut Pegasus navis alaeque eius vela fuisse dicerentur (Palaephat. 29; Plut. mulier. virtut. 248; Tzetz. compluribus locis) [8]). Nomen autem navis Pegasus loco Silii Italici occurrit (Pun. XIV 575/76):

---

[1]) Cf. Otto, Archiv fuer lat. Lexikograph. III p. 223; Sprichwoerter der Roemer (1890) p. 271.

[2]) Epigrammata duo priora IX 19 et 20 eiusdem generis sunt.

[3]) Cf. Jeschonnek, De nominibus quae Graeci pecudibus domesticis indiderunt (1885) p. 49.

[4]) Cf. Voelcker, Mythol. des Japetischen Geschlechts (1824) p. 145 sq.

[5]) Schoemann, Op. I p. 304.

[6]) Voelcker l. c. p. 149; Rothstein ad Prop. IV 6, 47.

[7]) Schoemann l. c. p. 305.

[8]) De hac fabulae explicatione infra (p. 153 sq.) fusius dicendum est.

at vinclis trahitur cognata in litora Anapus,
Gorgoneasque ferens ad sidera Pegasus alas.

At de certa fabulae ratione non agitur. Sed navi Pegasi nomen datum est, quod is praecipue equus ales est.

Atque etiam ut navium insigne Pegasus adhibitus esse videtur. Scholiasta enim ad Iuvenalem IV 77 (ed. Iahn.) dicit Pegasum, notum iuris Romani interpretem qui Domitiani aetate fuit, trierarchi filium fuisse, ex cuius liburnae parasemo nomen acceperit. Sed etiam hoc factum non est, nisi quod Pegasus praecipue equus alatus est.

E.

De Pegasi nomine.

1. Quoniam de alis Pegaso tributis diximus, nunc pauca de Pegasi nomine proferantur.

Nec vero cui linguae tribuendum sit, iam incertum est. Nam et genealogiam et artam cum Bellerophonte coniunctionem documento esse vidimus Pegasum Graecorum utique fabulae assignandum esse. Quod cum ita sit, certo ab iis dissentiendum est qui Pegasi nomen e lingua orientali ductum esse putant. Ut Grotefendius signatorio cylindro Babylonico (!) fultus, ubi Perseus Pegaso vehatur, nomen e *pegaha* quod pugnam, et *sus* quod equum significet, constare opinatur[1]). Vel Pegasi nomen e *pag* vel *pega,* quae voces frenum significant, et *sus* compositum esse dicitur[2]).

Ac si lingua Caria, id quod nondum constat, orientalis est, Pegasi nomen ne huic quidem tribui posse apparet. Sed etiamsi earum linguarum esset quae Indogermanicae dici solent, Pegasi nomen ab ea abhorreret. Nam Pegasi fabulam postea demum in Cariam e Graecia ipsa translatam esse

[1]) Arch. Ztg. XI (1853) p. 29.

[2]) Bochart, Hierozoica ed. Rosenmueller I p. 36/37, quocum Bérard consentit, quamquam Pegasi nomen Graecum esse non utique negat (De l'origine des cultes arcadiens p. 116.)

comprobavimus (cf. p. 26 sq). Quamquam Treuber contendit ipsum Pegasi nomen forma parum Graeca esse[1]). Nec vero haec opinio ullo argumento confirmatur.

Iam nomen e Graecae linguae thesauro explicare conemur.

Ac primus quidem Hesiodus Pegasi nomen interpretatus est (Theog. 282/83):

τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς
γένθ'.

Hesiodum igitur nomen a voce πηγή repetere videmus. Qua cum voce etiam ab aliis veterum auctoribus coniunctum est. Atque hac quoque aetate haud pauci viri docti Pegasi nomen ad vocem πηγήν rettulerunt iis fabulis nixi quibus Pegasus fontes nonnullos ictu ungulae produxisse fertur. Attamen eum cum fontibus non cohaesisse argumentis evicimus. Quare illa nominis enodatio probari non potest.

Tum nomen a voce πηδᾶν ductum esse putaverunt: schol. ad Hom. Il. VI 125: διὰ τοῦτο ἔσχε τὸ ὄνομα, ὅτι ἐκπεπηδήκει τοῦ τῆς Γοργόνος τραχήλου; schol. Hes. quod infra laudabitur. Atque hac quidem aetate Lobeckius, Preller, Sonnius Pegasum eundem atque Πήδασον, equum Achillis, esse putaverunt[2]). Ne vero quis huic veriloquio assentiatur, causa grammatica obstat. Neque enim neglegi potest, quod altera radix littera γ, altera δ terminatur[3]). Qua praeterea ratione saltus cum Pegaso coniunctus sit, frustra inquiras. Immo Pegasus equus alatus est, cui saliendi occasio adempta est.

Una autem radix reliqua est cuius in enodando Pegasi nomine ratio haberi possit. Atque haec πηγ- est quam cum alia vocabula tum πηγός, πήγνυμι, πηγεσίμαλλος continent. Quamquam Fick-Bechtel putant πηγεσίμαλλον per se stare. Quibus priori huius vocis parti (πήγεσι—) nomen Πήγασ-ος respondere videtur[4]). Sed tamen et veteres (cf. Suid. s. v. ἑλκεσίπεπλοι; Eustath. ad Hom. Il. III 197) et

---

[1]) Beitraege zur Gesch. der Lykier (1886) p. 16.

[2]) Cf. Joschonnek l. c. p. 51.

[3]) Ceterum veteres ipsi quoque vocem πηγήν a πηδᾶν repetiverunt; cf. Unger, Thebana paradoxa p. 114/15.

[4]) Griech. Personennamen² p. 467.

huius aetatis grammatici recte intellexerunt vocem πηγεσίμαλλον aeque formatam esse atque e. g. ἐγχεσίμωρος a voce ἔγχος. Quod indicio est πηγεσίμαλλον a radice πηγ- ductum esse. Praeterea Γόργασος, Ἵππασος, Πύρασος aliaque nomina quibus vox Pegasus plane respondet, docent ασος terminationem, πηγ- radicem esse.

Sed incertum manet, quae vis nomini insit. Nam radicis illius variae significationes proferuntur.

Ac primum quidem idem ac bene compactus valere dicitur. His enim verbis redditur: εὐπαγής, εὐτραφής, τροφόεις, εὐμεγέθης, μέγας, ἰσχυρός, στερεός, ἀδιάλυτος, ψυχρός (schol. ad Hom. Il. III 197; X 124; Od. V 388; Hesych. s. v. πηγός et πηγεσίμαλλος, Et. Magn., Suid. sub iisdem vocibus; Eustath. ad illos Homeri locos). Qua cum significatione cohaerere videtur, quod a Stratone, poeta comico, sal πηγός nominatur (frg. com. IV p. 548 Meinek.). Eadem autem significatio radici illi a viris doctis huius aetatis tribui solet. Iam vero radici πηγ- iisdem veterum locis quos modo attulimus, et scholio ad Hes. Theog. 325 (Io. Diacono) etiam coloris, nigri vel albi, significatio ascribitur. Et quod ab Alcmane (frg. 23, 47/48 B[4]) somnia forma equina usa ἵπποι πηγοί nominantur, Wilamowitzius item de colore quodam cogitandum esse putat[1]). Praeterea quod Callimachus canes πηγούς appellat (h. III 20), plerique consentiunt pariter coloris significationem ponendam esse[2]). Atque Lycophronem Alex. 336 (cf. Eust. ad Hom. Il. III 197; schol. ad Hes. Theog. 325, Io. Diac.) coloris albi significationem intellegere apparet[3]).

2. Iam existit quaestio, quaenam variarum significationum radicis πηγ- in Pegasum cadat. Ea autem sine dubio ponenda est quae cum vetustissimis de Pegaso fabulis, genealogia et arto cum Bellerophonte conexu, optime convenit.

---

[1]) Hermes XXXII (1897) p. 252 n. 2; qua cum re Furtwaengler gemmam coniungit in qua equi caput invenitur cuius tempora alis praedita sunt, Gemmen I t. 45; 57.

[2]) Hac de re copiosius egit F. de Jan, de Callimacho Homeri interprete (1893) p. 20 sq.

[3]) Cf. J. Konze, De dictione Lycophronis (1870) p. 55/56.

Primum igitur videamus, utrum color albus statuendus sit. Quo a colore scholiasta ad Hes. Theog. 325 (Io. Diac. 567 = p. 319/20 Flach) Pegasi nomen repetit: Πήγασος μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ σεύειν τοῦ Ὠκεανοῦ, τουτέστιν ὁρμᾶν, λαμπρὸν λελουμένος ἐν ἔαρι. οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦτο τῆς Ἡμέρας πῶλον λευκὸν ἡ Ἑλληνικὴ αὐτονομία τὸν Πήγασον παραδέδωκε. Sed albi significatio ad genealogiae fabulam minime quadrat. Terribilibus Gorgonibus niger potius color tribuitur (Aesch. Cho. 1047; Eum. 52). Atque ne cum Neptuno quidem Κυανοχαίτῃ (Hes. Theog. 278) illa significatio bene concineret. Praeterea albus color etiam cum funesto atroque Bellerophontis deiectu cuius Pegasus auctor fuit, parum conveniret. Hanc igitur significationem radicis cum Pegasi nomine cohaerere negandum est. Videamus igitur conveniatne nigri significatio. Atque cum genealogiae fabula optime eam concinere modo perspeximus. Nec vero ad Bellerophontis fabulam quadrat. Pegasus enim quamquam funesti deiectus, tamen etiam victoriae a Chimaera reportatae auctor est. Quod cum ita sit, ne nigri quidem significatio ponenda esse videtur.

Quare eam significationem amplectendam esse duco quam primo loco attulimus. Quamquam vocabula quibus eam reddi vidimus, aliquantum inter se differunt. Atque Pegasum ad ἀδιάλυτον vel ψυχρόν referendum esse scholiasta ad Hes. Theog. 325 (Io. Diac. = p. 320 Flach.) putat, a quo Pegasus nominatur ἡ παγετοῦσα ψύξις τὰς ἐν ἀέρι ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις . . . . ἀφαιροῦσα. Nec vero huic fabulae explicationi assentiendum esse in promptu est. Ac Pegasi nomen ne inde quidem ductum esse, quod εὐτραφής vel τροφόεις fuerit, in aperto est. Alii autem Pegasum cum πηγ-νύναι cohaerere putant, quae ipsa vox de navium aedificatione usurpatur. Ac Pegasum navem fuisse contendunt. Quae fabulae explicatio iam apud Palaephatum (29) occurrit. Recenti autem aetate eam iis fabularum interpretibus qui a ratione nomen traxerunt, ut Ruhnkenio[1]), Godofredo Hermanno[2]) aliis permultum placuisse facile intellegitur. Nec vero cum iis faciendum esse hodie constat. Una igitur significatio restat

---

[1]) Op.[2] I p. 419

[2]) Op. II p. 180.

qua radix illa μέγα et ἰσχυρόν est, quacum iam A. Kuhn, Schoemannus, Kretschmer, Gruppius aliique Pegasi nomen coniunxerunt. Atque ad Pegasum optime quadrat. Nam auctor victoriae a Chimaera reportatae est atque dominum Bellerophontem deiecit. Atque etiam cum genealogiae fabula bene convenit. Unum moneo sororem Medusae Σθενώ, equum Neptuni Σθένιον nominari. Atque nomen Arionis quem etiam fabulis Pegaso persimilem esse plus semel monuimus, fere idem significare videtur[1]).

F.

De fabulae explicatione.

Reliquum est, ut de explicatione fabulae disseramus.

1. Ac primum quidem veterum ipsorum opiniones persequamur.

Quamquam Plato noto quodam Phaedri loco (229/30) multum otii sine dubio illi esse dicit qui Hippocentaurorum, Chimareae, Gorgonum, Pegasorum figuras ad rationem referre studeat[2]). Atque Agatharchides eos reprehendit qui τῶν μυθοποιῶν ἐξουσίαν εἰς πραγματικὴν ἐνάργειαν μετάγοντες cum alias fabularum figuras tum Chimaeram et Pegasum re vera exstitisse dicunt (Phot. Bibl. cod. 250. § 7/8 Mueller). Sed ut aeque atque Aristoteles, Aristarchus, Eratosthenes ipsam quam putat poetarum licentiam minime increpat (§ 8 in fine), ita Lucianus in eos quos cum alia tum Pegasos, Chimaeram, Gorgones finxisse existimat, vehementer invehitur (Philopseud. 2). Quamquam alio loco fabulae quae de Pegaso est, veri quiddam subiectum esse iudicat: ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονῶ. πτηνὸν μέν οἱ γενέσθαι ὡς ἵππον, οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν ταύτην τὴν σοφίην μεθέποντα

[1]) Cf. Maass Idg. Forschg. I p. 166; Kretschmer, Die griech. Vaseninschriften (1894) p. 43 sq.; Solmsen, Untersuch. zur griech. Laut- und Verslehre (1901) p. 53 sq.

[2]) Hae figurae fabulosae proverbii loco de iis dicuntur quae neque exstant neque exstare possunt; cf. Astium ad illum Platonis locum.

ὑψηλά τε φρονέοντα καὶ ἄστροισιν ὁμιλέοντα ἐς οὐρανὸν οὐχὶ τῷ ἵππῳ ἀναβῆναι, ἀλλὰ τῇ διανοίῃ (de astrol. 13). Similiter Sextus Empiricus iudicat fabulam πραγμάτων ἀγενήτων καὶ ψευδῶν ἔκθεσιν esse. Ut dicunt τὸν Πήγασον λαιμοτομηθείσης τῆς Γοργόνος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐκθορεῖν (adv. mathem. 264). Nihilominus ipse ille locus Platonis documento est Pegasi fabulam aetate satis antiqua explicatam esse. Neque enim dubium est quin sophistas spectet quos in fabulis explicandis multum operae ac laboris consumpsisse constat.

Magis quam Plato fabularum explicationi favit Aristoteles. Atque Peripatetici in pragmatica quam vocant interpretatione studium et industriam maximam collocaverunt[1]).

Quorum quidem doctrinam Palaephatus suam fecit[2]). Qui quidem hanc Pegasi explicationem profert: Βελλεροφόντης ἦν Φρύγιος ἀνὴρ τὸ γένος Κορίνθιος καλὸς καὶ ἀγαθός, ὃς πλοῖον κατασκευάσας μακρὸν ἐλῃζετο τὰ παραθαλάττια χωρία. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πλοίῳ μᾶλλον ἢ ἵππῳ ὄνομα εἶναι Πήγασος . . . . . ἔλεγον οὖν οἱ προσχώριοι Βελλεροφόντην ἀφικόμενον μετὰ Πηγάσου τὴν Ἀμισωδάρου Χίμαιραν ἀπολέσαι. τούτου δὲ γεγονότος προσανεπλάσθη ὁ μῦθος (29). Quam explicandi rationem laudat Theo (Progymn. VI 36). Ipsa autem illa interpretatio affertur in Chronicis Eusebii: vers. Armen. *verum Palephatus dicit quod navis Belorophontis erat Pegasus* (ab Abr. 669); apud Hieronymum: *sive ut Palaefatus affirmat, Bellerofontis navis fuit* (ab Abr. 682); apud Syncellum: ὡς δὲ Παλαίφατος, Βελλεροφόντου πλοῖον ἦν ὁ Πήγασος (306, 3 Bonn.); denique in primo fragmento Io. Antiocheni: Παλαίφατος δὲ Βελλεροφόντου τοῦτό φησιν πλοῖον (FHG IV p. 539 frgm. I 8). Quod fragmentum in tertium librum chronographiarum S. Iulii Africani redire omnes consentiunt[3]). Omnes igitur loci illi ex hoc libro S. Iulii Africani

---

[1]) Ziehen, Berichte des Frankfurter freien deutschen Hochstifts (1890) p. 438.

[2]) I. Schrader, Palaephatea (1894) p. 50 sq.; de Wilamowitz, Heracl.[2] p. 101 n. 184.

[3]) Mueller, Gelzer, Boissevain, Sotiriades, Patzig.

pendent. Qui quidem Palaephato multum usus est[1]). Quod idem de Tzetza dicendum est, qui Palaephateam Pegasi explicationem compluribus locis secutus est (ad Lycophr. 17; Chiliad. VII 834 sq.; XII 418 sq.; Alleg. ad. Hom. Il. VI 51/53).

Similem autem ad librum atque Palaephateum Plutarchi locus redire videtur quo et ipso Pegasus navis fuisse dicitur: Ἀμισώδαρος . . . . . ληστρίδας ἄγων ναῦς, ὧν Χίμαρρος ἡγεῖτο πολεμιστὴς μὲν ἀνήρ, ὠμὸς δὲ καὶ θηριώδης. ἔπλει δὲ πλοίῳ λέοντα μὲν ἔχοντι πρώραθεν ἐπίσημον, ἐκ δὲ πρύμνης δράκοντα καὶ πολλὰ κακὰ τοὺς Λυκίους ἐποίει. καὶ πλεῦσαι τὴν θάλατταν οὐκ ἦν . . . . τοῦτον οὖν ἀποκτείνας ὁ Βελλεροφόντης φεύγοντα τῷ Πηγάσῳ διώξας . . . . (mulier. virtut. 248). Quamquam Pegasum navem fuisse non dilucide dictum est, tamen ex ipso sermonis contextu planum fit.

Eandem explicandi rationem quam praeter Peripateticos famosissimum Euhemeri opus auxisse constat, etiam Heraclitus amplexus est, quamquam praeter pragmaticam etiam allegoricam quae dicitur explicationem adhibet: αὕτη ἑταίρα καλὴ ἐγένετο, ὡς τὸν ἰδόντα αὐτὴν ἔκπληκτον γενόμενον οἷον ἀπολιθοῦσθαι. . . . . . παραγενομένου δὲ Περσέως ἐν ἔρωτι γενομένη τά τε ὑπάρχοντα κατέφαγε καὶ τὴν ἑαυτῆς ἡλικίαν κατέφθειρεν, ἀπολέσασα δὲ τὴν ἡλικίαν καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἵππειον γῆρας ἐγήρασεν· ἡ γὰρ κεφαλὴ τὸ τῆς ἡλικίας ἄνθος ἐστίν, ὃ ἀφείλετο αὐτῆς ὁ Περσεύς (de incredibil. 1)[2]). Eadem autem Medusae explicatio occurrit in Armeniaca Eusebii versione: *Perseus . . . Gorgonam decollavit: et ipse aliam duxit uxorem pulchram*[3]), *quae venustate spectantes stupefaciebat, ita ut in lapides verti putarentur. De qua dicit Didimus in eiusdem libro* (*historia*) *et apponit scriptorem eiusdem* (ab Abr. 670); apud Hieronymum: *Perseus adversum Persas dimicavit Gorgonae meretricis capite desecto, quae propter eximiam pulchritudinem ita exspectatores suae mentis impotes reddebat, ut vertere eos putaretur in lapides. Didymus scribit in peregrina historia et praebet scriptorem eius* (ab Abr. 670); apud Syn-

---

[1]) Gelzer I p. 71; 245; Schrader l. c. p. 8. n. 2.

[2]) De locutione ἵππειον γῆρας cf. Schneidewin, Ibyci Rheg. carm. reliqu. p. 106/7.

[3]) Versionis error a Petermanno explicatus est p. LIV ed. Schoen.

cellum: τὴν δὲ Γοργόνα ἐκαρατόμησεν ἑταίραν εὔμορφον διὰ κάλλους ἐξιστῶσαν τοὺς θεατάς, ὡς ἀπολιθοῦσθαι δοκεῖν. Δίδυμός φησιν ἐν ἱστορίᾳ ξένῃ καὶ παρατίθεται τὸν συγγραφέα ταύτης (306, 2 Bonn.); apud Io. Antiochenum ἡ Γοργὼν ἑταίρα ἦν εὔμορφος διὰ κάλλος ἐξιστῶσα τοὺς θεατάς, ὡς ἀπολιθοῦσθαι δοκεῖν (F. H. G. IV p. 539 frg. I 8). Quod fragmentum Antiocheni cum ad S. Iul. Africanum redeat (cf. p. 153), hi quoque loci omnes ex eodem pendent. Quibus locis Didymus hanc explicationem in ἱστορίᾳ ξένῃ nomine scriptoris addito narrasse dicitur. Unde apparet S. Iul. Africanum non ad Heraclitum sed ad Didymum redire. Quo ille etiam alias usus est. Nec vero unde Didymus hauserit, excuti potest. Neque Heraclitum secutus est, hic enim aetate posteriore fuisse videtur, neque Alexandrum Myndium[1]), nam etiam hic aetate posterior Didymo fuit[2]). Praeterea apud Athenaeum IV 221 b—d explicatio Medusae ab Alexandro Myndio facta affertur quae ab illa Didymea prorsus differt. Verisimile autem est Didymum et Heraclitum ex eodem fonte hausisse[3]).

Nec vero praeter Medusae ipsius explicationem locis illis qui ad S. Iul. Africanum redeunt, quicquam invenitur quod cum Heraclito concinat. Immo Io. Antiochenus pergit: καὶ ὁ Πήγασος αὐτῆς ἦν κτῆμα ἵππος ὀξὺς ὤν; Syncellus: ὁ Πήγασος τάχα τις ἵππος ὀξύς, κτῆμα τῆς γυναικός; Hieronymus: *Pegasus equus velocissimus cuiusdam mulieris* (ab Abr. 682); contra in versione Armeniaca Pegasi interpretatio errore ante explicationem Medusae posita est: *Pegasus forsitan equus erat velox, possessio mulieris cuiusdam.* Sed ordinem prioribus locis allatum rectum esse in aperto est. Quo autem ex fonte haec Pegasi explicatio hausta sit, erui nequit. Reginensi autem in codice Hieronymi, quem multis et gravibus additamentis eminere constat, item Pegasus equus velox fuisse dicitur. Nec vero haec interpretatio cum Gorgonis sed cum Bellerophontis fabula conexa est (I p. 117 ed. Schoen.). Atque cum Bellerophontis fabula etiam haec Apulei interpretatio coniuncta est. *Pegasum enim metu*

---

1) Quod M. Schmidt opinatus est, Didymi fragm. p. 358.
2) M. Wellmann, Hermes XXVI (1891) p. 540.
3) Num ex Herodoro? cf. Schmidt l. c.

magis volaticum fuisse et per hoc merito pinnatum proditum, dum in altum et adusque coelum subsilit ac resultat, formidans scil. igniferae morsum Chimaerae (Metam. VIII 522). Praeterea etiam Eustathius Pegasum nihil fuisse profert nisi equum velocissimum: εἰ δὲ οὗτοι παραβολικῶς πέτεσθαι λέγονται, οὐκ ἂν οὐδὲ ὁ τοῦ Βελλεροφόντου Πήγασος ἄλλως πέτοιτο (ad Hom. Od. III 486 p. 1477, 56).

Denique locis quibus Pegasi fabula ad historiae similitudinem refertur, Augustinus adiciatur (de civ. dei XVIII 13). Qui ut propriam Pegasi explicationem non profert, ita inter fabulas fictas *ex occasione historiarum, quae res veraciter gestas* continent, etiam Bellerophontis fabulam enumerat, *quod equo pinnis volante sit vectus, qui equus Pegasus dictus est*[1]).

Iam sequantur loci complures quibus quamquam non propria fabulae explicatio continetur, tamen Pegasus re vera exstitisse fertur. Constat enim Alexandri Magni aetate genus quoddam fabularum ortum esse quibus de India, Arabia, Aethiopia aliisque terris res maxime mirae narrabantur. Qualium fabularum auctores novas atque miras terrarum illarum bestias easdem esse fingebant atque figuras fabularum domesticarum, Centauros, Chimaeram, Gorgones, Sphinges, Lamias aliasque. Beluae autem externae illae nominibus fabularum Graecarum praeditae et in chorographias (Iubae, Melae, Solini) et in historiam naturalem (Alexandri Myndii, Plinii) transierunt[2]).

Quod etiam Pegaso contigit. Eum igitur totius generis significationem factum esse apparet. Ut Pomponius Mela in Aethiopiae descriptione haec profert: *sunt mirae aves cornutae tragopanes et equinis auribus pegasi* (III 88)[3]). Qui

---

[1]) Cf. de hoc loco Kettner, Varronische Stud. p. 71; cum quo Frickius dissentit, Die Quellen Augustins im 18. Buch seiner Schrift de civ. dei (1886) p. 31 sq.

[2]) Cf. E. Rohde, griech. Roman ² p. 172 sq.; I. Bolte, De monumentis ad Odysseam pertinentibus (1882) p. 61.

[3]) In codice Vat. unde ceteri pendent, particula *et* ante vocem *pegasi* posita est. Sed Plinii et Solini loci quos statim laudabimus, documento sunt particulam *et* ante vocem *equinis* ponendam esse. Quod iam Hermolaus Barbarus recte intellexit.

Melae locus unde sumptus sit, erui nequit. Nec vero Plinio illud genus pegasorum exstare verisimile videtur. Hoc enim loco qui ex eodem fonte atque brevior Melae locus (Iuba?) haustus esse videtur, dicit: *Pegasos equino capite volucres*[1]) *et gryphas aurita aduncitate rostri fabulosos reor, illos in Scythia, hos in Aethiopia*[2]). *equidem et tragopana, de quo plures adfirmant, maiorem aquila, cornua in temporibus curvata habentem ferruginei coloris tantum capite Phoeniceo* . . . (X 136). Idem vero atque Mela Solinus de Pegaso profert: *illius caeli* (scil. Aethiopici) *ales est pegasus, sed haec ales equinum nihil praeter aures habet* (c. 30, 29). Quod non e Plinio mutuatus est, cum pegasos non capite sed auribus equinis indutos esse dicat. Contra haec quae addit, cum Plinio, ut fere, optime concinunt: *tragopan quoque avis maior aquilis, cornibus arietinis praeferens armatum caput.* Qui locus cum certo non ad duplicem fontem redeat, et ipse documento est Solinum non e Plinio ipso sed e fonte hausisse quo etiam Melae additamenta continebantur[3]). Alia vero de pegasis hoc Plinii loco dicuntur: *lyncas vulgo frequentes*[4]) *et sphingas fusco pilo, mammis in pectore geminis*[5]) *Aethiopia generat, multaque alia monstri similia, pinnatos equos et cornibus armatos, quos pegasos vocant* (VIII 21,82). Unde autem quae de pegasis narrat, sumpta sint, erui nequit. Quamquam nescio, an e Plinii indiligentia orta sint, qua ea quae locis prioribus de tragopanibus et de pegasis dicuntur, temere confuderit. Incertum autem est, an cum illis fabulis Romanensibus quibus pegasi aves dicebantur, Aristides cohaereat. Qui quidem inter παλαιὰ καὶ μυθώδη quae Corinthi familiaria sint, enumerat τὸ Πηγάσου πτερὸν λεγόμενον, εἴτε ὡς ἵππου σὺ φήσεις, εἴτε καὶ ὡς ὄρνιθος (εἰς Ποσειδῶνα 29 K.).

[1]) Quod pegasis non solum ut Mela aures equinas sed totum equi caput ascribit, non ex altero fonte sumptum, sed neglegentiae eius haud infrequenti tribuendum esse videtur. Cf. Muenzer, Beitraege zur Quellenkrit. (1897) p. 119.

[2]) Vox *hos* huius loci non ad gryphas referenda est. Nam II 1 Plinius gryphas in Scythia collocat atque ceteri auctores Pegasos Aethiopiae tribuunt.

[3]) Teuffel-Schwabe, Roem. Litter.-Gesch. [5] § 389, 4.

[4]) Iubam sequitur; cf. Muenzer l. c. p. 417.

[5]) Agatharchidem sequitur frg. 73 Mueller; cf. Muenzer l. c. p. 417.

2. Iam perlustratis pragmaticis fabulae explicationibus ad allegoricas quae vocantur transeamus. Quas quidem Stoicos in deliciis habuisse constat. Atque fabulas ad ea quae in rerum natura fiunt, referebant. Fabularum autem interpretationes veriloquiis fulcire studebant, quibus quidem pro summo arbitrio nunquam carebant. Qualia etiam in Pegasi explicationibus occurrunt. Explicandis autem in fabulis Stoici praeter carmina Homeri maxime Hesiodum pro fundamento ponebant, quem suo more interpretabantur. Atque allegoricae illae Pegasi explicationes ad unam omnes scholiis Hesiodeis continentur. Quibus quidem doctrinae Stoicae maximam rationem haberi constat[1]). Quamquam fabulae explicationes pleraeque ad certos Stoicos referri non possunt, cum ipsi eorum libri maximam partem perierint[2]).

Atque scholio vetere ad Hesiod. Theog. 276 (= Flach. p. 241) haec Pegasi explicatio occurrit: τὴν δὲ Μέδουσαν, ὡς θνητὴν ἀναιρεῖ· ἤγουν τὸ βασιλικώτατον καὶ λεπτὸν τῇ κινήσει τῇ ἑαυτοῦ ἀνιμᾶται. ὁρμᾷ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὁ Πήγασος. ἀνιμωμένου γὰρ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀέρος τὸ κεφαλαιῶδες καὶ ἀτμῶδες συμβαίνει τὸ βαρύτατον ἀναφερόμενον καταπηγάζειν καὶ χέεσθαι. Quibuscum fere conveniunt quae ad v. 282 proferuntur: τοῦ γὰρ ὕδατος ἀναχθέντος τίκτονται ἀστραπαὶ καὶ ὄμβροι, ὅ ἐστι Χρυσάωρ καὶ Πήγασος. Hac igitur ex interpretatione Pegasus imber est qui in alta aerum regione natus in terram decidit. Quod cum ipsis Hesiodi verbis non concinere in aperto est. Qua cum interpretatione altera Io. Diaconi ad v. 280 (= Flach. p. 316) non cohaeret, quamquam Perseus item solem significare dicitur et Pegasi nomen item a radice πηγ- quae in voce πηγή inest, repetitur. Sed tamen explicatio et Pegasi et Gorgonum prorsus diversa est. Atque Gorgones navigationes esse dicuntur quae pro singulis anni temporibus variantur[3]). Medusa autem terribilem vernam navigationem significare dicitur. Cuius Perseus qui ad solem refertur, finem facit: καὶ τοῦ τοιούτου πλοῦ τὴν ἰσχὺν ἀφαιρούμενος πᾶσαν ἔαρ ἐπιτελεῖ καθαρόν, ἐν ᾧ καὶ αἱ πηγαὶ τὰ

---

[1]) Flach, Glossen und Scholien (1876) p. 29 sq.

[2]) Flach l. c. praef. XI.

[3]) Haec explicatio in Hes. Op. et D. 663 sq. posita est.

χρυσοειδῆ ὕδατα ἀναβλύζουσιν· ἐξ ὧν πλεοναζόντων ὑδάτων καὶ πανταχοῦ ῥεόντων ἄνεισι περὶ τὸν αἰθέρα ἡ τῶν ἐν θέρει γινομένων βροντῶν τε καὶ ἀστραπῶν συστατικὴ ἀναθυμίασις. Πήγασος δὲ εἴρηται ἡ ἀπὸ τῶν πηγῶν σεύουσα καὶ ὁρμῶσα ἀναθυμίασις. Pegasus igitur in terra natus subvolat. Quare hanc explicationem cum Hesiodi verbis melius coniungi vides. Quod maxime ex iis elucet quae ad v. 292 proferuntur. Ubi eadem illa explicatio repetitur: Ζηνὸς δ' ἐν δώμασιν ὁ Πήγασος λέγεται κατοικεῖν ἀνελθὼν ἀπὸ τῆς γῆς, παρόσον ἐν τῷ καλουμένῳ αἰθέρι αἱ τῶν νεφῶν συστάσεις ἀνέρχονται (Flach. p. 317). Explicatio exegeseos XI vel XII saeculo attribuendae ne ipsa quidem cum illis quae antea attulimus, cohaeret. Quamquam enim Perseus item ad solem refertur, tamen et Medusae et Pegasi explicatio prorsus diversa occurrit. Atque ad v. 277 haec afferuntur: ὁπότε δὲ ταύτης τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλήν, ἤγουν τῆς γηΐνης ἀναθυμιάσεως τὴν ἐπιφάνειαν, ὁ Περσεύς, ἤγουν ὁ ἥλιος, ἀφείλετο, ἐπήδησεν ὁ Πήγασος ἵππος καὶ ὁ Χρυσάωρ, δηλονότι οἱ ἄνεμοι καὶ αἱ ἀστραπαί. Περσεὺς δὲ ἐτυμολογεῖται παρὰ τὸ περισσῶς σεύειν καὶ ὁρμᾶν, Πήγασος δὲ παρὰ τὸ πηδᾶν (Flach. p. 390).

Iam fabulae interpretationes quas adhuc enumeravimus, e versibus 280 sq. ductae sunt. Plane autem aliae pro loci diversitate ad v. 325 afferuntur. Atque de explicatione scholiorum veterum alio loco dicendum est. Apud Diaconum autem haec occurrit: λέγοιτο δ' ἂν Πήγασος νῦν ὁ ἥλιος αὐτός, ὃν καὶ Βελλεροφόντην εἴπομεν. Pegasi veriloquium paulo post profertur: Πήγασος μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ σεύειν τοῦ Ὠκεανοῦ, τουτέστιν ὁρμᾶν, λαμπρὸν λελουμένος ἐν ἔαρι. Hoc igitur loco nomen a radice πηγ- quam πηγός continet, repetitur (cf. p. 151). Altera autem fabulae interpretatio ibidem occurrit: ἡ Πήγασος ἂν εἴη .... ἡ παγετοῦσα ψύξις τὰς ἐν ἀέρι ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις ..... ἀφαιροῦσα. καὶ γὰρ χιόνων καὶ χαλαζῶν καὶ τῶν λοιπῶν πεπηγότων ὑδάτων γενομένων ἐλαττοῦνται οἱ ὄμβροι (= Flach. p. 319/20). In exegesi autem haec explicatio inest: ἣν ὁ Πήγασος, ἤγουν ὁ ἥλιος, ἀνεῖλε καὶ ὁ Βελλεροφόντης, ἡ δύναμις δηλαδὴ τοῦ ἡλίου, ἡ τὰ φερόμενα βέλη ἀναιροῦσα (Flach. p. 394). Qui locus quin quodammodo cum Pegasi explicatione Bellerophontisque veriloquio priore illo Diaconi loco allatis cohaereat, non dubium est. Atque etiam aliae exegeseos explica-

tiones cum iis cohaerent quae apud Diaconum occurrunt.[1]) Denique Pegasus etiam in glossa codicis Monac. 283 ad v. 325 allata ad solem refertur (Flach. p. 189).

Iam ad aliud genus explicationis allegoricae transeamus. Cuius ratio ea est, ut fabulae ad naturam animi referantur. Quam explicandi viam maxime Neoplatonici inierunt.

Atque universe Syrianus in scholiis Phaedri Platonici de Pegasi natura dicit: οἱ δὲ μὲν Κένταυροι καὶ Γοργόνες καὶ Πήγασοι δυνάμεις εἰσὶν αὗται πᾶσαι τοῦ ἐνύλου προεστῶσαι καὶ τοῦ περὶ γῆν τόπου (ad 229/30). Ubi δυνάμεις non quaedam naturae vires sed pro Neoplatonicorum doctrina numina quaedam agnoscenda sunt, qualia mundo terrestri praesidere putantur.

Propria autem explicatio hoc loco veterum Hesiodi scholiorum occurrit: Πήγασον καλεῖ τὸν συγκεκραμένον θυμόν, ὃς ἔχει συγκεκραμένον τὸ ἄλογον μέρος τῷ λογικῷ (Flach. p. 246). Quae Neoplatonico attribuenda est. Stoici enim hominem et bestiam ita plurimum distare existimant, ut ille ψυχὴν καὶ λόγον ἔχουσαν καὶ διάνοιαν, haec ἄλογον ψυχήν habeat. Contra Neoplatonici tantum hominis bestiaeque discrimen non faciunt, sed bestiae hominisque naturam confundi posse putant. Alia huius generis explicatio hoc exegeseos loco invenitur: ἣν χίμαιραν .... ἀνεῖλεν ὁ Πήγασος ὁ Βελλεροφόντης, ὁ τῶν κάτω καταφρονῶν ἄνθρωπος δηλαδή, καὶ οἷον ὑπερπηδῶν (Flach. p. 393). Quae redeatne et ipsa in Neoplatonicum, erui nequit. Denique in glossa codicis Vat. 1332 ad v. 325 allata Pegasus dicitur ὁ νοῦς ὑπεράνω τῆς κακίας φερόμενος (Flach. p. 189).

Aeque autem ac Neoplatonicorum Fulgentii explicationes factae sunt. Qui quidem in primo libro Mythologiarum hanc fabulae interpretationem profert: *de sanguine eius nasci fertur Pegasus in figura famae constitutus, virtus enim, dum terrorem amputaverit, famam generat. unde et volare dicitur, quia fama est volucris. unde et Tiberianus: Pegasus hinnientem transvolaturus aethram. ideo et Musis fontem ungula sua rupisse fertur, quod Musae ad describendum famam heroum aut sequantur proprium aut indicent antiquorum* (I 26). Alio autem loco quo de Bellerophonte verba facit, explicationem

[1]) Flach l. c. p. 27.

plane diversam edit: *at vero Bellerophon, id est bona consultatio, qualem equum sedet, nisi Pegasum? quasi pegaseon, i. e. fontem aeternum. sapientia enim bonae consultationis aeternus fons est. ideo pennatus, quia universam mundi naturam celeri cogitationum theoria conlustrat. ideo et Musarum fontem ungula sua rupisse fertur. sapientia enim dat Musis fontem. ob hanc rem etiam sanguine Gorgonae nascitur* (III 1). Fulgentii autem interpretatio prior in hos Mythographorum Vaticanorum locos quos afferre supersedeo, transiit: I 130; II 112/13. Nec vero altera Fulgentii explicatio in Mythographis Vaticanis I et II, qui illum maxime sequitur, occurrit. In priore enim parte Mythographo Vaticano I Fulgentius omnino usui non fuit. Contra Myth. Vat. III 14 duo illi Fulgentii loci confusi sunt.

3. Quid vero equidem de „sensu ac significatu" Pegasi iudicem, iam supra indicavi. Neque enim ad fontes (cf. p. 134) neque ad tempestatem (cf. p. 44; p. 92; p. 134) neque ad solem (cf. 92) referendus esse mihi videtur. Ac ne exsecrationum quidem velocitatem significat (cf. p. 92). Quamquam haec explicatio recte mihi indicare videtur, quae generalis Pegasi natura sit. Nam et vetustissima genealogia qua Pegasus Gorgonis Medusae et Neptuni stirps fertur, et fabula qua Pegasus dominum Bellerophontem perdidisse dicitur, indicio sunt Pegasi daemonicam quae vocatur naturam propriam esse. Sed tamen Pegasum Bellerophontem in Chimaerae pugna etiam adiuvare scimus. Ut Arion (Erion) ipse quoque Adrastum dominum servat. Quare neque Pegasus neque Arion funesti solum equi esse possunt. Sed numina sunt in quibus universa dominorum fortuna, et adversa et secunda, posita est. Cui explicationi neque Pegasi neque Arionis genealogia obstat. Et Gorgones sane et Furiae natura imprimis atra et funesta sunt. Qua cum re convenit et Bellerophontis et Adrasti[1]) exitum calamitosum esse. Sed tamen neque Gorgo neque Furia meliore quadam natura omnino carent. Atque quod hanc attinet videas, quae Wilamowitzius profert[2]). Gorgonem autem vi averruncandi non modo adversam sed etiam secundam esse per se apparet.

[1]) De hoc cf. de Wilamowitz, Griech. Trag. II p. 226 n. 3.
[2]) L. c. p. 225; p. 237.

Ut Tegeatae pro summo urbis praesidio caesariem Gorgoneam venerabantur (cf. p. 25). Praeterea Argis in foro Gorgonis caput a Perseo sepultum esse putabatur (Paus. II 21, 6). Intra autem muros heroes certe praesidii causa sepeliebantur[1]). Denique stillarum sanguinis Gorgonei duarum altera perniciosa, altera salubris esse existimabatur (Euripid. Ion. 1001 sq.; Tatian. ad Graecos 8; „Apollod." bibl. III 10,3)[2]).

Haec erant quae de Pegasi fabulis proferenda esse existimarem.

[1]) E. Rohde, Psyche² I p. 159 sq.

[2]) Cf. O. Mueller, Klein. Schriften II p. 172; Immerwahr, Kulte u. Myth. Arcadiens (1891) p. 64.

Druck von Max Schmersow vorm. Zahn & Baendel, Kirchhain N.-L.

L. H.